EURIPIDIS ?

PERDITARUM FABULARUM

FRAGMENTA

COLLEGIT DISPOSUIT EMENDAVIT

D. FRIDERICUS GUILELMUS WAGNER.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCIOS, VIA JACOB, 56.

FRAGMENTA

EURIPIDIS

ITERUM EDIDIT,

PERDITORUM TRAGICORUM OMNIUM

NUNC PRIMUM COLLEGIT

FR. GUIL. WAGNER

PHIL. DR. ANTIQ. LIT. IN UNIV. LIT. VRATISLAVIENSI PROFESSOR.


CHRISTUS PATIENS,

EZECHIELI ET CHRISTIANORUM POETARUM

RELIQUIÆ DRAMATICÆ.

EX CODICIBUS EMENDAVIT ET ANNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

FR. DÜBNER



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXVIII.

PRÆFATIO.

Quod editores plerumque solent, ut libris, quos foras sunt daturi, excusationis aliquid præfigant, id permultis in nullo magis quam in hoc libro necessarium videbitur, quum de perditarum Euripidis fabularum reliquiis tam multi et tam docti viri bene meriti sint, ut agendum nihil aliis relictum videri possit. Quorum exspectationi ut satisfaciam, id commemorare volo, me ipsum, quum reliquorum omnium poetarum tragicorum fragmenta colligerem, eadem opinione ductum initio ab Æschylo, Sophocle et Euripide manus abstinuisse : mox autem, quum minorum illorum, ut ita dicam, tragicorum residua congessissem, pluribus rationibus commotum esse, ut ad horum etiam reliquias aggrederer. Primum enim bene intellexi, de minorum tragicorum fragmentis ac poetica arte judicari non posse, nisi ab eo, qui Æschyli, Sophoclis atque Euripidis et superstites fabulas et perditarum reliquias cognorit ac pertractarit; nam quis v. c. recte vel saltem probabiliter de *Achæi* vel *Theodectæ* Philocteta disputet, nisi qui exploraverit, quales fuerint Æschyli, Sophoclis, Euripidis Philoctetæ, præcipue quum minores tragici mirum quantum a majoribus istis pependerint, ut sæpissime non modo tragœdiarum argumenta, singularum partium dispositiones ac personarum mores, sed etiam sententias dictionesque ab iis repeterent. Omnium vero maxime Euripides is fuit, cujus ex hortulis posteriores poetæ tragici flosculos suos carpserunt ac delibarunt : qua re factum est, ut nonnunquam vel grammatici de quarundam fabularum (velut Iphigeniæ Aulidensis) ac sententiarum auctore inter Euripidem aliosque poetas fluctuarent (cf. fragm. 163, 347, etc.). Deinde quum Æschyli ac præcipue quum Sophoclis et Euripidis reliquias diligenter animo perlustrarem, miratus vidi, eas nec omnes adhuc esse congestas nec satis emendate exhibitas nec ita denique dispositas, ut sententia de fabularum, ex quibus petitæ essent, conformatione et de poetica auctoris arte ferri posset. Quæ quum animo mecum volverem, etiam Æschyli, Sophoclis et Euripidis perditarum fabularum reli-

quiis curam atque operam constitui, cujus specimen hac *Euripidis fragmentorum* editione viris doctis trado.

Ut autem de hujus libri argumento atque consilio, quæ dicenda sunt, paucis absolvam, primum id egi, quod vir immortalis memoriæ, *Valckenarius* (Diatrib. in Eurip. fragm. p. 5, B), cuique fragmentorum editori imprimis spectandum esse præclare monuit, ut ex omnibus veterum scriptorum libris, ex quibus Euripidea expiscari poteram, maxima cum fide etiam depravatissima quævis exscriberem. Sed quoniam et multos libros ab aliis nondum in usum vocatos et ubique optimas eorum scriptorum, quibus Euripidea debemus, editiones adhibui, inde factum est, ut non modo fragmentorum Euripideorum numerus multis augeretur, sed etiam haud pauci loci, qui corrupti ante circumferebantur, e codicibus correctiores edi possent, quamvis multo plures Valckenarii, Matthiæi (qui quantopere de his fragmentis meriti sint satis inter omnes constat), Pflugkii, G. Hermanni, Meinekii, Bergkii aliorumque conjecturis, quas hic illic sparsas diligenter collegi, et meis, quoad per ingenii imbecillitatem fieri potuit, emendati sint. In edendo autem textu Euripidis græco eam mihi legem proposui, ut verba sic exhiberem, uti in codicibus exstant, emendationes vero, ubi necessariæ erant, infra subjicerem, paucis locis exceptis, velut fragm. 148, v. 2, fragm. 221, v. 1, fragm. 345, v. 1, etc., in quibus, quum lenissima ac certissima fere medicina restitui possent, emendationes in textum recepi. Deinde summo studio explorare conatus fui, quænam fuerint singularum fabularum argumenta, quæ scenarum dispositio atque conformatio, quinam denique mores personarum in his fabulis agentium, ut fragmenta ipsa eo ordine collocare possem, quem olim in fabulis tenuisse viderentur. Atqui ea in re non ita sum versatus, ut meris conjecturis locum darem, sed ibi tantum de ratione, qua aliqua fabula adornata fuisse videretur, disserui, ubi aut ex fragmentis ipsis aut ex certis veterum scriptorum testimoniis aut aliunde cum aliqua probabilitatis specie colligi aliquid poterat; iis vero locis, ubi ejusmodi indiciis destitutus eram, libere fateri non dubitavi, nescire me, quid repræsentare Euripides voluerit. Viam in hac re muniverant viri sagacissimi, *Theophilus Welckerus* (Tragœdiæ Græc. respecto cycl. Epic. Bonnæ, 1839, sq.), *Adolphus Schœllius* (de Tetralog. Tragic. Gr. vol. I, Berol. 1839), alii, quos in libro ipso nominavi : præcipue vero

Welckerus ingeniosissime Euripidearum fabularum artificia ante oculos posuit atque explicuit, et, ubi ipse verum non invenisse videtur, certe ad illud indagandum egregie fecit : quem igitur quod in plurimis, licet nusquam inconsiderate, secutus sum, cuique opinor laudandus potius quam vituperandus videbor. Nec a consilio, quod modo exposui quodque jam in ea Euripidis fragmentorum editione, quam initio anni præteriti Vratislaviæ sub lucem misi, secutus eram, ut recederem, movit me *J. A. Hartungus*, qui in libro « Euripides restitutus » inscripto (Hamburgi, 1843, 44, 2 vol.) acutissime et ingeniosissime de poesi Euripidis disputavit : nam sæpe audacissimis conjecturis ita indulsit, ut verendum sit, ne multas fabulas potius ex sua quam ex Euripidis mente composuerit. Non diffitendum tamen est, eum post Welckerum omnium maxime Euripidis ingenium perspexisse et egregie multarum fabularum artificia descripsisse : itaque haud mediocri affectus fui gaudio, quum in plurimis eum mecum consentientem invenirem. Ubi autem ab Hartungo discessi, caussas attuli, si quidem ille sententiam suam alio fundamento, quam mera conjectura, fulserat.

Ad interpretationem Latinam quod attinet id maxime spectavi, ut ea quam accuratissime textum Græcum exprimerem : itaque paucis tantummodo locis, quos literis *Gr.* subscriptis signavi, interpretationem H. Grotii retinui, in reliquis vero Musgravianam innumeris locis correctam dedi aut meam substitui.

Hæc fere sunt, quæ præmittenda mihi ante videbantur, quam hunc librum lectorum benevolentiæ atque indulgentiæ, quam eos mihi non denegaturos esse confido, qui similia opera moliti sunt, commendatum emitterem.

Scripsi Vratislaviæ Nonis Augustis MDCCCXLVI.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

FRAGMENTA
FABULARUM PERDITARUM.

DE EURIPIDIS FABULARUM NUMERO AC NOMINIBUS.

De Euripidis fabularum numero jam inter veteres grammaticos lis fuisse videtur. Hæc enim tradit Suid. (v. Εὐριπίδης) : δράματα δι' αὐτοῦ κατὰ μέν τινας οε', κατὰ δὲ ἄλλους ἐνενήκοντα δύο. σώζονται δὲ οζ' (sic)· νίκας δὲ ἀνείλετο ε', τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. ἐπεδείξατο δὲ ὅλους ἐνιαυτοὺς κϐ'. In hisce Suidæ verbis haud dubie mirum cuique videbitur, quod, quum paullo ante ex quorundam sententia Euripidem tantummodo LXXV fabulas composuisse dictum sit, deinde LXXVII superesse traditur; ac facile apparet, verba σώζονται δὲ οζ' non posse ex eodem, quo illa (δράματα δὲ αὐτοῦ.... οε') fonte ducta neque a Suida ipso adscripta esse, sed aliunde, fortasse librarii cujusdam cura, hoc loco irrepsisse. Nam Suidas si ipse adjecisset, his verbis opinionem eorum, qui LXXV tantum fabulas ab Euripide scriptas esse dicebant, vanam atque falsam esse significasset, quod, si voluisset, alio modo ac definitis verbis fecisset. Itaque numerus LXXVII ipse corruptus videtur, id quod inde etiam veri simile fit, quod in reliquis de Euripidearum fabularum numero testimoniis, quæ infra afferemus, legitur οη'. *) Quæ quum ita sint, verba σώζονται δὲ οζ' ex uno alterove testimoniorum, quæ mox subsequuntur, suborta videntur. Quæ sententia eo firmatur, quod in optimo Suidæ codice V et in Moschopuli Vita Euripidis (p. LXVI ed. Pflugk.), qua, si reliqua respicis, eadem iisdem verbis, quibus Suidas usus est, narrantur, verba illa omissa videmus. Ex eorum autem numero, quos Euripidi LXXV tantum fabulas assignasse Suid. et Moschop. tradunt, præcipue respexisse videntur auctorem gravissimum, Varronem, de quo Gellius N. A. XVII, 4 hæc habet : « *Euripidem quoque M. Varro ait, quum quinque et septuaginta tragœdias scripserit, in quinque solis* (h. e., ut bene Welck. p. 1605 interpretatur : in quinque tetralogiis) *vicisse, quum eum sæpe vincerent poetæ ignavissimi.* » Reliqui omnes, qui Euripidis fabulas numerarunt, numerum XCII tuentur : cf. Vit. Eurip. e cod. Mediol. ab Elmsl. ad calcem Bacch. editam (p. 174 ed. Lips.) : τὰ πάντα δὲ ἦν αὐτῷ δράματα ϙϐ'. σώζεται δὲ οη'. τούτων νοθεύεται τρία, Τέννης, Ῥαδάμανθυς, Πειρίθους. Quibus cum verbis consentiunt quæ in codd. Paris. (cf. *Journ. des Savants*, 1832. p. 242) et Vindob. (cf. Boeckh. Princ. Trag. Græc. p. 232) eandem Vitam continentibus, in cod. Florent. 33 (apud Matth. not. in Hecub. p. 3) et in Vita Eurip. (Blochii) e cod. Havniens. (cf. Friedemann. et Seebod. Miscell. crit. I, p. 396) leguntur. In universum etiam conspirat Thomas Magister (Vit. Eurip.), quamquam hæc scribens : ἔγραψε μὲν οὖν δράματα δύο καὶ ἐνενήκοντα τὰ πάντα, ἐν οἷς ἦν ὀκτὼ μόνα σατυρικά. νενίκηκε δὲ ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς δράμασι νίκας πεντεκαίδεκα, bis erravit, primum quod Euripidem quindecies (in fonte ex quo hausit errore ιε' pro ε' legens) vicisse, deinde octo tantum fabulas satyricas scripsisse ait. Nam si Euripides XCII fabulas composuit, quæ XXIII tetralogias efficiebant, plura quam VIII dramata satyrica scripserit necesse est, quum id, quod in tetralogia e Cressis, Alcmæone, Telepho et Alcestide (cf. argum. Vatic. ad Alcest. ed. Dindorf.) composita factum erat, nimirum ut in fine tetralogiæ pro satyrico dramate tragœdia adjecta esset, nonnisi perraro evenisse videatur. Credidit vero Thomas Magister, quum non plures, quam VIII fabulæ satyricæ nobis innotuerint, nullas nisi has VIII ab Euripide fictas fuisse. — Dissensionem ipsam inter eos, qui LXXV, eosque qui XCII fabulas Euripidem composuisse putant, tolli ita posse persuasum nobis est, ut XCII quidem dramata a poeta scripta, Varronis tempore autem non plura quam LXXV superfuisse dicamus, scilicet tribus illis suspectis non adnumeratis. Quare quum vel illis temporibus LXXV tantummodo fabulæ superessent, non mirum potest videri, quod non plures nobis innotuerunt, quarum (si Rhesum ut

(*) Welckero p. 449 hunc quoque numerum corruptum ex οε' judicanti non possum assentiri; nam qui LXXV tantum fabulas numerarunt, haud dubie omiserunt Tennem, Rhadamanthum, Pirithoum; qui LXXVIII, has etiam accensuerunt, indicantes simul, illas sibi suspectas videri. Utrique igitur recte numerarunt. — Parum prudenter ea de re disputavit Elmsl. ad Med. p. 56 sq.

Euripideam adjicis) XIX propemodum integræ, reliquæ nonnisi in fragmentis ætatem tulerunt. Quarum nomina, uti a scriptoribus citantur, hæc sunt:

Αἰγεύς.	Κάδμος.
Αἴολος.	Κρεσφόντης.
Ἀλέξανδρος.	Κρῆσσαι.
Ἄλκηστις.	Κρῆτες.
Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.	Κύκλωψ σατυρ.
Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου.	Λικύμνιος.
Ἀλκμήνη.	Μελανίππη ἡ σοφή.
Ἀλόπη.	Μελανίππη δεσμῶτις.
Ἀνδρομάχη.	Μελέαγρος.
Ἀνδρομέδα.	Μήδεια.
Ἀντιγόνη.	Οἰδίπους.
Ἀντιόπη.	Οἰνεύς.
Ἀρχέλαος.	Οἰνόμαος.
Αὔγη.	Ὀρέστης.
Αὐτόλυκος α', β' σατυρ.	Παλαμήδης.
Βάκχαι.	Πειρίθους. (?)
Βελλεροφόντης.	Πελιάδες.
Βούσιρις σατυρ.	Πηλεύς.
Δανάη.	Πλεισθένης.
Δίκτυς.	Πολύϊδος.
Ἑκάβη.	Πρωτεσίλαος.
Ἑλένη.	Ῥαδάμανθυς.
Ἐπειός.	Ῥῆσος.
Ἐρεχθεύς.	Σθενέβοια.
Εὐρυσθεύς σατυρ.	Σίσυφος σατυρ.
Ἠλέκτρα.	Σκίρων σατυρ.
Ἡρακλεῖδαι.	Σκύριαι.
Ἡρακλῆς μαινόμενος.	Συλεύς σατυρ.
Θερισταί σατυρ.	Τέννης.
Θησεύς.	Τήλεφος.
Θυέστης.	Τημενίδαι.
Ἱκέτιδες.	Τρῳάδες.
Ἰνώ.	Ὑψιπύλη.
Ἰξίων.	Φαέθων.
Ἱππόλυτος α' καλυπτόμενος.	Φιλοκτήτης.
Ἱππόλυτος β' (στεφανίας).	Φοῖνιξ.
Ἰφιγένεια ἐν Ταύροις.	Φοίνισσαι.
Ἰφιγένεια ἐν Αὐλίδι.	Φρίξος.
Ἴων.	Χρύσιππος.

Ex his secundum veterum grammaticorum testimonia conjunctim in scenam prodierunt:

Κρῆσσαι, Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος, Τήλεφος, Ἄλκηστις. (cf. argum. codicis Vatic. ad Eur. Alcest. ed. Dindorf.)

Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταί σάτυροι. (cf. argum. Aristophanis Byzant. ad Eur. Med.)

Ἀλέξανδρος, Παλαμήδης, Τρῳάδες, Σίσυφος σατυρικός. (cf. Ælian. V. H. II, 8.)

Ἑλένη, Ἀνδρομέδα. (cf. Schol. Aristoph. Thesm. 1021, 1069, Ran. 53.)

Ὑψιπύλη, Φοίνισσαι, Ἀντιόπη. (cf. Schol. Aristoph. Ran. 53.)

Ἰφιγένεια ἡ ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίων (ὁ διὰ Κορίνθου), Βάκχαι. (cf. Schol. Aristoph. Ran. 67.)

Quæ fabulæ qua ratione inter se connecti potuerint, ingeniosius quam verius Ad. Schœllius in libro, qui inscriptus est : *Symbolæ ad historiam poesis græcæ*, vol. I (Berolini, 1839), ostendere conatus fuit, cujus sententiam pariter atque audacia Hartungi conata, qui non modo e LXXV illis Euripidis fabulis viginti tetralogias construxit, sed etiam unicuique tetralogiæ annum, quo acta sit, arbitratu suo constituit, alio loco examini subjiciemus, quum et hæc paucis absolvi nequeant, et nos hoc loco nonnisi de Euripidearum fabularum fragmentis agere constituerimus.

Omnes fabulæ Euripidis alphabetico ordine olim enumeratæ erant in inscriptione bipartita marmoris quod *Albanum* dicunt *); tempore autem, quo lapis inveniebatur, jam mutilus erat, et XXXVI tantum fabulas in hunc modum continebat, ut alterum in lapide ordinem Ἐπηός (sic) fabula, alterum Ὀρέστης finiret.

Ἄλκηστις.	Κρῆτες.
Ἀρχέλαος.	Κρῆσσα (sic).
Αἰγεύς.	Κρεσφόντυες (sic).
Αἴολος.	Κύκλωψ.
Ἀλόπη.	Λικύηνιος (sic).
Ἀντιγόνη.	Μελάνιππος (sic).
Ἀλκμαίων.	Μήδεια.
Ἀνδρομέδα.	Μελέαγρος.
Ἀλέξανδρος.	Οἰνεύς.
Αὔγη.	Οἰδίπους.
Ἀνδρομάχη.	Ὀρέστης.
Ἀντιγόνη. (!)	
Αὐτόλυκος.	
Βάκχαι.	
Βελλεροφόντης.	
Βούσειρις (sic).	
Δίκτυς.	
Δανάη.	
Εἰφιγένεια (sic).	
Ἑλένη.	
Εἰνώ. (sic)	
Ἑκάβη.	
Ἐρεχθεύς.	
Εὐρυσθεύς.	
Ἐπηός (sic).	

Plura hoc marmor vitia continet, quæ suis locis notavimus; facile ergo intelligitur, errore etiam

(*) Simulacra hujus marmoris, de quo docte Osannus in F. A. Wolfii Analectis literariis vol. II. p. 527 disseruit, inveniuntur in Winckelmanni Monum. inedit. tab. 158, p. 225, Mus. Napoleon. II, 68, et *Monum. du Musée*, t. II, p. 58.

factum esse, quod post Ἀνδρομάχην altera Ἀντιγόνη loco Ἀντιόπης commemoretur. Sculptori præterea haud dubie vitio vertendum est, quod Alcmæones, Iphigeniæ, Melanippæ non duæ commemoratæ sunt; nam si iis, qui lapidem viderunt, fides habenda est, non tantum spatii supererat, ut sculptor fabularum titulis aliquid, quo discernerentur, adjicere potuisset. In universum autem marmoris catalogum cum titulis, quos e scriptorum testimoniis elicuimus, consentientem conspicimus, præter *Epeum*, cujus fabulæ nomen Hartung. II, p. 176 temere in Ἐπωπεύς mutavit, et præter *Alcmenen*, quam æque atque *Antiopam* sculptoris sine dubio negligentia omissam invenimus. Idem catalogus omittit Λάμιαν et Ξαντρίας, quæ ad nostra usque tempora inter Euripidis fabulas circumferebantur. Ξάντριαι a nullo vetere scriptore præter Schol. Aristoph. Ran. 1385 Euripidi assignabantur, sed ibi nunc in Dindorfii edit. scholiorum e codd. Rav. et Venet. auctoritate Æschylo hæc fabula tribuitur, quem Ξαντρίας scripsisse aliunde etiam constat. Λάμιαν autem duobus locis seu potius uno, nam uterque ex eodem fonte manavit, commemoratam videmus. Schol. ad Plat. Phædr. (p. 61 Ruhnk.) de Sibyllis agens hæc habet : Δευτέρα δὲ (Σίβυλλα) Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ Εὐριπίδης. Consentit Phot. Quæst. Amphiloch. 160. Prorsus eadem præbet Varro ap. Lactant. Institt. div. I, 6, De ira dei 22. (fragm. p. 216 ed. Bipont.) : *secundum (Sibyllam) Libycam, cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo.* Facile quisque videt, Varronem eundem fontem ante oculos habuisse atque in sermonem Latinum transtulisse, ex quo Schol. Rav. et Phot. hauserunt; nam mirum in modum ad verbum consentiunt. Vix autem repertum quemquam iri puto, qui dicere possit, qua ratione Lamia tragœdiæ cuipiam argumentum præbere potuerit. Nam de Lamia, Sibyllæ matre, Neptuni filia, nos nihil scimus nec veteres quidquam scisse videntur; cf. Paus. X, 12, 1, Plut. Cur Pyth. orac. 9, p. 398, C, Heraclit. De incredib. c. XXXIV (Mythogr. Gr. ed. Westermann. p. 319). Quare eam nequaquam talia expertam esse probabile est, ut tragœdiæ nomen dare potuisset. Multo minus autem altera illa Lamia, Beli et Libyæ filia, cujus fata Schol. Pac. 757, Suid. s. h. v., Diod. Sic. XX, 41, et Arsen. Viol. p. 341 ed. Walz. (Λαμίας δυσμορφότερος) narrant, a poetis comicis sæpissime in scenam producta (cf. Meinek. Poet. com. I, p. 65 sq.; II, p. 240 sq.) tragœdiæ persona esse potuit, licet hoc Bothius nuper sibi persuaserit. Attamen hæc potissimum Lamia ab Euripide dicta est, si quid tribuendum Diodori l. c. verbis : ὅτι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην γέγονεν αὕτη (sc. ἡ Λάμια) καὶ τὸν Εὐριπίδην δεῖξαι τις ἂν μαρτυροῦντα· λέγει γάρ,

> Τίς τοὔνομα * τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς
> οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος;

Hos versus enim viri docti ad unum omnes ad Lamiam fabulam, quam Euripidi tribuebant, præeunte Diodoro rettulerunt, non animadvertentes, hac ratione ambas Lamias confundi. Qui si igitur erraverunt, fortasse cum Euripide ipso in errorem inciderunt; jam enim Euripidis temporibus discrimen inter utramque Lamiam factum esse, præsertim quum de matre Sibyllæ nihil amplius notum esset, ac Sibylla vel ipsa Libyca vocaretur, non veri simile est. Sed inde, quod Lamiæ in illis versibus mentio fit, nequaquam est colligendum, eos esse petitos e tragœdia, quam fingebant, Lamia; nec omnino ejusmodi tragœdiam ab Euripide scribi potuisse supra ostendimus : ideoque Lamiam, quippe etiam a marmore Albano omissam, e numero Euripidearum fabularum exstinximus. Quæritur autem nunc, quo referenda sint Scholiastæ Platonici et Varronis verba. Welckerus, qui (l. c. p. 568) pariter atque nos Euripidi Lamiam abjudicavit, verba « ἐν τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ » ita interpretatur, ut Lamiam in alia quadam fabula prologum recitasse dicat, quemadmodum sæpius in tragœdiis græcis προλογίζοντες quidam introducuntur. Hoc per se parum improbabile est : illud autem, quod Welckerus Lamiam in *Scylla* quadam, quam ipse fingit, Euripidis tragœdia προλογιζούσης partes tenuisse ait, est admodum improbabile. Ita enim ratiocinatur : Lamiam teste Schol. Apoll. Rhod. IV, 828 (Στησίχορος ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι) Scyllæ matrem fuisse, unde veri simile fieri, eam, quæ ab Aristot. Poet. XV, 8, commemoretur tragœdia *Scylla*, Euripideum drama esse. Verba Aristotelis hæc sunt : ἔστι δὲ παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον, οἷον ὁ Μενέλαος ὁ ἐν τῷ Ὀρέστῃ· τοῦ δὲ ἀπρεποῦς καὶ μὴ ἁρμόττοντος ὅ τε θρῆνος τοῦ Ὀδυσσέως ἐν τῇ Σκύλλῃ, καὶ ἡ τῆς Μεναλίππης ῥῆσις· τοῦ δὲ ἀνωμάλου ἡ ἐν Αὐλίδι Ἰφιγένεια. Aristoteles hoc loco exponit, quid poetæ in describendis moribus personarum, quas aut agentes aut loquentes introducere velit, spectandum sit; at vero non solum de poetis tragicis sermonem instituit, sed, ut semper tragicos et epicos poetas simul respexit atque comparavit, hic quoque utrique præcepta dedisse videtur, quod et totius Aristoteleæ orationis tenor et præcipue §§ 9—11 docent. Non prorsus reprobanda igitur, ut Welckero visum est, erit eorum sententia, qui ab

Aristotele non tragœdiam Scyllam, sed epicum quoddam carmen dictum censent : nec multum abest, quin Odysseæ librum XII, cujus pars *Scylla* inscripta fuit, et ejus quidem v. 371 sq. ineptam Ulixis querelam continentes ab Aristotele dictos putem. At vel si Welckero largiremur, Scyllam non epicum carmen, sed tragœdiam fuisse, tamen ex Aristotelis verbis non consequeretur, eam Euripidis fuisse fabulam. Aristoteles enim sæpius Æschyli, Sophoclis, Euripidis, aliorum poetarum fabulas promiscue affert, ad fabulæ titulum poetæ nomen non adjiciens nisi ejusdem tituli fabulæ plurium poetarum inveniuntur. Vehementer igitur erraret, qui v. c. Poet. c. XI, 2 sq., ubi Aristoteles de Œdipo ac deinceps de Lynceo verba fecit, Lynceum ad eundem poetam referre vellet, qui Œdipum composuit : Lynceus enim est Theodectis fabula (cf. Poet. c. XVIII) a philosopho tacito poetæ nomine citata. Cavendum est igitur, ne illo quoque loco, quem a Welckero in usum suum conversum vidimus, in eundem errorem illabamur. Tandem Welckerus exposuisset vellem, quale Scyllæ tragœdiæ ab ipso simulatæ argumentum fuerit. Dicit quidem, Euripidem argumentum e Stesichori Scylla petiisse, verum hæc opinio in mera conjectura est posita, atque etiam Stesichori Scylla uno tantum Scholiastæ Apoll. Rhod. IV, 838 testimonio nititur, eoque satis infirmo, ut recte Harlesius Scyllam fuisse partem Stesichoreæ Ἰλίου πέρσεως affirmasse nobis videatur. Quæ quum ita sint, persuadere nobis non poterimus, ab Euripide *Scyllam* tragœdiam scriptam esse, quamdiu eam non certa antiquitatis testimonia tuita erunt. *) Corruit igitur etiam altera Scholiastæ Platonici et Varronis verborum interpretatio a Welckero proposita, qua Lamia in Scylla tragœdia prologum pronuntiasse fertur. Quid igitur? si illa verba neque ad Lamiam neque ad Scyllam tragœdiam pertinent, quo tandem sunt referenda? Equidem libere me hoc nescire profiteor : tamen conjecturam, quæ in mentem mihi venit, afferam. Mihi enim in fonte, ex quo Schol. Plat. et Varro hauserunt, scriptum fuisse videtur : δευτέρα δὲ Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῷ τῆς Λαοδαμείας προλόγῳ Εὐριπίδης. Genitivus Λαοδαμείας vel Λαοδαμίας, ut frequenti permutatione vocalium ι et ει scribitur, per compendium scriptum facile in Λαμίας, ut ab illis lectum est, abire potuit. Si quis autem recte me hunc locum correxisse confiteatur, ad Protesilaum fabulam eum referam, in qua quin Laodamia, Protesilai uxor, prologum egerit, nemini dubium erit, qui fabulæ argumentum (quod conferas) perspectum habet. Ibi enim Laodamia umbra mariti paulo ante defuncti e somno excitata in scenam prodibat, ea quæ per somnum viderat quæque terrorem ei injecerant, narrabat, et deorum iram omniaque mala sacrificiis avertere studebat. Quid igitur veri est similius, quam eam, quum somnia et præsagia mentis enarraret, vaticinii cujusdam veteris, a Sibylla Libyca, omnium antiquissima, olim editi, quo obscuro significatum fuisset, ipsam vix nuptam marito orbatum iri, meminisse, quemadmodum Dareus in Persis Æschyli (vs. 725 sq.) oraculorum quorundam veterum reminiscitur, quæ infaustum pugnæ inter Græcos et Persas exitum prædixerant. Similiter teste Paus. IX, 12, 3 Sibylla Hecubæ somnium interpretans (cf. argum. Alexandr.) Priamo vaticinata erat, filium (Alexandrum), quem Hecuba paritura esset, patriæ exitio fore. Itaque aptissime Sibyllæ commemoratio in Laodamiæ oratione locum habere poterat. Si cui vero offensioni sit, quod Protesilaum fabulam tam insolito modo citari diximus, conferat Dionis Chrys. (Or. XXXVII, p. 467, B) verba (Protesil. fragm. X). Quæ quum explorata sint, restat ut exponamus, quo versus a Diodoro citati supraque exhibiti pertineant. Qui duplici modo in eodem Laodamiæ prologo locum habere potuerunt. Primum si Euripidem ambas Lamias confudisse statuimus, Laodamia istos versus proferre poterat, ubi Sibyllæ Libycæ ejusque vaticinii memor erat. Deinde vero, atque hoc multo probabilius videtur (— nam cur dixerit Sibyllæ matris nomen omnibus odiosum esse? —) Laodamia uti iis poterat, ubi somniorum terrores narrabat; nam vidisse eam per somnum mariti umbram supra est monitum, neque improbabile est, in ipso Tartaro hanc umbram apparuisse, itaque Tartarum ipsum cum omnibus, quæ in eo insunt, terriculis Laodamiæ menti obversatum esse. Sed hæc hactenus de Lamia, ne lectoribus terrorem inferamus. Nam Hartungi sententiam, qui (II, p. 360) Busirin et Lamiam eandem fabulam fuisse suspicatur, autori suo relinquimus.

Quæ præter illas Euripidis fabulæ citantur,

(*) Consentientem mecum ac jure negantem, Scyllam, Phorci filiam, potuisse tragœdiæ argumentum præbere, nunc etiam video Hartungum II, p. 215, qui tamen, quum ex Ovid. Trist. II, 393 appareat, Scyllæ, Nisi filiæ, historiam in aliqua tragœdia tractatam esse, in eo a me recedit, quod Euripidi Scyllam tragœdiam non prorsus abjudicat, sed eum Nisi filiæ dolum in ea repræsentasse dicit, et in Aristotelis verbis (l. c.) pro Ὀδυσσέως satis audacter Νίσου corrigit. Quam sententiam, quum in mera conjectura posita sit, refellere longum est. Hoc tamen mea causa addendum est, locos Scholiastæ Plat. et Diodori ne Hartungum quidem ad hanc Scyllam tragœdiam referre ausum esse, quamvis alioquin tam audax fuerit, ut Erechthei locum (fragm. V) huc transferret.

aut depravatis codicum scripturis aut erroribus scriptorum eos citantium originem debent. Sic Αἶγες pro Αἰγεύς, ἐν Διδύμοις pro ἐν Λικυμνίῳ, ἐν Κλεισὶ pro ἐν Κρησὶ, Κτίμενος pro Τήμενος (vide infra ad fragmenta ipsa); nonnunquam etiam singulæ personæ in fabula quadam agentes, præcipue eæ, quæ primarias partes tenent, pro fabula ipsa nominantur, cujus usus exemplum e Protesilao ductum supra attulimus. Alia exempla hæc sunt: *Glauci* persona a Stobæo ter pro *Polyido* fabula nominatur (cf. argum. Polyid.), *Medeæ* pro *Ægeo*, *Alexandræ* pro *Alexandro* (cf. Osann. in F. A. Wolfii Anal. lit. II, p. 532 sq.), *Cercyonis* pro *Alopa* (cf. Valck. Diatr. p. 12), *Polydori* et *Polyxenæ* pro *Hecuba, Clymenes* pro *Phaethonte, Electræ* pro *Oreste, Penthei* pro *Bacchis, Phædræ* denique persona pro *Hippolyto*. Si vero Valck. Diatr. p. 12, Matthiæus, Ed. Müllerus (Theor. artis Græc. I, p. 267), Welckerus (Trag. Græc. p. 675), Hartungus I, p. 170 ac Bothius *Thyesten* et *Cressas* unam eandemque fabulam esse putant, recte iis refragatus est God. Hermannus (præf. ad Cyclop. p. XIII), cujus rationibus adjici potest, quod etiam Orio in Antholognomico tria ex *Thyeste* Euripidis fragmenta servavit. Utramque fabulam diversam fuisse maxime etiam hoc demonstrat, quod schol. Aristoph. Ach. 432 ad poetæ verba τῶν Θυεστείων ῥακῶν adnotat: ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου, *aut Cressarum aut ipsius Thyestæ*; nam dicere non potuit ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου, si *titulo* tantum differebant. Apparet contra Scholiasten hæsisse, utrum ad Cressas an ad Thyesten Aristophanis verba referret, quum in utraque fabula Thyestes partes ageret. Accedit denique, quod Stobæus ipse inter utramque distinxisse videtur, quum Floril. XCII, 3, versus quosdam e Thyeste et proxime XCII, 5, alios e Cressis attulerit. Quare Thyesten in Euripidearum fabularum numerum rursus recipere non dubitavimus. Nec magis probandum est, ut infra docebimus, quod Hartung. I, p. 534, *Alcmenam* et *Licymnium* unam fabulam, *Cercyonem* autem et *Alopen* duas diversas fabulas effecisse dixit (II, p. 54 sq., 177 sq.), et *Pirithoum* Euripidi abjudicatam plane omisit. *Phryges* denique tragœdia, de qua jam Valck. Diatr. p. 14 dubitationem moverat, optime iis quæ Guil. Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 23, Welckerus l. c. p. 453, Meinekius Poet. com. II, p. 371 sq. disputarunt, ex Euripidis fabularum numero explosa est.

ΑΙΓΕΥΣ.

Argumentum fabulæ præbent Apollod. Bibl. I, 9, 28, Pausan. II, 3, 7, et utroque accuratius ex Cratete, Euripidis interprete, Schol. Hom. Il. XI, 741, quibus adjiciendus est Plut. Vit. Thes. c. 12. Medea, quum post liberorum necem e Corintho aufugisset, Athenas se contulit, ubi ab Ægeo non modo hospitio recepta, sed, ut plerique tradunt, etiam in matrimonium ducta est. Habebat vero Ægeus filium ex Æthra, quem matri Trœzene habitanti educandum tradiderat, ubi simul magno sub lapide ensem atque calceamenta condiderat (Apollod. III, 15, 16), ut filium, si adultus et lapide remoto his rebus instructus Athenas pervenisset, agnosceret. Hic Ægei filius, cui nomen Theseus, tempore isto, quo Ægeus Medeam uxorem duxerat, Athenas perveniebat, neque vero ensem et calceamenta, quibus a patre agnitus esset, ostendebat, itaque ut peregrinus, sed hospitaliter ab Ægeo recipiebatur. Medea autem, de Thesei adventu jam antea certior facta, Ægeo persuasit, ut peregrinum, quippe qui regnum eripere ipsi vellet, veneno interimeret. Ægeus fecit, quæ mulier suasit: sed quum in eo esset ut in prandio hospiti poculum vini venenati plenum porrigeret, conspexit ensem, quo ille ad carnem dissecandam utebatur, et hinc filium Theseum agnovit. Celerrime igitur poculum invertit filiumque amplexus est; Medeam vero, cujus scelus mox patefiebat, urbe expulit.

Tale fuit fabulæ argumentum, quod, qua ratione fabula expressum fuerit, ex fragmentis hodie cognosci nequit. Fabulam ipsam Aristoteles (Poet. c. XXV, 29 ed. Buhl.) reprehendit, quod in ea τὸ ἄλογον præter necessitatem adhibitum sit. Acta videtur Bothio inter Olymp. LXXXIV-LXXXVII, 4, propter fr. VII, quippe quo Periclis administratio reipublicæ tecte significata sit. Hartung. vero (I, p. 282 sq.) Ægeum cum Peleo, Heraclidis et Eurystheo Ol. LXXXVI, 3, scenæ commissam esse conjicit.

I. (1.)

Stob. Floril. LXXIII, 14.

Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιος γυνὴ
τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.

Verba haud dubie Medeæ sunt prologum agentis, quo certiorem de Thesei adventu factam sese prodit idque excusat, quod ei utpote ex priori

1.

Mulier enim, secundo marito conjuncta, liberis prioribus inimica esse solet.

Ægei conjugio oriundo insidias paratura sit. — V. 1 legebatur πᾶσι πολέμιον. Illud jam Musgravius in παισὶ correxit; πόλεμιον vero per se bonum a Gaisfordio ex Paris. A auctoritate in πολέμιος mutatum est. Vs. 2 Elmsl. ad Med. p. 66 scribi maluit δευτέρα πόσει, ingeniose quidem, at inutiliter.

II. (2.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 11, p. 742, 18 Pott.

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
πόλει ξενοῦσθαι τῇδε; τίς πάτρας θ' ὅρος;
τίς ἔσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

Fortassis ejusdem Medeæ vel Ægei Theseum, qui modo advenerat, quærendo pertentantis. — Vs. 2 legebatur πολυξενοῦσθαι γῇ δὲ τίς κτλ., sed in verbo πολυξενοῦσθαι nec alibi exstante nec aptam sententiam præbente jam dudum viri docti hæserunt; correxit igitur Valck. ad Hipp. 1085 πάλαι ξενοῦσθαι, ita ut πάλαι ad ἐκλελοιπότα referret, haud improbabiliter; postea vero e codd. genuina scriptura πόλει ξεν. revocata est. Reliqua Th. Bergkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1835, n. 10, et 1836, p. 79) conjectura ita, ut exhibita a nobis sunt, restituit.

III. (3.)

Schol. Aristoph. Av. 494 : ἐς δεκάτην γάρ ποτε) ὅτι τὴν δεκάτην εἱστίων ἐπὶ τοῖς τικτομένοις, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισί· καθάπερ Εὐρ. ἐν Αἰγεῖ·

Τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν;

Ita Dindorfius codicem Venet. sequutus edidit pro eo quod vulgo circumferebatur τίς σε μᾶτερ [cod. Med. μάτερ] ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν; Scholiastam, ut solet, Suid. v. δεκατεύειν exscripsit, falso tamen præbens τίς σε κτλ. Recte Pors. Adv. Append. p. 441 monuit, nullam metri iambici speciem hunc versum habere, sed ex melicis petitum esse, quod etiam Doricæ formæ declarent. Chori igitur videntur verba esse pariter ut Medea Theseum exquirentis. Both. vero perperam dedit : τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τοῦ τόκου ὀνομάζει; et hoc fragmentum cum antecedente conjunxit.

IV. (4.)

Stob. XXXIX, 6.

Τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;

Thesei fortassis verba sunt; cf. fr. V.

V. (5.)

Stob. CXVIII, 8.

Κατθανεῖν δ' ὀφείλεται
καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων.

Hoc et antecedens fragm. verba Thesei continere videntur, narrantis cur Trœzene relicta Athenas venerit, nimirum patriæ amore et rerum gerendarum ardore ductus.

VI. (6.)

Stob. CXI, 1.

Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας,
οὐχ ἡ τύχη σε· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Medea hæc Theseo dixisse videtur, quum ille animum non pati ipsum otiosum esse et gloriam quam maximam se appetere exposuerat. Both. vs. 2 perperam corrigit οὐχ ᾗ τυχήσῃ (sc. τις), h. e, non qua (via) quis consequatur eas (spes tuas).

VII. (7.)

Stob. XLVII, 6.

Ἀνδρὸς ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.

Cujus hæc verba sint non liquet. Welckero tamen ex oratione quadam fucata atque ad fallendum idonea, qua Medea Ægeum laudaverit, petita esse videntur.

VIII. (8.)

Stob. XLXIV, 3.

Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔσται σοι κακά.

Matthiæo et mihi Thesei post patefactas insidias Medeam increpantis, Welckero Medeæ ipsius vehementer in Ægeum invehentis verba esse vi-

2.

Quanam terra relicta te in hac urbe
versari dicamus? et quis est patriæ tuæ finis?
quis te genuit? cujus patris filius audis?

3.

Quo nomine mater decimo ex partu die te nominavit?

4.

Nam quid paterno dulcius tandem solo?

HGR.

5.

Morti debitus
etiam laborum qui sedet liber domi. HGR.

6.

Spes, nate, volucres sequeris, at non te simul
fortuna; fortunæ enim non una est ratio.

7.

Viri boni vel dominatum ferre pulchrum est.

8.

Nisi linguam cohibes, mala tibi impendent.

dentur, quum haud dubie tergiversaretur atque advenam veneno de medio tollere recusaret. — Legebatur καθέξῃς et ἔστι, quod correxit Pors. Adv. p. 274.

IX. (9.)

Orion. Anthologn. VI, 1, p. 48 ed. Schneidewin.

Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ βαθυσπόρου χθονὸς
ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν ὁμιλίαι.

Eadem paucis verbis immutatis ex Theseo (fragm. IX) affert Stobæus, quare Welckerus Stobæi errore hos versus illic citatos ac potius, quum in utraque fabula Theseus in scenam processerit, huc referendos esse, nullo modo autem in utraque exstitisse judicat. Primum autem ea, quæ Stobæus affert, licet simillima sint, non prorsus conspirant cum eis, quæ Orio præbet, at vero, etiamsi prorsus eadem verba utroque loco legerentur, tamen ex alia in aliam fabulam translata esse affirmare non auderemus, nisi verborum continuitati repugnarent, id quod in tragœdia, cujus tantummodo fragmenta supersunt, nunquam esse potest. Deinde omnino ne offensioni nobis sit cavendum est, si eandem sententiam sive iisdem sive parum mutatis verbis in pluribus tragœdiis legimus, nam Euripidem ejusmodi versuum repetitionem amasse plurima exempla docent. Cf. Med. 41 et 380. Med. 54 et Bacch. 1029. Med. 270 et Troad. 703. Med. 292, 447 et Hel. 957. Med. 471 et Inon. fragm. XIX, vs. 8. Med. 693 et Peliad. fr. I. Med. 748 et Iph. T. 738. Med. 922 sq. et 1006 sq., ubi vide R. Klotz. Med. 1019 et Iph. A. 440. Med. 1030 et Troad. 762. Med. 1310 et Hipp. 352. Bacch. 215 et Hippol. 281. Bacch. 315 et Hipp. 78 sq. Phœn. 195 et 312. Heracl. 97 et 223. Hippol. 897 et 1048. Iph. T. 84 et 1455. Hel. fin., Alcest. fin., Andr. fin., Bacch. fin. et Med. fin. Phœn. 531 et Syl. fgm. IV, vs. 1. Hec. 805 et inc. fab. fgm. XXXIII, vs. 1. Æol. fgm. II, vs. 2 et Phœnic. fgm. I. Andromed. fgm. XLI et Antiop. fgm. XLII. Archel. fgm. VIII, vs. 3 et inc. fab. fgm. XLI, vs. 7. Archel. fgm. X et Erechth. fgm. XIX, vs. 2, 3. Æol. fgm. XXIV, vs. 1 et Dict. fgm. XI. Erechth. fgm. IV, vs. 7 sq. et inc. fgm. CXVIII. Beller. fgm. XIX et inc. fab. fgm. CCXXXVI. Hippol. fgm. VI et Tem. XI. Melanipp. fgm. I et Pirith. fgm. V, vs. 4. Hyps. fgm. X, vs. 9. et inc. fab. fgm. XXVIII. Ixion. fgm. III, vs. 3 et Polyid. fgm. VI, vs. 3, etc. Non est igitur cur hæc verba et in Ægeo et in Theseo locum habuisse negemus. — Verba ipsa Thesei esse manifestum est.

X. (10.)

Stob. LXXIII, 16.

Δειλῶν γυναῖκες δεσποτῶν θρασύστομοι.

Hæc a Theseo vel a Choro post patefactas Medeæ insidias dicta esse facile intelligitur.

XI. (11.)

Stob. LXXXVI, 11.

Ἦ πολὺ κρεῖσσον τῆς εὐγενίας
τὸ καλῶς πράσσειν.

Chori esse nemo non videt. — Legebatur ἧ που, Gaisf. ἧ ποῦ, quod correxit Elmsl. ad Med. p. 66, not. a. Sæpius confusa sunt ἧ που et ἦ πολύ.

XII. (12.)

Stob. VII, 2.

Ἔστι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν
ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

Pariter Chori sunt fortasse Theseum cohortantis, ut quævis pericula forti animo subeat ac ne mortem quidem extimescat, sed in hac quoque eandem fortitudinem et virtutem servet atque exhibeat.

XIII. (13.)

Harpocr. v. Πάνακτος (p. 144, 23 ed. Bekk.) πόλις ἐστὶ μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ. Mss. B. C. Αἰγηί. A. Αἰγίδι, quod correxit Maussacus.

XIV. (14.)

Steph. Byz. v. ἄντρον, τὸ σπήλαιον· τὸ τοπικὸν ἔδει ἀντρίτης, ὡς λίχνον λιχνίτης. εὕρηται δὲ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ καὶ ἀντραῖα. Codd. ἐν Αἰξί,

---

9.

Divitiis ac fertilibus arvis præstantiora
sunt justorum bonorumque virorum consortia.

10.

Timidorum virorum conjuges audacissimæ sunt.

11.

Non nobilitas tanti est, quanti
vivere recte. HGR.

12.

Est ut morte aliquis sua
Virtutem doceat cadens. HGR.

13.

Panactus urbs est inter Atticam et Bœotiam.

14.

Antra habitans.

quod recte in Αἰγεῖ mutarunt Barnes., Musgr. et Meinek. (Poet. com. II, 1, p. 434.)

Huc fortassis etiam pertinent versus quos Stob. LXXVIII, 3 affert (cf. inc. fab. fgm. L):

Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα·

quosque sine auctoris nomine Clem. Alex. Pæd. I, 6, § 48, p. 127 P. citat: optime enim conveniunt Medeæ, quæ eos pariter atque fgm. VII in oratione fucata atque fallaci protulisse videtur. Gesn. dedit eos cum lemmate: *Euripidis in Ægeo*, Trincavell. c. lemm. Εὐριπίδου, optimus cod. Paris. A c. l. Βιότου (sic) ἐκ Μηδείας, quod Elmsleius, quamquam ipse (ad Med. p. 59 ed. Lips.) dicit: « optime hæc Medeæ personæ in Ægeo conveniunt, callidæ scilicet novercæ amare simulanti quæ odio habeat », infelicissima conjectura ex Διο. τυ. h. e. Διονυσίου τυράννου ἐκ Μηδείας corruptum censet. Si igitur, ut ex lemmate apparere videtur, hæc Medeæ verba sunt, quum in tragœdia Euripidis, quæ Medea inscripta est, nec legantur nec legi omnino potuerint, aut ex *Ægeo* aut ex *Peliadibus* petita sint oportet. Idem valere videtur de alio loco a Schol. Aristoph. Acharn. 119 (cf. inc. fab. fgm. CXCIII) servato; de Thesei fgm. X autem dubitari potest, sitne ad Theseum an huc referendum.

ΑΙΟΛΟΣ.

Argumentum fabulæ primus uberius exposuit Grauertus in Mus. Rhenan. philol. 1828, p. 50 sq., prætermittens tamen inter veteres auctores, qui huc faciunt, Sostratum in libro II Tyrrhenicorum ap. Stob. LXIV, 35, p. 404, hæc tradentem: « Æolus, Tyrrhenorum rex, ex Amphithea sex filias habebat totidemque filios, quorum maximus Macareus Canaces sororis amore captus eam stuprabat. Æolus ea de re certior factus ensem filiæ mittebat, quæ ferrum ut legem accipiens se interficiebat. Macareus interea patris iram placaverat: quod sorori nuntiaturus quum in cubiculum intraret et sanguine madentem eam conspiceret, eodem ense se quoque interimebat. » — His Euripideæ tragœdiæ argumentum contineri testis est Schol. Aristoph. Nub. 1374, et Dion. Hal. l. citando. Eadem breviter tradunt Schol. Aristoph. Ran. 873, Hygin. fab. CCLII. seq., qui tamen fab. CCXXXVIII sibi non constans Canacen ab Æolo interfectam esse narrat. Cum his compara Dion. Hal. Rhet. IX, 11 (t. V, p. 354 Reisk.): Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει. Πρότερον δὲ δείξωμεν ἐν ὅλῳ δράματι (ἐν μέρει τινὶ) σχῆμα διοικούμενον· ἐν δὲ τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεὺς ἐστιν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ καὶ λανθάνων, καὶ συμβουλεύων τῷ πατρὶ τὰς ἀδελφὰς τοῖς ἀδελφοῖς συνοικίσαι, ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσηται· καὶ οὕτως ἐσχημάτισται ὁ λόγος κοινῇ γνώμῃ καὶ συμβουλῇ. Fabulam ante oculos habuisse atque in usum suum convertisse videtur Ovid. Heroid. XI (cf. Welck. Trag. Græc. p. 861 sq.), eamque propter incestum inter fratrem sororemque amorem vehementer exagitarunt poetæ comici, maxime Aristophanes, Antiphanes, Ephippus. Quam ante Ol. LXXXIX actam esse inde concludere licet, quod ejus in Nubibus Aristophanis mentio injecta est. Nulla autem justa adest caussa, ut cum Hartungo (I, p. 254) statuamus, Œdipum, Æolum, Protesilaum et Scyrias conjunctim in scenam prodisse.

I. (15.)

Dicæarch. Βίῳ Ἑλλάδος p. 22 ed. Huds., sine nomine fab.

Ἕλλην γάρ, ὡς ἔοικε, γίγνεται Διός,
τοῦ δ' Αἴολος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔρριψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Petitos esse hos versus ex Æolo probabile reddit Strabo VIII, 3, p. 546, B: Ἡ δὲ Σαλμώνη πλησίον ἐστὶ τῆς ὁμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς. ... ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς Σαλμωνέα, καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησί. Verba e prologo deducta sunt, quo haud dubie Æolus ipse origine sua a Jove deducta (cf. Ovid. Her. XI, 17, 18) liberos suos in connubia dandi consilium patefecit (cf. fgm. II, III) simulque sponsas sponsosque a se filiis filiabusque electos enumeravit.

II. (16.)

Stob. LXV, 1.

Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄρσεν' ἀρσένων,
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος·

15.

Hellen enim, ut fertur, Jove satus est,
hujus filius Æolus, Æoli vero Sisyphus
et Athamas et Cretheus, et, qui ad Alphei fluctus
flammam Jovis insaniens jaculatus est, Salmoneus.

16.

Videam meorum liberûm natos mares,
quorum ora celsum præferant regni decus.
Virtutis etenim magna commendatio est
spondens honesta corporis pulchri fides. HGR.

πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ' ὑπάρχον ἐν βίῳ,
τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

Hoc et sequens fgm. aut ad prologum (cf. fgm. I) aut eam ad scenam pertinuit, in qua Æolus liberis consilium suum manifestavit (cf. fgm. IV). — Vs. 2 præbent etiam Athen. XIII, p. 566 B, Porphyr. in Εἰσαγωγῇ s. libello περὶ τῶν ἑπτὰ φωνῶν, c. 2 init., et hinc Etym. M. p. 295, 43, Gud. p. 163, 28, Eustath. ad Il. γ', p. 399, 10 ed. Rom., Cram. An. Gr. Paris. I p. 403, 9, citantes ἄξιον, quam scripturam posthabendam esse Stob. ἀξίους jam docuit Muret. Var. Lect. III. 2. Sed ex rammatico ap. Cram. An. Gr. l. c. et alio loco infra citato (cf. Phœnic. fgm. I) apparet, Euripidem eodem versu (sed ἄξιον pro ἀξίους præbente) in Phœnice usum esse. Haud dubie igitur scriptores, qui versum πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος citarunt, non hunc Æoli, sed Phœnicis locum ante oculos habuerunt.

III. (17.)

Stob. XLV, 13.

Λαμπροὶ δ' ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος ἔν τε συλλόγοις
μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο,
ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ, μεγάλα βουλεύοντες εὖ.

Cf. fgm. I. Partem loci citat Aristot. Polit. III., 2, 5. — Vs. 3 Paris. A. μεγάλα βουλεύοντες ἀεὶ, Trinc. βουλεύοντες ἐά. Hinc Gaisf. legendum suspicatur : μεγάλα βουλεύοιντ' ἀεί. — Huc facere etiam videtur inc. fab. fgm. LXXIX.

IV. (18.)

Stob. XXXV, 3.

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Eadem Suid. vv. οἷος et σοῦ sic affert : ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν (συντεμεῖν v. σοῦ) λόγους, ex Aristophane, qui v. σοῦ nominatur. Apud Aristophanem enim (Thesm. 177) his versiculis Euripides Agathonem alloquitur, quare Porsono etiam hoc loco ita scribendum videbatur. Fortassis recte, nam Aristophanei Euripidis præcipue est, sui ipsius verbis integris loqui. — Æoli verba filiis dicta esse manifestum est, ea quidem petita ex illa tragœdiæ parte, ubi pater filiis convocatis suam atque domus conditionem describebat, multa egregie adumbrat atque considerat (fgm. V), ac denique consilium supra memoratum (fgm. I) aperiebat. Quod patris consilium præcipue Macareo admodum ingratum fuisse facile intelligitur; non est igitur cur miremur, quod multa patri obloquutus est ac postremo suasit, ut filiis sorores in matrimonium daret (cf. Dion. Hal. l. c.). Ex hoc inter Æolum Macareumque dialogo superesse videntur fgm. VI. VII. VIII. IX.

V. (19.)

Stob. XLIII, 20.

Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας
λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;
οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.
ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος
δίδωσ'· ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

Æoli sunt verba; cf. fgm. IV. — Vs. 3 et 4 præbent etiam Plut. De aud. poet. 7 (p. 25, C), De Isid. et Osir. 45 (p. 369, B), De tranqu. anim. 15, (p. 474, A), Theophr. Metaphys. p. 269. — Vs. 5 unus ex paucissimis illis est, in quibus iota dativi sing. elisione abjectum est. Hujus enim vocalis elisionem Atticis permissam esse negarunt Elmsl. ad Heracl. Add. 693, Lobeck. ad Aj. 801, Spitzn. De vers. heroic. p. 340 sq., affirmarunt Pors. præf. ad Hec. p. XXIV, Herm. ad Hec. p. 150, Schæf. ad Soph. OC. 1436, Dobr. ad Aristoph. Plut. 689, Jacobs. ad Anthol. Pal. III, p. 64, ac sane exstant nonnulli loci a parte codicum satis firmi, velut Æsch. Pers. 836 (Well.), Soph. OC. 1435, Trach. 675, quare hoc quoque loco Erfurdtii (in Diar. Jenens. 1817, n. 17 propositam) emendationem τῷ πένητι, πλούσιος rejecimus, præcipue quum articulus deesse haudquaquam possit. — Vs. 7 vulg. τιμώμεθα, Paris. A. πειθώμεθα. B. πειθόμεθα. Bergl. ad Aristoph. Plut. 510 et ad Thesm. 162 conjecit θηρώμεθα, quod recepit Din-

---

17.

Clari in acie Martis et in conventibus
non ad elegantias solertes mihi evadant,
sed in magnis rebus, quæ urbi opus sunt, consulentes.

18.

Illud viri sapientis, o pueri, est opus,
multa efficace proloqui compendio. HGR.

19.

Possetne summa stare res, locupletibus
si plebs remotis pauper habitaret solum?
Sejuncta nolunt a malis poni bona :
quæ temperata publicam rem promovent.
5\. Quod defit inopi, supplet hoc dives manus;
quod non habemus divites, hoc pauperum
labor ministrans nos honoratos facit. HGR.

dorfius. sed scriptura vulgata satis aptam præbet sententiam.

VI. (20.)

Stob. XCI, 21.

Τὴν δ' εὐγένειαν, πρὸς θεῶν, μή μοι λέγε.
ἐν χρήμασιν τόδ' ἐστὶ, μὴ γαυροῦ, πάτερ.
κύκλῳ γὰρ ἕρπει, τῷ μὲν ἔσθ', ὁ δ' οὐκ ἔχει.
κοινοῖσι δ' αὐτοῖς χρώμεθ'· ᾧ δ' ἂν ἐν δόμοις
χρόνον συνοικῇ πλεῖστον, οὗτος εὐγενής.

Macarei sunt; cf. fgm. IV. — Vs. 5 Stobæi codd. εὐτυχής, pro quo scribendum esse εὐγενὴς jam viderunt Grot. et Barnes. Hoc enim sententia requiritur.

VII. (21.)

Stob. XCIII, 9.

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Pariter Macarei patrem refellentis verba esse videntur; cf fgm. IV. — Eosdem vs. sine auctoris et fabulæ nomine citant Plut. De aud. poet. 13 (p. 34, D), Stob. V, 4; tacito fabulæ titulo Athen. IV, p. 159, D, Sext. Empiric. Adv. Math. I, 13, p. 271 et 279 (p. 660 et 663 ed. Bekk.).

VIII. (22.)

Stob. LXXI, 3.

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·
μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει,
θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

Æoli verba esse videntur sive in dialogo cum filiis (cf. fgm IV), quo eos doceret, quales et quando (cf. fgm. IX) mulieres in matrimonium ducendæ essent, sive, quod minus probabile est, jam in prologo prolata. — Vs. 3 θηλείας δ' Gesn. θηλείας θ' Paris. A., quod jam H. Stephanus correxit. — Longe diversum est, quod cum hoc loco confuderunt, inc. fab. fgm. CXLI.

IX. (23.)

Stob. CXVI, 38. Plut. Quæst. Rom. 86 (p. 285, B.) sine nom. fab.

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἥ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Æoli esse verisimillimum est (cf. fgm. IV et VIII). — Vs. 2 citat Plut. An seni ger. sit resp. 5 (p. 786, A) et Non poss. suav. viv. sec. Epic. XII, 3 (p. 1094, F).

X. (24.)

Schol. Aristoph. Ran. 1523, ad poetæ verba « τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ » adnotat : παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου·

Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Macareus hæc patri respondisse videtur, posteaquam ille id, quod filius proposuerat (cf. fgm. IV), nimirum ut pater filias fratribus in matrimonium daret, recusaverat, turpe haberi dicens, si sorores ex eadem matre fratribus in matrimonium darentur. Grauert. l. c. hunc vs. nutrici tribuit, quæ ex ejus opinione lenæ partes tenuit, ut in Hippolyto superstite. — Euripides a multis ac sæpe propter hunc versum irrisus est : cf. Plut. De aud. poet. 12 (p. 33, C), Seren. ap. Stob. V, 82, Macho ap. Athen. XIII, p. 582, C, D.

XI. (25.)

Stob. XXII, 14.

Σιγᾶν φρονοῦντα κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα· τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἴην φίλος
μήτε ξυνείην, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
πέποιθε, δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

Macarei verba esse in fine colloquii cum patre habiti prolata Welckerus probabile reddidit. Æolus enim omnibus iis refutatis, quæ Macareus

20.

Ne decora gentis, per deos oro, pater,
mihi usque jactes; omne id in numis situm est,
quos turbo versat; hic habet, deest alteri :
promiscua est sors ista, sed cujus domo
longissime hæret, nobilem hunc omnes vocant. HGR.

21.

Pecuniam ne fare : nil moror deam,
quæ pessimorum sæpe fit possessio. HGR.

22.

Puella juveni nupta non recte datur;
nam masculus fert melius ætatem vigor,
muliebre corpus citius in senium cadit. HGR.

23.

Nisi quod senectus amorem abdicat
atque Venus senes fastidit.

24.

Quid autem turpe est, nisi utentibus ita videatur?

25.

Tacere decet sapientem, si in potentiorum consortia inciderit : sed illi viro nec amicus esse nec consuescere cum eo vellem, qui familiares in servorum numero habens se satis sapere confidit.

contra ipsius consilium monuerat, haud dubie iratus ac paterna denique auctoritate usus filios jusserat sponsas a se constitutas exspectare ac sortitione (ut Welckero fgm. XXVIII respicienti visum est) accipere; quapropter Macareus se contra patris auctoritatem nihil posse intelligens hæc dixit. Hinc simul facile perspicitur, vs. 1 recte a Musgr. scribi κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν pro vulg. κρεῖσσον ἢ εἰς ὁμ., quod vix sententiam præbet. Halm. (Lectt. Stobens. p. 52) et Hartung. (I, p. 267) servarunt quidem κρεῖσσον, ejecerunt autem ἤ.

XII. (26.)

Schol. Aristoph. Pac. 113 : τὸ δὲ « ἦ ῥ' ἔτυμός γε » εἴρηται παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου « ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων, Αἴολον εὐνάζειν τέκνα φίλτατα. » Ita Dindorfius fort. Meinekii (Poet. com. I, p. 323) emendationem sequutus, nam codd. Rav. Ven. hanc scripturam non præbent. Primum Ven. ἔτυμος φάτειν (sic), Rav. recte quidem φάτιν, sed priora verba interierunt; deinde Rav. εὗρον pro ἔγνων habet et Αἴολον omittit, pro quo Ven. Αἴολε habet. Hinc Seidlerus licet dubitanter conjectura elicuit :

Ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων,
Αἴολε, σ' εὐνάζειν τε τέκνα φίλτατα;

At vero hæc, ut propter alias rationes, ita maxime propter verbum εὐνάζειν displicent, quod quid sibi velit non video. Nam omnes quæ in eo insunt significationes, huc non quadrant; si qui vero putent, posse id significare *in matrimonium dare*, hujus significationis exemplum afferant velim. Miror igitur, quod et Hartung I, p. 257 scribens : ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων, ὡς Αἴολος εὐνάζει τέκνα φίλτατα, et Both. Dindorfii scripturam sequutus in hoc verbo non hæserunt. Fortassis autem corrigendum est :

Ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων, Αἴολε,
σὲ γαμίζειν τέκνα φίλτατα...

Chori ex virginibus constantis (cf. fgm. XXI) verba esse probabile est, qui, quum illud Æoli consilium (fgm. I) comperisset, regem dehortaturus accessisse videtur.

XIII. (27.)

Plut. De fort. 3 (p. 98, E), De solert. anim. I, 4 (p. 959, D), priori loco sine auctoris et fabulæ nomine : ἦ βραχὺ μὲν σθένος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων δεινὰ μὲν πόντου, χθονίων (τ') ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα. Altero loco sine fabulæ titulo : ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων δαμνᾷ φῦλα πόντου χθονίων τ' ἐανά τε παιδεύματα. Ex Euripidis Æolo duos priores versus Stob. LIV, 6, et sine auctoris et fabulæ nomine Arsen. Viol. p. 147 ed. Walz sic exhibent : Βραχύ τοι σθενος ἀνδρὸς Ἀλλὰ ποικιλίαι πραπίδων. His locis inter se collatis probabiliter Valck. Diatr. p. 146 sq. fragmentum in hunc modum restituit :

Ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων
δεινὰ μὲν φῦλα πόντου
χθονίων τ' ἀερίων τε
δάμναται παιδεύματα.

In qua correctione non acquieverunt Hartungus (I, p. 261) et Bothius, quorum ille : ἦ βραχὺ σθένος ἀνέρος / ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων / δεινὰ μὲν πόντου χθονίων / τ' ἀερίων τε δάμναται / παιδεύματα φύλων· hic vero dedit : ἦ βραχὺ σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ / ποικιλίᾳ πραπίδων / δεινὰ μὲν φῦλα πόντου, / χθονίων τ' ἀερίων τε / δάμναται παιδεύματα. Verba pariter Chori esse manifestum est, sed vix ex eodem cantico, ex quo sunt antecedentia petita.

XIV. (28.)

Stob. Ecl. Phys. I, 9, 20, p. 232 ed. Heeren
Ὁ χρόνος ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει.
[λάλος ἐστὶν οὗτος, οὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.]

Sententia generalis est et apud scenicos satis frequens (cf. Valck. ad Hipp. 428), quare a quo in hac fabula prolata sit, explorari vix poterit. — Vs. 2 vix Euripideus, at fortasse ne tragici quidem poetæ est, quod et dicendi genus et versus compositio declarant; at vel si Euripidi originem deberet, nullo modo cum antecedente hac ratione conjunctus esse posset. Quod quum sensisset Bothius, correxit : λάλος γὰρ οὗτος κτλ. Sed vereor, ne, ut sæpius apud Stobæum (cf. Belleroph. fgm. XV), ita hoc loco duo diversa fragmenta coaluerint.

26.
Estne verus, quem percepi, nuntius, Æole,
te in matrimonium daturum esse(?) liberos dilectissimos?

27.
Exiguum profecto viri robur,
sed versutia mentis diræ
pelagi gentes et terrestres
aeriique alumni domantur.

28.
Tempus omnia posteris narrabit
[Id loquax est et vel non interrogantibus dicit.]

XV. (29.)

Stob. Floril. L, 6.

Τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα.

Vulg. διαφέρει quum aptam sententiam non præberet (nam Bothii interpretatio : *Differt incepta plurima necessitas*, pariter obscura est), Grot. mutavit in παραφέρει. Sed propius ad literarum ductus accessisse et sententiam restituisse mihi videor scribendo ἀνάγκη δ' ἀμφέρει, quam formam Æsch. Choeph. 841, Eur. Phœn. 1419 tuentur. — Verba Macarei esse videntur e dialogo cum Canace sorore petita, quo utriusque amor, Canaces graviditas metusque partus jam propinqui, Macarei cura ac timor patris patefiebant. Etenim ne pater utriusque delictum detegeret, Macareus haud dubie sorori persuadere conatus fuit, ut secum paternam domum aufugeret; cf. fgm. sequ. Eidem Macareo tribuerim inc. fab. fgm. CXCI.

XVI. (30.)

Stob. XXXIX, 5.

Ἀλλ' ὅμως
οἰκτρός τις αἰὼν πατρίδος ἐκλιπεῖν ὅρους.

Macarei præter fugam nihil sibi relictum esse intelligentis (cf. fgm. XV), tamen invite patriam relinquentis verba sunt.

XVII. (31.)

Stob. XX, 7.

Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Hæc a quo dicta sint difficile est ad definiendum. Welckero Canaces fratrem placantis, mihi Chori Æolum dehortantis, ne ira commotus filiæ ensem mittat, verba esse videntur. Attamen a Macareo ipso patris iram placaturo prolata esse possunt.

XVIII. (32.)

Stob. LXIII, 1.

Τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς.
τύχοιμι δ' αὐτῆς, ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

In fine scenæ inter Macareum et Canacen a Choro pronuntiata esse videntur, ubi vidit quanta ærumna illis ex amore prodierit.

XIX. (33.)

Stob. LXXIII, 13.

Γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς,
δύστηνος ἆρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται.

Æolum filiæ facinore patefacto hæc enuntiasse facile quisque conjiciet. — Vs. 2 ἄρα Matth. adversus metrum. Scribendum est, ut recte Dindorfius, ἆρα. Nam etsi God. Hermannus de part. ἆρα et ἄρα in præf. ad Soph. OC. p. XVI disputat ἄρα semper conjecturæ faciendæ, ἆρα interrogandi vim perpetuo retinere, tamen quum aperte Etym. M. p. 71, 54 confundi has particulas testatur, tum multa reperiuntur exempla, in quibus ἆρα manifesto sine interrogatione positum est. Ejusmodi exempla congesserunt Valck. ad Eur. Phœn. 519, et plura certioraque Ellendt. Lex. Sophocl. I, p. 217.

XX. (34.)

Stob. XCVIII, 32.

Γλυκεῖα γάρ μοι φροντὶς οὐδαμῆ βίου.

Macarei mortem sibi parantis verba esse bene vidit Grauertus.

XXI. (35.)

Schol. Aristoph. Pac. 118, ad Aristophanis verba « δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον ἄχθομαι ὑμῖν κτλ. » adscribit : καὶ τοῦτο πρὸς τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου ἔπος

Δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω [εἰπεῖν.

δοξάσαι οὖν ἀντὶ τοῦ ὑπονοῆσαι, εἰκάσαι. — Hæc verba a nutrice vel a nuntio prolata esse videntur, qui, quum in domo sive Canacen solam sive cum ea simul fratrem interfectum vidisset ac vultu perterrito in scenam processisset, a Choro interroga-

---

29.
Necessitas pleraque ausa affert.

30.
Atqui miseranda est vita relictis patriæ finibus.

31.
Iræ enim qui statim obtemperat, malum
exitum habet; ea enim maxime homines profligat.

32.
Veneri autem multa varia insunt.
Nam et maxime delectat et dolore afficit homines.
Mihi autem contingat eam, quum propitia est, con[sequi.

33.
Quisquis maledicere mulieribus desinit,
miser, neque vero sapiens vocabitur.

34.
Me nulla vitæ cura delectat meæ. HGR

35.
Conjiciendum est, mulieres; verum enim non
possum dicere.

tus erat, num mali quid accidisset. Nam quomodo iis ad fgm. XII ab Æolo responderi potuerit, ut Bothius opinatur, equidem non intelligo. Qui si hoc fgm. cum duodecimo conjungere volebat, alterum saltem alteri semichorio tribuere debebat, ut Hartungus I, p. 257 fecit.

XXII. (36.)

Stob. IV, 11,

Κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίγνεται τέλος κακόν.

Chorus percepto de morte Canaces nuntio hæc pronuntiasse videtur.

XXIII. (37.)

Stob. CXIV, 8.

Οἴμοι τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς;
τίς ἂν κλύων τῶνδ' οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;

Æoli vel Chori verba sunt nuntio de Macarei morte, quæ fortasse non simul cum morte Canaces nuntiata est, accepto.

XXIV. (38.)

Stob. CXVI, 4.

Φεῦ φεῦ· παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
γέροντές ἐσμεν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος
καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα·
νοῦς δ' οὐκέτ' ἐστὶν; οἰόμεσθα δ' εὖ φρονεῖν.

Ab Æolo post liberorum obitum pronuntiata esse recte monuerunt Grauertus et Welckerus. — Vs. 1 legitur etiam in Dictye fgm. XI. — Vs. 2 sic Dindorf. e Paris. A et Voss. pro vulg. γέροντες οὐδέν ἐσμεν, quam Matth. exhibet. Vs. 4 Both. omittit δ' post νοῦς.

XXV. (39.)

Galen. De Hippocr. et Plat. dogm. IV, 7 (t. V, p. 158 Chart., t. V, p. 418 Kühn.).

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ,
καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς πόνων.

Pariter Æoli tot tantaque mala perpessi verba esse manifestum est ac liquet e Ciceronis (Tusc. III, 28, 67) verbis, qui etiam hunc locum Latine expressit. — Rettulerant ante Matthiæum hos versus ad Theseum, fortasse quia paullo ante Galenus Thesei locum citaverat, sed huc referendos esse probabile fit e loco grammatici in Bekk. An. Gr. p. 105, 25 : κατηρτυκέναι ἐλέγοντο οἱ μηκέτι βόλον ἔχοντες ἵπποι. Εὐριπίδης Αἰόλῳ.

XXVI. (40.)

Stob. CVIII, 19.

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τοὺς δὲ δαιμόνων τύχας
ὅστις φέρει κάλλιστ' ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Chorus his verbis haud dubie Æolum consolatus est. Vs. 2 Bothius, ut cæsuram restitueret, scribi jussit : ὅστις φέρει κάλλιστά γ', ἦν οὗτος σοφός.

XXVII. (41.)

Stob. CIV, 10.

Ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακόν,
τὸ δ' ἐκπέφηνεν αὖτις ἐξ ἀρχῆς ἀνέον.

Chorine an Æoli fuerint hæreo : Welckero ab Æolo eadem ratione qua fgm. XXIV-XXV, dicta videntur, sed fortasse aliquo modo cohærebant cum fgm. XXVI.—Vs. 1 Gesn. τὸ μέν γε ζῇ, sed γὲ deest in Trinc. et Paris. A. B. Vs. 2 vulg. τὸ δ' οὐκ ἔφηνεν, sed Paris. B. τὸ δ' ἐξέφηνεν, ex quo Musgr. veram elicuit scripturam.

XXVIII. (42.)

Suid. v. Κλῆρος Ἑρμοῦ, Phot. p. 125 Herm., p. 169 Pors. : Κλῆρος Ἑρμοῦ, συνηθείᾳ ἀρχαίᾳ ἔβαλλον οἱ κληροῦντες εἰς ὑδρίαν ἐλαίας φύλλον, ὃ προση-

---

36.

Malo ab initio malus fit exitus.

37.

Eheu! quis est, qui ob mala dolere nesciat?
Quis hæc audiens non lacrimetur?

38.

O quam vetusta hæc veridica sententia est :
Omnes senili ætate plebs tantum sumus
et umbra rerum somniùmque imagines ;
quum nos putemus sapere, mens nobis abest. HGR.

39.

Si me ista miserum prima spectarit dies,
pernavigassem multa nec pridem mala,
esset gemendi causa, juvenes equulei
sicut recepto jam recens freno dolent :
at jam subactus miseriis occallui. HGR.

40.

Pati necesse est : at quod immittunt dei
bene ferre quisquis didicit, is vere sapit. HGR.

41.

Semper aliud viget, aliud excedit malum,
aliud vero statim apparet novum atque incipiens.

42.

Sors Mercurii. Vetusto more receptum erat, ut sortientes in urnam folium olivæ conjicerent, quod Mercu-

γόρευον Ἑρμῆν. καὶ πρῶτον ἐξῄρουν τοῦτο, τιμὴν τῷ θεῷ ταύτην ἀπονέμοντες, ἐλάγχανεν δὲ ὁ μετὰ τὸν θεόν. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἤθους τούτου. cf. fgm. XI. Welckerus huc etiam refert inc. fab. fgm. CXXV.

XXIX. (43.)

Hesych. Ἀκρατές, ἀσθενές. Εὐριπίδης Αἰόλῳ.

Ad hanc fabulam præterea retulerim inc. fab. fgm. CXC. CXCI. CXCII.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Fabulæ fragmenta cum eo Alexandri argumento, quod Hyginus præbet, bene congruere jam *Osannus* (in F. A. Wolfii Anal. lit. II, p. 20 sq.) et post eum *Welckerus* et *Planckius* (de Troica didascalia. Gotting. 1840, p. 10 sq.) præclare perspexerunt. Hæc autem ille (fab. XCI) tradit : *Priamus Laomedontis filius quum complures liberos haberet ex concubitu Hecubæ, Cissei sive Damantis filiæ, uxor ejus prægnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. Id visum omnibus conjectoribus quum narratum esset, imperant, quidquid pareret, necaret, ne id patriæ exitio foret. Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus ; quem satellites misericordia exposuerunt. Eum pastores pro suo filio repertum expositum educarunt eumque Parim nominaverunt. Is quum ad puberem ætatem pervenisset, habuit taurum in deliciis : quo quum satellites missi a Priamo, ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, cœperunt Paridis taurum abducere. Qui persecutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent. Qui indicant se eum ad Priamum abducere (ei) qui vicisset ludis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit, fratres quoque suos superavit. Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Jovis Hercei insiluit. Quod quum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque excepit.* Consentiunt Apollod. III, 12, 5, Schol. Hom. Il. V, 325, Ælian. V. H. XII, 42, Ovid. Her. XVI, 39 sq. Hinc collatis tragœdiæ, quotquot supersunt, fragmentis, quamvis ad argumentum accurate describendum ea non sufficiant, illud tamen cognoscitur, tres fuisse Alexandri præcipuas partes, quibus summa fabulæ contineretur. Quarum prima certamen illud fratrum, ex quo Paris victor evasit, complectebatur; altera periculum, quod victoria reportata subiit, quum regis filii præmium ei concedere nollent mortemque minarentur, descriptum erat; in postrema denique Cassandra Paridis originem patefaciebat simulque omnia mala, quæ Alexander patriæ contracturus esset, vaticinabatur : sed quum his vaticiniis Phœbo auctore fidem non haberent, Alexander in regiam receptus est. — Huc porro pertinent illisque, quæ supra attulimus, illustrantur verba Schol. Eur. Hipp. 67 : ἕπεσθ' ᾄδοντες.) « τοῦτο ἔνιοι τὸν Ἱππόλυτόν φασιν ᾄδειν. ἄμεινον δὲ τοὺς ἑπομένους τῷ Ἱππολύτῳ ἀπὸ τῶν κυνηγεσίων ταῦτα λέγειν. ἕτεροι δέ εἰσι τοῦ χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ (sic) ποιμένες· ἐνταῦθα μὲν οὖν δύναται προαποχρήσασθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ, ἐκεῖ δὲ συνεστῶτος τοῦ χοροῦ ἐπεισάγει τοῦτο τὸ ἄθροισμα. Ex hoc loco enim apparet, duos fuisse in hac tragœdia Choros : alterum e Troibus (cf. fgm. XXII), cujus sunt fgm. IV et XI, alterum e pastoribus Paridem comitantibus constantem, cujus est fgm. XVII, cujusque eædem in Alexandro partes erant, quas in Hippolyto (vs. 61) venatorum chorus obtinebat. — Euripideam fabulam imitatione expressit *Ennius* teste Varrone Ling. Lat. VII, 82, in *Alexandro*, cujus imitationis reliquias ad Euripideum artificium constituendum consuluisse non pœnitebit. Acta est fabula, ut hujus libri initio ostendimus, una cum Palamede, Troadibus et Sisypho satyrico Ol. XCI, 1. (Ælian. V. H. II, 8; Schol. Aristoph. Av. 843.)

I. (44.)

Stob. Floril. CXXIV, 20.

Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν.

Priami verba esse videntur. Cf. fgm. II.

II. (45.)

Stob. CXIV, 7.

A. Οἶδ'. ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών.
B. χρή. τοῦτο δ' εἰπεῖν ῥᾷον ἢ φέρειν κακά.

Hos versus pariter atque eos quos supra (fgm. I) et infra (fgm. III) attulimus, e dialogo quodam

---

rium vocabant, et in ejus dei honorem primum educerent : altera sors ejus erat, qui deum subsequebatur. *Euripides in Æolo* hujus consuetudinis meminit.

43.

Viribus defectum.

44.

Vetera mala non deflenda sunt novis lacrimis.

45.

A. Scio, sed dolores tempore inflecti decet.
B. Decet : at hos monere facilius est quam mala [perpeti.

petitos esse, ita quidem, ut primus, secundus et quartus vs. ab una eademque, tertius ab altera dictus sit, nemo erit qui infitietur. Neque improbabile est, quod Welckerus dicit, fuisse qui inter se colloquerentur, Priamum et Hecubam: hanc quidem etiamnunc Alexandri morte mœrentem; illum vero in filii honorem uxorisque consolationem ludos funebres parantem. Versu igitur 1, 2 et 4 Priamus Hecubam, cujus est vs. 3, a luctu dehortatur.

III. (46.)

Stob. CV, 38.

Ὥστ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

Priami (cf. fgm. II) aut Chori Hecubam consolantis sunt verba.

IV. (47.)

Stob. CVIII, 17.

Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος
μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾷ.

Chori Hecubam consolantis verba esse perspicuum est.

V. (48.)

Stob. IV, 32.

Ὅθεν δὲ νικᾶν χρῆν σε, δυστυχεῖς, ἄναξ·
ὅθεν δέ σ' οὐ χρῆν, εὐτυχεῖς· δούλοισι γὰρ
τοῖς σοῖσι νικᾷς, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν οὔ.

Vs. 3 τόσοισιν ἥκεις Gesn., in marg. tamen εἴκεις. Matth. et Dindorf. τοῖς σοῖσιν ἥκεις ex Paris. A, quæ scriptura, quomodo intelligenda sit, haud facile est ad dicendum. Correxerunt igitur Musgravius et post eum Th. Bergk. (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1835, n. 40) τοῖς σοῖσι νικᾷς, quod recipere non dubitavimus. Ea enim potissimum re Priamus malam fortunam expertus erat, quod Alexander, qui loco servili natus habebatur, victoriam reportaverat, regis contra filii victi erant. Facile autem intelligitur, hos vs. Priamo dictos esse sive a nuntio, qui de certamine retulerat, sive, quod Welckero verisimilius videtur, ab uno alterove filiorum Priami, fortasse Deiphobo, quippe qui omnium maxime iratus fuerit. Post illam victoriam enim Paris cum comitibus ad regem ductus a regis filiis, maxime a Deiphobo, accusatus ac morte dignus judicabatur, quia licet infimo loco natus tamen cum nobilibus certare iisque palmam præripere ausus erat. Illi igitur versus ad easdem Alexandri criminationes pertinere poterant, quibus in sequentibus fragmentis (VI. VII. VIII. IX. X.) Deiphobus non Alexandro solum, sed omnibus qui servili loco nati erant maledicebat. Quibus adnumerandum fortassis est inc. fab. fgm. CXIV.

VI. (49.)

Stob. LXII, 14.

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ', ὅμως δέ σοι λέγω
δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεὼν,
οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον, οὐδὲ δώμασι
κτῆσις κακίων οὐδ' ἀνωφελεστέρα

Cf. fgm. V.

VII. (50.)

Stob. LXII, 19.

Δούλους γὰρ οὐ
καλὸν πεπᾶσθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

Cf. fgm. V. — De perfectis πέπαμαι et πέπασμαι ab editoribus sæpe confusis vide Valck. ad Ammon. p. 187.

VIII. (51.)

Stob. LXII, 16.

Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος,
πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἱροῦνται μέγαν.

Cf. fgm. V.

IX. (52.)

Stob. LXIX, 20.

Ἐκ τῶν ὁμοίων οἱ κακοὶ γαμοῦσ' ἀεί.

Cf. fgm. V. — Recte Welckerus τοὺς κακοὺς sensu

46.

Ut nemo felix undique est mortalium.

47.

Omnibus est moriendum. Communem vero dolorem
moderate dolere sapientia meditatur.

48.

Qua in parte vincere te oportet, rex, infelix es:
felix vero, ubi non opus erat: vincis enim
servis tuis, neque vero ingenuis.

49.

Sapis quidem tu, Priame, tamen audi, precor:
plus, quam necesse est sapere, qui servus sapit,
onus est molestum, nec domi possessio est,
quæ plus mali producat et frugis minus. HGR.

50.

Servos enim
non utile est habere qui præstent heris. HGR.

51.

Quicunque dominis exhibent servi fidem,
crudele parium excitant odium sibi. HGR.

52.

Mali malorum se applicant connubio. HGR.

politico, ut apud Theognidem (ubi vide Welck. præf. p. XXI sq.) hoc loco dictos esse affirmat. Similiter in fgm. XI.

X. (53.)

Stob. LXII, 15.

Ἤλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος·
γαστὴρ ἅπαντα, τὠπίσω δ' οὐδὲν σκοπεῖ.

Cf. fgm. V. — Vs. 2 τὠπίσω, *futura*. Cf. inc. fab. fgm. CCXXXVIII.

XI. (54.)

Stob. LXXXVI, 7.

Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια,
παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

Verba sunt Chori Deiphobi criminationibus assentientis.

XII. (55).

Stob. XLII, 3.

Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν·
ἀγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ
δίκαια λέξας ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

Fragmentum deest in Paris. A. B. Reliqui autem codd. vs. 2 εὐγλωσσίᾳ præbent, quod ex Clem. Alex. Strom. I, 8, § 41, p. 340 P., qui vs. 2 et 3 citat, Canterus correxit: ἀγλωσσίᾳ enim requiritur eo, quod sequitur εὐγλώσσου. Non opus igitur erat altera Scaligeri emendatione λειφθεὶς (sc. εὐγλωσσίᾳ) pro ληφθεὶς scribentis. Similiter, ut hoc loco ἀγλωσσίᾳ ληφθεὶς, dictum est a Soph. Trach. 446, νόσῳ ληφθεὶς, a poeta inc. ap. Plut. De adul. et amic. p. 51, E, δυσπραξίᾳ ληφθεὶς, a Xen. Hier. I, 31, ἔρωτι ληφθείς. — His versibus haud dubie Alexander a Deiphobi criminationibus se defendere cœpit. Neque vero se ipsum tantummodo defendit, sed ut Deiphobus cunctis ignobilibus pauperibusque maledixerat, ita Alexander in nobiles divitesque invehitur ostenditque, quanto paupertas sæpissime divitiis præferenda sit. Huc pertinent fgm. XIII. XIV. XV. XVI nec improbabiliter Welckerus inc. fab. fgm. XXXVII et CI eodem rettulit.

XIII. (56.)

Orion. Anthologn. I, 3 31, ed. Schneidew. cum lemm. ἐξ ἀλε...ν.

Μισῶ
σοφὸν ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν.

Cf. fgm. XII. Carpit Alexander his verbis, si quidem huc pertinent (nam in lemmatis compendio non Ἀλεξάνδρου, ut Schneidewino visum est, sed Ἀλεαδῶν potius latere videtur, ut fragmentum ad Sophoclis Aloadas referendum sit), Deiphobum, quippe qui dicendo quidem, neque vero agendo h. e. pugnando præstare se aliquid posse ostenderit. Accusatoris (Deiphobi), ut Welckerus censet, nullo modo esse possunt. Pro μισῶ videtur scribendum στυγῶ, anapæstum autem e duobus vocabulis constantem removeas scribendo : σοφὸν μὲν ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ, deleto σοφόν, nisi forte totus locus sic restituendus est : Μισῶ σοφὸν Τὸν ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν. Hartung. II, p. 420, ingeniose locum ad Antiopam rettulit, quum Latine a Pacuvio, quem Euripidis Antiopam in Latinum sermonem convertisse constat, sic expressus sit (fgm. inc. 2) : *Ego odi homines ignava opera philosopha sententia.*

XIV. (57.)

Stob. XCIII, 14.

Ἄδικον δ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ.

Cf. fgm. XII.

XV. (58.)

Stob. XCVII, 3.

Κακόν τι παίδευμ' ἦν ἄρ' εἰς ἀνδρίαν
ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν αἵ τ' ἄγαν τρυφαί.
πενία δὲ δύστηνον μὲν, ἀλλ' ὅμως τρέφει
μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.

Cf. fgm. XII. — Vs. 1 παίδευμα ex Clem. Alex.

53.

Ostendebam. Tam malum enim servorum genus est:
venter ipsis instar omnium est, futurum nihil [curant.

54.

Nulla nobilitas inter malos est,
sed apud bonos tantum viros.

55.

O rex, dirum hominibus malum est calumnia;
sæpe autem vir dicendi imperitia captus, licet
justa loquatur, a facundo vincitur.

56.

Odi in verbis sapientem, in agendo vero non sa- [pientem.

57.

Injustæ sunt divitiæ, multa perperam committunt.

58.

Mala sane ad fortitudinem institutio est
opulentia hominibus et nimiæ deliciæ.
Paupertas autem infelix quidem, attamen educat
laborantes liberos præstantiores et ad agendum
promptiores.

Strom. IV, 6, § 23, p. 574 P., qui duos priores versus exhibet, recipere non dubitavimus pro βούλευμα, quod Stob. habet; nam βούλευμα *consilium* quid sibi velit, non video : sed optimam sententiam præbet παίδευμα, *institutio*. Cf. inc. fab. fgm. CLV, vs. 1. Sophocl. in Gaisf. Append. Stob. vol. IV, p. 34, vs. 3 :.. χωρῶμεν... εἰς τὰ τῶν σοφῶν· διδασκαλεῖα μουσικῆς παιδεύματα.

XVI. (59.)

Stob. LXII, 18.

Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

Cf. fgm. XII. — Nec Matth. nec Welckerus mea sententia hunc locum recte interpretati sunt, quamquam viam optime præmuniverat Jacobsius (in Bibl. vett. lit. et art. Gotting. 1788, IV. Inedit. p. 24). Τὸ δοῦλον λόγῳ ἔχειν enim significat : *servitutem nomine tenere*, i, e. servum (esse et) nominari; si quis igitur τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ ἔχων dicitur, indicari apertum est, eum non nomine, sed *alia re* servum esse. Quod satis particula οὐ de industria ante λόγῳ posita et sequens ἀλλὰ declarant. In sequentibus autem recte, opinor, Jacobsius pro τύχῃ scripsit φύσει, nam in eos potissimum invehitur Alexander, qui ex ingenuis quidem parentibus nati libertatis nomen præ se ferunt, mores tamen et indolem servorum habent. Φύσις autem sæpe apud tragicos indolem significat. Cf. Alcmæon. fgm. X, Valck. Diatr. p. 75, C, Ellendt. Lex. Soph. II, p. 933.

XVII. (60.)

Stob. LXXXVI, 2.

Περισσόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν εἰ
βρότειον εὐλογήσομεν, τὸ γὰρ πάλαι
καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα,
διὰ δ' ἔκρινεν ἁ
τεκοῦσα γᾶ βροτούς, ὁμοί-
αν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄ-
ψιν. Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν·
μία δὲ γονὰ τό τ' εὐγενὲς καὶ τὸ δυσ-
γενές· νόμῳ δὲ γαῦρον αὐ-
τὸ κραίνει χρόνος.
τὸ φρόνιμον εὐγένεια, καὶ τὸ συνετόν, ὃ
θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

In constituendo metro longe ab Hermanno apud Matth. et Dindorfio recessi. Quamvis enim confitear, in construendis canticis nos facile, ubi antistropha deest, falli et admodum lubricam esse disputationem, tamen ex his versibus dochmii tam lucide emicare mihi videbantur, ut non possem quin eos revocarem. Habes igitur duobus trimetris iamb. præmissis vs. 3 dochmium cum arsi, vs. 4 dochmium, vs. 5 dimetrum iamb., vs. 6 trimetrum iamb., vs. 7 dochmium tribus brevibus syllabis præmissis (Seidl. De vers. dochm. p. 151 sq.), vs. 8 dimetrum dochm., vs. 9 dimetrum iamb., vs. 10 dochm. Hos denique iterum excipiunt iambi. In verbis ipsis nihil mutavi, nisi quod vs. 12 ὃ scripsi pro vulg. ὁ, quod Herm. et Dindorf. in ᾧ mutaverant. Nullo modo autem probare possum Bothii rationem, qui totum locum sic in versus iambicos redegit :

— — Περισσόμυθος ὁ λόγος, εἰ
βρότειον εὐγένειαν εὐλογήσομεν·
τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶθ' ὅτ' ἐγενόμεσθά γ' οὐ
διὰ δή γ' ἔκρινεν ἡ τεκοῦσα γῆ βροτούς,
ὅμοια δὲ χθὼν ὄψιν εἰς ἅπασαν ἂν
πάντ' ἐξεπαίδευσ'· ἴδιον οὐδὲν ἔσχομεν,
μία δ' ἦν γονὴ τὸ δυσγενές, τό τ' εὐγενές·
νόμῳ δὲ γαῦρον αὔτ' ἔκραινεν ὁ χρόνος·
τὸ φρόνιμον εὐγένειαν καὶ τὸ συνετόν, ᾧ
θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

Hæc verba a pastorum choro, qui simul cum Paride advenerat, pronuntiata esse, facile intelligitur; sicut enim Troum chorus a Deiphobi partibus stetit ejusque sententias defendit (cf. fgm. XI), ita pastores Paridi suffragantur.

XVII. (61.)

Stob. XXXVIII, 20.

Οἴμοι θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,

59.

O pessimi ac servitutem non verbo
tenentes, sed naturæ indole (?) possidentes.

60.

Superflua est oratio, nobilitatem si
mortalium laudaverimus. Olim enim
quum primum nati sumus,
et mater tellus homines
formavit, omnibus
æqualem largita est faciem.
Nihil habemus proprium.
Una progenies sunt nobiles atque
ignobiles. Tempus autem lege
gloriosum illud efficit.
Sed mens est nobilitas, et
prudentia, quam deus dat,
neque vero divitiæ.

61.

Eheu, pereo propter mentis excellentiam,

ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία.

Alexander hæc dixisse videtur, postquam a Priamo urgentibus filiis et Troum choro capitis damnatus erat; quo facto Deiphobus in eo fuit, ut illum ad aram Jovis Hercei confugientem interficeret, quum Cassandra intervenit pronuntians, Paridem Priami filium esse. Ita a parentibus agnitus est.

XIX. (62.)

Stob. CXI, 8.

Ἑκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
θνητοῖσιν, ἕλκει δ' οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ τύχας.

Priami vel Chori sunt verba Hecubæ dicta, utpote quæ, quum initio fabulæ pro Alexandro ut mortuo luxerit, nunc, ubi eum tam miro modo recuperavit, haud dubie toto animo affecta est. — Ceterum Alexandrum a parentibus lætis in regiam receptum esse, etiamsi veteres auctores non tradidissent, facile tamen conjiceremus. Receptionem tamen vehementer dissuadebat Cassandra omniaque mala, in quæ per illum Troja incasura sit, vaticinabatur. Cf. fgm. XX. Cujus vaticiniis tamen, ut ab Apolline institutum erat, nemo fidem habebat.

XX. (63.)

Plut præc. reipubl. gerend. 28 (p. 821, B, C) : Ὥσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις,

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

Hæc verba, etsi a Plut. nec poeta nec fabula, ex qua ducta sunt, nominantur, a Cassandra non posse nisi in Euripidis Alexandro dicta esse, jam perspexit Musgr. et post eum multi; quare ea inter hujus fabulæ fragmenta recipere non dubitavimus. His enim Cassandra vaticinia sua incepisse videtur. — Non improbabiliter porro Welckerus huc rettulit inc. fab. fgm. LXXXVI.

XXI. (64.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 10 (p. 742. P.)

Χρόνος δὲ δείξει σ'· ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σέ γ' ἢ κακόν.

Spretis Cassandræ vaticiniis Priamus his verbis filium repertum in regiam induxisse videtur.

XXII. (65.)

Longin. de sublim. c. 15 : Ὅμοια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κασάνδρας αὐτῷ (Εὐριπίδῃ),

Ἀλλ' ὦ φίλιπποι Τρῶες —

Quæ quin ad *Alexandrum* Euripidis — reticuit enim Longinus fabulæ nomen — pariter atque fgm. XX referenda sint, vix potest dubium esse. Sed utrum iis Priamus Chori animos Cassandræ vaticiniis fortasse sollicitati confirmare an Cassandra accendere voluerit, certo definiri non potest.

XXII. (66.)

Schol. Aristoph. Ran. 100 ad poetæ verba « αἰθέρα Διὸς δωμάδιον ἢ χρόνου πόδα » adnotat τὸ δὲ χρόνου πόδα ἐστὶν ἐξ Ἀλεξάνδρου·

Καὶ χρόνου προὔβαινε πούς.

Similiter loquutus est Eurip. in Bacch. 887.

XXIV. (67.)

Hesych. : Ἀρρητοςκόρη· ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ. Eodem modo scripsit Eurip. in Helen. 1307.

Ex Euripidis Alexandro porro petitum censet Gaisfordus versum, quem Stob. LXVII, 12 c. lemm. Ἀλεξάνδρου affert.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή.

Ad eundem respexit Clem. Alex. Pæd. III, § 67, p. 294, his verbis : συλλήβδην γοῦν ταμιεῖον ἀρετῆς

---

quæ aliis saluti esse solet.

62.

O Hecuba, quam insperatum accedit numen
mortalibus, nec unquam casus ejusdem generis
[secum trahit.

63.

Inania enim ut vaticiner, effecit deus :
et ab iis, qui afflicti sunt et in malis versantur,
sapiens vocor; sed priusquam affligantur, furere
[videor.

64.

Tempus autem te ostendet : quo documento
edoctus aut probum te esse intelligam aut im-
[probum.

65.

Sed, o Troes equorum amantes —

66.

Et temporis pes processit.

67.

Non nominanda virgo (*Proserpina*).

67. b.

Cella virtutis est proba uxor.

ἐστὶν ἀνδρεία γυνή, ἥτις σῖτα ὀκνηρὰ οὐχ ἔφαγεν κτλ. Sed eum ab Euripide profectum esse persuadere mihi non possum, quum et forma ταμεῖον ab Atticorum usu aliena sit, et, si ea in ταμιεῖον mutaretur, quod facili negotio a Meinekio Poet. com. I, p. 488, factum est, Euripidem tam frigide ac tragœdiæ parum convenienter dicere ἀρετῆς ταμιεῖον potuisse parum credibile est. Ταμιεῖον, quod *cellam penuariam* significat, reperitur in comœdia Phœnicidis ap. Athen. X, p. 415, E. Quare aut cum Nækio (Sched. crit. p. 7) versum *Alexandro Ætolo*, aut rectius, ut mihi videtur, *Alexandro*, poetæ comico, (de quod vide Meinek. I, c. p. 487) tribueris.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Euripidem duas hujus nominis fabulas scripsisse, quarum altera Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος, altera Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου inscripta fuerit, cum ex didascaliarum reliquiis, tum ex grammaticorum testimoniis infra appositis elucet. Neutrius autem tot supersunt fragmenta, ut argumentum satis accurate describi possit; imo vero de multis fragmentis ne constat quidem, sintne ex *Alcmæone in Psophide* an ex altera petita. Parum vero est probabile, quod Bentleio in mentem venit posteaque Bothio placuit, tria de Alcmæone dramata ab Euripide composita fuisse, quorum primo (Alcmæone in Psophide) expiatus fuerit Alcmæo a Phegeo, secundo (Alcmæone in Corintho) liberos ex Mantone repetiverit Corinthi, tertio (simpliciter Alcmæo inscripto) iterum expiatus ab Acheloo Callirrhoen duxerit et suasu ejus ad Rhegium profectus perierit. Nam fragmenta, quæ Bothius ad hanc tertiam fabulam rettulit (V. XVII. XI. XX) facile in una alterave Alcmæonum, quas novimus, locum habere poterant et a Bothio eodem jure referri ad eas debebant, quo fragmenta XIII, XIV, XV, XVI, XVIII, XXII ad Alcmæonem in Psophide, fragm. XIX et XXI ad Alcmæonem in Corintho relata sunt. Fr. V præterea aperte ex Alcmæone in Psophide citatur. Mihi autem Euripides eo minus Alcmæonis mortem in aliquo dramate tractasse videtur, quo sæpius hoc argumentum ab aliis poetis tragicis (velut Sophocle, Achæo) in scenam productum est: nam hoc satis inter omnes constat, Euripidem aut iis argumentis abstinuisse, quæ reliqui poetæ tragici tractaverant, aut ea ita immutasse, ut nova fere videre possent. Vide nos ad Antigonam, Œdipum et alias fabulas. — *Alcmæo in Psophide* una cum *Cressis, Telepho* et *Alcestide* acta est Ol. LXXXV, 2, *Alcmæo in Corintho* simul cum *Iphigenia in Tauris* et *Bacchis* post Euripidis mortem (i. e. post Ol. XCIII, 2) demum in scenam prodiit. Vide quæ hujus libri initio monuimus.

I. Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.

Argumentum præbere videtur Apollod. III, 7, 5. « Posteaquam Thebæ captæ erant, Alcmæo, quum matrem Eriphylen in ipsum quoque dona accepisse rescisset, majori succensus est iracundia, et accepto ab Apolline responso eam necavit. Sunt quidem qui Alcmæonem fratris germani Amphilochi auxilio Eriphylen necasse tradant, sed alii ei soli id tribuunt. Alcmæonem vero ob matris necem furiæ corripiebant; itaque furibundus in Arcadiam ad Oiclem et inde Psophidem ad Phegeum pervenit. A quo lustratus ejus filiam Arsinoam uxorem duxit eique monile ac peplum dedit. Sed quum postea propter eum terra sterilitate laboraret, Apollo consultus eum ad Acheloum se conferre et ad hunc urbem condere jussit. Primum vero pervenit Calydonem ad Œneum ejusque hospitio usus est; deinde ad Thesprotos profectus ex eorum finibus repellitur. Postremum vero ad Acheloi fontes venit et ab eo expiatus filiam Callirrhoen matrimonio sibi junxit, et quem locum Achelous exaggerarat, ibi urbem a se conditam habitavit. Callirrhoe autem postea monilis ac pepli cupidine capta dictitabat, se cum eo nunquam coituram, nisi prius ea acceperit; itaque Alcmæo Psophidem profectus Phegeo dixit, vaticinio renuntiatum esse, se furore tum liberatum iri, quum monile Delphos delatum Apollini dedicarit et peplum. Ille Alcmæoni confisus dedit. Quum vero a famulo nuntiatum esset, Alcmæonem ea Callirrhoæ traditurum, a Phegei liberis Temeno et Axione patris jussu circumventus e medio tollitur. Arsinoam vero id factum improbantem Phegei filii conjectam in arcam Tegeam transvexerunt et Agapenori tradiderunt, Alcmæonem ab ea interfectum esse simulantes. » Cf. Hygin. fab. LXXI, LXXIII, CCXLV, Pausan. VIII, 24, 4. Integram Apollodori narrationem exhibuimus, quum inter viros doctos non constet, quid in hac fabula Euripides repræsentaverit. Hoc autem per se intelligitur, non posse omnia, quæ Apollodorus tradit, in ea locum habuisse. Itaque Alcmæo in eadem fabula non bis Psophidem venisse potest, primum ut expiaretur et Arsinoam in matrimonium duceret; deinde longo tempore interjecto, ut Eriphyles monile aureum dolo auferret. Si vero respicimus quæ *tragœdiæ* argumentum præbere potuerunt, extrema manifesto huc faciunt, ita ut Apollodorus inde a verbis « *Callirrhoe*

autem » hujus tragœdiæ summam exhibuerit. Nam nemo ex fgm. VI colligere volet, Alcmæonem nunc demum Arsinoam matrimonio sibi juncturum fuisse : satis perspicua enim est illius fragmenti licet corrupti sententia neque ibi δοὺς pro ἦν δῷς positum esse credendum. Sed quomodo Euripides singula instituerit, nunc vix explores, neque fragmenta auxilii quidquam ferunt, præsertim quum de parte eorum ne constet quidem, sintne ex hac an ex altera Alcmæone petita. — Euripidis fabulam imitatione expressit Ennius, cujus imitationis fragmenta consuluisse non pœnitebit.

I. (68.)

Jam initio fabulæ Alcmæo sive revera a Furiis agitatus sive furorem simulans in scenam prodiisse videtur. Huc, nisi egregie fallor, spectant quæ tradit Tatian. Contra Græc. 24 (p. 264 ed. Hag. Com. 1742), ubi de spectaculis publicis rejiciendis agit : Τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος καὶ τὴν Ἀλκμαίωνος μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων; (haud dubie Alcmæo ipse.) ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα, κέχηνέ τε μέγα καὶ ξίφος περιφέρει, καὶ κεκραγὼς πίμπραται καὶ φορέει στολὴν ἀπάνθρωπον. Alcmæo loquitur (Hesych. v. Ἀτενής) :

Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων —

Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος.

II. (69.)

Aristot. Ethic. III, 1, 8 : Ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθνητέον παθόντα τὰ δεινότατα· καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. Ad quem locum Schol. adnotat : τὸν Ἀμφιαράου παῖδα τοῦτον, ᾧ ὁ πατὴρ ἀνελεῖν τὴν μητέρα ἐπέσκηψεν· εἰ δὲ μή, ἔσται τὸν πατέρα λυπῶν, ὃς οὐ δι' ἀξίας αἰτίας ποιῶν τοῦτο ἱστορεῖται. Ἄλλως. παρατίθεται τὸν παρ' Εὐριπίδῃ Ἀλκμαίωνα, ὡς δι' εὐτελῆ τινὰ ὑπομείναντα μητροκτονῆσαι· λέγει γὰρ παρ' αὐτῷ ὁ Ἀλκμαίων·

Μάλιστα μέν μ' ἐπῆρ' ἐπισκήψας πατήρ,
ὅθ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

διὰ γὰρ τούτων ἐντολὰς πατρὸς διηγεῖται, ὡς ἐντειλαμένου αὐτοῦ κτεῖναι τὴν μητέρα καὶ καταρασομένου αὐτοῦ, εἰ μὴ ἀποκτείνῃ, ἀκαρπίαν τε γῆς καὶ ἀτεκνίαν, ὧν οὐδὲν ἦν ἄξιον τοιοῦτον κακὸν ἀναγκάσαι ποιῆσαι τινά. Ἐπῆρ' recte Dindorf. et Pflugk. pro vulg. ἐπῆρεν correxerunt collato Orest. 276. Ex extremis scholiastæ verbis præterea Bothius hunc versum expiscatus est : ἀτεκνίαν τ' ἀρᾶτο, γῆς τ' ἀκαρπίαν. Hartung. (I, p. 189) vero ἀτεκνίαν — — γῆς τ' ἀκαρπίαν — ἀρᾶτο. Alcmæonem his verbis (fortasse ad eandem narrationem cum fgm. I pertinentibus) matris cædem excusavisse perspicuum est.

III. (70.)

Aristot. Ethic. Nic. V, 8, Eudem. IV, 7. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ ἀδικεῖν· πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ὥσπερ Εὐριπίδης εἴρηκε, λέγων ἀτόπως·

A. Μητέρα κατέκταν τὴν ἐμήν· βραχὺς λόγος.
B. ἑκὼν ἑκοῦσαν ἢ οὐ θέλουσαν οὐχ ἑκών;

Optime hunc locum, qui nec in Bellerophonte, ad quam a Michaele Ephes., schol. Paris., aliis (cf. Zellii Comment. fer. p. 191) relatus est, nec in ulla alia fabula locum habere potuit, Welck. p. 578 ex Alcmæone petitum esse vidit. Hos vs. autem vulgo sic lectos : μητέρα κατέκτα τὴν ἐμήν· βραχὺς λόγος· ἑκὼν ἑκοῦσαν ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών, ita non recte se habere nec ab una persona proferri potuisse, primo adspectu apparet. Quare eos inter duas personas distribuimus, quarum alteram Alcmæonem, alteram Phegeum fuisse suspicamur ; in primo vs. autem cum Boissonadio scripsimus κατέκταν, quod etiam interpretes Latini legisse videntur ; altero vs. ἢ οὐ Grotio præeunte sententiaque efflagitante revocavimus et in fine interrogationis signum adjecimus.

IV. (71.)

Schol. Pind. Nem. IV. 32 : Ἀμφιτρύωνος ἀντὶ πατρωνυμικοῦ τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου... ὡς Ὅμηρος λέγει Ὑπερίονος Ἠελίοιο ἀντὶ τοῦ Ὑπεριονίδου, καὶ Εὐριπίδης·

Ὃς Οἰδίπουν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμέ,
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

οὐ γὰρ ὁ Οἰδίπους ἤνεγκε χρυσοῦν ὅρμον εἰς Ἄργος, ἀλλ' ὁ Πολυνείκης, καὶ ἔδωκεν τῇ Ἐριφύλῃ· ἔστιν οὖν (ἀντὶ τοῦ) Οἰδιπόδης. — V. 1 antea ita circumferebatur : ὅ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσ' κτλ. sed, ut nos dedimus, exhibent eum Anecd. Barocc. in Dia-

68.
Recta via ab ædibus venio.

69.
At me incitavit maxime exhortans pater,
tum, quum ipse currum scanderet Thebas petens.

70.
A. Matrem meam interfeci; brevis sermo est.
B. Volentemne volens an nolentem invitus?

71.
OEdipi filius me perdidit —
monile aureum Argos inferens.

rio quod inscriptum est *Philological Museum*, t. II, p. 112, et Boisson. Anecd. Gr. t. III, p. 239. (Cf. inc. fab. fgm. CCXXVI.) — Locum primus ad Alcmæonem retulit Barnesius, recte quidem, nam Apollodorus l. c. s. fin. apertis verbis ὅρμον commemorat. Neque tamen ὅ σοι πατέρα γ' ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ'ἐμὲ κτλ. scribere debebat, quippe quæ scriptura et a codicum auctoritate et a veritate narrationis nimis recedat; non enim Œdipus ipse, sed Œdipi filius monile illud aureum Argos tulit, quo Eriphylen corrumperet. Apollod. III, 6, 2, Stat. Theb. II, 266, Cic. De invent. I, 50, 94. Hanc difficultatem sustulit simulque ineptias grammatici redarguit Valck. Diatr. p. 151, C, scribendo : — — ἀπώλεσ'. Ὡιδίπου δ'ἐμὲ κτλ. probante Boeckhio ad schol. Pind. p. 452. At hujus crasis exempla in tragœdiis nulla reperiuntur, licet ea in comœdiis (Aristoph. Ran. 835) et fabulis satyricis (Eur. Cycl. 564 Herm.) admissa fuerit. Verissime autem Valck. monuit, ineptum esse quod schol. dicit, patris nomen pro patronymico adhiberi, quamvis similia somniaverit schol. Aristoph. Ran. 1060. Ejusmodi enim regulas grammatici ex locis corruptis aut male ab ipsis intellectis constituere solent, quod multa exempla docent. Cujus rei memorabile exemplum affert Gell. N. A. VII. 2. Hoc loco vero commenticium esse scholiastæ præceptum luculentissime inde liquet, quod pater et filius hac ratione eodem nomine appellarentur. Verum uti Valckenarii emendatio ad sententiam aptissima propter crasim illam insolitam ferri non posse videtur, ita scriptura, quam e codd. supra præbuimus, propter sententiam intolerabilis est. Ex vs. 2 apparet, de Polynice sermonem esse : in vs. 1 autem nulla est Polynicis mentio facta, sed tantummodo Œdipi; deinde offensioni est, quod Alcmæo (— nam Alcmæonis referentis qua ratione Œdipi filius ipsum monile aureum Argos inferendo profligaverit, hæc verba esse vix erit qui neget —) dicit, se Œdipum perdidisse, ipsum vero ab Œdipo profligatum esse, quum Alcmæo vix puer esset tempore, quo Œdipus diem supremum obibat. Quare non modo Polynicis commemoratio requiritur, sed Œdipi nomen etiam prorsus otiosum est. Sed quid multa? cum ex regula, quam schol. Pind. proposuit, tum ex scriptura vitiosa (alterius enim versus pars in alterum irrepserat) apparet scholiastam depravato codice usum esse. Vera autem scriptura hæc esse videtur :

Ὁ δ' Οἰδίπου μ' ἀπώλεσ' εἰς Ἄργους πόλιν
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον,

vel

Ὁ δ' Οἰδίπου μ' ἀπώλεσ' — — —
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Schol. Pind. vero legit Οἰδίπους pro Οἰδίπου et hinc regulam suam mirificam finxit. — Bothius corrigit : ὁ συγκροτῶν (h. e. concitator, sc. Polynices) μ'ἀπώλεσ', Οἰδίπου γέ μοι χρυσοῦν κτλ., quod satis est verbo tetigisse.

V. (72.)

Cram. Anecd. Gr. Ox. t. III, p. 194, 1 : Δηλοῖ καὶ τὸ αἷμα πολλάκις καὶ τὸν φόνον αὐτόν. τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τῷ (scribe τὸ) παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ διὰ Ψωφῖδος Ἀλκμαίωνι·

Αἷμα γὰρ σὸν μήτηρ ἀπενίψατο.

τουτέστι· καθάρσει τινὶ τὸν τῆς μητροκτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν. Δηλοῖ μὲν οὖν τὸ αἷμα τὸν φόνον. — Si recte grammaticus in hoc vs. de cæde Eriphyles sermonem esse dicit, ut αἷμα pro φόνον positum sit, non μήτηρ, sed σῆς μητρὸς scribendum esse apertum est. Quod bene etiam Hartung. (I, p. 189) intellexit corrigens :

— — αἷμα γὰρ τὸ μητέρος ἀπενίψατ'.

Bothius artificiosius quam verius :

ὅδ' αἷμα γάρ σοι μήτριον ἀπενίψατο.

Mihi verba e Chori cantico ducta videntur.

VI. (73.)

Suid. v. Πενθερά, Phot. p. 300 Herm., p. 410 Pors. : Πενθερά· τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ. Καὶ πενθερὸς, ὁ πατήρ. Εὐριπίδης δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει· ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησι·

Καί σ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα μὴ δοὺς ἐμοὶ
γαμβρὸς νομίζῃ καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός.

Suid. edit. Mediol. cum codd. A. B. V. E. μὴ δοὺς, Phot. μὴ δῷς, cod. D. παῖδα δοὺς omisso μή. Vs. 2 vulgo γαμβρὸν νόμιζε, sed codd. A. V. et Phot. γαμβρὸς νομίζῃ, cod. B. γαμβροὺς νομίζῃ. — Vario modo viri docti hos vs. tentarunt. Kust. ad Suid. legi voluit, Καί μ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸν νόμιζε, καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμοὶ (ἀεὶ ἔσῃ). Toup. ad Suid. II, p. 46, Σὺ δ', ὦ γεραιὲ, παῖδα τὴν σὴν δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζῃ κτλ. Grot. in Exc.

72.

Matris enim tuæ sanguinem abluit.

73.

Tu vero, senex, qui hancce puellam mihi dedisti

p. 369, Καὶ σύ γε, γεραιὲ, σήν γε παῖδ' ἣν δῷς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζῃ κτλ. et sit dedit Barnes. omisso γε post σύ. Valck. ad Phœn. 431, Καὶ σύ γε, γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζου κτλ. Pors. Append. Toup. Emend. in Suid. t. IV, p. 466, Σὺ δ', ὦ γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζῃ κτλ. —, quod recepit Hartung. I, p. 191. Vir doct. in *Edinb. review* XXI, p. 338, Σὺ δ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζει κτλ., ut τε ante παῖδα positum referatur ad sequens καὶ πατήρ. Bothius denique : καί γ', ὦ γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζει κτλ. Quarum emendationum quæ proxime ad verum accedat, haud facile quisquam dicat; improbandæ tamen sunt, quibus ἣν infertur.

VII. (74.)

Aristoph. Equ. 1299.

Οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τὰν [τῇ πόλει

Ad quem vs. Schol. adnotat : ὁ στίχος παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου. — Alcmæonem in Psophide dictam esse docuit Dindorf. Præf. ad Eurip. Alc. p. 9, ac facile ex iis colligi potest, quæ supra de tempore, quo utraque Alcmæo docta est, disputavimus.

VIII. (75.)

Hesych., Ἀργαίνειν : λευκαίνειν· Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι διὰ Ψωφῖδος. Eustath. ad Odyss. β', p. 1430, 62 : ἐκεῖθεν καὶ ἀργᾶντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι.

I. Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου.

Argumenti summam præbet Apollodorus (III, 7, 7) hæc narrans : « Euripides vero dicit, Alcmæonem per insaniæ tempora ex Mantone, Tiresiæ filia, duos liberos suscepisse, Amphilochum et filiam Tisiphonen, eosque Corinthum translatos Creonti regi alendos dedisse. Et Tisiphonen quidem forma præclarissimam a Creontis uxore venditam esse, utpote timente ne Creon eam uxorem duceret. Alcmæonem vero hanc mercatum esse, nescientem se suam ipsius filiam servam habere ; mox autem Corinthum se contulisse liberos repetiturum, et filium etiam recepisse. Deinde Amphilochus Apollinis oraculo cohortatus Argos Amphilochicum habitatum concessit. »

IX. (76.)

Cram. An. Paris. vol. I, p. 20, 1, Schol. Hesiod. Scut. Herc. in cod. Schellersheim. p. 61 ap. Creuz. Melet. p. 65 : ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ· Σίγα σίγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης· καὶ ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Κορίνθου· φίλε, φίλε, πρόβατε, μόλετις· ὁ δὲ σποδαπὸς, ὁ ξένος Κορίνθιος ἔμολε ἀγχίαλος. Quæ verba God. Herm. sit restituit :

Φίλαι, φίλαι,
πρόβατε, μόλετε· τίς ὅδε, ποδαπὸς ὁ ξένος
Κορινθίοις ἔμολεν ἀγχίαλος;

Chori verba esse de Alcmæone Corinthum perveniente pronuntiata nemo non videt. Hartung. autem (II, p. 536) non improbabiliter tantummodo verba τίς ὅδε... ἀγχίαλος Choro, antecedentia vero Tisiphonæ tribuit.

X. (77.)

Stob. XC, 2.

Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Stob. quidem hos vss. ex *Alcmæone* in universum citat, sed ex *Alcmæone in Corintho* petitos esse patet ex verbis : ὦ παῖ Κρέοντος, quæ in priore Alcmæone locum habere vix poterant. Iis nescio quem Alcmæonis filium Amphilochum, a Creonte educatum et pro ejus filio habitum, alloqui probabiliter Welckerus conjicit; nam et Amphilochum et Tisiphonen sororem originem suam nescisse inde veri simile est, quod fieri potuit ut filia patri pro serva venderetur.

XI. (78.)

Stob. XXII, 13.

Ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἄπαις γέρων
φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ [μέγα.

Hæc verba in Alcmæone Psoph. dicta esse non

---

et pater meus haberis et socer servatorque.

74.

Neque ea auditis, o virgines, quæ in urbe fiunt?

75.

Exalbescere.

76.

Amicæ, amicæ, procedite, vadite.
Quis ille? unde peregrinus
Corinthiis ad mare pervenit?

77.

O fili Creontis, quam verum ergo erat,
a viris bonis bonos procreari liberos,
a malis vero patris ingenio similes.

78.

Spectate regem, qui senex, orbus fugit.
Spirare nimium magna mortalem nefas. HGB.

poterant : nam ibi nec in Alcæmonem nec in Phegeum regem quadrabant; pertinent igitur ad Creontem, quem Alcmæo utpote non modo Tisiphonem vendi passum, sed haud dubie etiam in Alcmæonem ipsum superbe se gerentem regno expulisse videtur.

XII. (79.)

Hesych. : Ἀπαιώνιστον, δύσφημον. Εὐριπίδης ἀλλαχοῦ καὶ ἐν Μηδείᾳ Κόρινθον ἀπαιώσιον, δύσφημον. Sic editt., sed cod. Ven. ap. Schow. ἀπ. δυσφ. Εὐριπίδης ἀλλὰ καὶ διὰ ἀχορίν. ἀπαιώσιον, δύσφημον. Unde Emlsl. ad Med. p. 74 legendum suspicatur : Εὐριπίδης· ἀλλὰ καὶ Διὸς κόρη ἀπαιώνιστον, sc. ἀντηχήσατε· cf. Alc. 425, Iph. A. 1468. Matth. vero p. 428 genuinam scripturam elicuit : Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι διὰ Κορίνθου.

III. Ἀλκμαίων.

Hic congessimus fragmenta, quæ ex *Alcmæone* simpliciter citata cum certa probabilitatis specie ad alterutram fabulam referri nequeunt.

XIII. (80.)

Stob. XXII, 24.

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
λέγειν, ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης.

Welckero p. 577 et Bothio verba ad Alcmæonem in Psophide, Hartungo (II, p. 535) ad prologum Alcmæonis in Corintho pertinere videntur.

XIV. (81.)

Stob. XLIX, 6.

Φεῦ φεῦ, τὰ μεγάλα, μεγάλα καὶ πάσχει κακά.

Welck. l. c. pariter ad Alcm. in Psoph., Hartung. (II, p. 539) ad Alcm. in Corintho refert.

XV. (82.)

Stob. XXII, 8.

Βροτοῖς τὰ μείζω τῶν μέσων τίκτει νόσους·
θεῶν δὲ θνητοὺς κόσμον οὐ πρέπει φέρειν.

Welckerus, Hartungus et Bothius hos versus ad Alcmæonem in Psophide referunt, sed alius alii personæ eos tribuit.

XVI. (83.)

Stob. LXII, 20.

Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.

A Welckero et Hartungo ad Alcm. in Cor. refertur.

XVII. (84.)

Stob. LXII, 22.

Ὅστις δὲ δούλῳ φωτὶ πιστεύει βροτῶν
πολλὴν παρ' ἡμῖν μωρίαν ὀφλισκάνει.

Hæc verba Schœll. (Tetral. trag. Attic. I, p. 133) et Hartung. (I, p. 193) ad Alcmæonem in Psophide referentes de servo quodam dicta censent, qui Phegeo ejusque filiis Alcmæonis dolum prodiderit; Welck. autem ex Alcmæone in Corintho ducta et prolata quidem ab uxore Creontis opinatur, quæ servo cuidam Tisiphonem vendendam tradiderit, ab hoc autem prodita sit.

XVIII. (85.)

Stob. LXIX, 7.

Γυναῖκα καὶ ὠφελείαν καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρει μεγίσταν ἐδίδαξα τοὐμῷ λόγῳ. Hinc Valck. Diatr. p. 149 hos versus effinxit :

Γυναῖκα δ' ὠφέλεια
καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρειν μεγίσταν
ἐδίδαξα τῷ 'μῷ λόγῳ.

Atqui primo vs. καὶ, quod codd. præbent, vix abesse potest : nam mulier non eodem tempore utilitatem et morbos affert, sed aut hos aut illam. Quare scribi malim Κὠφέλειαν. Idem fecit Bothius, longe autem in reliquis recessit, quæ sic in versus iambicos coegit : γυναῖκα κὠφέλειαν ἀνδρὶ καὶ νόσον φέρειν μεγίσταν ἂν ἐδίδαξ' ἐμῷ λόγῳ. Manifesto autem Chori sunt verba ab Hartungo (I, p. 192) ad Alcmæonem in Psophide, a Welckero p. 581 ad alteram Alcmæonem relata.

XIX. (86.)

Stob. LXXIX, 15.

79.

Carmine non celebratus.

80.

Demissa fari cladibus pressos decet,
nón pristinæ respicere fortunæ decus. HGR.

81.

Heu magna magnis sunt malis obnoxia. HGR.

82.

Mortalibus morbos parit, quidquid mediocritatem superat : homines vero deorum honores capere non decet.

83.

Herilis mali pars in servos recidit.

84.

Quisquis autem servo homini fidem habet,
magnæ apud nos stultitiæ convincitur.

85.

Mulierem et commodum
et detrimentum viro afferre maximum
oratione mea docui.

86.

Parentum quippe deus piacula persequitur.

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
μιάσματα.

Ambigua hujus loci est sententia; itaque Valck. ad Hipp. 821 Grotii interpretationem, *commissa quæ sunt in parentes hæc deus persequitur ultor,* non damnare debebat ipse hæc græcis exprimi dicens : *ab ipsis parentibus commissa, quæ deus ultor in liberis persequitur;* nam utraque sententia inesse poterat verbis. — Welck. p. 538 et Hartung. (II, p. 538) locum ad Alcm. in Cor. referunt

XX. (87.)

Erotian. v. σκεθροτέραν p. 342 : Βακχεῖος ἐν α' φησὶν ἀληθεστέραν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. κεῖται καὶ ὅτε μὲν ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, ὅτε δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ τὸ σκεθρόν· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀλκμαίωνι φησί·

Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμίαν
σχέθῃ τις ὑμῶν· ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν
ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

Erotiani codd. male : ἀτιμίαν σκεθρήν τις ὑμῶν· ταῦτα (al. ταύτης) γὰρ σκεθροβόραν· unde veram scripturam expiscatus est Valck. ad Phœn. 431 et Diatr. p. 149, B. — Versus et Welckero l. c. et Hartungo l. c. versus ex Alcm. in Cor. superesse videntur.

XXI. (88.)

Stob. LXXIX, 23.

Ἤ τι πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν;

Versus ad Alcm. in Cor. a Welckero, Hartungo, Bothio, aliis referuntur. Male vero Both. Valckenarium secutus dedit τί πλεῖον : nam quod πλέον ab Atticorum usu abhorrere dicit, mirum est.

XXII. (89.)

Priscian. XVIII, 25, vol. II, p. 205 ed. Krehl.

Ἦ τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός.

Cod. Monac. præbet : ΕΤΤΟΥ ΤΕΚΟΝΤΟϹ ΟΥΔΕΝ ΕΝΤΡΕΠΗ ΠΑΤΡΟϹ, vett. editt. ἐπ' οὐτεκόντος etc. unde Putsch. τί τοῦθ' ἑκόντος οὐδὲν κτλ. quod Musgr. mutavit in τί τοῦ τεκ. κτλ. Valck. ad Phœn. 576 et Diatr. p. 149, πιθοῦ· γέροντος κτλ. Grot. ἐπεὶ τεκόντος Th. Bergk. emendavit : εἶπ' εἰ τεκόντος κτλ. et hinc Attium in Alphesibœa deduxisse versum : *si tui veretur te genitoris cedo,* quod speciosius quam verius disputatum mihi videtur. Nam equidem inter versum Græcum et Latinum non magnam convenientiam detegere possum. Quare Hartung. (I, p. 193,) non statim Attii Alphesibœam ex Euripidis Alcmæone originem duxisse pro certo affirmare debebat. Mihi ipsi in mentem venerat : ἤπου τεκόντος, quæ scriptura ad literarum ductus proxime accedit; sed articulus vix abesse potest, itaque veriorem nunc judico Spengelii (ad Varr. p. 624) emendationem : ἢ τοῦ τεκόντος κτλ.

XXIII. (90.)

Cram. An. Oxon. vol. II, p. 334, 4 : Ἀλκμέωνος· τὸ με ψιλὸν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἔχει ἡ χρῆσις. συστείλας τὸ ε φυλάττει τὸ ω, ὡς κύριον ἐν τῇ γενικῇ. Eadem præbent Anecd. Barocc. in Diario, quod inscriptum est *Philological Museum* vol. II, p. 112 not. Quibuscum conferas Cram. An. Oxon. vol. III, p. 386 : τὰ διὰ τοῦ εων ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύτονα πεφύκασι φυλάττειν τὸ ω ἐν τῇ γενικῇ, οἷον Γελέων Γελέωνος, Ἀλκμέων Ἀλκμέωνος. Hæc igitur forma legitima esse videtur, quam Guil. Dindorf. in fragmento Antiphanis apud Athen. VI, p. 222, A, revocavit quamque codd. quum aliis locis tuentur, tum Aristot. Rhet. II, 23, Timocl. ap. Stob. CXXIV, 19, Clem. Alex. Strom. I, § 134, p. 400 P, Hesych. v. Λαισποδίας, Steph. Byz. v. Φοιτίαι etc.

Ad Alcmæonem (in Psophide) etiam referendum videtur inc. fab. CLXXVIII.

ΑΛΚΜΗΝΗ.

Hujus fabulæ quale fuerit argumentum dici nequit, quod simpliciter fateri, quam conjecturis nugari malumus. Matth. quidem inde colligi quidquam posse dicit, quod Stheneli in fragm. II mentio injecta sit, sed quale hoc sit, equidem non perspicio. Rationem enim, quæ inter Sthenelum et Amphitryonem Alcmenamque intercessit, sic describit Apollod. II, 4, 6 : « Electryo vero, filiorum cædem ulturus, regnum simul cum Alcmena filia Amphitryoni tradidit, postquam jurisjurandi religione eum adegerat, ut ad reditum usque illam virginem servaret intactam; bellum enim cum Telebois gerere

87.

Festinate, mulieres, nec cuipiam delinquat animus : hæc enim nos, qui artem profitemur, accurate perspicere necesse est.

88.

An quid refert, liberos esse hominibus, pater, nisi in rebus adversis opitulamur?

89.

— Quæ patris, qui te genuit, nullam rationem habes.

90.

Alcmeon per *e* apud Euripidem scribitur.

cogitabat. Quum autem boves reduceret earumque una aufugeret, Amphitryo in eam clavam, quam tum manibus forte gestabat, immisit. Quæ de bovis cornibus repulsa in Electryonis caput insiliens eum vita privavit. Sthenelus igitur hac occasione usus e tota Argivorum terra Amphitryonem exegit, nec modo Mycenarum, sed etiam Tirynthis ditione potitus est; Mideam vero Pelopis filiis, Atreo et Thyestæ, quos arcessiverat, tradidit. Amphitryo cum Alcmena et Licymnio Thebas profectus a Creonte expiatus est, ac Perimeden sororem in conjugium dedit Licymnio. » — Quod ex hac narratione consequi Matth. dicit, exilium Amphitryoni et Alcmenæ post Electryonis mortem a Sthenelo impositum hac fabula expressum fuisse, admodum improbabile est: etenim hoc quidem partem fabulæ efficere (nisi forte tantummodo narrabatur) neque vero totum argumentum comprehendere poterat. — Longe aliam sententiam amplexus est Welckerus, qui, Rhadamantho in Alcmena fabula partes fuisse ratus, quum vulgo Rhadamanthus Alcmenam in matrimonium duxisse traderetur (cf. Apollod. II, 4, 11; III, 1, 2, Tzetz. ad Lycophr. 50, Schol. Theocr. XIII, 5 extr.), Alcmenam et Rhadamanthum unam eandemque fabulam fuisse suspicatus est, præsertim quum Alcmenæ nomen in marmore Albano omissum sit. Quasi Alcmena tragœdia scribi ab Euripide non potuisset, nisi in qua Rhadamanthus partes tenuisset! Accedit quod Rhadamanthus, ut hujus libri initio monuimus, a grammaticis inter subdititias fabulas refertur, Alcmenam vero Aristophanes bis tecte cavillatur in Ranis (93, 540, teste Schol. ad h. l.), eandemque Schol. c., Stobæus terdecies, Pollux et Hesychius sine ulla dubitationis specie citant. (Conferas ea quæ ad Rhadamanthum disputabimus.) Quod bene perspiciens Hartung. (I, p. 534 sq.) recte monuit, conjugium illud Alcmenæ cum Rhadamantho initum materiam non toti tragœdiæ formandæ præbere, sed exitui tantum temperando inservire potuisse; attamen quod ipse Alcmenam a Licymnio dramate non discrepuisse censet, speciosius quam verius est disputatum. Argumenta quibus utitur hæc sunt. Primum dicit, Alcmenæ casus non potuisse, nisi aut cum Herculis aut cum Heraclidarum fatis conjunctos ad tragœdiam ullam efficiendam sufficere. Idem cadere in Licymnium, itaque Xenoclem etiam (cf. Aristoph. Nub. 1265 sq. et Schol. ad h. l.) Licymnii et Alcmenæ calamitates in una tragœdia consociasse. Cujus pariter atque Euripidei dramatis argumentum hac Diodori (IV, 58) narratione contineri : Μετὰ δέ τινας χρόνους Λικύμνιος μετὰ τῶν παίδων καὶ Τληπολέμου τοῦ Ἡρακλέους, ἑκουσίως τῶν Ἀργείων αὐτοὺς προσδεξαμένων, ἐν Ἄργει κατῴκησαν. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐν Τρικορύνθῳ κατοικήσαντες, ὡς πεντηκονταετὴς χρόνος διῆλθε, κατῆλθον εἰς Πελοπόννησον. Ἀλκμήνη δὲ εἰς Θήβας κατοικήσασα καὶ μετὰ ταῦτα ἄφαντος γενομένη, τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς Θηβαίοις. Τοὺς δ' ἄλλους Ἡρακλείδας φασὶν ἐλθόντας παρ' Αἰγίμιον τὸν Δώρου, τὴν πατρῴαν τῆς χώρας παραθήκην ἀπαιτήσαντας, μετὰ Δωριέων κατοικῆσαι. Τληπόλεμον δὲ τὸν Ἡρακλέους, ἐν Ἄργει κατοικοῦντα, λέγουσιν ἀνελεῖν Λικύμνιον τὸν Ἠλεκτρυόνος, ἐρίσαντα περί τινων, διὰ δὲ τὸν φόνον τοῦτον ἐξ Ἄργους φυγόντα εἰς Ῥόδον κατοικῆσαι. His subjicit Hartungus Apollodori verba supra allata. — At vero qui hæc omnia paullo accuratius consideraverit, is quidem et Euripidei et Xenoclei *Licymnii* argumentum narratione ista in universum expressum esse non infitiabitur, vix satis probabiliter vero exponere poterit, quid in hac tragœdia Alcmena egerit, ut iis, qui fabulam citabant, primas partes tenere videretur, utque XVII fragmenta ex Alcmena, sex tantum ex Licymnio citarent, et Plautus quoque (loco infra allato) Alcumenam pro Licymnio appellaret. Nam quod Hartung. p. 538 affert, Alcmenam id maxime curasse, ut Tlepolemum, adolescentem ferocem atque violentum, Licymnio conciliaret, verum quidem esse potest, at non tanti ponderis est, ut propterea Alcmena primas partes agere cuipiam videri potuisset. Hoc autem inter omnes constat, Græcorum tragœdias (exceptis Æschyli Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας et Agathonis Ἄνθος) semper nomen aut a Choro aut ab una alterave personarum primas partes agentium traxisse, atque etiam, si pro fabula aliqua persona in illa agens nominata sit (cujus usus hujus libri initio sat multa exempla attulimus), aliam nominari non potuisse, quam quæ primas partes tenuerit. In argumento autem, quale ab Hartungo descriptum est, primas agunt Licymnius et Tlepolemus, neque vero Alcmena; ac si in Diodori narratione acquiescimus, Alcmena ne conjuncta quidem cum Licymnio erat, sed Thebis vivebat, quum is Argis interficeretur. Ut igitur Hartungus Alcmenam in hac tragœdia agentem haberet, Diodori narrationis partem rejicere coactus erat. Talem vero agendi rationem perquam arbitrariam quis neget? Deinde quod Hartungus Alcmenam propterea ex Euripidearum fabularum numero ejiciendam (vel, quod idem est, alius fabulæ nomine contineri credendam) esse dicit, quoniam in Marmore Albano omissa sit, nihil valet, ac valde miror, quod non eodem modo de Antiopa pariter in marmore isto prætermissa judicavit, sed vel fabularum numerum Cercyone (II, p. 54) et Scylla (II, p. 215) augere ausus est, quamquam hæ fabulæ nec in catalogo marmoris commemorantur nec omnino ab Euripide scri-

ptæ fuisse videntur. Nec plus valet tertium quo usus est argumentum. Dicit enim, quum ingentis tempestatis descriptionem Alcmenæ infuisse e Plaut. Rud. I, 1, 4 :

Pro dí immortales, tempestatem cuiusmodi
Neptunus nobis nocte hac misit proxuma!
Detexit ventus villam. Quid verbis opu'st?
Non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi!

consequatur, ac simul, ut e locis ad Licymnium allatis apparet, in Licymnio navis vel homo quidam fulmine ictus sit, Alcmenam et Licymnium videri eandem fabulam fuisse. Quæ ratio infirmissima est. — Quæ quum ita sint, persuadere mihi non possum, Alcmenam et Licymnium unam effecisse fabulam, sed Diodori narratione tantummodo Licymnii argumentum in universum describi reor. Quid autem Alcmenæ dramati materiam præbuerit nescire me libere fateor, nisi forte Euripides hac fabula idem argumentum expressit, quod ab Ione in Alcmena repræsentatum fuisse viri docti statuunt. De quo vide quæ ad Ionis Alcmenam disputamus.

I. (91.)

Ad Aristophanis (Ran. 93) verba : χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης adnotat Schol. : παρὰ τὰ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου·

Πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος,
χελιδόνων μουσεῖον·

ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα κτλ. Eadem habet Suid. v. χελιδόνων μουσεῖα. Vs. 1 ἐκ φυῆς Rav. ἂν εἶρπε Rav. Laur. θ. — Vs. 2 μουσεῖον Rav. Suid. μουσεῖα Ald. — Pro κλάδος Th. Bergk. (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836, p. 79) scribi voluit κλάδους, quo tamen non opus.

II. (92.)

Ad Aristophanem ibid. vs. 640 dicentem : μετακυλινδεῖν αὑτὸν ἀεὶ πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον μᾶλλον κτλ. adscribit Schol. : ὅμοιον τῷ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου·

Οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθένελον ἐς τὸν εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης ἀποστερεῖν.

παροιμία δέ ἐστι, πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν, ἐπὶ τῶν περὶ τὸ λυσιτελοῦν αὑτοις ἀεὶ στρεφομένων. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπιβατῶν τῆς νεὼς, ὅταν θατέρου μέρους αὐτοῖς καταχλυζομένου, πρὸς τὸ ἕτερον οὗτοι μεθίστανται.

III. (93.)

Stob. VIII, 12.

Ὁ φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,
τό τε στόμ' εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει,
τὸν νοῦν τ' ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται.
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὁ δ' ἀθῷος μένει·
ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ' ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Sunt verba nescio cujus, qui dicendo capitis periculum avertere studet, in ipso orationis initio autem tanto timore afficitur, ut vix apta proferre queat. Sed quamvis metu perculsus tamen animum recipiendum (vs. 6) et periculum illud superandum sibi esse intelligit, ut vitam in discrimen adductam servet. Ex hac sententia vero cognoscitur, vs. 6 legi non posse, ut vulgo ferebatur, ὑπεκδραμεῖν, quod *pugnam fugere*, *vitare* significat, sed ὑπερδραμεῖν, nam ἀγῶνα ὑπερδραμεῖν idem est atque ἀγῶνα, μάχην νικᾶν; inde, ut dicens victor e pugna evadat, omnia pendent. Accedit quod ὑπερδραμεῖν a manu sec. in Paris. B., qui a manu pr. ὑποδραμεῖν habet, supra scriptum est. Attamen si quis pertinacius scripturam quæ primitus in codice fuit, ὑποδραμεῖν tenere velit, etiam hanc ferri posse non negaverim; quidni enim ἀγῶνα ὑποδραμεῖν, *pugnam subire*, *inire*, similiter ut ὑποβαίνειν, ὑπέρχεσθαι, ὑποθεῖναι, ὑφίστασθαι κίνδυνον dicatur? — Bothius Euripidem ipsum correxit exordiis versuum 3 et 4 in hunc modum transpositis : τὸν νοῦν μὲν εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει, τὸ στόμα τ' ἀπείργει κτλ.

IV. (94.)

Stob. XLIII, 2 .

Ἀτρέκεια δ' ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου [πέλει.

Chorus hæc post illius (fragm. III) orationem

91.

Multa vero perrepsit hedera, frondescens arbor,
hirundinum museum.

92.

Nunquam sivissem Sthenelum, ad latus
fortunatum transeuntem, jure tuo te privare.

93.

Timor, quoties aliquis vitæ periculo
dicturus est in certamen adductus coram,
et os in perturbationem hominum conjicit
et mentem impedit quominus dicat quæ voluit.
Hic enim in periculo versatur, auditor securus est.
Attamen me in hoc certamine vincere decet;
nam video animum meum victoriæ præmium esse.

94.

Veritas est optimum in urbe viri justi.

dixisse videtur, quibus principem hortaretur, ut justum in dicenda sententia se præbeat.

V. (95.)

Stob. XLV, 9.

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς
δῆμον κολούει, χρήμασιν γαυρούμενος.

VI. (96.)

Stob. XLV, 12.

Τὸν εὐτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι.

VII. (97.)

Stob. LXII, 24.

Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ
δούλοις ἄριστα· κἀφ' ὅτῳ τεταγμένος
εἴη τις, ἀνδάνοντα δεσπόταις ποιεῖν.

VIII. (98.)

Stob. LXXXIII, 6.

Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν
θεὸς ἀνθρώποις.

IX. (99.)

Stob. XCII, 1. Ant. Melissa et Maxim. Mon. in edit. Stob. a. 1609, p. 218, 24.

Ἀλλ' οὐδὲν ηὑγένεια πρὸς τὰ χρήματα·
τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει.

X. (100.)

Stob. XCIII, 15.

Σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἥ τ' ἀπειρία.

XI. (101.)

Stob. XCVIII, 22.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι πολλὰ καὶ μέλαινα νὺξ
τίκτει βροτοῖς.

Vs. 2 Both. βροτοῖσι, recte ut videtur.

XII. (102.)

Stob. XCIX, 16.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα, γενναίως δ' ἴσως
ἔπραξας· αἰνεῖσθαι δὲ δυστυχῶν ἐγὼ
μισῶ· λόγος γὰρ τοὔργον οὐ νικᾷ ποτέ.

Vs. 1 cum Matthiæo δ' inseruimus. Vs. 2 Both. scripsit ἔπραξά σ'. Vs. 3. λόγος γὰρ cum Porsono dedimus pro vulg. λογισμὸς γὰρ, quæ et sententiæ et metro adversatur.

XIII. (103.)

Stob. CVIII, 18.

Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ.

XIV. (104.)

Stob. CXI, 7.

Θάρσει· τάχ' ἂν γένοιτο· πολλά τοι θεὸς
κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις τελεῖ.

Ita Lobeck. ad Soph. Aj. 716 et Pflugk. pro vulg. πολλὰ τοῖς θεοῖς... πέλει emendarunt.

XV. (105.)

Stob. CXIV, 3.

Σοφώτεροι γὰρ συμφορὰς τὰς τῶν πέλας
πάντες διαιρεῖν, ἢ τύχας τὰς οἴκοθεν.

XVI. (106.)

Pollux X, 117 : Πανὸς καὶ φανὸς ἡ λαμπὰς, ὡς ὅταν φῇ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης·

Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν ;

Both. scripsit ἐξῆρες λαβών, frustra.

XVII. (107.)

Hesych. : Ἄμολγον νύκτα, Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ·

95.

Sciat, se esse insipientem, quisquis homo natus
populum deprimet opibus confisus.

96.

Hominem beatum sapere præcipue decet. HGR.

97.

Semper autem dominis placendum est. Hoc
enim servis optimum est, et quæcunque res man-
eam imperantibus gratam facere decet. [detur,

98.

Magnum liberorum amorem deus
mortalibus indidit.

99.

At nobilitas cum divitiis collata nihil est.
Pecunia enim pessimum ad summum locum evehit.

100.

Odiosa res est opulentia cum imperitia.

101.

Sed plurima
dies et atra nox ferunt mortalibus. HGR.

102.

Enimvero non recte, sed generose forte hæc
perfecisti : ego vero infortuniis oppressus
laudari nolo. Verbum enim non unquam superat
[rem.

103.

Adversa recte ferre generosum decet. HGR.

104.

Bono animo sis : facile hoc eveniat. Multa
profecto bona dii præter exspectationem hominibus
[largiuntur.

105.

Prudentiores omnes sunt in aliorum
quam in domesticis rebus dijudicandis.

106.

Unde vero piceæ tædam comparans detexisti?

107.

Tenebrosam noctem.

ζοφερὰν καὶ σκοτεινήν. Verba e procellæ descriptione petita videntur.

ΑΛΟΠΗ.

Alopen, neque vero *Cercyonem* hanc fabulam inscriptam fuisse jam initio hujus libri docuimus, idque ex marmore Albano exque veterum scriptorum testimoniis præter Eustathium (fgm. IV, V) apparet. Argumentum præbet Hygin. fab. CLXXXVII : *Alope, Cercyonis filia, formosissima quum esset, Neptunus eam compressit: qua ex compressione peperit infantem, quem inscio patre nutrici dedit exponendum. Qui quum expositus esset, equa venit et ei lac præstabat. Quidam pastor equam persequutus vidit infantem, atque eum sustulit; qui veste regia indutum quum in casam tulisset, alter compastor rogavit, ut sibi eum infantem donaret. Ille ei donavit sine veste. Quum autem inter eos jurgium esset, quod qui puerum acceperat, insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret; contendentes ad regem Cercyonem venerunt et contendere cœperunt. Ille autem qui infantem donatum acceperat, repetere insignia cœpit. Quæ quum allata essent, et agnosceret Cercyon ea esse ex veste scissa filiæ suæ Alopes, nutrix timens regis judicium fecit infantem eum Alopes esse; qui filiam jussit ad necem includi, infantem autem projici. Quem iterum equa nutriebat, pastores iterum inventum infantem sustulerunt, sentientes eum deorum numine educari, atque nutrierunt, nomenque ei imposuerunt Hippothoum. Theseus quum ea iter faceret a Trœzene, Cercyonem interfecit. Hippothous autem ad Theseum venit regnaque avita rogavit. Cui Theseus libens dedit, quum sciret eum Neptuni filium esse, unde ipse genus ducebat. Alopes autem corpus Neptunus in fontem commutavit, qui ex nomine Alopes est cognominatus.* Cf. Harpocr. v. Ἀλόπη, Schol. Aristoph. Av. 560, Etym. M. v. Ἱπποθόων. — Nemo non videt, fabulam, cujus ad argumentum cognoscendum fragmenta non multum valent, e tribus præcipuis partibus constitisse, quarum in prima Alopes infans nutricis auxilio expositus sit, in secunda Cercyo Alopen infantis illius origine patefacta ad mortem includi jusserit, in tertia denique Theseus Cercyonem interfecerit et Alopen vinculis liberaverit. Nam quæ Hyginus præterea narrat, Hippothoum postea ad Theseum venisse et avita regna repetiisse, si quidem locum in fabula habuerunt, nonnisi in epilogo, quem Neptunus egerit, commemorari potuerunt. Ex quo fluxisse etiam opinor, quæ habet Demosth. Orat. funebr. p. 1398 : ἐμέμνηντο Ἱπποθοωντίδαι τῶν Ἀλόπης γάμων, ἐξ ὧν Ἱπποθόων ἔφυ καὶ τὸν ἀρχηγὸν ᾔδεσαν· ὧν, τὸ πρέπον φυλάττων, ἐγὼ τῷδε τῷ καιρῷ τὸ σαφὲς εἰπεῖν ὑπερβαίνω. Miror igitur Hartungi rationem, qui (II, p. 54, 176) marmoris Albani auctoritate neglecta, cui alioquin tantum tribuit, ut Alcmenam a marmore isto omissam ex Euripidis fabularum numero ejiciendam esse censeret, et *Cercyonem* et *Alopen* ab Euripide scriptas esse conjecit, quarum argumenta Hyginus narratione supra exhibita inter se confuderit, ita quidem, ut verbis *Alope, Cercyonis filia, — — infantem autem projici*, Alopes; verbis autem *quem iterum equa nutriebat* etc. Cercyonis argumentum exhibuerit. Sed quis credat Alopen fabulam eum habuisse exitum, ut Alope, quamvis ipsa culpæ expers, in vincula conjiceretur? Quis non intelligat, virginis innocentiam patefieri oportuisse? Quis porro ex extremis Hygini verbis *quem iterum equa nutriebat* etc. justum drama efficiat? Nam quod Hartungus inde effinxit drama, non magis vera tragœdia est, quam Alope, qualem ipse constituit. Aliter sane res se haberet, si Euripides ejusmodi tetralogias, quales Æschylus scripsit, composuisset, ut Cercyon, quam Hartungus excogitavit, Alopen excipere potuisset. Uti vero nunc res se habent, nemo Alopen a Cercyone diversam fuisse mihi persuadebit. Per se igitur corruit, quod Hartungus Cercyonem quarto loco cum Hercule furente, Temenidis et Cresphonte Ol. LXXXIX, 2, Alopen vero quarto loco cum Phrixo, Iphigenia in Tauris et Epopeo (!) Ol. LXXXIX, 4 actas esse statuit. — Blomfieldus in Gloss. ad Æsch. Choeph. 122 verbis πλήσας ex νηδὺν (fgm. V) fabulam satyricam fuisse arbitratur, cujus ad sententiam accessit Pflugkius, quamquam non tam illis verbis, quam vocabulo ὀδῆσαι (fgm. VIII) offensus, quippe quod nonnisi in Cyclope ab Euripide adhibitum sit. At hæc ratio quam incerta sit, nemo est quin intelligat; de verbis πλήσας νηδὺν autem infra dicemus. Quare viris illis doctissimis Alopen in dramatum sat. numerum referentibus assentiri nequeo; si quid autem concedam, hoc est, Alopen ut Alcestidem fabulæ satyricæ loco extremum in tetralogia locum habuisse.

I. (108.)

Stob. LXXIX, 29, Orion Anthologn. (farrag. Eurip. post. tit. VIII nr. II.) p. 56 ed. Schneidewin.

108.
Ego, quod maximum est, incipiam dicere
ab ea primum : patri obedire æquum est
Liberos et hoc ipsum justum existimare.

Ἐγὼ δ', ὃ μὲν μέγιστον, ἄρξομαι λέγειν
ἐκ τοῦδε πρῶτον· πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν
παῖδας νομίζειν τ' αὐτὸ τοῦτ' εἶναι δίκην.

Apud Orionem legitur : ἐγὼ δ' ὅθεν μέγ. ἄρξ. λέγ. Ἐκ τοῦδε πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν παῖδας Νομίζειν δ' αὐτὸ τὴν δίκην, in quibus non displicent vs. 1 ὅθεν exquisite ac per attractionem ex ἐκ τοῦδε dictum, et vs. 3 νομίζειν δ'. Attamen quum in reliquis exhibendis negligentem Orio se præstiterit, in Stobæi verbis per se optimis nihil mutandum esse duxi. Verba ipsa Cercyonis esse videntur.

II. (109.)

Etym. M. v. ἡδέσθην, p. 420, 16.

Οὐ μὴν σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ᾐδέσω.

Legebatur οὐ μή, quod correxit Pors. ad Phœn. 1634, Advers. p. 34. — A Cercyone filiam increpitante dicta videntur.

III. (110.)

Stob. LXXIV, 17.

Τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον
φρουροῦντας; αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον
σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων.

Ex eadem Cercyonis in filiam invehentis oratione ducta videntur. — Pro γάμον Hartung. (II, p. 179) correxit γένος, quamquam correctione minime opus est.

IV. (111.)

Eustath. ad Il. ζ', p. 656, 58, ad Od. ι', p. 1640, 60, Od. λ', p. 1681, 41, Εὕρηταί που κῦμα καὶ κύημα, ὡς δηλοῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Κερκυόνι, οὗ τὴν θυγατέρα γέμειν ἔφη κύματος θεοσπόρου· τοῦ ἐκ Ποσειδῶνος δηλαδή. Loco primo et tertio scriptum est γέμουσαν. Hinc fortasse elicias Euripidea :

— γέμουσαν κύματος θεοσπόρου.

Quæ Welck. haud male ex Alopes defensione petita censet.

V. (112.)

Eustath. ad Od. φ', p. 1902 init. : Σημείωσαι δὲ ὅτι Ὁμήρου εἰπόντος τὸ « μεμνήσεσθαι οἴομαι ἔν περ ὀνείρῳ », λαβὼν ἐκεῖθεν Εὐριπίδης ἀνάπαλιν ἔφη ἐν Κερκυόνι ἐπὶ φίλου ἀμελοῦς (Ποσειδῶν δὲ ἦν ἐκεῖνος) τὸ

Πλήσας δὲ νηδὺν οὐδ' ὄναρ κατ' εὐφρόνην
φίλοις ἔδειξεν αὑτόν.

Cf. ad Od. θ', p. 1607 init., ubi verba πλήσας νηδὺν explicat ἀντὶ τοῦ ἐγκύμονα ποιήσας. Ut hoc loco πιμπλάναι, alibi πληροῦν (γυναῖκα) gravidam mulierem facere dicitur. Cf. Jacobs. Additam ad Athen. p. 249 sq. Ovid. Met. X, 469. Neque magis hæc Blomfieldio offensioni esse debebant, quam quæ de se dicit Macaria in Heracl. 525, Orestes in cognominata fabula vs. 1060, nutrix in Æsch. Choeph. 746 (ed. Well.) et quæ aliis tragœdiarum locis leguntur. — Verba ex eadem Alopes defensione, qua fgm. IV, deducta sunt, quibus queritur quod deus (Neptunus) post compressionem ne per somnium quidem compareurit.

VI. (113.)

Stob. LXXIII, 12.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως.

A Cercyone de nutrice dicta videntur.

VII. (114.)

Ammon. De diff. voc. p. 137 (v. τροχοί) : Τρόχους βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους· ἀναγινώσκομεν γὰρ ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδου·

Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον
στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

Bothius, quum alibi θεωρὸς non pro disyllabo exstaret, corrigi jussit : στείχοντ' ἄωρον. Sed talis contractio ex analogia similium vocum consequitur. — Welckerus, qui (p. 711 sq.) ex anaglyphis in Winckelmanni Monum. ined. tab. 92 expressis Cercyonem in hac fabula filiæ nuptias parasse haud improbabiliter conjecit, verba ad virorum catervam refert, qui finita corporum exercitatione ex gymnasio redeuntes ad

109.

Tu profecto nos parentes non reverita es.

110.

Quid igitur mulierum nuptias custodientes defatigari opus est? Bene educatæ enim magis domum fœdant quam neglectæ.

111.

— fœtus a deo sati plenam.

112.

Ventre autem impleto ne in somniis quidem noctu amantibus se ostendit.

113.

Mulier mulieri auxiliari solet.

114.

Video cœtum virorum gymnasia frequentantium a curriculi exercitio reversum ad hæc spectanda [properantem.

festi celebrationem veniebant. Sed nescio an ad Theseum potius ejusque socios spectent.

VIII. (115.)

Phot. : Ὁδῆσαι· τὸ ὠνήσασθαι. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ καὶ Κύκλωπι (vs. 12, 98, 133).

IX. (116.)

Hesych. : Ἀπρόσειλος· ὃ (corrige ᾧ) οὐδεὶς προσειλεῖται, ἀλλ' εὐθέως πίπτει· ἢ ἀκαυμάτιστος ἀπὸ τῆς εἴλης (corrig. εἵλης). Εὐριπίδης ἀληπ. (sic). Corr. Ἀλόπῃ. Cf. Bekk. An. p. 440, 32, Bachm. An. Gr. I, p. 139, 5 : ἀπρόσειλος· ᾧ οὐδεὶς προσειλεῖται. Εὐριπίδης.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Andromedæ historiam narrat Apollod. II, 4, 3. « Profectus autem (Perseus) in Æthiopiam, cujus rex Cepheus erat, invenit ejus filiam Andromedam maris ceto propositam, ut devoraretur. Cassiepeia enim, Cephei uxor, cum Nereidibus de pulchritudine certaverat ac se omnibus formosiorem esse gloriata erat. Hinc Nereides ei succensebant, et Neptunus, simul cum iis iratus, aquarum eluvionem in terram mittebat et cetum. Ammone autem oraculum edente calamitatis finem affore, si Cassiepeiæ filia Andromeda ceto devoranda proponatur, Cepheus ab Æthiopibus coactus id fecit filiamque scopulo alligavit. Quam quum conspexisset Perseus, ejus amore captus Cepheo promisit, se interfecturum esse cetum, si filiam periculo ereptam in matrimonium sibi dare velit. Pactis de hac re jurejurando confirmatis Perseus cetum aggressus occidit atque Andromedam solvit. Ei autem insidias parabat Phineus, Cephei frater, cui Andromeda antea desponsa fuerat. Verum ubi Perseus insidias cognovit, Phineum cum conjuratis omnibus Medusæ capite ostentato in saxa repente convertit. » Cum his cf. Ovid. Met. IV, 662 sq., Lucian Dial. mar. 14, Hygin. fab. LXIV, Mythogr. Vatic. I, 73, Lactant. Instit. Div. IV, 19. V, 1. Eratosth. Catast. 17, et Hygin. Poet. Astron. XI : *Hæc (sc. Andromeda) dicitur Minervæ beneficio inter astra collocata propter Persei virtutem, quod eam ceto propositam a periculo liberarat : nec enim ab ea minorem animi benevolentiam pro beneficio accepit. Nam neque pater Cepheus neque Cassiepeia mater ab ea potuerunt impetrare, quin parentes et patriam linquens Persea sequeretur. Sed de hac re Euripides hoc eodem nomine fabulam commodissime scribit.* — Hæc si respicis, facile ex fragmentis atque ex Aristophanea hujus fabulæ irrisione in Thesmophoriazusis expressa cum aliqua probabilitatis specie argumentum restitues, quod primus uberius explicare conatus fuit Fritzschius (in edit. Aristoph. Thesmoph. p. 494-316), a quo in plerisque discessit Welckerus Trag. Gr. p. 644 sq. Acta est Andromeda cum Helena Ol. XCI, 4.

I. (117.)

Aristoph. Thesm. 174 sq.

Ὦ νὺξ ἱερὰ,
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

Adnotat Schol. τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή. Tres priores vs. etiam Schol. Theocr. II, 166 exhibet. — Fabula incipit diluculi tempore : Andromeda rupi alligata avidissime solem exspectat, ut miseri, quos somnus fugit, solent, et μονῳδίᾳ quadam conditionem suam miseram describit omniaque quæ adnexum fabulæ intelligendum opus sunt, exponit. Quæ quum omnia animo concitato (unde metrum anapæsticum) recitaret, haud dubie sæpius insistere coacta erat (versus parœmiaci), qua re factum est, ut Echo non modo extrema illius verba recinens, sed vel vehementer gemens ab omnibus perciperetur. Quam ob caussam lepidissime Aristophanes Euripidem cavillatus est in Thesm. 1059 sq., ad quem locum Schol. adscripsit : ἐπεὶ εἰσήγαγε κακοστένακτον τὴν Ἠχὼ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ, εἰς τοῦτο παίζει. Ita fortassis, ut apud Aristophanem, apud Euripidem verba δι' Ὀλύμπου Echo resonavit. — Vs. 2 Bergk (in Zimmerm. Diar. Antiq. 1836, p. 79) in hiatu ἱερὰ ὡς corrigi voluit : ἱερὰ, μακρὸν ὡς κτλ. et vs. 4 ἱρᾶς, ne dactylus cum anapæsto concurreret. At vs. 2 correctione non opus est, si quidem Andromeda, ut veri

115.

Emere.

116.

Non pressus, vel *soli non expositus*.

117.

O sacra nox,
quam longum cursum percurris,
sidereos equos aurigans
ætheris sacri
per sanctissimum Olympum.

simile est, post exclamationem ὦ νὺξ ἱερὰ paululum instit. Magis probanda ac fortasse accipienda est vs. 4 ἱρᾶς, pro quo Bothius, ne in quinque versibus vox ἱερὰ bis legeretur, scribi maluit αὔραις.

II. (118.)

Aristoph. Thesm. 1070 sq. « Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν Μέρος ἐξέλαχον; de quibus verbis Schol. dicit : καὶ τοῦτο ἐκ προλόγου. His ad supplendam sententiam adjicienda esse, quæ in sequentibus exhibet Aristophanes, θανάτου τλήμων, et quæ deinceps deesse Scholiastes (ad 1072) ipse dicit μέλλουσα τυχεῖν, ut integer evadat locus :

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον, θανάτου τλήμων
μέλλουσα τυχεῖν;

jam Pors. ad Eurip. Med. 284 vidit.

III. (119.)

Schol. Aristoph. Lys. 962 : Ποία ψυχή· παρὰ τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας,

Ποῖαι λιβάδες, ποία σειρήν;

sine dubio ex eadem Andromedæ monodia, qua fgm. I, II, ducta sunt. Quam monodiam, licet Welckerus contra disputet, Chori nunc intrantis canticum et alternos Andromedæ Chorique (ex virginibus constantis) cantus, quibus Andromeda querelas fundebat, Chorus autem eam consolabatur salutemque sperare jubebat, excepisse veri est simillimum. Ad hanc fabulæ partem refero fgm. IV—IX.

IV. (120.)

Schol. Aristoph. Thesm. 1018 ad Aristophanis verba « κλύεις ὦ πρὸς Αἰδοῦς σε τᾶς ἐν ἄντροις, κατάνευσον, ἔασον ὡς τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν » hæc adnotat : πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας· πρὸς τὴν Ἠχὼ Ἀνδρομέδα λέγει· « προσαιδουσσαι τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπασον ἔασον ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν (sic. Rav.) » Inde Seidlerus hos Eurip. vss. restituit :

Κλύεις ὦ
πρὸς Αἰδοῦς, σὲ τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον, ἔασον,
Ἀχοῖ, με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Echo recte ἡ ἐν ἄντροις dicitur; cf. Ovid. Met. III, 395. Bothius vero locum sic dedit :

πρὸς αἰδοῦς σὲ, τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπαυσον,
ἔασον δ', Ἀχοῖ, με σὺν φίλαισι,
γόου πόνον λαβεῖν.

quasi Andromeda Echonem precata esset, ut nymphas ἀντριάδας, famulas suas, tacere juberet. Sed Echoni num erant comites ac famulæ? — Vs. 4 Hartung. II, p. 348 scripsit λαβέσθαι.

V. (121.)

Schol. Aristoph. Thesm. 1015 verbis : « φίλαι παρθένοι, φίλαι, πῶς ἂν ὑπέλθοιμι, καὶ τὸν Σκύθην λάθοιμι; subscribit : παρὰ τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου·

Φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι.

Andromedæ verba esse nemo non videt; cf. fgm. III.

VI. (122.)

Stob. CXIII, 2.

Συνάλγησον· ὡς ὁ κάμνων
δακρύων μεταδοὺς
ἔχει κουφότητα μόχθων.

Verba sunt Andromedæ Chorum collaudantis, quod secum dolere velit; cf. fgm. III. — Vs. 3 in Paris. A. B. post ἔχει legitur τινὰ a Gaisf. receptum, quod bene Matth., Dindorf., Fritzsch. omiserunt, quippe quod sententiæ vim infringat. Est autem illud τινὰ a nescio quo correctore, cui non utique vera sententia videbatur, profectum, quo omisso etiam vs. 3 primo accuratissime respondet; uterque enim e dochmio et Bacchio constat.

VII. (123.)

Schol. Aristoph. Thesm. 1022 ad poetæ verba : « ἄνοικτος, ὅς μ' ἔδησε τὸν πολυπονώτατον βροτῶν » hæc habet : παρὰ τὰ τοῦ χοροῦ ἐν Ἀνδρομέδᾳ·

118.

Quid enim Andromeda malorum
sortem nactus sum, quæ misera mortem
obitura sum?

119.

Quales humores, qualis Siren?

120.

Audisne?
Per te Pudoris deam obtestor,
quæ habitas in antris, desine, patere,
Echo, me et amicas meas lacrimandi
desiderium explere.

121.

Caræ virgines, caræ mihi.

122.

Condoleas : nam qui laborat
aliis lacrimas ciens
levamen quoddam malorum habet.

123.

Immisericors, qui te omnium mortalium

Ἄνοικτος ὅς τεκών σε τὴν
πολυπονωτάτην βροτῶν
μεθῆκεν Ἅδᾳ πατρὸς ὑπερθανεῖν.

Cf. fgm. III. Chorus Andromedæ votis (fgm. VI) obsequens ejus ærumnam conqueritur. — Hartung. II, p. 341 dedit πατρίδος pro πατρὸς, quo vix opus; nam quamquam propter matris superbiam tamen a patre ceto exposita est.

VIII. (124.)

Stob. Ecl. phys. I, 6, 22, p. 166 ed. Heer.

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς
ὅπη μοίρας διεξέρχεται;
στρέφει δ' ἄλλως
ἄλλους εἰς ἁμέραν.

Cf. fgm. III. Verba sunt Chori Andromedam consolantis. Dedi ea cum Heerenio ex Grotii dispositione, ac de industria omitto virorum doctorum correctiones, quum vulg. nequaquam intolerabilis sit. Quidni enim eodem jure, quo Sophocles El. 910, Trach. 702, ὅποι γνώμης· OC. 167, ποῖ φροντίδος· 311, ποῖ φρενῶν etc. scripsit, ὅπη vel ὅποι μοίρας (nam ὅπῃ, ὅποι, ὅπου sexcenties inter se commutata sunt) dicatur? ut sententia sit: *non vides, quo sortis perventurum sit numen*, h. e. *non vides, quemnam exitum numen sorti tuæ impositurum sit.* Consentit Bothius. — Vs. 3 codd. στρέφεις, quod Barnes. recte in στρέφει mutavit.

IX. (125.)

Aristoph. Thesm. 1029 sqq.

Ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν
οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων,
ψήφων χημὸν ἕστηκ' ἔχουσ',
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπληγμένη,
κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι·
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δὲ
γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες, ὡς
μέλεα μὲν πέπονθα, μέλεος,
ὦ τάλας, ἐγὼ, τάλας,
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄν'
ἄνομα πάθεα φῶτα λιτομέναν,
πολυδάκρυτον Ἀΐδα γόον φλέγουσαν
αἰαῖ, αἰαῖ, ἒ, ἕ.
. . . .
ἰώ μοι μοίρας ἄτεγκτε δαίμων.
ὦ κατάρατος ἐγώ· τίς ἐμὸν οὐκ ἐπόψεται
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ;
εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν.
οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν
ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην,
λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων, αἰόλαν
νέκυσιν ἐπὶ πόρειαν.

Cf. fgm. III. Hanc cantilenam, quam Mnesilochus Andromedæ partibus susceptis (cf. Aristoph. Thesm. 1012) cecinit, totam apponere non dubitavimus, quippe in qua Euripidea cum Aristophaneis ita commixta sint, ut discerni vix queant. Aperte Euripidis verba scholiasta teste sunt quæ nos *diductis literis* dedimus. Scribit enim ille ad vs. 1029: πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας· ad vs. 1032. καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας. Item ad vs. 1040: ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα. καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας δεομένη (ς) τοῦ βαρβάρου· προεῖπε δὲ, γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες. Sed quæ præterea in illis Euripidis sunt expiscari haud facile sit. Pleraque tamen pauculis verbis seu literis immutatis ex Euripide fluxisse jam ipsius orationis color prodit, quare omnia attulisse juvabat. Præcipue non dubito

---

infelicissimam genuit et Orco tradidit,
ut patris causa mortem obires.

124

Non vides, quo sortis
numen perveniat?
alios vero aliter
quotidie versat.

125.

Viden? non inter choros, neque
ab æqualibus puellis,
calculorum fiscellam sto habens:
sed arctis vinculis constricta
ceto Glaucetæ *præda exposita sum.*
Cum pæane, non nuptiali,
sed qui vinctis conveniat,
lugete me, o mulieres, quod
indignis affecta sum malis, infelix:
o miser ego, miser! (o me)
a cognatis alia *injusta, injusta*
mala (passum), *virum obtestantem,*
lacrimosum orci lessum excitantem!
Heu, heu, heu, heu!
. . . .
O fati mei inexorabilis dæmon!
O me diris devotum! Quis hæc mala
intuens non miserebitur diræ meæ calamitatis?
Utinam ignifera ætheris stella
me miserum prorsus perdat!
Non enim immortale solis jubar intueri
amplius jucundum mihi est, quum suspensus sim,
doloribus deorum guttur angentibus furiatus, ut
celeri itinere ad mortuos descenderem.

quin extrema inde a vs. 1050, si τὸν βάρβαρον cum Fritzschio mutaveris in τὴν πάμμορον, revera Andromeda cecinerit; postea vero statim Perseus venisse videtur : nam eo ipso tempore in medium procederet necesse erat, quo Andromeda jam omni auxilii spe abjecta mori quam primum cupiebat. Optime igitur hoc fgm. sequente excipitur. Qua ratione vero Perseus scenam ingressus sit, discimus ex Polluce. IV, 128 : *Ostendit autem machina deos vel heroas in aere pendentes, velut Bellerophontem aut Perseum,* etc.

X. (126.)

Aristoph. Thesm. 1098 sq.

Ὦ θεοὶ, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον πόδα τίθημ' ὑπόπτερον.

Hos vss. duo alii excipiunt apud Aristophanem, quos infra (fgm. XIX) dedimus. Schol. Rav. enim adscribit : εἰς Περσέα (corrige cum Fritzschio ἐστὶ Περσέως) ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα. καὶ λοιπὸν ἐπέζευξε τὰ ἑξῆς. Extrema verba non intellexit Matth.; dubitat enim num etiam vs. 4 cum dimidiato quinto ex Andromeda ductus sit. Profecto omnes ex Andromeda sunt, licet hoc obscure scholiastes significaverit; dicere autem voluit, Perseum Euripideum tres priores versus perpetuo ordine loquutum esse, ac proxime ex alio Andromedæ loco adjungi quæ sequantur. Sæpius enim Aristophanem ex pluribus Euripidis locis unum effecisse, nemo ignorat; cf. fgm. XLIII. Facile autem apparet, Perseum nunc demum in scenam ingredientem narrationem suam (prologum quem nonnulli dicunt) incepisse, qua, antequam Andromedam conspiceret, spectatores doceret, quis ipse esset, unde et quibus rebus peractis huc veniret, et similia. — Ex eadem Persei oratione, nisi ex Persei cum Cepheo colloquio fortasse petita sunt fgm. XXXV, XXXVII.

XI. XII. (127.)

Schol. ad Aristoph. Thesm. 1105 : « Ἔα τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ, καὶ παρθένον θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην; » adscribit : πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας·

Ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίρρυτον
ἀφρῷ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων
σοφῆς ἄγαλμα χειρός.

Schol. tantummodo duos priores vss. habet, reliquos autem cum extrema parte secundi præbent Maxim. in Dionys. Areopag. Op. t. II, p. 28 ed. Cord. et Pachym. ibid. p. 30. Vs. 3 Jacobs. Exerc. crit. p. 214 pro τειχισμάτων legi jussit τυκισμάτων, probantibus Seidlero, G. Hermanno, Dindorfio, Welckero, Hartungo, Bothio, sed vulgatam tolerandam esse docuerunt Fritzsch. l. c. et Thudichum apud Welck. p. 1592. Verba sunt Persei narratione sua finita circumspicientis Andromedamque animadvertentis, quam non vivam, sed ex ipso saxo, cui affixa est, sculptam opinatur. Cf. Ovid. Met. IV, 671. — Sed alterum non minus præclarum fragm. latet in ipsius Aristophanis verbis, in quibus denuo duo diversi loci coaluerunt, quorum alter ex Persei verbis, de quibus modo disseruimus, petitus, alter vero hic est :

Καὶ παρθένον
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν δ' ὅπως ὡρμισμένην.

Hæc enim dixit Perseus, postquam imagine illa, quam marmoream esse putaverat, conspecta propius accedens intellexit, non modo vivam, sed etiam venustissimam pulcherrimamque virginem vinculis esse constrictam.

XIII. XIV. XV. (128.

Tiber. Περὶ σχημ. p. 47 ed. Boisson., in Walz. Rhett. Gr. t. VIII, p. 576, 8.

Ὁρῶ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα.

Perseus virgine conspecta videt etiam cibos illi appositos, utpote qui apponi solebant iis qui morti expositi erant. Si tamen verum est quod Tiberius dicit, ὁρῶ pro εἶδον dictum esse, verba etiam ex nuntii narratione petita esse possunt, de qua vide fgm. XXIX. — Perseus nunc virginem alloquitur ac mox tanto ejus amore capitur, ut liberare eam et in matrimonium ducere sibi constituat. Hoc ostendunt hi vss., maxime Euri-

---

126.
O dii, quamnam barbaram in terram delati sumus celeri talari? per medium enim ætherem secans viam pede volo alato.

127. (XI.)
Atat! quemnam hunc scopulum video circumfluxum spuma marina, et virginis imaginem quandam ex munimentis lapideis natura formosis, callidæ manus artificium.

(XII.)
et virginem
deabus similem tanquam navem litori alligatam.

128. (XIII.)
Video autem virgini cibos appositos.

pideæ orationis colorem præbentes. Dicit enim Euripides-Perseus apud Aristophanem (Thesm. 1116):

Ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα
ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν τῆς κόρης
ταύτης ἔρως εἴληφεν.

Sed vix vs. 2 ab Euripide profectus esse potest ob caussas, quas attulerunt Pors. Suppl. Præf. ad Hecub. p. XXXII sq., Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 113 sq., Fritzsch. ad h. l.: quare scriptum fuisse puto: ἅπασιν ἐστί· νῦν δ' ἐμαυτὸν τῆς κόρης κτλ. — Pergit deinde Perseus (ibid. 1121):

— — λύσαντά μ' αὐτὴν
πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος.

XVI. XVII. XVIII. (129.)

Andromedam ipsam Perseus haud dubie alloquutus est verbis (Aristoph. Thesm. 1056):

Χαῖρ', ὦ φίλη παῖ—

Postea misericordiam patefecit hisce (ibid. 1110):

Ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν·

cujus versus extrema pars ab Aristophane paullulum in ridiculum detorta videtur. — De commiseratione peregrini autem mirata quærit Andromeda (ibid. 1058):

Σὺ δ' εἶ τίς, ὅστις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;

Cui interroganti nihil Perseus respondere potuit quam quod sequente fgm. exhibuimus.

XIX. (130.)

Aristoph. Thesm. 1101.

Περσεὺς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν τὸ Γοργόνος
κάρα κομίζων.

Subsequuntur hi vss. apud Aristoph. illos, quos fgm. X dedimus, a quibus vero disjungendos esse, ibi docuimus.

Ex dialogo inter Perseum Andromedamque ita exorto petita porro videntur fgm. XX-XXV.

XX. XXI. (131.)

Plut. De aud. poet. 6 (p. 22, E): καὶ τῷ θοάζειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης·

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

Idem vs. legitur ap. Plut. Sympos. IX, 15 (p. 747, D), ad Andromedam sine dubio recte a Barnesio primo relatus. Nec dubium esse potest quin et hunc et alium, quem Zenob. V, 45 servavit, versum,

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν,

Andromeda loquuta sit, quum exponeret, quam ob causam et in quem finem scopulo alligata esset.

XXII. (132.)

Stob. XCIX, 11.

Ἦ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ' ἡμέραν·
ὡς τοῦ γε πάσχειν τοὐπιὸν μεῖζον κακόν.

Ex eadem Andromedæ oratione petita videntur· cf. fgm. XX.

XXIII. XXIV. (133.)

Diog. Laert. IV, 129, in Vit. Arcesil. Καὶ αὐτοῦ Κράντωρ, ἐρωτικῶς διατεθεὶς, ἐπύθετο τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος (προενεγκάμενος bene Casaub.)·

Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν;

καὶ ὃς τὰ ἐχόμενα·

Ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμῶτ' ἐθέλεις εἴτ' ἄλοχον.

(XIV.)
Hominibus enim omnibus
morbi sunt. Me ipsum autem hujus puellæ
amor cepit.

(XV.)
Postquam eam solvi in
concubitum amplexusque uxoris ruere —

129. (XVI.)
Salve, cara filia —

(XVII.)
O virgo, miseret me tui, quam sic suspensam video.

(XVIII.)
Tu vero quis es, qui meam miseratus es calami- [tatem?

130.
Perseus, ad Argos dirigens cursum, Gorgonis
caput ferens.

131. (XX.)
Cetus e mari Atlantico prosiliens.

(XXI.)
Quali bestiæ deus me junxit!

132.
Profecto, quod futurum est, quotidie metum [movet;
mali enim exspectatio pejus est, quam perpeti.

133. (XXIII.)
O virgo, si te sospitem præstitero, gratiam mihi [habebis?

(XXIV.)
Duc me, o hospes, sive famulam malis,
sive uxorem sive servam.

ἐκ τούτου συνήστην ἀλλήλοιν. Priorem vs. præbet etiam Suid. v. εἴση, sed confuse ac depravate, ac multo corruptius schol. ad Med. 474. — Alterum vs. idem habet Suid. v. ἄλοχος, nec multo emendatius, quam Diogenes, nisi quod δμωΐδ' pro δμῶτ' exhibent. Locum variis conjecturis viri docti tentarunt, quas afferre non attinet, quum genuina scriptura servata sit ab Herodiano (in Villois. An. Gr. t. II, p. 496., in Walz. Rhett. Gr. t. VIII, p. 602) : παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ παρεισάγεται ἡ Ἀνδρομέδα (ita correxit Villois. pro Ἀνδρομάχη, quod frequenti errore in codd. invenitur; cf. fgm. XXXI. XXXIV. XLI.) λέγουσα τῷ Περσεῖ·

> Ἄγου δέ μ', ὦ ξεν', εἴτε πρόσπολον θέλεις
> εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωΐδα,

præterquam quod ξεῖν' pro ξέν' scriptum est. — Verba εἴτε δμωΐδα Both. pro glossemate habet. — Hartung. II, p. 352 Andromeda his verbis versus præmisisse censet, quos habet Aristoph. Thesm. 1107 : Ὦ ξένε, κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν, λῦσόν με δεσμῶν!

XXV. (134.)

Stob. CXI, 2.

> Μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ.
> γένοιτο τἂν πόλλ' ὧν δόκησις οὐκ ἔνι.

Vulgo scribebatur : μή μοι προτ. ἐλπ. ἐξ ᾅδου δακ. γεν. ταν πολλαων κτλ. Paris. A. B. γένοιτο τῶν πολλὰ ὧν κτλ. Grot. ἐξαίρου, sed recte ἐξάγου Musgr. Valck. Gaisf. Matth. Dindorf.; cf. Eur. Suppl. 770, Ion. 361. Vs. 2 Grot. Matth. Hartung. et Both. male γένοιτο δ' ἂν pro τἂν (i. e. τοὶ ἂν) quo codicum scripturæ τᾶν et τῶν ducunt. Nec recte Matth. vs. 1 Andromedæ, alterum Perseo tribuit, quem Fritzschius Choro assignat, sed utrumque ab Andromeda, utpote quæ versu 2 suam de spe salutis dubitationem ipsa minuat, pronuntiatum esse præclare Welck. p. 652 ostendit. —

Dialogum inter Perseum Andromedamque aut statim aut Chori cantico præmisso haud dubie scena sequebatur, in qua Perseus cum Cepheo colloquebatur et se velle, si Andromeda sibi matrimonio collocaretur, cetum interficere promittebat, Cepheus autem filiam ei spondebat. Ex qua scena fortasse superest fgm. XV. Deinde Perseus certamen ipsum subire statuebat. Quod antequam iniret, clarissima monodia, cujus partem Athenæus (Cf. fgm. sq.) servavit, Amorem invocabat. Cf. Philostr. Imag. I, 29.

XXVI. (135.)

Athen. XIII, p. 561, B sine nom. fab.

> Σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, Ἔρως,
> ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ
> ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ,
> μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.
> καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσει,
> μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν
> ἀφαιρεθήσει χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

Ex Andromeda deductos esse hos vss. docet Lucian. De conscr. hist. 1 (t. II, p. 1), primum versum sic afferens : σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως, cujus scripturam non veriorem judicare debebat Dindorfius, quum Lucianus non tam verba, quam sententiam respiciens e memoria citare solitus sit; cf. Belleroph. fgm. V. — Vs. 5 offensioni est θεοῖς : nam quum non deus, si Perseus verba faciat, non perspicitur, cur Amorem a diis honoratum iri dicat. Neque propter vss. 6, 7, θεοῖς ferri potest. Quod quum Dobr. ad Aristoph. Vesp. p. 396 intellexisset, aut θνητοῖς, quod Hartung. II, p. 392, recepit, aut θεῶν scribi voluit, sed probabilius conjecit Musgr., νέοις, nam juvenum maxime est amare. Attamen habet etiam quo commendetur Bothii correctio : τίμιος θεός τ' ἔσει, h. e. *honoratus eris et deus.* — Qui a Stob. XLIV, 6, cum lemm. Εὐριπίδου afferuntur duorum priorum hujus loci simillimi cum tertio quodam « ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο » conjuncti, vix Euripidis sunt, sed comici cujusdam poetæ, qui Euripidea in usum suum converterat ac leviter detorserat. Stob. autem hunc comici locum cum eo, ad cujus similitudinem fictus est, confudit, aut lemma Εὐριπίδου e subsequentibus vss. (fgm. XL) casu vel errore huc translatum est.

XXXVII. XXVIII. (136.)

Stob. CV, 32.

134.

Ne mihi spem proponens lacrimas elicias.
Multa eveniant fortasse, quæ sperare non licet.

135.

Tu vero, divum atque hominum tyranne, Amor,
aut ne doceas pulchra videri pulchra,
aut amantibus, quorum tu auctor es,
labores laborantibus feliciter succurras.
Atque hæc quidem faciens diis honoratus eris,
non faciens autem per id ipsum, quod amare abs te
docentur, honoribus, quibus te venerantur, spoliaberis.

Οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
ᾧ μὴ τὸ θεῖον εἰς τὰ πολλὰ συνθέλῃ.

A Choro hæc dicta videntur, antequam Perseus pugnam subiret. — Vs. 2 codd. præbent : ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ σὺν τέλει. Paris. A. B. συνθέλει. Pro ὃν primus ᾧ restituit Pors. Adv. 274, pro ὡς recte εἰς Heyn. ad Eratosth. Catast. p. XXIV, quas correctiones recipere non dubitavimus. Fritzschio præeunte (is tamen male συντελῇ) conjunctivum συνθέλῃ revocavimus, quippe qui in sententiis generalibus usurpari soleat.

Post Persei ad certamen abitum Chori canticum sequutum esse videtur, ex quo vide an supersit fgm. in præclaro poematio ab Athenæo servato (inc. fab. fgm. CLV) et in versu, quem Plut. Sympos. IX, 15, p. 747, D, memoriæ tradidit, hæc scribens : — πολλὰς δὲ καὶ συνθέσεις τῶν ὀνομάτων κατὰ μέλη μιμητικῶς σχηματίζουσιν (οἱ ποιηταὶ), ὡς Εὐριπίδης

ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα γοργοφόνος.

Ad Andromedam hic vs. relatus a Valck. Diatr. p. 49, B, consentientibus Matth., Welck., aliis, contra quos recte Fritzsch. monuit, potuisse eum facile in alia fabula legi, quum Persei sæpius apud Euripidem mentio facta esset.

XXIX. (137.)

Chori carmine finito nuntius in scenam processit, qui Andromedam et Chorum, et fortassis etiam Cepheum non modo de certaminis exitu certiores faciebat, sed pugnam ipsam etiam copiose describebat. Qua ex nuntii descriptione, nisi forte fgm. XX ductum est, nihil superest præter versus, quos Athen. (XI, p. 477, A) servavit hæc scribens : Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Παριανὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν τὸ κίσσινον ποτήριον σημαίνειν κισσύβιον παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομέδᾳ

— — — — πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεὼς
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος,
πόνων ἀνάψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

τὸ γὰρ κισσύβιον, φησὶ, λέγεται ἐπὶ συνόδου ἀγροικικῆς, ἔνθα προσήκει μάλιστα τὸ ξύλινον ποτήριον. Eosdem vss. habent Macrob. Sat. VI, 21, Eustath. ad Od. ι', p. 1632, 9, ubi tamen vitiose πίνων ἀναψυκτῆρα, ὅδ' ἀμπελέων γάνος. — Locum vero ad nuntii descriptionem pugnæ pertinere, e Philostr. Imag. I, 29, concludi potest. Ceto enim interfecto, qui et homines et pecudes devoraverat ideoque incolis maximo terrori fuerat, pastores læto gratoque animo victori munera afferebant, in quibus lac et vinum erat, quo se Perseus reficeret.

XXX. (138.)

Post nuntii narrationem Perseus ipse in scenam prodibat Andromedamque vinculis liberabat; deinde a Cepheo petebat, eam ut nunc connubio sibi jungeret. — Cepheus vero interea consilium mutaverat, haud dubie a Phineo fratre persuasus; sed initio vix statim mentem suam patefacere audebat, verum ambigue primum Perseo respondebat et vehementius deinde eodem urgente tacebat. Dicebat igitur Perseus : (Stob. XXXIV, 12)

Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων·

et sibi utilia colligi ex hoc silentio posse ratus id in commodum suum interpretabatur.

XXXI. (139.)

Schol. Aristoph. Ran. 105 ad verba « μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν· » adscripsit : καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομέδᾳ (ita Matth. correxit pro vitioso Ἀνδρομάχῃ)·

Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Eadem habet Suid. v. μὴ τὸν ἐμόν. Cepheum his verbis ad fgm. XXX respondisse quisque videt. Ac nunc tandem perfidus rex mentem aperuisse et speciosas quasdam causas protulisse videtur, cur Perseum generum nolit. Quarum nonnullas in sequentibus fgm. habemus; cf. præcipue fgm. XXXII-XXVXIII.

XXXII.

Stob. XCI, 20.

Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν·

---

136. (XXVII.)

Nullus est mortalium, qui felix sit,
nisi cui numen in plerisque consentiat.

(XXVIII.)

Pervolans sacrum Jovis ætherem Gorgonis inter-[fector.

137.

Omnis autem confluebat pastorum turba,
hic quidem lactis hederaceum ferens scyphum,
laborum delinimentum, ille autem vitis laticem.

138.

Tacesne? At silentium non idoneus verborum in-[terpres est.

139.

Noli mentem meam habitare; ego enim sufficiam.

140.

Aurum præcipue domi habere volo.

καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνήρ,
ἐλεύθερος δὲ, χρεῖος ὤν, οὐδὲν σθένει.
χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ' εὐτυχεῖν.

Verba sunt Cephei divitem generum sibi exoptantis. Sententiæ causa cf. Alcmen. fgm. IX.

XXXIII. (141.)

Stob. XCIII, 31.

— χρήμασιν γὰρ εὐτυχῶ
ταῖς συμφοραῖσι δ' ὡς ὁρᾷς, οὐκ εὐτυχῶ.

Persei verba esse Fritzsch. et Welck. statuunt, ut ille vs. 2, quæ Polydectis causa perpetraverat ac perpessus erat, respexerit; habet tamen etiam Matthiæi opinio, qui hos vss. Cepheo tribuit, quo commendetur: nam negari sane nequit, potuisse eos facile in ea scena proferri, in qua primum cum Perseo convenerat; cf. fgm. XXV. sub fin.

XXXIV. (142.)

Stob. CXII, 4 (in Paris. A. cum lemm. Εὐρ. Ἀνδρομέδας, in reliquis Εὐρ. Ἀνδρομάχης), et fabulæ titulo omisso V, 17.

Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
οὐ πώποθ' ὕβρισ', αὐτὸς ὀρρωδῶν παθεῖν.

cf. Ammon. p. 25 : Ἀρρωδεῖν καὶ ὀρρωδεῖν διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ ὀρρωδεῖν σημαίνει τὸ εὐλαβεῖσθαι, καθὰ Εὐριπίδης τὸν Περσέα εἰσάγει λέγοντα· τὰς συμφορὰς κτλ. Hinc Persei esse apparet, ac facile intelligitur, Cepheum iis objurgari, quod Perseo labores calamitatesque superbo animo exprobraverit. — Ex eodem Persei cum Cepheo colloquio fgm. XXXV — XXXVII ducta videntur, quibus Perseus se ab incusationibus Cephei defendisse videtur.

XXXV. (143.)

Stob. LII, 2, Arsen. Viol. p. 365 ed. Walz. sine nom. fab. et auct.

Νεότης μ' ἐπῆρε καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον.

Cf. fgm. XXXIV. Eundem vs. uno vocabulo mutato præbet Lucian. Necyom. § 2, ubi θράσος pro σθένος exstat. Sed in re critica Luciano parum fidei esse, ad fgm. XXVI. monuimus.

XXXV. (144.)

Stob. XXIX, 57.

[Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.]
ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Cf. fgm. XXXIV sub fin. Utrumque vs. dedit Gesn. c. lemm. Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας, Grot. c. l. Ἀνδρομάχης, quod jam correxit Gatak. At priorem omittit Paris. A., et sane is diversus non videtur ab Hypsipyl. fgm. X, vs. 8 (licet a nobis inter inc. fab. fgm. CXXVIII receptus); cod. B. præbet quidem, sed solo Euripidis nomine præfixo, alterum contra habet cum lemm. τοῦ αὐτοῦ Ἀνδρομέδᾳ. Hanc ob caussam disjunctis his versibus Gaisf. dedit, ut in Paris. B. est; nos autem priorem vs. uncis inclusimus, nam fortassis Euripides eo duobus diversis locis usus est. — Versum 2 citant etiam Aristot. Rhet. I, 11, 8 sine nom. auct. et Plut. Symp. II, 1 (p. 630, D). Latine eum reddidit Cic. De finibus II, 32, 105.

XXXVII. (145.)

Stob. XXIX, 20.

Εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

Cf. fgm. XXXIV. Hic vs. tamen jam in prima Persei oratione locum habere poterat.

XXXVIII. (146.)

Stob. LXXVII, 12.

Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῶ νόθους λαβεῖν·
τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν· ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.

Cephei Perseum ut nothum repudiantis verba esse videntur fortassis Andromedæ dicta a Persei partibus stanti.

Nam vel servus, si dives est, honoratur,
liber autem egenus nihil efficit.
Itaque per aurum felicem te deputa.

141.

Opibus quidem felix sum :
calamitatibus autem, ut vides, infelix.

142.

Calamitatibus autem hominum infelicium
nunquam insultavi, metuens ne ipse paterer.

143.

Juventus et robur mentem exsuperans me impulit.

144.

[Eorum, quæ necesse sunt, nihil turpe est morta-[libus.
At dulce profecto est sospiti memorem esse cala-[mitatum.

145.

Gloriam non sine magnis laboribus consecutus [sum.

146.

Ego autem progeniem notham habere non con-[cesserim.
Legitimis enim nulla in re inferiores
lege premuntur; quod te cavere oportet.

XXXIX. (147.)

Stob. LXIII, 22.

Ὅσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτοὶ,
ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἐρωμένων,
οὐκ ἔσθ' ὁποίας λείπεται τόθ' ἡδονῆς.

Andromedæ aut, quod minus probabile videtur, Chori verba sunt ex eodem colloquio ducta. Vs. 3 ex emendatione Pflugkii (in Zimmerm. Diar. schol. 1831, p. 19) scripsimus οὐκ ἔσθ' ὁποίας pro vulg. οὐκ ἔστι ποίας.

XL. (148.)

Stob. LXIV, 7.

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων
ἑλοῦ τὰ βέλτισθ', ὥς τ' ἄπιστόν ἐστ' ἔρως
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.

Cephei hæc verba esse nemo non videt. Vs. 1 pro ἔχομεν cod. Paris. A. ἔχωμεν. Vs. 2 in codd. exstat: ὥστ' ἄπιστος, quod, quum ὥστε nunquam *nam* vel *quoniam* significare possit, a Piersono ap. Valck. Diatr. p. 159 in ὡς ἄπιστον mutatum est. Sed scribi potius oportet servata codicum scriptura ὥς τ' ἄπιστον, τε enim respondet sequenti καὶ in κἀν Both. pro ἄπιστον dedit ἄπειστον. Vs. 3 vitiose legitur καί pro κἀν et in Paris. A. ναρκεῖν pro οἰκεῖν. Matth. et Dindorf. θέλει pro φιλεῖ præbent, quod unde sumpserint, nescio.—Verba ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν, ad quæ Matth. et Hartung. II, p. 357, μὴ λέγε supplent, significant: *sit ut amorem potentem habeamus*. Ita sæpius indicativo usi sunt Græci maxime particulis καὶ δὴ præfixis; cf. Suppl. 262, Erechth. fgm. IV, vs. 42; Pflugk. ad Med. 386, Androm. 334, Hel. 1058; Herm. ad Vig. p. 836, n. 528.

XLI. (149.)

Stob. Ecl. phys. I, 4, 23, p. 118, ed. Heer. c. lemm. Εὐρ. Ἀνδρομάχῃ. Orion. Anthologn. (farrag. Eurip. n. 15 post tit. VIII) p. 57 ed. Schneidewin. sine nom. auct. et fab.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν ἁμαρτίας.

Sic Orio nisi quod vs. 1 χρόνου pro Διὸς præbet, ita ut vs. 1 prorsus conveniat cum Antiop. fgm. LXII, vs. 1, cujus per se simillimus est. Attamen illinc χρόνου huc transtulisse cum Schneidewino noluerim; Justitiam enim Jovis filiam esse jam Hesiod. (Op. 258) ait. Stob. aperte duos similes locos inter se confudit. Vs. 2 Stob. inepte τιμωρίας pro ἁμαρτίας. — Verba ipsa Persei esse Cepheo deorum pœnam minitantis in aprico est.

XLII. (150.)

Stob. Floril. LXXXI, 6.

Ὦ τλῆμον, ὥς σοι τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς
ἔδωχ' ὁ δαίμων, μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι.

Cepheus his verbis ad Persei minitationes respondisse videtur. Vs. 1 autem respicit ad miseram Persei conditionem, de qua ad fgm. XXXIII. XXXIV monuimus.

Ex extrema fabulæ parte nulla supersunt fragmenta, ex quibus colligi possit, qua ratione Euripides eam ad finem perduxerit. Hoc tamen ex scriptoribus, qui Andromedæ mythum narrarunt, discimus, Cepheum et Phineum Perseo insidias parasse; Perseum vero de his insidiis certiorem factum Gorgonis caput obtendendo illos in lapides commutasse. Quod in scena fieri non potuisse, sed a nuntio narratum esse perspicuum est. Perfidia autem illorum punita Perseus cum sponsa reditum in patriam paravit, ac fabula carmine Chori utrique gratulantis finita est, nisi forte, ut ex Eratosth. et Hygin. ll. cc. colligi necesse est, Minerva apparuit Perseoque patefecit, eum propter virtutem simul cum Andromeda post mortem in astrorum numero collocatum iri. De qua re præclare disseruit Welck. p. 666 sq.

XLIII. (151.)

Aristoph. Thesm. 1128 sq.

Αἰαῖ· τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.
[σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ

147.

Quotquot enim mortalium in amorem incidunt,
si bonos amare iis contigit,
nulla ita voluptate carent.

148.

Amorem potentem habemus. Sed e sermonibus
meis optima eligas, nam et infidum est amor
et pessimam mentis partem incolere solet.

149.

Justitiam Jovis filiam esse perhibent,
et propinquam habitare delictis hominum.

150.

O miser, quam tenuem tibi fortunam dedit
deus, sermones autem superbiunt.

151.

Heu, heu! quid faciam! ad quos me convertam [sermones?
sed eos non admittet barbarum ingenium.
(Rudes enim et inficetos qui novis aggreditur
lepidis commentis, operam is perdat. Sed alia
quædam huic conveniens machina est admo- [venda.

μάτην ἀναλίσκοις ἄν, ἀλλ' ἄλλην τινὰ
τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον.]

His verbis *Euripidis* versus contineri a Perseo in Andromeda pronuntiatos probabiliter Matth. conjecit. Vs. 5 tamen legitur etiam in Med. 302. Hac et aliis causis ductus Fritzsch. p. 491 haud dubie recte statuit, duos priores vss. quidem ex Andromeda fluxisse, reliquos autem ab Aristophane ipso ad imitationem Euripidis compositos esse. Atqui dubitari mihi non posse videtur, quin Aristophanes etiam in extremis præcipue Andromedam respexerit, quippe quam in hac tota Thesmophoriazusarum parte irriserit, ac quovis pignore contenderim, verba ἀλλ' ἄλλην τινὰ κτλ. aut certe prorsus similia a Perseo Gorgonem in mente habente dicta esse, et eo quidem tempore, quo insidias sibi a Cepheo Phineoque sibi strui compererat.

XLIV. (152.)

Stob. CV, 17.

Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ' ἀπέκρυψεν
θεός· ἐκ κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν
νεύει βίοτος, νεύει δὲ τύχα
κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

Chorus hæc dixisse videtur, quum per nuntium supplicium de Cepheo Phineoque sumtum cognoverat. Vs. 1 circumferebatur τὸ δ', quod et metri et sententiæ caussa Valck. in τὸν δ' mutavit. Vs. 2 legebatur θεὸς ἐκείνων, quod bene correxit Grot. Nec impugnare debebat Fritzschius Grotii correctionem; significant enim verba ἐκ κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν: *post illum pristinum splendorem;* cf. Æsch. Agam. 870 Well., Soph. Trach. 283, Eur. Or. 717, Andr. 879, Hecub. 55 et ad h. l. Pflugk. Fritzschius, quem sequitur Hartung. II, p. 356, dedit ὡς κείνων, Both. ἢ κείνων.

XLV. (153.)

Stob. LXVII, 10.

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος
γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Verba haud dubie ex extremo Chori carmine petita sunt. Quæ vitio contaminata esse manifestum est: nam et vs. 2 una syllaba caret nec duo parœmiaci se excipere possunt. Sed quomodo huic loco medendum sit, haud dicere ausim. Probabile autem duco quod G. Hermannus (ap. Fritzsch. p. 496) statuit; unum versum excidisse et locum sic comparatum fuisse

τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος
. . . .
[καὶ] γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

XLVI. (154.)

Bekk. An. Gr. p. 339, 5, Bachm. An. Gr. I, p. 24, 22: Ἄγορος καὶ ἄγοροι· Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ. «οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν· » Αἰθίοπας σημαίνει. Sic edd. Bekk. et Bachm. Sed perspicuum est, a grammatico, quippe qui hunc vs. ad usum vocis ἄγορος declarandum attulerit, hanc ipsam vocem lectam, in explicatione vero id adjectum fuisse oportere, pro quo Euripides illam adhibuerit. Rectius igitur Fritszchio, qui hunc locum sic restituit:

οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν [ἐν ἀγόροις]
Αἰθίοπες —

σημαίνει δὲ τὴν ἀγοράν· cum Hartungo (II, p. 359) ἄγοροι κατ' οἶκον — — ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν, aut cum Bothio — — οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν ἄγοροι scribas. Verba ipsa nescio cujus esse videntur epulas describentis, quas Æthiopes publice instituerant, postquam eos Perseus a ceto liberaverat; cf. fgm. sq.

XLVII. (155.)

Schol. Plat. p. 43 Ruhnk., p. 383 Bekk.: ἐκιρνῶντο ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ τέλειον, ὡς Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. Hoc fgm. ad eandem cœnam perti-

---

152.
Is quidem beatus fuit, sed eum occultavit
deus; et illis olim splendidis rebus
declinat vita, declinat autem fortuna
secundum venti flatum.

153.
Divitiarum enim optimæ sunt
honesta uxore potiri.

154.
Æthiopes in domibus ad epulas et [in foro]
ad mensam [assidentes].

155.
Miscebantur in conviviis tres crateres; et primum quidem Jovis Olympii et deorum Olympiorum esse dicebant, alterum heroum, tertium servatoris, ut et hoc loco et in Civitate. Hunc autem etiam *perficientem* (τέλειον) dicebant, ut Euripides in Andromeda.

net, de qua ad fgm. XLVI diximus, confirmatque ea, quæ ibi disputavimus. Crater ille tertius, quem Euripides τέλειον vocavit, in honorem Persei, omnium servatoris (σωτῆρος) miscebatur.

XLVIII. (156.)

Hesych.: Ἀμείβεται, παραιτεῖται. Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ. Cf. Etym. M. p. 81, 35.

XLIX. (157.)

Bekk. An. Gr. p. 78, 21: Αἰσχροκερδής· Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ. Fortasse falso hic locus huc relatus est pertinens ad Andromach. 458, quod eo veri similius est, quo sæpius in lemmatis vocabula Ἀνδρομέδα et Ἀνδρομάχη confusa sint; cf. fgm. XXIV.

L. (158.)

Stob. CXXIII, 4.

A. Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
B. Κενόν γ'· ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων.

Vs. 2 pro ὅταν γὰρ Paris. A. B. ὅτου γὰρ præbent, unde Gaisf. ὅπου γὰρ conjecit. Postremo loco hoc fgm. posuimus, nam apertum est aut verba vitiata aut lemma corruptum esse. Quis enim fuit ille Creon in fine vs. 2 commemoratus? in Andromeda profecto nullus commemorari potuit, itaque Valck. hos vss. ad Alcmæonem in Corintho, Fritzschius et Hartung. (I, p. 428) ad Antigonam retulerunt. Sed qua ratione in harum fabularum altera utra locum habere potuerint equidem non possum perspicere. Aliam igitur Musgravius difficultatis expediendæ viam iniit vocabulum Κρέων ingeniose in χρεὼν et εὐτυχεῖ in εὐτυχεῖν mutans, sed interpretatione, quam addidit, *præstat læta experiri*, conjecturæ suæ bonitatem infregit. Nunquam enim χρεὼν significare potest: *præstat*. Sed si χρεὼν ea qua solet significatione usurpatur, hæc multo melior evadit sententia: *dum enim aliquis vivit, beatus sit necesse est* (quippe post mortem nulla felicitas). Cf. Alc 301, Phœnic. fgm. X, vs. 9 sq. Si hæc verba igitur re vera ex Andromeda sunt, probata Musgravii conjectura ex colloquio Andromedæ cum Choro habito petita ea censeo et versum 2 virgini tribuo.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Vix quemquam esse credo quin Antigones historiam ex Æschylo, Sophocle, aliis satis cognitam habeat, quare nihil aliud hoc loco quærendum est, nisi qua ratione Euripides hoc argumentum tractaverit. Ad quod indagandum facit Aristoph. Byz. Argum. ad Soph. Antig.: Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος (τῷ Αἵμονι cod. Dresd., Turneb. et sic male Wunderus) δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τίκτει τὸν Μαίμωνα. Quocum conferas Schol. Soph. Antig. extr.: (ἰστέον) ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὕτη (sc. Σοφοκλέους), ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη διὰ τὸν Αἵμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον. Inde enim cognoscimus, eo maxime distulisse Euripidis et Sophoclis Antigonas, quod apud illum Antigona non interfecta, sed Hæmoni nupta sit. Itaque Boeckhius, Gruppius, alii statuerunt, ab Euripide prorsus idem argumentum quidem tractatum, verum in fine fabulæ Antigonam non punitam, sed Hæmoni in matrimonium datam esse. Hoc quidem recte viri illi doctissimi affirmarunt: atqui in eo vehementer lapsi sunt, quod Antigonam pœnas omnino nullas solvisse crediderunt. Hac ratione enim, id quod egregie Welckerus sensit (cf. Aristot. Poet. c. XIII sub fin.), Euripides non tragœdiam, sed comœdiam composuisset. Illud vero, quod Welck. ipse sibi reperisse visus est fabulæ argumentum, multo minus probare possum. Putat enim vir præclarissimus, Euripideæ Antigonæ summam iis contineri, quæ Hyginus fab. LXXII memoriæ tradiderit. Primum vero, si ea, quæ in Sophoclis Antigona in scena acta sunt, in Euripidea tantummodo narrata esse fabulamque eo tempore demum incepisse dicit, quo Mæmo, Hæmonis ex Antigona filius, adultus Thebas ad ludos venerit, repugnat Aristophanis, grammatici doctissimi, testimonio, qui apertis verbis dicit: *eandem mythi tractationem* (qualem Sophocles exhibuisset) *etiam apud Euripidem in Antigona fuisse, nisi quod Antigone cum Hæmone deprehensa matrimonio collocata sit et Mæmonem pepererit.* Neque hæc extrema verba, ut Welck. sibi persuasit, magis ad mythum pertinent, quam, quæ Hyginus in fine addidit, in fabula locum habere potuerunt, etiamsi re vera Hyginus Euripideæ fabulæ argumentum nobis servaverit. Hæc sine dubio grammaticus ex doctrinæ suæ

156.

Recusat.

157.

Fœde quæstuosus.

158.

A. Vitam omittentes quod infra terram tui est colunt.
B. Vanum hoc. Nam dum aliquis vivit, o Creon, beatus est.

copia adjunxit. Deinde Aristophanis de fabulæ compositione testimonium confirmat Scholiastes Sophoclis, qui vel multo dilucidius Aristophane loquutus esse mihi videtur. Satis definite enim scripsit, in eo discrimen inter Sophoclis Euripidisque Antigonam intercedens conspici, quod apud Euripidem Antigona propter Hæmonis amorem matrimonio locetur. Hinc facile intelligitur, Hyginum, quum narraverit Antigonam interficiendam Hæmoni a Creonte traditam esse, non ex Euripide, ut permultis aliis locis fecit, sed ex nescio qua Œdipodea, epico carmine, vel ex Meleti trilogia Œdipodea, de qua alio loco disputabimus, hausisse. Alias rationes, quæ Welkeri sententiæ obstant, de industria, ne longus sim, transeo. Sed ut ipse, quid de hac tragœdia sentiam, proferam, mihi Euripides in universum idem argumentum, quod Sophocles in Antigona sua in scenam produxerat, tractasse, in singulis vero iisque fortasse plurimis ab illo recessisse videtur. Quorum in numero Aristophane teste primum illud fuit, quod Antigona non sola, sed cum Hæmone, qui Polynicis sepulturæ interfuerat, ut sponsam tueretur, deprehensa est: qua re totius tragœdiæ ratio mutata est. Nunc enim non solum Antigona, sed etiam Hæmo regis jussum neglexerat; ambo igitur supplicio affici debebant, ac profecto satis crudelem Creontem fuisse puto, ut non modo Antigonam, sed filium quoque morte mulctare decerneret. Frustra Hæmo et Antigona regis clementiam implorasse, frustra uxor et populus i. e. Chorus crudelitatem dissuasisse (cf. fgm. XIII, XIV,) videntur; Creon in proposito permansit. Quum ita in summo periculo atque extremo discrimine Antigona versaretur, patrium Thebarum deum, Dionysum invocavit (cf. fgm. XIX). Neque deus auxilium negavit, sed statim in scena apparuit, Creontem placavit et Antigonam Hæmoni nubere jussit. En! habes tragœdiæ argumentum, quod prorsus ex Euripidis mente constituisse nobis videmur. Ad quod enucleandum fragmenta ipsa parum valent. Hartung. I, p. 421, fabulam tertio loco cum Bellerophonte, Hippolyto superstite, et Cyclope Ol. LXXVII, 4 actam esse dicit.

I. (159.)

Aristoph. Ran. 1213.

Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνήρ,
εἶτ' ἐγένετ' αὖθις ἀθλιώτατος βροτῶν.

Ad priorem vs. adnotat Schol.: Ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔστι δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ δράματος. Eundem vs. citant Dio Chrys. Or. LIV, p. 593, C, et Schol. Æsch. Sept. 781, quocum recte Grot. Aristoph. Ran. vs. 1218 conjunxit. — Ab his igitur verbis incipiebat prologus, quo haud dubie Antigona ipsa Œdipi ejusque familiæ fata ad hunc diem usque exponebat.

II. (160.)

Stob. CXXV, 6.

Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος
ἔχει· τί γὰρ τοῦδ' ἐστὶ μεῖζον ἐν βροτοῖς;
τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύναισι δώσει; τίς δ' ἀτιμάζων νέκυς,
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων;

Verba Hæmonis esse patrem propter notissimum illud jussum (cf. Æsch. Sept. 996 sq., Soph. Ant. 26 sq.) vituperantis quisque videt. — Both. v. 1, 2, transposuit verba τέλος ἔχει.

III. (161.)

Stob. LXIII, 4.

Ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος εἰς Κύπριν νεανίου
ἀφύλακτος ἡ τήρησις· ἢν γὰρ φαῦλος ᾖ
τἄλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.
ἢν δ' αὖ προσῆται Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

A Creonte de Hæmone dicta videntur. Rex enim filium et ab amore Antigones deflectere cupiebat, et metuebat ne idem hoc potissimum amore ductus contra ipsius voluntatem quidquam perficeret. Quod ut prohiberet, quam primum ei nobilem quandam virginem matrimonio collocare constituebat (cf. fgm. V). — Vs. 1 codd. præbent ἐρῶντος, quod Musgr. bene mutavit in ὁρῶντος. Nam ἐρᾶν εἰς Κύπριν dici nequit neque verba ἀφύλακτος ἡ τήρησις cum verbis εἰς Κύπριν conjungi possunt, quia interpositum est νεανίου, atque ineptissima sententia hac conjunctione evaderet. Ve-

---

159.

Fuit Œdipus initio fortunatus vir,
deinde vero rursus factus est hominum miserrimus.

160.

Mors enim hominibus jurgiorum finem
habet: Quid enim inter mortales morte majus est?
quis enim molem saxeam hasta vulnerans
dolore afficiat? quisve mortuos injuriis lacessens,
si affectionem nullam sentiant?

161.

Adolescentis ad Venerem spectantis custodia
nullo modo effici potest: quamvis enim ineptus sit
aliis in rebus, ad amorem tamen unusquisque callidiorem se præstat. Si vero sponte (eum) Cypris admittit, dulcissimum est (amore) potiri.

rum ὁρᾶν εἴς τι, βλέπειν εἴς τι significat : *avide spectare ad aliquid, expetere aliquid;* cf. Antiop. fr. XXIV, Peliad. fr. VII. Vs. 2 ἂν pro vitioso κἂν in codd. scripsere Grot. et Both., quod ex more Tragicorum in ἣν mutandum est. Vs. 3 τὸ δ' ἄλλ' Voss. τὰ δ' ἄλλα Paris. A. a man. pr. Trinc. τά γε A. a man. sec. τά γ' εἰς ἔχωτα B. ἐρῶντα A. — Vs. 4 in codd. est ἣν δ' ἄν, servatum a Bothio, quod miror, mutatum vero a Gesn. in ἣν δ' εὖ. Valck. ἣν δ' οὐ quum ad sententiam tum ad græcitatem male. Musgr. ed. ἣν δ' ἄν, vertitque : *quamcunque autem appetiverit Venus.* Sed προσίεσθαί τινα est : *admittere aliquem, asciscere, probare,* ac recte Matth. dicit, Venerem eum admittere (Κύπρις προσίεται) cui in amore faveat. Vulgatam bene correxit Boissonadius scribens ἣν δ' αὖ. Sententia enim hæc est : etiamsi quis ad reliqua contemnendus sit, in amore tamen quisque callidiorem se præstat, h. e. ad artes dolosque, quibus amore potiatur, solertissimum; sin vero sponte eum Cypris admittat h. e. ei faveat, ut artibus illis non indigeat, dulcissimum est (amore) potiri. Itaque carere etiam possumus Hartungi (I, p. 425) haud improbabili correctione ἣν δ' αὖ προσάντης Κύπρις ———

IV. (162.)

Stobæi Append. Flor. ed. Gaisf. vol. IV, p. 20.

Νέοι νέοισι συννοσοῦσι τἀφανῆ.

Hæc similiter a Creonte mutuum Hæmonis et Antigonæ amorem respiciente pronuntiata videntur.

V. (163.)

Stob. LXVII, 13.

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἕν γ' ἔχει τι χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὢν
ἐσθλῷ δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

Dubium esse vix potest, quin Creon etiam hæc verba eadem ratione protulerit, quam ad fgm. III exposuimus. — Vs. 1 a Stob. LXVIII, 24 Hippothoo assignatur, de quo poeta suo loco disputabimus.

VI. (164.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 10, p. 741 P. Stob. LXXVII, 10.

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Creontis verba esse videntur, sed qua ratione dicta sint, non liquet.

VII. (165.)

Stob. XCIII, 13.

Ἀνδρὸς φίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μέτα
ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι.

Cujus verba sint et de quo pronuntiata, nescimus. — Both. mire ἀνδρὸς ἀφίλου.

VIII. (166.)

Stob. XC, 1.

Τὸ μῶρον αὐτῷ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι·
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακός.

De hoc fgm. idem atque de antecedente valet. Tamen hæc verba de eodem homine dicta esse possunt, cujus ἀμαθία supra (fgm. VII) notata est De Antigona si prolata erant, ut Matthiæo non improbabiliter visum est (cf. Soph. Antig. 465), scribendum erit αὐτῇ pro αὐτῷ, et sic dedit Hartung. I, p. 427. — Vs. 2 legebatur ἐκ κακῶν εἶναι κακούς constructione alibi vix obvia pro φιλοῦσιν εἶναι κακοί dictum arbitratur Matth. Equidem hæc Græca non esse judico. Scribendum κακός pro κακούς, qua correctione profecto lenissima optima evadit sententia.

IX. (167.)

Stob. LXXXVII, 1.

Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας εἰκέναι
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνων πέρι.

Vs. 2 aperte vitiosus est, sed quæ medela corruptelæ adhibenda sit, difficile est ad dicendum, quum ne de sententia quidem constet. Gesn. pro τὰ scribi voluit οὐ, Grot. et Hartung. I, p. 427, φαύλη pro ταύτῃ, quod probandum mihi, licet multis placuerit, haudquaquam videtur. Nam ut

162.

Adolescentes cum adolescentibus obscure ægrotant.

163.

Adstrictus nuptiis haud amplius liber est,
at unum certe habet commodum quoddam, quod
bonæ affinitati junctus ab omni peccato sibi cavet.

164.

Nomine invisum nothum genus, natura par est.

165.

Amici opulentia cum stultitia conjuncta est
inutilis, nisi etiam virtutem habeat.

166.

Insipientia ei, patris morbus, inest :
solet enim ita ex pravis pravus nasci.

167.

Opinio enim liberos parentum similes esse
plerumque vera (?) fit, quod ad liberos

ex fgm. proxime antecedentibus apparet, poeta antea contrariam ejus, quam Grot. substituit, sententiam protulit, ita ut scribendum sit πιστὴ seu simile quoddam vocabulum ; cf. Alcmæon. fgm. X. Dict. fgm. XI. Deinde offendunt verba τέκνων πέρι quippe fere otiosa, pro quibus in Pariss. A. B. τέκνα πέρι legitur. Quare post γίγνεται interpungendum, verba τέκνων πέρι autem, nisi forte aliud quoddam in iis latet, ad sequentia trahenda esse puto, utpote quibus, quæ antea in universum dicta erant, de certis quibusdam liberis, fortasse de Polynice et Antigona, dicebantur, ita ut vs. sq. a verbis τῶν Οἰδίπου sq. inciperet. Verba igitur Creontis esse videntur. Both. vero post εἰκέναι interpungit verbisque hanc sententiam inesse dicit : *Nam patribus similes arbitrantur liberos. Plerumque sic in liberis usu venit.* Sed non tam frigidum dicendi genus Euripidi tribuerim.

X. (168.)

Stobæi Append. Florent. ed. Gaisf. vol. IV, p. 28.

Ἄκουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες
σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.

Antigonæ haud dubie verba sunt, quibus se excusare, Creontem vero impietatis incusare incipit.

XI. (169.)

Orion Anthologn. I, 1, p. 41 ed. Schneidewin. Tzetz. ad Hesiod. Op. 183.

Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστ' ἐν ἀνθρώπων φύσει.

Vs. 1 præbent etiam Aristoph. Ran. 1438, ubi Schol. adscribit : ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου, et Heraclid. Alleg. Homer. p. 483 in Galei Opusc. myth.— Hi versiculi a Choro aut ab Hæmone ipso suimet ipsius et Antigonæ defensionem suscipiente pronuntiati videntur.

XII. (170.)

Stob. LXIV, 4. Plut. ap. Stob. p. 503, ed. Wyttenb. t. V, p. 854.

Ἤρων· τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς.

Verba Hæmonis de amoris furore sese excusantis verba esse manifestum est.

XIII. (171.)

Stob. XLIX, 5.

Οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν εἶναι νόμον·
τύραννον εἶναι μωρία δὲ καὶ θέλειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

In his versibus fortasse vitio contaminatis primus hæsit Jacobsius et correxit : τύραννον εἶναι μωρία· δίκη δ' ἑλεῖ, h. e. *justitia comprehendet eum*, qui etc. In eandem conjecturam incidit Eichstadt. in Nov. quæst. philol. spec. (Jen. 1804) p. 21, eamque denuo tuitus est Jacobsius ipse in Seebod. Misc. crit. vol. II, p. 371. Sed offendit futurum ἑλεῖ, cujus admodum exigua est auctoritas; cf. Herm. ad Soph. OC. 1449, Matth. Gr. Gr. § 222, p. 524. Ab Jacobsii sententia longe recessit Pflugk. (in Zimmerm. Diar. schol. 1831, p. 19), qui priorem fragmenti partem vitiosam, initio nonnulla verba excidisse totumque locum sic adornandum esse indicat : [τῶν δ' ἐλευθέρων] οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν οὔτ' ἐχρῆν, εἴπερ νόμον, τύραννον εἶναι· κτλ. h. e. *neque ingenuis imperare, neque, siquidem legem, dominatorem esse debere : insaniam vero esse, quicunque solus de paribus imperium tenere velit.* Quæ vereor ut cuiquam placitura sint. Atque multo infelicior est Bothii correctio : οὔτ' ἐχρῆν ἄνευ νόμων τύραννον εἶναι, μωρία κτλ. Omnino autem nulla corruptela versui 1 inest, qui optime se habet hanc præbens sententiam : *nec decet imperare nec lex esse debebat.* » Voce νόμος autem Hæmo — nam Hæmonem loqui manifestum est (cf. Soph. Antig. 730 sq) — jussum illud Creontis, de quo ad fgm. II monuimus, respicit, ut ex Soph. Antig. 453 colligi potest. Si quid igitur corruptum est, versui 2 corruptela insidet. Itaque ipse olim correxi : τύραννον εἶναι μωρία δέ· (vel 'στι·) κἀδικεῖ, ὃς κτλ. sed nunc haud scio an recte judicaverit Matth., qui μωρία semel positum bis sumendum esse dicit : τύραννον εἶναι μωρία, μωρία δὲ καὶ θέλειν, de quo dicendi usu cf. Wyttenb. ad Ecl. hist. p. 400, Matth. Gr. Gr. § 634. Pro δὲ Dindorf. haud male τὸ scripsit.

XIV. (172.)

Stob. XLVIII, 4.

Δεῖ τοῖσι πολλοῖς τὸν τύραννον ἁνδάνειν.

168.

Audias; nam qui rebus adversis utuntur
cum fortuna non simul sermones perdiderunt.

169.

Nullum est Suadæ templum nisi sermo,
et ara ejus est in hominis indole.

170.

Amabam : amor autem hominibus furor esse solet.

171.

Nec imperare decet nec lex esse debebat.
Regem esse stultitia est; stultitia vero etiam, si quis solus de paribus imperium tenere vult.

172.

Tyrannum populo placere oportet.

Hæmonem vel Chorum, qui pro Antigona deprecatus erat, his verbis Creontem allocutum esse consentaneum est.

XV. (173.)

Stob. XLIII, 21.

Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
πόλεμος ἐν ἄστει, ἢν διχοστατῇ πόλις.

Creon his verbis Choro respondisse videtur.

XVI. (174.)

Stob. CIV, 9.

— — ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν.

Hæmonis haud dubie verba sunt.

XVII. (175.)

Stob. CVIII, 3.

Μὴ οὖν θέλε λυπεῖν σαυτὸν εἰδὼς, πολλάκις
ὅτι τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει,
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Ita vitiose hi vss. in Stobæi editionibus circumferuntur, quibus emendandis multi viri docti operam navarunt. Primus Grot. correxit μὴ οὖν ἔθελε, ut anapæstum ex pede secundo removeret μὴ οὖν per synizesim legens. At recte monuit Valck. Diatr. p. 156, μὴ οὐ quidem semper in unam syllabam coalescere, nunquam vero μὴ οὖν. Ipse igitur sic restituit locum :

μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, [Αἶμον,] εἰδὼς πολλάκις
ὅτι καὶ τὸ λυποῦν κτλ.

quæ correctio sane habet quo commendetur, præterquam quod ὅτι καὶ a more Tragicorum recedit, quippe qui in vetere tragœdia anapæstum in prima sede semper una voce comprehendant. Quod quum Hartung. (I, p. 428) sensisset, scripsit ὡς καὶ et pro Αἶμον suppleri δέσποτ' jussit. Sed probabilius scripsisse videtur God. Herm. ad Soph. El. 335 :

μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, τοῦτό γ' ἐξειδὼς, ὅτι
πολλοῖς τὸ λυποῦν κτλ.

Quæ emendatio ex parte confirmatur codicum scriptura : nam in Paris. A. et Trinc. est εἰδὼς ὅτι πολλάκις, in B. εἰδὼς τοῦθ' ὅτι π. Inde in hoc vs., ut adhuc vulgo legebatur, excidisse aliquid manifestum est. Quod Gaisf. etiam intellexit scribens : λυπεῖν σεαυτὸν τοῦτό γ' εὖ εἰδὼς, ὅτι πολλάκι τὸ λυποῦν κτλ., non perterritus hiatu in εὖ εἰδώς. Both. denique dedit :

μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, πολλάκις γ' εἰδὼς ὅτι,
καί τῳ τὸ λυποῦν κτλ.,

quod attulisse satis est. — Hæc verba quin a Choro dicta sint, vix dubitari potest.

XVIII. (176.)

Stob. CVIII, 13.

Ὅστις δὲ πρὸς τὸ πῖπτον εὐλόγως φέρει
τὸν δαίμον', οὗτος ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος.

Antigonæ verba esse videntur. — Vs. 2 vulgo legebatur : ἧσσόν ἐστιν ὄλβιος, quod Grot. ex Scaligeri emendatione in ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος mutavit.

XIX. (172.)

Schol. Pind. Pyth. III, 176 : Θυώνῃ τῇ Σεμέλῃ φησί. διωνυμίᾳ γὰρ ἐκέχρητο· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην λέγουσιν, ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιγόνῃ·

Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεὸς,
Διόνυσε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑπόστατος.

Vs. 2 ὑπόστατος Grotius ex emendatione Andr. Schotti pro vulgato ὑποστάτης recepit. — Operam perdiderunt qui scholiastæ Semelen nonnunquam Dionen pro Thyone vocatam esse affirmanti diffidentes ideoque vocem Διόνυσε corruptam judicantes conjecturas proposuerunt : nam recte Bœckhius ad schol. l. c. temerarium esse dicit, certum scholiastæ testimonium rejicere, præsertim quum Dione non unius deæ nomen sit. Accedit locus Hesychii : Βάκχον Διώνης· οἱ μὲν βακχευτρίας Σεμέλης, οἱ δὲ Βάκχου τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης τῆς Διώνης, παρόσον διωνυμία περὶ τὰς θεάς. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία Ἀφροδίτης παῖδα τὸν θεὸν ἱστορεῖ. Hinc enim, si nihil aliud, illud certe consequitur, præter schol. Pindari et Praxillam ab Hesychio citatam fuisse, qui Bacchum Diones vel Veneris filium esse crederent. Itaque Bacchum, ut patrium Thebarum deum, invocari ab Antigona potuisse verissime ait Bœckhius. Ceterum Euripides non raro a vulgari mythi traditione recessit :

173.
Domesticum hominibus fieri solet bellum
in urbe, si civitas in partes scissa est.

174.
— ad ipsas incitas malorum pervenimus.

175.
Noli te ipsum tristitia afficere, illud bene memoria
tenens, sæpe mœstitiam postea gaudia afferre
et malum boni cujusdam causam fieri.

176.
Qui in rebus declinantibus moderate deum
fert, minus ille infelix est.

177.
O Diones fili, quam magnus factus es deus,
Dionyse, et mortalibus nullo modo ferendus.

sic v. c. in Hippol. 534 Amorem Jovis filium dixit.

XX. (178.)

Schol. Eur. Phœn. 1130 : Σιδηρονώτοις) Πῶς οὖν ἀνωτέρω εἶπε, λεύκασπιν εἰσορῶ μὲν Ἀργείων στρατόν; ἐν δὲ Ἀντιγόνῃ·

Ἐπὶ χρυσεόνωτον ἀσπίδα τὰν Καπανέως.

λεύκασπιν μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντός φησι· χρυσεόνωτον δὲ τὸν πολυτελῆ, κτλ. Cf. Eustath. ad. Il. η', 223, p. 678, 23; θ', 193, p. 707, 60. Chori verba esse quisque vidit.

Ad Antigonam porro codicis Par. A. auctoritate Antiopes fgm. XXIV præcipue a Welckero refertur, sed locum in hac tragœdia, qualis nobis fuisse videtur, habere non potuisse, aptissime vero in Antiopa legi, primo adspectu apparet et infra expositum est.

ΑΝΤΙΟΠΗ.

Antiopes historiam, ut ipse confitetur, ex Euripide narrat Hygin. fab. VIII his verbis : *Nyctei* (secundum alios *Asopi* vel *Lycurgi*) *regis in Bœotia fuit filia Antiopa. Ejus formæ bonitate Jupiter adductus gravidam fecit. Quam pater quum punire vellet propter stuprum, minitans periculum Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa pervenerat, Epaphus* (aliis est Ἐπωπεύς) *Sicyonius stabat. Is mulierem advectam domo matrimonio suo junxit. Id Nycteus ægre ferens, quum moreretur, Lyco fratri suo per obtestationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne impune Antiopa ferret. Hujus post mortem Lycus Sicyonem venit. Interfecto Epapho Antiopam vinctam adduxit in Cithæronem : parit geminos, et relinquit. Quos pastor educavit, Zetum et Amphionem nominavit. Antiopa Dircæ uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasione nacta fugæ se mandavit; devenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitivam, non recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi* (*illuc*) *delata est. Ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt; Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum quum occidere vellent, vetuit eos Mercurius, et simul jussit Lycum concedere regnum Amphioni.* Eadem tradunt Apollod. III. 5, 5, Schol. Apoll. Rhod. IV, 1090. Fragmenta etsi non pauca supersunt, ad argumentum accurate describendum non sufficiunt. Euripideam vero tragœdiam imitatione expressit Pacuvius, cujus imitationis ad verbum factæ (cf. Cic. De fin. I, 2, 4, Pers. Sat. I, 77) fragmenta consuluisse non pœnitebit. De tempore si quæris, quo Antiope acta sit, ex Schol. Aristoph. Ran. 53 elucet, eam cum Hypsipyle et Phœnissis Ol. XCII, 2 in scenam prodiisse (cf. Zirndorf. De chronol. Eurip. fab. p. 80 sq.). A vero enim aberrare videtur Theob. Fix (Præf. ad Euripid. p. VI), quod hanc trilogiam Ol. XCIII, 2 actam et Euripidem post hunc annum demum in Macedoniam migrasse dicit. Nam tempore quo Aristophanes Ranas docuit, h. e. mense Gamelione anni 3 Olymp. XCIII, et Sophocles et Euripides jam mortui erant; Sophocles vero post Euripidem demum mortem obiit, id quod inde cognosci potest, quod Euripidis mortem cum histrionibus suis luxisse fertur. Quibus si addideris, Aristophani ad componendam Ranas fabulam aliquantum temporis opus fuisse, jam non amplius dubitabis quin Euripides jam Ol. XCIII, 2 mortuus sit, uti etiam ad Archelaum ostendimus. Si autem Euripides ante mortem aliquod tempus Magnesiæ ac postea apud Archelaum in Macedonia commoratus est, ibique vel Archelaum fabulam conscripsit, non potuisse eum Athenis eodem anno tragœdias docere facile intelligitur, præcipue quum duobus tantum mensibus, Gamelione et Elaphebolione (septimo et nono) fabulas agere poetis liceret. Non multo rectius judicavit Hartung. (II, p. 415), qui in illa trilogia Orestem quartum locum obtinuisse ratus totam tetralogiam Ol. XCII, 4 scenæ commissam esse conjecit.

I. (179.)

Etym. M. p. 411, 14 : Ζῆθος... εἴρηται... ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐζήτει εὐμαρῶς τεκεῖν αὐτὸν, ὥς φησιν Εὐριπίδης·

Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

Cf. Etym. Gud. p. 230, 57. Bene perspexit Matth., e prologo hæc ducta esse, quem a nemine nisi a deo quodam, fortasse Mercurio, qui in fabulæ fine etiam apparuerit, dici potuisse. Eodem pertinere videntur fgm. II, III.

II. (180.)

Etym. M. p. 92, 2 : Λέγει Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ἐτυ-

178.

— in auratum clypeum Capanei.

179.

Illum vocabat Zethum : quæ enim peperit eum quærebat securitatem liberis.

180.

Dicit Euripides tragicus vocis *Amphion* etymologiam tradens, Amphionem sic vocatum esse, quia in ambivio (πρὸς τὴν ἄμφοδον), aut certe in itinere natus sit.

μολόγος (ἐτυμολογῶν recte Valck.) τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον ἤγουν παρὰ (τὸ παρὰ inserit Ms. Valck.) τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι, quam etymologiam irrisit Aristophanes in Thesmophoriazusis posterioribus (fgm. 304 ed. Dindf.) ap. Poll. IX, 36. Extrema verba sic corrigit Fritzsch., ἤγουν παρὰ τὸ ἀμφὶ ὁδὸν γεννηθῆναι, non solum, ne præpositio παρὰ toties repetatur, sed etiam propterea, quod Ἀμφίων ex verbis ἀμφὶ ὁδόν coaluisse dixerit Euripides. Nam sic refert Hygin. Fab. VII: — *quos pastores pro suis educarunt et appellarunt Zeton* ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, *alterum autem Amphionem*, ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν ἔτεκεν. Fluctuat enim scriptura inter Ζῆτον et Ζῆθον. Verba παρὰ τὴν ἄμφοδον autem negligenter posuit grammaticus, quippe quæ non sententiam Euripidis, sed jocum Aristophanis contineant. Cf. fgm. I.

III. (181.)

Steph. Byz.: Ὑρία, χώρα πλησίον Αὐλίδος... Ἡσίοδος δὲ ἐν Ὑρίᾳ Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι, Εὐριπίδης δ' ἐν Ὑσίᾳ· ubi cum Valckenario scribi ἐν Ὑσιαῖς necesse non esse bene monuit Matth. propter locum, qui mox apud Steph. Byz. sequatur: Ὑσία, πόλις Βοιωτίας, καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς. Itaque recte scribere poterat Harpocr., Ὑσίαι — — τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Εὐριπίδης. Cf. fgm. I. Hoc fgm. vero ibi etiam locum habere poterat, ubi Antiope filiis historiam suam narrabat.

IV. (182.)

Prologo recitato Welck. haud male Chorum in scenam prodiisse suspicatur festum aliquod celebrantem ac dei, cujus in honorem festum celebrabatur, laudes carmine extollentem. Ac fortassis e verbis quibusdam, quæ e fabula nostra Clem. Alex. Strom. I, 25, 163, p. 418 P. servavit,

Ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλου
κομῶντα κισσῷ, στῦλον Εὐίου θεοῦ

(quæque sic emendavit Toup. ad Longin. p. 364 ed. Ox., scribebatur enim βουκόλον), colligi poterit, Dionysia ruralia esse celebrata, præsertim quum scena ante domum pastoris, a quo Zethus et Amphio educabantur haud procul Eleutheris, fortassis Hysiæ esset. Nec improbabile est, post Chori parodum Amphionem in medium processisse, musicæ cantusque amantissimum atque peritissimum, et Choro lyram recens a Mercurio inventam et ipsi donatam descripsisse ac deinde ostendisse.; cf. Pacuv. ap. Cic. De div. II, 64. — Pro κομῶντα correxit Toup. consentiente Hartungo (II, p. 425) κοσμοῦντα; sed recte, ut equidem opinor, refragatus est Matth. Mire Bothius: εἶδον δὲ θαλάμοις στῦλον Εὐίου θεοῦ κομοῦντα κισσῷ βουκόλον. Hartung. l. c. fragmentum ad eam scenam rettulit, in qua Antiopa in pastoris domum pervenit.

V. (183.)

Amphionem lyræ usum docuisse, ut supra conjecimus, hymnum canentem probabile fit e verbis Philostr. Vit. Soph. II, 27, 4 (p. 618. ed. Ol., p. 111, 23 ed. Kays.): Μελέτης δὲ ὁ Ἱππόδρομος οὔτε ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος ἠμέλει οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ καὶ κρεῖσσον ὄλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ Ἀμφίονος. Ad quem locum Seidlerus conferri jubet Eustath. p. 1192, 48; cf. inc. fab. fgm. CLXI. — Ab hac scena proxime Antiope ipsa sine dubio concitato cursu in scenam ruebat, nam Dirces crudelitatem modo effugerat, timens ne se persequerentur. Quæ quum primum advenit, tutelam auxiliumque Zethi et Amphionis implorabat, quibus, ut facilius eos flecteret, casus suos atque infortunia narrabat. Huc pertinent fgm. VI. VII. VIII. XI. XIII, et Pacuvianæ fabulæ fgm. 9, 2, 3.

VI. (184.)

Stob. XCVIII, 36.

Πόλλ' ἐστὶν ἀνθρώποισιν, ὦ ξένοι, κακά.

Antiopæ verba sunt; cf. fgm. V.

VII. VIII. (185.)

Cedren. p. 22, E: Ὁ μὲν Εὐριπίδης... τὸν Δία φησὶν εἰς σάτυρον μεταβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι. Cf. Schol. Apoll. Rhod. IV, 1090, Jo. Malal. Chron. p. 58, Ovid. Met. VI, 109. Hæc in Antiopæ nar-

181.

Hyria, regio Aulidi finitima — Hesiodus dicit in Hyria Antiopam exortam esse, Euripides vero in Hysia.

182.

— — intus in bubuli cubiculis
hedera columnam Evii dei comantem.

183.

Hippodromus autem (lyram) nec in agris vivens neglexit, nec proficiscens, nec in Thessalia, sed eam *possessionem divitiis præstantiorem* vocavit, secundum Euripidis et Amphionis hymnos.

184.

Permulta hominibus, hospites, veniunt mala. HGR.

185.

Euripides Jovem dicit in satyrum commutatum Antiopam corrupisse. —

— gravida et pario, quum iterum reducebar.

ratione neque vero in prologo, ut quibusdam visum est, locum habuisse patet ex fgm. IX. In narratione ipsa vero conjuncta esse debebant cum iis quæ tradit Eustath. ad Od. π', p. 1799, 54 (601) : Δῆλον δ' ὅτι κύειν καὶ τὸ ἔγκυον εἶναι δηλοῖ, ὃ διαφέρει τοῦ τίκτειν καθότι αὐτὸ ἀπαλλάττει τοῦ κύειν. καὶ φέρεται εἰς τοῦτο χρῆσις ἐξ Ἀντιόπης τὸ κύουσα τίκτον, ἤγουν κατὰ γαστρὸς φέρουσα εἶτα ἔτεκον. Cum his cf. Ammon. Diff. voc. p. 86 Valck. : κύειν μὲν τὸ ἔγκυον εἶναι, τίκτειν δὲ τὸ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κύειν. Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ (sic bene Valck. Diatr. p. 60 pro ἐναντίον ἢ) κύουσα τίκτω, εἶπεν, ἡνίκ' ἠγόμην, quod Valck. in hunc modum :

κύουσ' ἔτικτον ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν,

aut potius sic corrigendum esse docuit :

κύουσα τίκτω θ' ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.

IX. (186.)

Clem. Alex. Strom. VI, 14, § 112, p. 716 P.

Οὐδὲ γὰρ λάθρα δοκῶ
φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον
σοὶ Ζῆν' ἐς εὐνὴν ὥσπερ ἄνθρωπον μολεῖν.

Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ. — Amphionis igitur sunt verba Antiopæ diffidentis, quæ a Jove satyri formam mentito se corruptam esse dixerat : noverat enim, ut bene Valck. Diatr. p. 63 monet, puellas solere εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους (Eur. Bacch. 29). Idem bene Ζῆν' pro vulg. τήνδ' correxit. Eosdem versus ex Clemente exscriptos præbet Euseb. Præp. Ev. p. 679, D.

X. (187.)

Stob. LXIII, 2.

Κόρος δὲ πάντων· καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
λέκτροις ἐπ' αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους.
δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις ἄσμενος πάλιν
φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα.

Antiopæ ad Amphionis dubitationes respondentis verba esse jam optime perspexit Valck. Diatr. p. 64. — Vs. 2. ἐπ' pro ἐν ex emendatione Pflugkii (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831, p. 61) dedi : cf. Med. 639, et Pflugk. ad Med. 8. — Versum 4 habet etiam Athen. X, p. 421, F.

I. (188.)

Stob. LXII, 41.

Φεῦ φεῦ· τὸ δοῦλον ὡς ἁπανταχῇ γένος
πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός.

Hæc verba ad ea spectare videntur, quæ Antiope in Dirces domo conditione servili utens perpessa erat.

XII. (189.)

Stob. LXII, 12.

Τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;

Contra illa, quæ Antiope, ut ex antecedente fgm. colligi potest, de molestiis servitutis protulerat, Amphio et Zethus, quum et ipsi se pastoris ejusque servi (Dio Chrys. Or. XV de servit., cf. fgm. XL—) filios esse crederent, haud dubie multa oblocuti sunt, quæ refutare Antiope studuit. Sic inter fratres ac matrem controversia exorta est. Ad illa pertinere videntur fgm. IX. XIV. XV. XVI. XVII.

XIII. (190.)

Stob. XCIX, 12.

Φρονῶ δ', ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·
τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
νοσοῦντα· κέρδος ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

Vs. 1 habet etiam Erotian. (p. 210 ed. Fr.) v. κατεφρόνει. Antiopæ verba esse ex hac scena ducta jam Valck. Diatr. p. 65 monuit.

XIV. (191.)

Stob. LXX, 3.

Κῆδος καθ' αὑτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεών.

A Zetho fortasse ea, quæ Antiope fgm. VII dixerat, respiciente pronuntiata videntur.

186.
Neque enim clam puto
Jovem pravi viri formam imitatum
in cubile tibi, hominis instar, venisse.

187.
Omnium rerum est satietas; jamque multos
e pulchrioribus ad turpiores toros depulsos vidi;
et epulis satiatus aliquis lubens iterum vili
victu fruens delectavit os.

188.
Heu heu! ut ubique omne servorum genus
deus ad deteriorem sortem destinavit!

189.
Servitus quantum malum sit non vides?

190.
Scio quæ patior, quod non exiguum malum est.
Ægroto enim ignorantia voluptatis aliquid
affert: inscitia in rebus adversis lucro est.

191.
Affinitatem sibi parem quærere decet sapientem.

XVI. (192.)

Stob. LXXIV, 18.

Οὐ σωφρονίζειν ἔμαθον, αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ,
γύναι, τὸ λίαν καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.

Zethi procul dubio sunt verba.

XVI. (193.)

Stob. XCVIII, 38.

Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο τῶν πολλῶν βροτῶν·
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.

A Zetho hæc quoque vel, si hoc mavis, a Choro dicta sunt.

XVII. (194,)

Stob. LXXII; 8.

Εἰ νοῦς ἔνεστιν· εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ καλῆς
γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι;

Haud dubie Zethi verba sunt contra Amphionem prolata, qui, ut miti mollique animo erat, ita mox Antiopes miseriis lacrimisque commotus eam in domum recipi volebat. Sed irrita erat Amphionis misericordia; inexorabilis enim Zethus ærumnosam matrem abegit. Hinc vero discordia inter fratres exoriebatur : Zethus Amphioni mollem animum vitio vertebat ac præcipue artem musicam ut hujus mollitici causam accusabat : Amphio contra defendebat. Sed mox more hominum, ut bene Valck. Diatr. p. 67 ait, facientes, qui suarum quisque studiis abrepti causam, de qua agere cœperunt, in aliam sæpe derivare solent, fratres motam de musica controversiam ad alia traduxerunt (cf. Cic. De inv. I, 50, 94, Ad Herenn. II, 27). Zethus igitur, homo durus atque agrestis, antiquæ morum severitati addictus, agriculturæ et armorum peritissimus, sed omnis elegantioris doctrinæ inimicissimus (Cic. De or. II, 37, 155, Dio Chrysost. Or. LXXIII extr.; cf. fgm. XXIII), reprehendit fratrem, quod musicæ se dedat, quippe quæ animos emolliat, ad inertiam et negligentiam in re familiari administranda perducat et vel servos non deceat : ejus loco potius agriculturæ ac pecori, rei domesticæ et armis operam impendendam esse, quum multo præstantius sit bene agere, quam bene dicere. Amphio vero, non modo in musica, sed in quavis ingenua arte versatissimus ac præcipue philosophia perpolitus se ac doctrinam suam a fratris incusationibus vindicans sæpissime intelligentiam ac sapientiam quum in regenda civitate tum in gerendo bello plus valere docet, quam manuum vim; omnibus præferendam esse dicendi artem, quippe qua pleraque bona effici queant, ac multo præclarius esse, ingenuarum artium studiis quam illis rebus negotiisque se dedere, quæ aliquem utilitatis fructum promittant et vitæ quotidianæ usibus inserviant; præcipue quum externa bona nullius pretii esse possint, si, qui ea appetiverit, ipse vitam a Musis procul degat et humanitatis omnisque politioris doctrinæ expers sit. In hunc modum inter se disputarunt fratres gemini. Ad hanc disputationem pertinent fgm. XVIII-XXXVII, quæ sic ordinavimus, ut primo loco omnia, quæ Zethi verba esse (i. e. fgm. XVIII — XXVII), deinde ea, quæ Amphionis responsionem continere viderentur (i. e. fgm. XXVIII — XXXVII) poneremus. Quæ ea ratione, qua ab Hartungo II, p. 419 sq. inter se connexa sunt, male cohærent.

XVIII. XIX. (195.)

Plat. Gorg. p. 485, E : Κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι, καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖ' ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ' εἰκὸς ἂν καὶ πιθανὸν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. Ad voc. μειρακιώδει adnotavit Olympiod. in Comment. ms. ap. Valck. Diatr. p. 74 : ὁρᾷς πῶς, Εὐριπίδου γυναικώδει εἰρηκότος, αὐτὸς μειρακιώδει εἶπε. Sed γυναικομίμῳ scripsisse Euripidem docuit Grotius e Philostr. Vit. Apoll. Tyan. IV, 21, p. 160 : οἱ (sc. ἔφηβοι)... νῦν ἴσως ὀμοῦνται... χόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρειν, γυ-

---

192.

Non didici alios prudentes reddere, oportet tamen,
mulier, vereri valde et propulsare invidiam.

193.

Rationi consentaneum est etiam illud, quod plerique
homines dicunt : alios infelices, alios felices esse
[oportere.

194.

Si mentem habet, bene est : sin minus, quid opus
formosa uxore, nisi proba mente est.

195.

Amphion, negligis quæ curare te oportet,
ac turpiter, qui præclaram adeo habes ingenii in-
[dolem,
forma muliebri speciosus incedis.

(XIX.)

Nec in judicii consultationibus proferre possis
verba quæ persuadeant, nec te cum cavo
clypeo unquam consocies, nec pro aliis
calidum consilium capias.

ναικομίμῳ δὲ μορφώματι κατὰ τὸν Εὐριπίδην, αἰσχρῶς διαπρέπειν. Itaque Valck. l. c. ex Platonis verbis hos versus eruit :

Ἄμφιον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ,
αἰσχρῶς τε, ψυχῆς ὧδε γενναία φύσις,
γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι,

in quibus non perpendit τε ante ψυχῆς necessario produci. Rectius igitur scripsit Hartung. : ψυχῆς δὲ.... ὧδε γενναίαν φύσιν, et Both. fortassis recte lacunam sic explevit : ψυχῆς τε τῆς σῆς ὧδε γενναίαν φύσιν. Ad extrema Platonis verba adnotat Olympiod. l. c. : ὁ Εὐριπίδης εἶπεν, καὶ οὐκ ἂν ἀσπίδος κύτει προσομιλήσῃς· οὗτος δέ φησι, δίκαις σχολάζει, ὦ Σώκρατες. Inde Euripideam orationem restituisse videtur Valck. p. 84 his versibus :

οὔτ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον
προθεῖο πιθανὸν, οὔτ' ἂν ἀσπίδος ποτὲ
κύτει γ' ὁμιλήσειας, οὔτ' ἄλλων ὕπερ
νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

Hartung. scripsit : οὐδ' ἂν ἀσπίδος κύτει et ante ὁμιλήσειας lacunam indicavit.

XX. (196.)

Stob. XXX, 1, sine nom. fab.

Ἀνὴρ γὰρ, ὅστις εὖ βίον κεκτημένος
τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,
μολπαῖσι δ' ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται,
ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
φίλοισι δ' οὐδείς· ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,
ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.

Hos vss. ad Antiopam propter argumentum perquam probabiliter retulit Gatak. Adv. misc. p. 510, C, consentientibus viris doctis ad unum omnibus. Iidem obversati esse videntur Platoni in Gorg. p. 484, D, ubi plura ex Antiopa exhibuit, dicenti : καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν (i. e. ἀργὸς πόλει) καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς ξυμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἰδίᾳ (i. e. ἀργὸς οἴκοις) καὶ δημοσίᾳ. Vs. 2 legebatur ἀμελίᾳ παρείασεν, quod correxit Valck. Diatr. p. 71. Vs. 3 — 6 præbet etiam Sext. Empir. Adv. math. VI, § 35, p. 363 (p. 755 ed. Bekk.), ubi tamen vs. 5 ita scriptus est : φίλοισι δ' οὐδεὶς (sic ut sequioris ætatis scriptores solent), ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται. Cum hoc fragmento conjungit Hartung. II, p. 420, fragm. XXV.

XXI. XXII. (197.)

Plat. Gorg. p. 486, C : Ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων, πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει, καὶ ἄσκει, ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι εἴτε φλυαρίας, ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. Ad hunc l. adnotat Olympiod. init. : ὁ Ζῆθος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι ῥίψον τὴν λύραν καὶ κέχρησο ὅπλοις, consentiente schol. p. 115 R. Deinde ad verba πραγμάτων δ' εὐμουσίαν : ἐκεῖνος εἶπε τῷ Ἀμφίονι, ὅτι πολέμων δὲ εὐμουσίαν ἄσκει. οὗτος δέ φησι, πραγμάτων. Ad postrema denique : παῦσαι τοίνυν, ἐξ ὧν ἐν κενοῖς καὶ ματαίοις κατοικήσεις οἴκοις· — οὐδὲν γὰρ ἐκ τούτων κερδανεῖς. Versus, quos Plato hic respexit, ex parte servavit Stob. LVI, 13.

Τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν,
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα.

His inter se compositis atque ex parte illis adhibitis versiculis, quos Valck. et Matth. e Platonis et Olympiodori verbis eruerant, Euripideam orationem his versibus restituisse mihi videor :

Ἀλλ' ἐμοὶ
πιθοῦ· κέχρησ' ὅπλοισι καὶ ῥίψον λύραν,
παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν,
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Extremum vs. jam Grotius e Platone et Dione (cf. fgm. sq.) Stobæanis subjecerat. Hartung. II, p. 420 Platonem secutus vs. 4 scripsit : ἄειδ' ἀφ' ὧν.

XXII. (198.)

Dio Chrysost. Or. LXXIII, p. 635, C : Ὡς ἐκεῖνος (Ζῆθος) ἐνουτέθει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν φιλοσοφεῖν αὐτὸν οὐδὲ περὶ μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν. ἔφη δὲ αὐτὸν ἄτοπόν τινα καὶ ἀσύμφορον Μοῦσαν εἰσάγειν, ὥσπερ ἂν τυχὸν

196.

Quicunque enim vir, secunda vitæ fortuna utens,
res domesticas, ignaviæ deditus, negligit,
et cantus amans, id solum captat :
inutilis quidem domi et in civitate erit,
et amicis nullus : ipsa natura enim perit,
ubi quis dulci voluptati subactus cedit.

197.

At mihi
morem gere : armis utere et abjice lyram,
a cantibus cessa et rei bellicæ peritiam
sectare. Talia canas et sapiens habeberis,
fodiens, arans terram, pecudes custodiens,
aliis relinquens hæc elegantia inventa,
ex quibus vacuas habitabis ædes.

εἴποι τις, καὶ σὲ τοιαύτην προειρῆσθαι πρᾶξιν, οὐκ ἀργὸν, οὐδὲ φίλοινον οὐδαμῶς, χρημάτων τῶν αὐτοῦ ἀτημελῆ ἴσως· καὶ νὴ Δία λέγοι ἂν καὶ τόδε τὸ ἔπος

ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Cf. Sext. Empir. Adv. math. VI, 27. p. 362 (p. 754 ed. Bekk.): λέγομεν τοὐναντίον αὐτὴν ἀσύμφορον εἶναι καὶ ἀργὴν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ. Quos hinc Porsonus ad Med. 139 formaverat versus:

Μοῦσάν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον,
ἀργὴν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ.

nunc Geelius (Dionis Olympic. p. 432) codicum auctoritate tuetur.

XXIV. (199.)

Stob. LXII, 4.

Οὐ χρή ποτ' ἄνδρα δοῦλον ὄντ' ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.

Hæc verba quin ex eadem Zethi adversus fratrem oratione petita sint vix potest dubium esse: nam Zethum et Amphionem servi se filios esse putasse supra monuimus (fgm. XII). Non debebat igitur Welck. ea ad Antigonam transferre, quamvis in cod. Paris. A. lemma Εὐρ. Ἀντιγόνῃ suprascriptum sit, quum et verba ipsa in illa tragœdia ægre locum habere potuerint et codicis Paris. A. in exhibendo lemmate non nimium tribuendum sit, quippe idem codex versus quosdam (fgm. XLVI) ex Euripidis Heraclidis citavit, qui in Heraclidis non leguntur, a reliquis vero codicibus recte ad Antiopam referuntur.

XXV. (200.)

Plat. Gorg. p. 486, B: Καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μήτ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων μήτε ἑαυτὸν μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν, ἀτέχνως δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει; Ex his Grotius hos vss. elicuit:

καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἔστιν, εἴ τις εὐφυῆ
λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα.

Vs. 1 Valck. cum Luzacio εἴ τιν' εὐφυᾶ scribi maluit, qua correctione tamen non opus est. Cf. Matth. Gr. gr. § 113. Matth. proposuit: καίτοι σοφὸν πῶς ἐστιν κτλ. In sequentibus autem Valck. Diatr. p. 83 latere versum

μήτ' αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενόν γ' ἐπαρκέσαι,

conjecit, in quo Matth. δυνάμενον προσαρκέσαι probabilius scripsit. Hartung. l. c. hos vss. cum fragm. XX conjungit.

* XXVI. (201.)

Stobæi Append. e cod. Flor. vol. IV, p. 382 ed. Gaisf.

Ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
νικᾷ, σοφὸς μὲν, ἀλλὰ γὰρ τὰ πράγματα
κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

Vs. 2 pro ἀλλὰ γὰρ scribendum videtur ἀλλ' ἐγώ. Hartung. dedit ἀλλά τοι. V. 3 κρείσσω ex emendatione Jacobsii (Lectt. Stob. p. 747) pro vulg. κρεῖσσον dedimus.

XXVII. (202.)

Plat. Gorg. p. 484, E: Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου· λαμπρός τ' ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ

κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

Quem ad locum schol. et Olympiod. adnotant: τὰ ἰαμβεῖα ταῦτ' ἔστιν ἐξ Ἀντιόπης, τοῦ δράματος Εὐριπίδου, ἐκ τῆς Ζήθου ῥήσεως πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἀμφίονα. Initium Euripidei loci Valck. Diatr. p. 76 in hunc modum: ἐν τούτῳ γέ τοι λαμπρός θ' ἕκαστος κἀπὶ κτλ. vel sic: ἐν τούτῳ γε πᾶς λαμπρός τίς ἐστι κἀπὶ κτλ. suppleri voluit. Vs. 2, 3 citant etiam Plut. De garr. 22 (p. 614, A), Sympos. II, 1 (p. 630, B), Plat. Alcib. II p. 176, A. Plutarchus autem pro βέλτιστος præbet κράτιστος.

198.

Musam quandam introducis miram, inutilem,
otiosam, vini amantem, divitias non curantem.

199.

Servum hominem minime ingenua studia
persequi nec otium expetere decet.

200.

Sed quomodo hoc comprobandum est, si qua ars
bonum accipiens virum deteriorem reddidit,
ut solus sufficienter opitulari nequeat?

201.

Qui eloquentia vincit, sapiens quidem est,
at (ego) semper res verbis præstantiores duco.

202.

Excellit quisque ea re et in hanc connititur,
maximam diei partem in ea consumens,
in qua se præstantissimum esse invenit.

XXVIII. (203.)

Anon. Gramm. Περὶ λυρικῶν in Boisson. Anecd. gr. IV, p. 458 : Λύρα τοίνυν προσηγορεύθη διὰ τὸ λύτρον ὑπὸ Ἑρμοῦ δεδόσθαι τῆς κλοπῆς τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος, καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ· λύρᾳ βοῶν ῥύσα ἐξερρύσατο. Cum his cf. Etym. M. v. λύρα, Bekk. An. Gr. p. 752, 15, auct. Epimerism. in Cram. An. Ox. II, p. 387, 13, Schol.. Nicand. Alex. 557. Eustath. Procem. Comment. Pind. p. 26 ed. Schneidew. : Ὡς δὲ λύρα εἴρηται ἢ παρὰ τὸ λύειν ἀράς, οἷς πρὸς ἡδονὴν γλυκέως ἁρμόττεται, ἢ παρὰ τὸ μυθικῶς εἰς λύτρον καταλλακτήριον εὑρεθῆναι ὑπὸ Ἑρμοῦ, ὃς χέλυν ὅ ἐστι λύραν ἐξ ὀστράκου συντεθεῖσαν χελώνης δοὺς τῷ Φοίβῳ ἀντὶ βοῶν κλοπῆς, οὕτως ἐλύσατο ἑαυτῷ τὸν ὑπὲρ τοῦ κλέμματος χόλον· λέγουσι καὶ αὐτὰ οἱ παλαιοί. Hinc Schneidewinus Euripidis versu verissime in hunc modum restituto

λύρᾳ βοῶν γὰρ ῥύσι' ἐξελύσατο,

recte monet, Amphionem his verbis lyram a fratris vituperiis vindicaturum eam a Mercurio inventam appellatamque dicere.

XXIX. (204.)

Stob. III, 12.

Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
κακῶς ἐμέμφθης· καὶ γάρ, εἰ φρονεῖν ἔχω,
κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.

Vs. 2 Paris. A. præbet : εἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω, et sic Maximus legit. Hinc fortasse veram scripturam elicias : κεἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω.

XXX. (205).

Stob. LIV, 5; Orion. Anthologn. (farrag. Euripid. n. 17 post tit. VIII) p. 57 ed. Schneidewin. sine fab. et Arsen. Viol. p. 165 ed. Walz sine auct. et fab. nomine.

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος, εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.
σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν.

Vs. 1 apud Orionem est γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν. Vs. 3 Paris. A. et Orio εὖ βούλ., sed in A. suprascripto ἓν, recte vero ἓν Paris. B., et, qui vs. 3 et 4 citant, Sext. Empir. Adv. math. I, 279 (p. 669 ed. Bekk). Galen. Protrept. t. I, p. 35 ed. Kühn., Plut. An seni ger. sit resp. X, 10, p. 790, A, Eustath. ad Il, β', p. 240, 42, Schol. Venet. et Paris. (in Cram. Anecd. gr. Paris. vol. III, p. 153 fin. et p. 191, 22), ad Il. β', 372, vetus inscriptio commemorata a Villois. An. gr. t. II, p. 44, et Maxim. et Anton. Melissa in edit. Stob. a. 1609, serm. LXXVII, p. 231, 8; item qui de hujus vs. argumento fusius egerant rhetores Nicolaus Progymn. VI, 1, in Walz. Rhett. I, p. 278, et Doxopater Homil. ibid. II, p. 303. Vs. 4 Stob. Arsen. πλέον, sed rectius πλεῖστον Orio, Sext. Emp. et Schol. Hom. Il. ll. cc. Galen. l. c. σὺν ὅπλοις δ' ἀμαθία χεῖρον ἢ κακόν. Pro ὄχλῳ Hartung. II, p. 421, scripsit ὄγκῳ, quæ correctio ingeniosa quidem, sed parum necessaria est.

XXXI. (206.)

Stob. VI, 22.

Καὶ μὴν ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν
ἀσκοῦσι βίοτον, ἢν σφάλωσι χρημάτων,
κακοὶ πολῖται· δεῖ γὰρ ἄνδρ' εἰθισμένον
ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς ἐν ταὐτῷ μένειν.

XXXII. (207.)

Stob. XVI, 4. Ant. Meliss. et Maxim. in ed. Stob. a. 1609, serm. XLI, p. 64, 51.

Εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

203.

Lyra inde vocabatur, quod a Mercurio pro boum Apollinis furto pretium redemtionis data erat, ut Euripides dicit in Antiopa :

Lyra enim boum raptum redimebat.

204.

Tu vero corpus in me imbecillum ac muliebre
male reprehendisti : nam, modo sapientiam habeam,
potius id fuerit, quam robustum brachium.

205.

Viri enim prudentia bene habitantur civitates,
bene domus et ad bella magnum ejus robur est.
Consilium enim unum sapiens multas manus
vincit : vulgo autem est imperitia, summum malum.

206.

Atqui quicunque vitam sic degunt, ut
carnem saginent, si opibus excidant, mali
erunt cives. Adsuetus enim intemperantiæ
semper ventrem expleat necesse est.

207.

Si quis fortunatus atque opes possidens
domi nihil bonorum experiatur,
hunc ego nequaquam beatum nominaverim,
sed potius felicem divitiarum custodem.

Vs. 2 apud Max. est μηδὲν δ' ὅμως τι pro μηδὲν δόμοισι.

XXXIII. (208).

Stob. CV, 11.

Τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος·
οὔτ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυστυχεῖ,
εὐδαιμονεῖ δὲ καὖθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.
Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες
οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα, μὴ λυπούμενοι;

Vs. 2 οὔτ' εὐτυχεῖ dedimus pro vulg. οὐδ'. Valckenario et Welckero hos vss. Amphioni tribuentibus assentior quidem, attamen eos etiam in fine fabulæ, postquam Antiopæ conditio infelix in felicem, Dirces contra felix in miseram transierat, dici a Choro potuisse non negaverim.

XXXIV. (209).

Phot. p. 31 Herm., p. 34 Pors. : Εὔκρας, εὔκρατος. Εὐριπίδης·

Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως,

ἐν Ἀντιόπῃ. Ita locum redintegraverat Bentl. Epist. ad Mill. p. 466 ed. Lips.; cf. Schol. Plat. p. 211 Ruhnk. : εὔκρας, εὔκρατος ἢ εὐκέφαλος, ὡς Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. Eodem spectare videtur Grammat. in Cram. An. Gr. Oxon. IV, p. 331, 1 : τὰ ἐκ παρακειμένου συνεσχηματισμένα ὀξύνεται, καὶ διὰ τοῦ τ κλίνεται· χαλκοκρὰς, χαλκοκρᾶτος, νεοκρὰς, νεοκρᾶτος· τὸ μέντοι εὔκρας παρ' Εὐριπίδῃ ἀνεγνώσθη κτλ., sed contra ipsius aliorumque grammaticorum præcepta εὔκρας dedit, ut Phot. l. c. et Poll. VI, 26. Rectius εὐκρὰς Suid. et Etym. M. s. v. Hoc fgm. cum antecedente conjunctum fuisse videri bene monuit Matth.

XXXV. (210.)

Stob. III, 27.

Ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τι
σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ.

Ad extrema verba Hartung. II, p. 422, spectare censet fgm. L.

XXXVI. (211.)

Stob. LVIII, 1.

Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν
μῶρος, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.

His verbis Amphio fortasse respondit ad fgm. XXVI.

XXXVII. (212.)

Stob. XLVIII, 3.

Ὁ δ' ἥσυχος φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος
πόλει τ' ἄριστος. Μὴ τὰ κινδυνεύματα
αἰνεῖτ'· ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

Hoc fgm. cum antecedente conjunctum fuisse videtur; pergit enim in illa sententia Amphio.

XXXVIII. (213.)

Stob. LXXXII, 2.

Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

Aut Amphionis aut Chori, ut Valckenario Diatr. p. 82 visum est, verba sunt. Quæ si Chori sunt, non possunt, id quod recte Matth. monuit, inter amborum fratrum disputationem poni, ut Valck. fecit, sed post eam; cf. Soph. Antig. 725.

Paulo post fratrum disceptationem Dirce ipsa bacchans cum comitibus bacchantibus casu huc venit et, quum Antiopam in hac regione commorantem reperiret, ad supplicia crudelissima abripi jussit.

XXXIX. (214.)

Stob. XCVIII, 34.

208.

Talis est miserorum hominum vita;
nec utique fortunata, nec infortunata :
nunc vero felix, nunc infelix rursus est.
Cur igitur, quum per felicitatem incertam tendamus,
non vivimus hilarissime, si nullo affecti sumus dolore?

209.

Bene temperata (sc. vita) haud facile mortalibus contingat.

210.

Ego igitur canam ac dicam aptum quoddam,
eorum (malorum), quibus civitas ægrotat, nullum concitans.

211.

Quisquis multa agit, ubi cessare liceret,
stultus est, quum jucunde posset tranquillus vivere.

212.

Tranquillus autem et amicus certus amicis
et civitati optimus est. Ne pericula
collaudate : ego enim neque nautam amo
nimis audacem, nec terræ præsidem.

213.

De re qualibet in utramque partem facile
ineat disputationem, qui dicendi peritus est.

214.

Eheu! malorum quot vices mortalibus
formæque! nemo nuncuparit terminum. HGR.

Φεῦ φεῦ, βρότειαι πημάτων ὅσαι τύχαι
ὅσαι τε μορφαί· τέρμα δ' οὐκ εἴποι τις ἄν.

Idem fgm. habet Clem. Alex. Strom. III, 3, § 23, p. 521, præbens tamen βροτείων. Verba videntur Chori esse infortunium atque calamitates Antiopes miserantis.

Nunc vero quum Antiopam in summo discrimine versantem pastor ille videret, qui Zethum et Amphionem pro suis liberis educaverat, non poterat quin utrique patefaceret, quæ esset Antiope, cujus filii ipsi essent, qua ratione denique evenisset ut a se et pro suis liberis essent educati. Cujus ad orationem pertinere videntur fgm. XL. XLI.

XL. (215.)

Schol. ad Hom. Il. λ', 774 : χόρτοι δὲ οἱ τριγχοὶ (s. τροχαλοὶ), ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιόπῃ·

Οἰνόῃ
σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς·

καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ (vs. 17) ὁμοίως. — Eundem vs. citat Strabo VIII, p. 577, A, præmissa voce Οἰνώνης, cujus loco Casaub. in margine scripsit Οἰνόῃ et in fine ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς. At bene docuerunt Od. Müllerus (Ægin. p. 7) et Pflugk. (Diar. schol. 1831, p. 21), scribendum esse aut Οἰνόῃ — ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς aut Οἰνόης—ταῖς Ἐλευθεραῖς. — Pastoris verba esse egregie monuit Matth. : ille enim prope Eleutheras habitabat, ubi Antiopa filios peperit; cf. Apollod. III, 5, 5, coll. Paus. II, 6, 2. Servus erat Œnei, Pandionis filii, ut apparet e Dion. Chrys. Or. XV (de servit.) p. 237, B sq. Attamen Hartung. II. p. 416, verba ad prologum rettulit, et ναίων pro ναίω scripsit.

XLI. (216.)

Stob. XXXVI, 10.

Κόσμος δὲ σίγης στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ' ὅμιλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Hæc verba pariter pastoris esse videntur, quibus se excusavit, quod adhuc originem fratrum tacuerit. — Vs. 2 ex emendatione Porsoni Adv. p. 303 dedimus ἐκλαλοῦν τοῦθ' pro vulg. ἐκλαλοῦν οὔθ'. Both. vulgatam retinuit, sed μὲν in μέγ' mutavit.

Re vero patefacta filii se proripiunt, ut matrem morti eripiant, ac mox consecuti eam liberant, Dircen autem eodem supplicio affici curant, quo hæc antea Antiopam mulctari jusserat, h. e. a tauro per saxa raptari jubent; cf. Schol. Eur. Phœn. 102, et fgm. XLIII.

XLII. (217.)

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 33, p. 122 Heer.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι χρόνου·
δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἔστ' ἢ μὴ κακός.

Hæc verba sive a Choro dicta sunt, quum narratione pastoris finita filii ad servandam matrem abierant, sive a pastore ipso. — Vs. 1 fere consentit cum Androm. fgm. XLI, vs. 1. — Vs. 2 ex correctione Porsoni ad Aristoph. Plut. 886. Libri præbent ὅστις ἐστὶ μὴ κακός.

XLIII. (218.)

Longin. De subl. c. 40 : Ἐπὶ δὲ τῆς συρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης (Εὐριπίδης)·

Εἰ δέ που
τύχοι πέριξ ἑλίξας, εἷλχ' ὁμοῦ λαβὼν
γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

Petiti sunt vss. e nuntii de supplicio, quod Dirce subiit, narratione. — Valck. Diatr. p. 66 τύχοι ad vs. 1 rettulit, alteri autem post ἑλίξας aptissime ταῦρος inseruit.

XLIV. (219.)

Stob. LXX, 10.

Πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

Ex eodem nuntii sermone ducta opinor.

215.
Campum Œnoæ Eleutherisque finitimum habito.

216.
Decorum silentium corona viri boni est :
hæc loquacitas autem jucundi nihil habet,
malum est societati hominum, et inutilis civitati.

217.
Justitiam dicunt esse temporis prolem :
ostendit enim, quis nostrûm bonus sit, quis ma-[lus.

218.
Si quando eam nanciscebatur
(taurus), circumrotabat, et una secum mulierem,
saxum, quercum, in omnes partes ruens, raptabat.

219.
Omnes autem mortales adhortor,
ut ex honestis viris honestos liberos gignant

XLV. (220.)

Stob Ecl. phys. I, 4, 25, p. 118 ed. Heer.

Δίκα τοι δίκα χρόνιος· ἀλλ' ὅμως
ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ
τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Chori verba esse ad sententiam simillima fgti XLII perspicitur. Seidl. De vss. dochm. p. 62 versus sic distribuit : Δίκα τοι δίκα χρόνιος· ἀλλ' ὅμως Ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ τιν' ἀσε-βῆ βροτῶν. Th. Bergk. paulo audacius Δίκα τοι δίκα χρόνιος· ἀλλ' ὅμως Ἔλαθεν ὑποπεσοῦσ' ἔλαθ', ὅταν ἔχῃ Τιν' ἀσεβῆ βροτῶν, quem sequitur Hartung. II, p. 427.

XLVI. (221.)

Stob. I, 8.

Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ, τὰς χρεών σ' ἀσκεῖν, τέκνον,
θεούς τε τιμᾶν, τούς τε φύσαντας γονεῖς,
νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος· καὶ ταῦτα δρῶν
κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

Pastoris verba sunt Zetho vel Amphioni dicta, ut bene Heynius et Welck. intellexerunt. Utrique enim fratri pastor, pro moribus suis cuique, nonnulla præcepisse videtur, antequam cum matre in patriam redirent et ipse iis, quos pro filiis suis adamaverat, privaretur. In Paris. A. est lemma Εὐρ. Ἡρακλείδαις, sed cf. fgm. XXIV. — Versum 1 Dindorfius correxit; legebatur enim : ἀρεταὶ, ἃς χρή σ' ἀσκεῖν, ὦ τέκνον. In Paris. A. est τὰς χρή σ' ἀσκεῖν τέκνον.

XLVII. (222.)

Stob. XXX, 9.

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
γνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
ψυχῇ τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Recte Welck. statuisse videtur, hæc verba a Mercurio de Lyco dicta esse, quibus is excusaretur, quod Antiopam ab uxore male haberi passus esset. Hartung. vero II, p. 419, locum ad fratrum disceptationem rettulit.

XLVIII. (223.)

Orio Anthologn. II, 1, p. 44. ed. Schneidewin.

Ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει.

Sententia generalis est, quæ a quo dicta sit, vix explores. Quacum plane consentit epigramma a Welckero in Mus. Rhenan. philol. a. 1844, p. 253, primo editum : Πάντα χθὼν φύει καὶ ἔμπαλιν ἀμφικαλύπτει. Τοὔνεκα μὴ στοναχοῖ τις ἀπὸ χθονὸς εἰς χθόνα δύνων.

XLIX. (224.)

Hesych. : Εὐθυδήμονα, ἁπλοῦν δημότην. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.

L. (225.)

Lex. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 109, 17 et Phot. : Νόσον ἔχειν, ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἔθος ἔχειν. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.

Ad Antiopen porro referendum est inc. fab. fgm. CLXI, ut e loco Probi apparet nuperrime demum a Fr. Dübnero in Diario, quod inscribitur *Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes* (Paris. 1845) p. 23 edito, quem infra apposuimus.

ΑΡΧΕΛΑΟΣ.

Archelai fabulam narravit Hygin. fab. CCXIX. *Archelaus Temeni filius exsul a fratribus ejectus in Macedoniam ad regem Cisseum venit. Qui quum a finitimis oppugnaretur, Archelao regnum et filiam in conjugium dare pollicetur, si se ab hoste tutatus esset. Archelaus, qui ab Hercule esset oriundus — nam Temenus Herculis filius fuit — hostes uno prælio fugavit et ab rege pollicita petit. Ille ab amicis dissuasus, fidem fraudavit eumque per dolum interficere voluit. Itaque foveam jussit fieri et multos carbones eo ingeri et incendi et super virgulta tenuia poni. Quo quum Archelaus venisset, ut decideret, hoc regis servus Archelao patefecit. Qui re cognita dicit, se cum rege colloqui velle secreto, arbitris remotis. Archelaus regem arreptum in foveam conje-*

220.

Justitia profecto, Justitia sera est; attamen
ex improviso accedere solet, si aliquem
hominum impium invenit.

221.

Tres sunt virtutes, quas exercere, fili, te decet :
deos vereri, et parentes, qui te genuerunt,
et leges communes Græciæ. Quæ si feceris,
semper pulcherrimam bonæ famæ habebis coronam.

222.

Multis mortalibus hoc vitium est,
ut, quamvis mente sapiant, animo tamen
obsequi nolint, quippe amicorum precibus victi.

223.

Omnia gignit terra rursusque demit.

224.

Εὐθυδήμονα, simplicem civem.

225.

Morbo laborare pro : pravos mores habere

cit atque ita eum perdidit; inde profugit ex responso Apollinis capra duce, oppidumque ex nomine capræ Ægas constituit. Ab hoc Alexander Magnus oriundus esse dicitur. — Hanc fabulam Ol. XCIII, 2 actam esse colligi potest e scriptore Vit. Eurip. ab Elmsl. e cod. Mediol. ad calcem Bacch. p. 174 ed. Lips. edito, qui Euripidem sub vitæ finem in Macedoniam ad Archelaum pervenisse ibique ejusdem nominis fabulam composuisse tradit. Vix autem ante Ol. XCIII, 1 Euripides in Macedoniam profectus esse potest: nam Ol. XCII, 4 Athenis Orestem docuit (cf. Schol. Or. 361, 760, p. 344, 406 ed. Matth.), deinde Magnesiam se contulit (cf. script. Vit. l. c.), ubi aliquod tempus commoratus est. Si igitur Ol. XCIII, 1 demum in Macedoniam, ut probabile visum est, pervenit, vix eodem anno fabulam scenæ commisisse potest; nam poetam nec statim post adventum ad eam componendam accessisse credibile est, et aliquantum temporis ad eam conficiendam opus fuit. Quare, etiamsi fortasse fabula Ol. XCIII, 1 scripta est, quod mihi quidem non verisimile videtur, tamen ante Ol. XCIII, 2 acta esse nullo modo potest. Qua in tragœdia Dicæarchus nonnulla latere censet, quæ ad Archelaum, Macedoniæ regem, et Euripidem ipsum pertineant. Hæc enim tradit Plut. De Eἶ Delph. init. : Στιχιδίοις τισὶν οὐ φαύλως ἔχουσιν ἐνέτυχον πρῴην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν·

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

Nam ubi hæc dixisse potest Euripides, nisi in fabula ipsa? An credat quispiam, eum etiam in vita quotidiana versibus usum esse? Quidni poeta, qui in omnibus fere fabulis ad præsens tempus, ad civitatis conditionem, ad viros in re publica insignes respicere atque hæc omnia tecte significare consuevit, in fabula, quam potissimum Archelai causa scripsit, nonnulla attigerit, quæ ad regem necessitudinemque inter eum et semet ipsum spectarent? Non dubito igitur quin hi vss. ex Archelao dramate ducti sint, ac profecto optime Archelao, qualis in hac tragœdia fuit, conveniunt, a quo ad regem Cisseum dicti esse videntur. Quare infra (fgm. XXXI) eos recepimus.

I. (226.)

Aristoph. Ran. 1237.

Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
σὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχὼν —

Adnotat Schol. : Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες ψευδῶς· οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου λόγος οὐδεὶς τοιοῦτος· οὐ γάρ ἐστι, φησὶν Ἀρίσταρχος, τοῦ Ἀρχελάου, εἰ μὴ αὐτὸς μετέθηκεν ὕστερον, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον εἶπε. Hoc autem, ut satis perspicuum est, dicit Scholiastes : *versus istos a nonnullis falso pro initio Archelai habitos esse; ejusmodi enim sermonem* (i. e. prologum) *nullum circumferri.* Hæc de suo protulit, deinde ad ea transit, quæ veteres grammatici de iis versibus judicarunt. Pergit igitur : *non est Archelai, ait Aristarchus*, (initium) *nisi ipse* (sc. poeta) *postea commutavit : Aristophanes* (sc. grammaticus) *vero principalem fuisse* (prologum) *dicit.* Inde patet, jam veteres grammaticos de Archelai prologo dissensisse, et Aristarchi tempore huic fabulæ aliud, quam quod illis versibus contineatur, initium fuisse. Ac re vera Plut. Vit. X oratt. Isocr. 14 (p. 837, E) inter tria fabularum Eur. exordia versum, quo sequens fgm. incipit, citavit, unde probabile fit, illo fragm. ejus prologi exordium præberi, quem Aristarchus, schol. Aristophanis, alii ante oculos habuerint. Duo igitur Archelai exstitisse videntur prologi. At si Euripides hanc tragœdiam in Macedonia demum, ut probabile nobis visum est, Ol. XCIII, 2 finxit, quo anno etiam mortem obiit, non potest intelligi, quo tempore et quibus rationibus ductus prologum potissimum mutaverit. Nam alia quoque ab eo mutata esse, ut duplex tragœdiæ editio exstiterit, incredibile est, ac certe altera editio grammaticos Alexandrinos non latuisset. Deinde, si re vera prologus ab Euripide mutatus est, id paulo post actam tragœdiam factum sit propter poetæ mortem necesse est : satis mirum igitur esset, si Athenas exemplum tragœdiæ *priorem* prologum continens venisset et Aristophani comico innotuisset. Atque eo magis hoc esset mirum, quum hoc tragœdiæ exemplum eodem anno Athenas pervenisse necesse esset, quo ipso composita erat : jam enim insequentis anni mense Gamelione Aristophanis Ranæ actæ sunt, quod, quum illius temporis homines non tam studiosi essent scribendi, probabile non est. Accedit denique, quod horum versuum argumentum tale est, ut prologum incipere nullo modo potuerint : nam si de Danai fuga ac de Ægypti persecutione

---

226.

Ægyptus, ut fama maxime fertur,
cum filiis quinquaginta navi
appulsus Argos —

illius sermo erat, Danai fuga ante Ægypti insectationem commemoraretur necesse erat. Diligentissimus enim in ejusmodi rebus solet esse Euripides. Itaque versus aut ex alia Euripidis fabula ducti aut Euripidis non sunt. Priorem sententiam amplectitur Hartung. p. 86, qui, quum Danaes prologus, qui nunc circumfertur, subditicius sit, ab his versibus genuinum prologum incepisse arbitratur. Sed ad subditicium illum prologum monuimus, ejus auctorem videri non tam sententias, quam verba e mente sua hausisse; nec credibile est poetam, antequam Danaes historiam spectatoribus exponeret, totam ejus genealogiam præmisisse. Quare vereor ut hi versus ab Euripide ipso profecti, sed ab Aristophane ad Euripidis ingenium compositi sint. Quum enim in Ranis Euripidis poesim ac maxime ejus prologos castigare vellet, inter ea, quæ ibi protulit, fabularum exordia etiam Archelai, fabulæ novæ et Athenis nondum actæ, de cujus argumento haud dubie per proficiscentes Græcos, qui Pellæ eam viderant, certior factus erat, initium a se ipso ad Euripidis exemplum fictum attulit. Atque sic intelligitur quî factum sit ut nonnulli ab his verbis Archelai prologum incepisse crederent.

II. (227.)

Tiber. Περὶ σχημ. in Walz. Rhett. Gr. vol. VIII, p. 577, 10, anonymi De Nili increm. post Herod. Wesselingii p. 788, et post Athen. libr. II ed. Dindorf. vol. I, p. 164, Strab. V, p. 339, A; VIII, p. 570, C.

Δαναὸς, ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ,
ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιὼν,
τεθριππεύοντος ἡλίου κατ' αἰθέρα
ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν,
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

Ex Tiberio fluxerunt vss. 1—6, ex Anonymo 1—5, e Strabone 1, 6—8. — Vs. 1 bis exhibetur a Plut., De am. prol. 4 (p. 497, B) et Vit. X oratt. Isocr. 14 (p. 387, E). — Vs. 2—4 citat etiam Diod. I, 38. Pro ἐκ γαίας præbet Tiber. εὐκταίης, quod Hartung. II, p. 558. in εὐκταίως mutavit. Luzac. dederat: ἐν γυίαις, Both. ἢ 'κ γαίας. Sed equidem cum Matth. servandam et satis aptam esse duxi. Vs. 4 habet Steph. Byz. voc. Αἰθίοψ, male vero præbens ἡνίκα τάκη. — Vs. 5 τεθρίππου ὄντος Anon. ap. Wesseling., τεθριππεύοντος cod. Ms. epit. Athen. ap. Dindorf. cum Vossio ad Melam I, 9, 27, p. 53, quod, licet metro adversetur, tuentur tamen Schweigh. ad Ath. Animadv. t. I, p. 481, et Pors. Adv. p. 274. Grot. dedit τέθριππ' ὀχοῦντος probante Valck., τέθριππ' ἐλῶντος Jacobsius, quod nescio an recipiendum sit. Nam et simillimæ in codicibus sunt inter se syllabæ ευ et ελ, et ἐλαύνειν τὰ τέθριππα aliis quoque locis invenitur; cf. Ion. 1184, Pind. Ol. VI, 80. — Welckerus probabiliter Herculem prologum locutum esse existimat: Macedoniæ enim reges eo maxime gloriari solebant, quod ab Hercule originem duxerint (cf. Dio Chrys. or. IV, p. 40 M.; p. 163 ed. Reisk.). Euripides, igitur, ut regi Archelao blandiretur, Herculem introduxit originem suam vel a Danao deducentem. Quod facile fieri potuit: Danaus enim genuit Hypermnestram, quæ e Lynceo Abantem peperit; Abas genuit Acrisium, Acrisius Danaen, quæ ex Jove Perseum enixa est; Perseus vero Electryonem, Electryo denique Alcmenam, Herculis matrem genuit. Itaque ad eundem prologum referre non dubito versus quosdam, quos sine auctoris et fabulæ nomine servavit Schol. Pind. Pyth. VIII, 73, hæc scribens: ὅτι δὲ Λυγκέως Ἄβας ἐξ ἐκείνου δῆλον·

Σφαγὰς δὲ Δανάου παρθένων Λυγκεὺς φυγὼν
Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

III. (228.)

Dion. Hal. de comp. verb. 25, p. 399 ed. Sch.: Τὸ ἐπὶ τούτῳ λαμβανόμενον κῶλον ἐξ ἀναπαίστων σύγκειται ῥυθμῶν, καὶ προάγει μέχρι ποδῶν ὀκτὼ, τὸ αὐτὸ σχῆμα διασῶζον. . . ὅμοιον τῷ παρ' Εὐριπίδῃ,

Βασιλεῦ χώρας τῆς πολυβώλου,
Κισσεῦ, πεδίον πυρὶ μαρμαίρει.

Hos vss. primus Musgr. recte propter factam Cissei mentionem ad Archelaum retulit. Sunt autem et

---

227.

Danaus, quinquaginta filiarum pater,
relicta pulcherrima, quæ ex terra profluit, aqua,
quæque ex Æthiopica terra nigros mortales habente
fluctus auget, ubi primum nix liquefacta est
sole quadrigam per ætherem agente,
Argos veniens Inachi urbem condidit,
et qui Pelasgiotæ olim nominabantur,
ut Danai vocarentur, morem fecit per Græciam.

228.

O terræ fertilis rex,
Cisseu, campus igne splendet.

hi et qui sequente fgm. continentur haud dubie ex primo cantico ducti, quo Chorus similiter atque in Æsch. Sept. c. Th. hostium apparatus et urbis obsessæ angustias descripsit regemque cohortatus est, ut urbem obsidione liberaret.

IV. (229.)

Stob. XCVI, 3.

Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν
δυνάμεσθ'· ἔτι γὰρ θάλλει πενία,
κακὸν ἔχθιστον, φεύγει δ' ὄλβος.

Cf. fgm. III. Cisseus, quum ita pressam urbem videret sibique ipsi ducis virtutes non inesse intelligeret, Archelao, qui pauper modo in Macedoniam pervenerat, imperium exercitus tradere constituebat, quia multas res ab eo præclare gestas esse audiverat. Euripides enim quæ ab Archelai patre eximie facta erant, ex parte ad filium transtulerat, ut ejus famam augeret; cf. Phot. Bibl. cod. CCL, p. 1332. — Both. vs. 2. nescio qua de causa correxit : δυνάμεσθα· τί γάρ; κτλ.

V. (230.)

Stob. LIV, 11. LXXXVIII, 4.

Ἔχει δὲ καὶ τοῦτ' οὐχὶ μικρὸν εὐγενὴς
ἀνὴρ στρατηγῶν εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν.

Altero Stob. loco est φέρει pro ἔχει et οὐ pro οὐχί. Verba aut Cissei ipsius esse possunt de Archelao dicta, quum summam belli ei tradendi consilium ceperat, aut, quod probabilius est, alius cujusdam Cisseo Archelaum commendantis. Idem valet de sequente fgm.

VI. (231.)

Stob. LXXXVIII, 5.

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἔλαμπε, κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.

Cf. fgm. V. — Vs. 2 in codd. est ἐν ἔλαβε κτλ., nisi quod in Paris. A. B. ἐν deest, quod in reliquis codd. e prioris vs. initio huc irrepsisse manifestum est, et κρεῖσσον pro κρείσσων legitur. Pro ἐν ἔλαβε correxerat Valck. Diatr. p. 162. ἐνέλαμψε. Sed quum et ἐν in optimis codd. desit et ἐλλάμπειν apud tragicos non exstet, potius simpliciter ἔλαμψε vel ἔλαμπε scribendum esse duximus, quod quam facile in ἔλαβε depravari potuerit, facile intelligitur. Λάμπειν vero sic adhibent Soph. ap. Plut. Mor. p. 788, B, Eur. Andr. 778.

VII. (232.)

Stob. LXXXVIII, 3, Plut. De nobil. vol. V, p. 965 ed. Wyttenb.

Ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;
πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.
— — πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον —

Primus in his vss., qui continuo ordine sic ap. Stob. et Plut. leguntur, hæsit Grot. eosque in duo fgm. disjunxit comprobantibus Matthiæo, Welckero, Pflugkio, Hartungo, Bothio. Sed optime inter se cohærent versus, si versum 3, ut initio mutilatus est, ita in fine corruptum esse statueris et ἀπώλεσεν in ἀπώλεσας mutaveris. Initio fortasse excidit νῦν μὲν vel simile quid. Hartung. vero post γὰρ supplet ὤν τις. Haud dubie vero Cisseus his verbis Archelaum affatus est, quocum nunc acturus erat de suscipiendo exercitus imperio deque defendenda urbe. Ex colloquio sic inter utrumque exorto petita videntur fgm. VIII — XVII.

VIII. (233.)

Stob. LI, 4. Orion. Anthologn. (farrag. Eurip. nr. 22 post tit. VIII) sine fab. nom.

Νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί·
οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ,
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

Vs. 1. Orio πονεῖν pro τολμᾶν.—Vss. 2, 3 citat etiam Stob. XXIX, 32. Orio male ἄθυμος. Vs. 3 Orio et cod. Voss. Stob. εὐανδρίαν pro εὐδοξίαν. Idem vs. integer fere redit in inc. fab. fgm. XLI, vs. 7. — Cf. fgm. VII. Utrum Cissei Archelaum ad bellandum cohortantis, quod mihi (propter fgm. XII)

229.
Non enim undæ fastigium superare
possumus; adhuc enim dominatur paupertas,
malum odiosissimum, fugiunt autem divitiæ.

230.
Sed et hoc non leve momentum habet imperator
generosus et bona fama clarus.

231.
In liberis enim nobilium virtus enitescere
solet, et divite conjugio præstantior est.

232.
Quid igitur tibi nostri opus est?
Parentibus enim honestis genitus spem præbes.
Nam (nunc quidem) pauper illam patris
virtutem non amisisti.

233.
Juvenem enim semper audere oportet.
Nemo enim socors gloriam consequitur,
sed labores gloriam pariunt.

verisimilius videtur, an Archelai ipsius verba sint, dubium est. Hartung. hoc fragm. duodecimo subjicit.

IX. (234.)

Stob. XXIX, 14.

Οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ', ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Pariter aut Cissei aut Archelai verba sunt.

X. (235.)

Stob. VIII, 13.

Ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀνανδρία
οὔτ' οἶκον οὔτε γαῖαν ὀρθώσειαν ἄν.

Vs. 2 vulgo legebatur : οὔτ' οἶκον οὔτε πόλιν ὀρθ., quod quum metri caussa ferri non posset, Valck. mutavit in οὔτε πόλιν ἀνορθώσειεν ἄν. Sed iidem fere vss. leguntur in Erechth. fgm. XIX, ubi Orio scripturam γαῖαν ὀρθώσειεν præbet, quam ut genuinam, quum Orio Erechthei locum cum hoc propter similitudinem commutasse videatur, recipere non dubitavimus. Rectius vero Hartung. : ὀρθώσειαν ἄν. — Ejusdem sunt verba, qui antecedentia loquutus est.

XI. (236.)

Stob. XXIX, 44.

Σὺν μυρίοισι τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.

Aut Cissei aut Archelai verba sunt.

XII. (237.)

Stob. XXIX, 13.

Σοὶ δ' εἶπον, ὦ παῖ, τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων
θηρᾶν· ὁρᾷς γὰρ σὸν πατέρα τιμώμενον.

Cissei Archelaum commemoratione gloriæ, quam ejus pater Temenus multis rebus præclare gestis sibi comparaverat, excitantis verba esse apertum est. Probabiliter Hartung. fgm. VIII cum his versibus conjungit. — Vs. 2 Both. in verborum collocatione hærens scripsit : ὁρᾷς σὸν πατέρα γὰρ τιμώμενον.

XIII. (238.)

Stob. LI, 7.

Ἐμὲ δ' ἄρ' οὐ
μοχθεῖν δίκαιον; τίς δ' ἄμοχθος εὐκλεής;
τίς τῶν μεγίστων δειλὸς ὢν ὠρέξατο;

Ab Archelao hos vss. pronuntiatos esse neminem latet. — Vs. 2 legebatur adverso metro ἀμόχθητος, quod correxit Grot.

XIV. (239.)

Stob. LIV, 10.

Ὀλίγον ἄλκιμον δόρυ
κρεῖσσον στρατηγοῦ μυρίου στρατεύματος.

Hoc et sequens fgm. ab Archelao prolata videntur, quibus se hostium multitudinem non extimescere ostenderet. — Vs. 2 στρατηγοῦ, si genuinum est, aperte cum Grot. in στρατηγῷ mutandum erit, sed deest aliquid ad sententiam explendam, velut ἀνάνδρου, vel ἀτόλμου, vel simile quid.

XV. (240.)

Stob. LI, 9. Orion. Anthologn. VII, 3, p. 51 ed. Schneidew.

Ὀλίγοι γὰρ ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν.

Cf. fgm. XIV.

XVI. (241.)

Schol. Eur. Phœn. 1159.

Ἐγὼ δὲ σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι θέλω.

Cisseus his verbis Archelao coronam promittere videtur, si quidem victor e pugna evadat.

XVII. (242.)

Stob. LXXIX, 19.

Πατρὸς δ' ἀνάγκη παισὶ πείθεσθαι λόγῳ.

Etiam hæc verba a Cisseo pronuntiata videntur, quum Archelaus dubitasset, num regis filia a patre sibi promissa passura esset, ut viro peregrino matrimonio jungeretur.

234.

Nemo est qui otiose vivere cupiens
gloriam consecutus sit, sed labore opus est.

235.

At vita mollis et prava ignavia
nec domum nec terram regant.

236.

Inter sexcentos labores fiunt pulchra.

237.

Hoc te monui, o fili, e laboribus
fortunam venari : vides enim patrem honoratum.

238.

Nonne autem me
laborare æquum est? quis sine labore inclarescit?
quis ignavus maxima consecutus est?

239.

Exigua sed fortis manus
imperatori utilior est ingenti (imbellique) exercitu.

240.

Pauci enim fortes multis ignavis potiores sunt.

241.

Ego vero caput tuum serto redimire volo.

XVIII. (243.)

Stob. VII, 5.

Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείαν ποτὲ
ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως.

Recte Welck. hæc a Choro Archelao dicta esse monuit, quum is imperio suscepto ad pugnam abiturus erat.

Archelai abitum Chori canticum insecutum esse videtur, cujus nunc nulla vestigia supersunt. Postea haud dubie Cisseus cum homine quodam consiliario in medium processit, qui speciosis argumentis fallacibusque causis regem eo adducere studuit ac re vera perduxit, ut fidem Archelao servare nollet. Quod malevolus ille eo maxime effecit, ut origini, gloriæ atque virtutibus Archelai obtrectaret, et ostenderet eum non modo indignum esse, cui rex fidem servaret, sed etiam adeo perniciosum, quem de medio tolli necesse esset. Huc pertinent fgm. XIX—XXV.

XIX. (244.)

Stob. LII, 4.

Νεανίας τε καὶ πένης σοφός θ' ἅμα,
ταῦτ' εἰς ἓν ἐλθόντ', ἄξι' ἐνθυμήσεως.

Pravi consiliarii verba esse supra monuimus; cf. fgm. XVIII. Eidem Welckerus haud male vss. tribuit, quos post fabulam ipsam ex Aetione attulimus.

XX. (245.)

Stob. XLVII, 5.

Τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται·
τὸ μὴ θανεῖν γὰρ οὐκ ἔχει, τὰ δ' ἄλλ' ἔχει.

Consiliarius his vss. pœnitentiam in rege excitare studet, quod Archelao, si vincat, cum filia regnum promiserit. Vs. 1 Paris. A. præbet : τυραννίδα ἡ θεῶν β (i. e. δευτέρα).

XXI. (246.)

Stob. XCI, 16.

Τί δ' οὐκ ἂν εἴη χρηστὸς ὄλβιος γεγώς;

A consiliario ea mente dicta sunt, ut regem sibi pauperem generum elegisse pœniteret. Eodem spectat sequens fgm.

XXII. (247.)

Stob. XCVI, 4.

Οὐκ ἔστι πενίας ἱρὸν, αἰσχίστης θεοῦ.
Μισῶ γὰρ ὄντως οἵτινες φρονοῦσι μὲν,
φρονοῦσι δ' οὐδὲν πλήν γε χρημάτων ὕπερ.

Vs. 1 cum Dindorfio ἱρὸν pro vulg. ἱερὸν dedimus. Vs. 3 ex G. Hermanni conjectura scripsimus οὐδὲν πλήν γε, in codd. enim est οὐδενός γε, quod quum aptam sententiam non præbeat, jam a Grotio anapæstum in tertium pedem inferre non dubitante mutatum est in οὐδενὸς ἤ γε. Haud spernenda vero etiam Hartungi correctio scribentis : οὐδὲν ὥς γε χρ. ὕ., certe longe præferenda Bothianæ : οὐδένες γε h. e. superbiunt, cum nihili sint, æribus. Simulque aliud quoddam in his vss. offensioni est, quod jam Musgr. perspexit, scilicet intelligi non posse, quo modo primus vs. cum secundo et tertio cohæreat. Duo igitur fragmenta, ut sæpius, apud Stobæum coaluisse videntur. Quod si verum est, versum 1 eidem consiliario (cf. fgm. XVIII sq.) tribuemus eumque hoc vs. regi significasse putabimus, Archelaum, etsi de promisso violato iratum tamen nusquam auxilium petere ad jus suum persequendum posse, ut bene Matth. intellexit; versum 2 et 3 autem ab Archelao ipso ea in scena pronuntiatos esse judicabimus, ex qua ducta sunt fgm. XXVII sq. Cf. fgm. XXVI.

XXIII. (248.)

Stob. XCI, 18.

Μὴ πλούσιον θῇς· ἐνδεέστερος γὰρ ὢν
ταπεινὸς ἔσται· κεῖνο δ' ἰσχύει μέγα,
πλοῦτος, λαβών τε τοῦτον εὐγενὴς ἀνήρ.

242.
Natos necesse est patris imperium sequi.

243.
Una res est, quam te moneo, servitutem ne tibi
vivus accersas, perire dum licet tibi libero.

244.
Juvenis et pauper et sapiens simul,
hæc (tria) si in unum conveniunt, consideratione digna sunt.

245.
Tyrannis deorum vita esse creditur :
immortalitatem enim non habet, reliqua vero habet.

246.
Quidni bonus sit qui fortunatus est?

247.
Inopia templum non habet, turpis dea.
Nam valde ego illos sperno, qui sapiunt quidem
sed sola sapiunt ad lucra, ulterius nihil.

248.
Ne divitem reddas cave; nam quamdiu egenus est,
demissus erit : multum autem valent opes,
quique eas consecutus est, nobilis fit.

Pravi consilii auctor iste his versibus regi dissuasisse videtur, ne divitem Archelaum reddat.

XXIV. (249.)

Stob. LXII, 11.

Κρείσσω γὰρ οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον
τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσι.

Consiliarius his versibus suspicionem in Archelaum conferre studet, ut ejus mors tandem regi necessaria videatur. — Vs. 1 κρείσσω ex emendatione Pflugkii pro vulg. κρεῖσσον scripsimus. Ibid. Paris. A. vitiose γάρ τε pro γὰρ οὔτε.

XXV. (250.)

Stob. XX, 11.

Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν
ἥ τ' ἀξυνεσία, δύο κακὼ τῷ χρωμένῳ.

Idem, ut antea docuerat, Archelaum utpote hominem capitalem interimendum esse, ita his verbis ostendere voluit, eum, si interficeretur, sua ipsius culpa interitum sibi parasse, quippe qui nimis magna appetiisset.

XXVI. (251.)

Regis mente mutata atque conversa nuntius de exitu pugnæ deque Archelai rebus gestis retulisse, Chorus autem suum de victoria gaudium carmine patefecisse videtur, ex quo fortasse supersunt quæ leguntur ap. Stob. CXXII, 7.

Ἔστιν καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον
ἡδὺ βροτοῖς, ὅταν
ἄνδρα φίλον στενάχῃ τις ἐν οἴκτῳ.

Vs. 3 Paris. A. B. οἴκῳ.

Paulo post Archelaus ipse in scenam processit, ut præmium a rege sibi promissum acciperet. At servus eum de mutata Cissei mente insidiisque ipsi paratis certiorem fecit. Perfidia regis cognita Archelaus cum eo remotis arbitris colloqui ac primum periclitari, ut regem ad fidem servandam commoveret, postea vero eum, si in perfidia perseveraret, in eandem foveam, quam Cisseus Archelao fodi jusserat, injicere statuit. Ex hoc Archelai cum rege colloquio superesse videntur fgm. XXVII-XXXVI.

XXVII. (252.)

Stob. XXIX, 12.

Τὸ συνεχὲς ἔργου παντὸς εὑρίσκει τέλος.

Archelai verba esse videntur laboris finem i. e. præmium postulantis.

XXVIII. (253.)

Schol. Pind. Pyth. II, 54 : Πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν, κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας· παρ' ὃ δὴ καὶ ὁ δ ο υ ρ ο ὺ ς αὐτοὺς λέγουσιν. Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ·

Ἔπαυσ' ὁδουροὺς λυμεῶνας.

Hæc verba haud dubie ex enumeratione eorum quæ Archelaus perfecerat, petita sunt, sive ea in hac scena ab Archelao ipso sive fabulæ initio ab alio (cf. fgm. IV, V) proferebantur.

XXIX. (254.)

Stob. LXII, 13.

Ἔσωσα δούλην οὖσαν· οἱ γὰρ ἥσσονες
τοῖς κρείσσοσιν φιλοῦσι δουλεύειν βροτῶν.

Archelaus his versibus regem filiam ei denegantem commonefecit, illam jam ferme servam fuisse, a se vero servitute liberatam esse.

XXX. XXXI. (255.)

Stob. XCIII, 12.

Πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα.

Rex, quum reliquis promissis stare nollet, divitias Archelao obtulit, quas ille his verbis aspernatur postulans, ut rex fidem sibi servet.

Eodem haud dubie pertinent et Archelao tribuenda sunt verba, quæ Plut. De EI Delph. init. (p. 384, D) servavit quæque locum habere in nulla Euripidis fabula nisi in Archelao potuisse ad finem argumenti ostendimus :

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
μή μ' ἄφρονα κρίνῃς ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

249.
Præstantiorem enim nec servum nec ingenuum
in ædibus alere sapientibus tutum est.

250.
Mortales multos fastus atque imperitia
pessum dedit, duo mala ei qui iis utitur.

251.
Est etiam cum lacrimis aliqua
voluptas mortalibus conjuncta, si
quis amicum miserans mœret.

252.
Assiduitas cujusque operis finem consequitur.

253.
Latrones in via insidiantes coercuit.

254.
Sospitavi eam, quæ jam serva erat. Solent
enim inferiores mortalium potentioribus servire.

255.
Dives es? at opulentia est imperitia ac timiditas [simul.

Dicit Archelaus, se jura sua haudquaquam dimittere ac regi committere velle. Hartung. II, p. 560, pro ἢ sine caussa et cum sententiæ detrimento ἦν corrigit.

XXXII. (256.)

Orion. Anthologn. III, 1, p. 44 ed. Schneidewin.

Εἰ (sic) τῶν δικαίων γὰρ νόμοι τ' αὐξήματα
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώποις
τάδ' ἐστὶ χρήματα, ἥν τις εὐσεβῇ θεόν.

Verba corrupta sunt, nec satis apparet, quæ iis insit sententia. Corruptelam initio librarius ipse indicavit subjectis sub voc. εἰ punctis, quam tollere viri docti vario modo conati fuerunt. Schneidewinus proposuit : Τῶν γὰρ δικαίων οἱ νόμοι ταὐξήματα Μεγάλα φέρουσι· πάντα δ' ἀνθρώποις τάδε Πάρεστι χρήματ' ἥν τις κτλ. Meinekius : Ἐκ τῶν δικαίων οἱ νόμ. ταὐξ. Μεγ. φέρ. πάντα δ' ἀνθρώπει' ἀεί· Τάδ' ἐστι χρήματ' κτλ. Rankius : Οἱ τῶν δικαίων γὰρ νόμ. ταὐξ. Μεγ. φέρ. πάντα δ' ἀνθρώποισί τοι Τάδ' ἐστι χρήματ' κτλ., quæ correctio maxime mihi arridet, nisi quod vs. 2 τ' pro δ' malim; Hartung. (II, p. 563) denique : Ἐκ τῶν δικαίων γὰρ νόμοι τ' αὐξήματα Μεγάλα φέρουσι πάντα τ' ἀνθρώποις (σοφοῖς) Τάδ' κτλ. — Archelai verba esse facile perspicitur. Both. p. 560 vero hunc locum pariter atque fgm. XXXVIII Euripidi abjudicat.

XXXIII. (257.)

Plut. De aud. poet. II (p. 20, D).

Κ. Πόλλ', ὦ τέκνον, σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί.
Α. Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.

Priorem vs. ex Eur. Archelao citat Justin. Mart. De monarch. p. 108, C (ed. Hag. Com. p. 41, A); alterum simpliciter Euripidis nomine Plut. De Stoic. repugn. p. 1049, E. Utrumque alii personæ tribuendum esse, jam ante nos editores intellexerunt, nec dubitet quispiam, quin prior Cissei, posterior Archelai sit. Cisseus enim, quæ ipse peccavit et peccaturus est, in deos transferre conatur, ut Archelaus divina voluntate fieri credat, quæ regis perfidia fiant. Archelaus vero bene regis mentem perspexit.

XXXIV. (258.)

Stob. XXXIV, 2.

— Ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.

Cissei haud dubie verba sunt Archelai rationes sermonesque minitationibus repellentis. — Vs. 1 λέγ' εὖ pro vulg. λέγε ex emendatione Valckenarii Diatr. p. 287 scripsimus. Both. τινὶ pro τινά, sine caussa.

XXXV. (259.)

Stob. XX, 12.

Ὀργῇ δὲ φαύλῃ πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα.

Hic vs. vulgo cum duobus aliis conjunctus est : Ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος. Πόλλ' ἐστιν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά· quorum priorum Stob. paulo post (XX, 21) ex Hypsipyle citat. Recte igitur Grot. hoc fgm., quippe cujus singuli vss. inter se non cohæreant, in tria fgm. distinxit; ac nos vs. 2 inter Hypsipyles, vs. 3 inter inc. fab. fgm. (XX) recepimus. Primus autem vs., qui etiam inter Gnom. monostich. (Menandr.) ex Ald. 50 legitur, ab Archelao dictus esse videtur, quum Cisseum iratum atque minitantem conspiceret.

XXXVI. (260.)

Stob. XX, 25 :

Τῷ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
εἰς ταὐτὸν ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

Welck. Archelao hos vss. assignat; at eos ex hac scena petitos esse definite dicere non ausim.

XXXVII. (261.)

Orion. Anthologn. V, 1, p. 46. ed. Schneidew. Stob. Ecl. phys. I, 4, 47, p. 130 ed. Heer. sine auct. et fab. nom.

Δοκεῖς τὰ τῶν θεῶν ξυνετὰ νικήσειν ποτέ,
καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπῳκίσθαι βροτῶν·

XXXI.

Nolo diviti ipse pauper munera dare,
ne insipientem me judices, aut ego donans poscere [videar.

256.

Justorum enim leges magnos auctus afferunt;
sed instar omnium profecto hominibus
hæ divitiæ sunt, si quis deum colat.

257.

C. In multis, o fili, dii homines frustrantur.
A. Facillimum est quod dicebas, incusare deos.

258.

Simplex oratio est : ne loquare pulchre : pulchre [enim
dicere malum est, si quam noxam affert.

259.

Iræ impotenti multa insunt indecora.

260.

Violentiæ ac feritati si lenitas
conjungitur, nimium temperare solet.

261.

Censes, te deorum consilia superaturum esse
et Justitiam longe remotam a mortalibus habitare :

ἡ δ' ἐγγύς ἐστιν, οὐχ ὁρωμένη δ' ὁρᾷ,
ὃν χρὴ κολάζειν τ' οἶδεν· ἀλλ' οὐκ οἶσθα σὺ,
ὁπόταν ἄφνω μολοῦσα διολέσῃ κακούς.

Vs. 1 cod. Vatic. Stob. et Orio præbent νικήσειν pro vulg. νικῆσαι, simulque Orio vitiosum σὺ, quod Stobæi codd. post θεῶν habent, omittit. Vs. 2 cod. Vatic. et Orio : Δίκην που μακρὰν ἀποκεῖσθαι, quod Grot. mutavit in που μάκρ' ἀποικεῖσθαι. At recte Schneidewinus monuit, nec μάκρ' ἀποικεῖσθαι nec omnino ἀποικεῖσθαι dici, sed ἀποικεῖν. Ipse igitur vestigia scripturæ in cod. Escurial., qui ἀπωκῖσθαι exhibet, sequutus correxit, Δίκην μακρὰν ἀπῳκίσθαι, quod multo magis mihi arridet, quam quod mihi olim in mentem venerat : Δίκην μακρὰν ἀποικεῖν που βροτῶν. — Vss. 4, 5 omittit Orio. — Vs. 5 codd. ἀμφωμολοῦσα, quod Grot. correxit. — Archelai hæc verba esse facile quisque concedet.

XXXVIII. (262.)

Orion. Anthologn. III, 2, p. 45 ed. Schneidew.

Μακάριος, ὅστις νοῦν ἔχων τιμᾷ θεὸν,
καὶ κέρδος αὐτῷ τοῦτο ποιεῖται μέγα.

Mihi Chori videntur verba esse sub finem fabulæ pronuntiata.

XXXIX. (263.)

Orion. Anthologn. VIII, 2, p. 52 ed. Schneidew. Stob. CV, 31 :

Πάλαι σκοποῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν,
ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔστη, χὼ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

Orio vs. 1 σκοπῶμεν, vs. 2 οὐ γὰρ ἀσφαλῶς, vs. 3 πίπτει δ' ὁ πρὶν εὐτυχῶν. Ἀσφαλῶς est etiam in Paris. A., μεταβάλλουσιν pro μεταλλάσσουσιν, et vs. sq. πίπτει. — Choro hos vss. esse assignandos manifestum est.

XL. (264.)

Stob. Ecl. phys. I, 4, 35, p. 144 ed. Heer.

Τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμεν' ὀρθῶς
τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλθεν.

Hos versiculos sub finem fabulæ a Choro cantatos esse jam Musgravius intellexit. Both. ἦλφεν pro ἦλθεν.

Ad Archelaum Euripidis porro referuntur : primum a Welckero p. 705 versus qui sine auct. et fab. nom. citantur ab Æliano V. H. III, 29 et Diog. Laert. VI, 38, nisi forte Diogenis tragici verba sunt, de quo Diog. l. c. agit :

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον.

Si huc pertinent, pravi consiliarii sunt; cf. fgm. XVIII. XIX.

Deinde a Schneidewino (Conject. crit. p. III) et Hartungo (II, p. 563) versus qui pariter sine auct. et fab. nom. exstat ap. Herodian. Περὶ σολοικ. in Boisson. An. Gr. vol. III, p. 245 : ... καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιατικῆς γενικήν·

Τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ' εὐανδρησίας.

ΑΥΓΗ.

Auges historiam narrat Hygin. fab. XCIX sq. : *Auge, Alei filia, ab Hercule compressa, quum partus adesset, in monte Parthenio peperit, et ibi eum exposuit. Eodem tempore Atalante, Iasi filia, filium exposuit ex Meleagro natum. Herculis autem filium cerva nutriebat. Hos pastores inventos sustulerunt atque nutrierunt, quibus nomina imposuerunt, Herculis filio Telephum, quoniam cerva nutrierat; Atalantes autem Parthenopæum, quoniam virginem simulans in monte Parthenio eum exposuerat. Ipsa autem Auge patrem suum timens profugit in Mysiam ad regem Teuthrantem : qui quum orbus esset liberis, hanc pro filia habuit.* Accuratius Apollod. (II, 7, 4; III, 9, 1) puerum recens natum ab Auge matre, Minervæ sacerdote, Tegeæ in templo deæ expositum, mox autem ab Aleo inventum in Parthenium missum ibique a cerva nutritum esse tradit. Rem ita in tragœdia institutam fuisse docent fgm. II, III, et schol. Aristoph. Ran. 1112. Cum his cf. Strab. XIII, p. 915, B : « Euripides dicit, Augen ab Aleo patre una cum filio Telepho in cistam inclusam atque in mare dejectam esse; cistam vero Minervæ benevolentia trajectam in Caici fluminis os invectam esse. Ibi vero Teuthrantem corpora excepisse et illam pro uxore, hunc pro filio habuisse. »

---

sed propinqua ea est, nec ipsa visa videt tamen, et scit quem supplicio afficere deceat. Tu vero nescis, quando repente accedens eversura sit pravos.

262.

Beatus ille, qui ratione præditus deum colit, atque id ipsum magnum ei lucrum affert.

263.

Dudum contemplor casus humanos, quantas mutationes subeant : qui enim lapsus fuerit, rectus iterum stat, quique fortunatus antea, cadit.

264.

Quæ non recte acta sunt, recte auctoribus in perniciem vertebantur.

Paus. VIII, 4, 6. Inde cognoscitur, partem fabulæ Tegeæ, partem in Mysia actam esse. Scenæ eam esse commissam Ol. XCII, 2 cum Ixione et Melanippa Vincta suspicatur Hartung. II, p. 383.

I. (265.)

Schol. (Eurip.) Rhes. vs. 419 : Ἄμυστιν· οἱ μὲν ποτηρίου εἶδος ἐπιτηδειότητα ἔχον πρὸς τὰς ἀμυστὶ πόσεις, ὡς ἐν αὐτῇ (Αὐγῃ correxit G. Hermannus De fragm. poet. in Scholl. Vatic. in Troad. et Rhes. p. 9, Opusc. V, p. 189, et reliqua sic constituit :)

— σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς
ἕλκουσι . . . . τὰς ἀμυστίδας.

Auges verba esse videntur, quæ, quum σὺν τῷ dixerit, Herculem haud dubie voluit intelligi; cf. fgm. II.

II. (266.)

Stob. XVIII, 20.

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'· ὁμολογῶ δέ σε
ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Hæc verba hominis cujusdam delictum aliquod ebrietate excusantis esse facile apparet. Crediderunt igitur interpretes, Herculem ea loquutum esse, quum Alcid. Rhet. p. 70 ed. Reisk. narraverit : ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα (Αὔγην) ἐν τῷ νεῷ ὑπὸ μέθης συνεγένετο. At Hercules in hac fabula partes nullas habuisse potest. Bene igitur Matth. eo difficultatem expedivisse videtur, ut Augen rem in prologo narrantem ipsius Herculis verbis usam esse diceret. Quam rationem Both. frigidam judicans correxit : ἐξέστησεν. Hartung. l. c. tacite σοὶ pro σὲ dedit.

III. (267.)

Clem. Alex. Strom. VII, 4, § 23 (p. 841 fin. P.): Εὖ δὲ καὶ ἡ αὐτὴ (Αὔγη correxit Valck. Diatr. p. 164) δικαιολογουμένη πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπὶ τῷ χαλεπαίνειν αὐτῇ τετοκυίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ λέγει·

Σκῦλα μὲν βροτοφθόρα
χαίρεις ὁρῶσ' ἀπὸ νεκρῶν ἐρείπια·
κοὐ μιαρά σοι ταῦτ' ἔστιν· εἰ δ' ἐγὼ 'τεκον,
δεινὸν τόδ' ἡγῇ —

καίτοι καὶ τὰ ἄλλα ζῷα ἐν τοῖς ἱεροῖς τίκτοντα οὐδὲν ἀδικεῖ. — Vs. 2 metro laborantem sic correxit Grot. : ὁρῶσα κἀπὸ, quod Heath. mutavit in ὁρῶσα καὶ approbante Hartungo. Valck. l. c. χαίρεις ὁρῶσα τῶν κτλ. Both. ὁρῶσά που κτλ. Jacobs. Exercit. in vett. scriptt. I, p. 216. ὁρῶσ' ἀπὸ νεκύων, quod recipiendum videtur, Boissonad. ὁρῶσα χαίρεις ἀπὸ νεκρῶν ἐρειπία. — Auges verba esse Clemens ipse docet.

IV. (268.)

Stob. XXII, 7.

Ποῖ; πῶς δὲ λήσει; τίς δὲ νῷν πιστὸς φίλος;
ζητῶμεν· ἡ δόκησις ἀνθρώποις κακόν,
καὶ τοὐπιχειρεῖν ἐξαμαρτάνειν φιλεῖ.

Versus ex colloquio Auges cum nutrice desumpti videntur. Quærit enim Auge, ubi filium recens natum condat, et hominem fidum, cui totam rem committere possit, inveniat. Talem vero hominem re vera repertum esse credibile est, atque is ab Aristophane (Ran. 1112) προαγωγοῦ vocabulo significari videtur.

V. (269.)

Stob. LXIII, 11.

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν
καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν
οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Hæc verba fortassis ex eodem Auges cum nutrice dialogo deducta sunt sive a Choro sive a nutrice, sive ab Auge ipsa pronuntiata. — Vss. 1, 3 et 4 etiam Athen. (XII, p. 600, D) citat, sed ita : ὅστις Ἔρωτα μὴ μόνον κρίνει θεόν. — Vs. 2 Both. scribi mavult ὑπέρτερον.

VI. (270.)

Stob. CV, 15.

Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν, οὐχ ἡμῖν μόνον,

265.

— cum eo fortibus
largisque haustibus biberunt.

266.

Nunc vero vinum mihi mentem turbavit; confiteor autem,
me injuria te affecisse; atqui injuria minime voluntaria fuit.

267.

Spolia interfectorum
intueri gaudes, cadaverum reliquias;
neque hæc impura tibi sunt. Si ego peperi.
nefarium hoc censes.

268.

Ubi? qua ratione latebis? quis nobis certus amicus?
Quæramus. Opinio malum est hominibus,
et fallere solet conantes.

269.

Quisquis Amorem non magnum deum esse
et omnium deorum potentissimum censet :
aut stupidus est, aut pulchri imperitus
ignorat summum hominibus deum.

270.

Omnibus enim mortalibus, non nobis tantum,

ἢ καὶ παραυτίκ' ἢ χρόνῳ δαίμων βίον
ἔσφηλε, κοὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ.

Welck. probabiliter hæc verba Aleo regi, in cujus notitiam res nescio quo casu pervenerat, assignasse videtur.

VII. (271.)

Stob. XXXVII, 20.

Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς ὠφελεῖ τὰς συμφοράς.

Auge his verbis ad patris querelas respondisse videtur. — Τὸ γὰρ Grot. correxit pro vulg. τὸ δ'.

VIII. (272.)

Stob. LXXVIII, 4.

Τίς δ' οὐχὶ χαίρει νηπίοις ἀθύρμασιν;

Auge patrem, ut sibi ignosceret, orasse ejusque misericordiam conciliare infanti voluisse videtur.

IX. (273.)

Stob. LXXIII, 41.

Γυναῖκές ἐσμεν· τὰ μὲν ὄκνῳ νικώμεθα,
τὰ δ' οὐκ ἂν ἡμῶν θράσος ὑπερβάλοιτό τις.

Bene Matth. Augen de se verba facere suumque delictum contra patris exprobrationes excusare intellexit.

X. (274.)

Stob. XLVI, 9.

Οὐ τῶν κακούργων οἶκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης.

Alei regis verba esse videntur, quem Auge variis argumentis precibusque frustra placare conata fuerat.

XI. (275.)

Apollon. Dysc. in Bekk. An. Gr. p. 514, 10 : Καὶ ἐν Αὔγῃ·

Καὶ βουθυτεῖν γὰρ ἠξίους ἐμὴν χάριν.

Non improbabiliter Matth. Minervam his vss. in fine fabulæ auxilium pollicitam esse conjecit.

XII. (276.)

Stob. XLIX, 3.

Κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι
χαίρουσιν ὀλίγῃ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ·
τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον,
κἂν σμίκρ' ἔχῃ τις, μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.

Cujus hæc verba sint, vix explores; attamen ab aliquo regi maledicente pronuntiata esse manifestum est. Vs. 2 Both. ὀλόῃ pro ὀλίγῃ, sed ὀλίγῃ μοναρχία idem est atque ὀλίγων μοναρχία vel ὀλιγαρχία. Cf. Æol. fgm. XI, Æsch. Sept. 28, Belleroph. fgm. VII. — Vs. 3 exhibet etiam Philo Jud. Quod omn. prob. lib. sit § 20 (p. 886 Pf. p. 467 Mang.).

XIII. (277.)

Hesych. : Ἀπενήσω· ἀπέβαλες. Εὐριπίδης Αὔγῃ. Valck Diatr. p. 164 verbum ἀπονήσασθαι a Choro de deposito Auges onere adhibitum esse conjecit.

XIV. (278.)

Hesych. : Διέφθειρε· διῆγεν. Εὐριπίδης Αὔγῃ. Legendum esse διέφερε monuit Kust.; cf. Pflugk. ad Herc. F. 75.

XV. (279.)

Hesych. : Κέρας ὄρθιον· ἡ νευρά. Εὐριπίδης ἐν Αὔγῃ.

XVI. (280.)

Gramm. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 116, 2 : Φιλοτραφής, ὃν ἡ συνήθεια φιλοτρόφον λέγει. Εὐριπίδης Αὔγῃ.

Ad Augen haud male Welck. p. 765 retulit locum Plut. Sympos. IX, 1 (p. 736, E) : Καὶ ὁ παρὰ Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ πρόθυμος ἦν ᾄδειν μετὰ τὸ δεῖπνον, ὥστε προσέπεμψεν αὐτῷ τὸν υἱὸν ἔτι παιδάριον ὄντα τὸν Φίλιππον, ἐπιβαλὼν εὐθύς·

Τὸν παῖδά μοι τόνδ' ἀξίως Ἡρακλέους
ἡμῶν τε θρέψαι.

---

aut statim aut post aliquod tempus, deus
vitam subvertit, nemoque in perpetuum felix est.

271.

Æquitas mentis enim miserias lenit.

272.

Quis non delectatur puerorum lusibus?

273.

Mulieres sumus : partim metu vincimur,
partim vero audaciam nostram nemo superet.

274.

Non maleficos, sed justitiam miserari decet.

275.

Nam et boves immolare mea causa fas putabas.

276.

Male autem pereant omnes, qui tyrannide
gaudent et paucorum in civitate dominatu.
Libertatis enim nomen quantivis pretii est,
et licet pauca aliquis habeat, multa habere creditur.

277.

Deponebas.

278.

Peregit.

279.

Cornu rectum (vel nervus).

280.

Libenter nutriens.

Hæc verba, a Pors. (ad Med. 675) etiam Euripidi vindicata, optime Augæ conveniunt et locum post fgm. III habuisse videntur.

ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Fabulæ argumentum præbet Hygin. fab. CCI : *Mercurius Autolyco, ex Chione quem procreaverat, muneri dedit ut furacissimus esset nec deprehenderetur in furto, ut, quidquid surripuisset, in quamcumque effigiem vellet, transmutaretur, ex albo in nigrum vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo, in mutilum ex cornuto. Is quum Sisyphi pecus assidue involaret, nec ab eo posset deprehendi, sensit eum furtum sibi facere, quod illius numerus augebatur et suus minuebatur. Qui ut eum deprehenderet, in pecorum ungulis notam imposuit. Qui quum solito more involasset et Sisyphus ad eum venisset, et pecora sua ex ungulis deprehendit quæ ille involaverat, et abduxit. Qui quum ibi moraretur, Sisyphus Anticliam Autolyci filiam compressit, quæ postea Laertæ data est in conjugium, ex qua natus est Ulysses. Ideo nonnulli auctores Ulyssem dicunt Ypsipylon* (*Sisyphion*, Σισύφου υἱόν). *Ob hoc Ulysses versutus fuit.* Autolyci mores, quales in hac fabula repræsentati fuerint, expressisse se profitetur Tzetz. Chil. VIII, 422 sq. Duas hujus fabulæ editiones exstitisse ex Athenæo (cf. fgm. I) discimus, nisi forte Athenæus hanc notitiam errori debet aut ipse erravit. Hartung. (II, p. 126) fabulam cum Supplicibus, Œnomao et Andromacha Ol. XC, 2 actam, et alteram Autolyci editionem a Sisypho non diversam fuisse dicit.

I. (281.)

Athen. X, p. 413, C : Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ φησί·

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα,
οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους.
Οἳ πρῶτα μὲν ζῆν οὔτε μανθάνουσιν εὖ,
οὔτ' ἂν δύναιντο· πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος,
κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός;
οὐ δ' αὖ πένεσθαι καὶ ξυνηρετμεῖν τύχαις
οἷοί τ'· ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ
σκληρῶς διαλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανα.
Λαμπροὶ δ' ἐν ἥβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν,
τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.
Ἐμεμψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον,
οἳ τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι
τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν.
Τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων χερὶ
θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
στάς· ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε κἀγαθοὺς
φύλλοις στέφεσθαι, χὤστις ἡγεῖται πόλει
κάλλιστα, σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
ὅστις τε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακὰ,
μάχας τ' ἀφαιρῶν καὶ στάσεις· τοιαῦτα γὰρ
πόλει τε πάσῃ πᾶσί θ' Ἕλλησιν καλά.

Vss. 1 — 9, 16 — 22 præbet etiam Galen. Protrept. vol. II, p. 10 ed. Chart. (vol. I, p. 23 ed. Kühn.) — Vs. 1 γὰρ Galen. et Eustath. ad Il. ψ', p. 1299, 20, qui hunc vs. citat. Athenæi codd.

281.

Mala quamvis enim innumera in Græcia sint,
nihil athletarum genere pejus est.
Qui primum vivere nec bene didicere,
nec possunt. Quomodo enim, qui
malorum servus est ac ventri deditus,
plus divitiarum quam pater acquirat?
Neque rursus pauperes esse et concordare cum
fortuna possunt : nam moribus haud bonis assueti
difficulter ferunt, quum in calamitates incidunt.
Juventutis tempore pulchri et spectaculum urbis
incedunt; at si tristis senectus advenit,
pereunt velut filis amissis lacernæ.
At Græcorum etiam morem improbo,
qui, illorum causa conventus habentes
inutiles voluptates propter epulas amant.
Quis enim lucta excellens, quis celeri pede,
aut discum tollens, aut maxillam bene verberans,
corona accepta patriæ profuit?
An cum hostibus pugnabunt discos in manibus
tenentes, an per scuta manu
pulsantes hostes patria ejicient?
Nemo talia nugatur, quum ad ferrum
prope stat. Viros igitur sapientes probosque
fronde coronare oportebat, et quicunque optime
rem publicam administrat, prudentiæ ac justitiæ
particeps; et qui dicendo res perniciosas avertit,
pugnas dissidiaque componens. Talia enim
et universæ civitati et omnibus Græcis decora sunt.

γέ. — Vs. 3 Galen. οὐδέ. — Vs. 4 Galen. ὅτ' ἄν. — Vs. 5 Galen. ἡττημένους. — Vs. 6 Galen. εἰς ὑπεκτροφὴν πατρός. De significatione dictionis εἰς ὑπερβολὴν, quam Athen. præbet, cf. Valck. ad Hipp. 938. — Vs. 7 Galen. πένεσθαι κἀξυπηρετεῖν. — Vs. 8 Galen. omittit οἷοί τ'. — Vs. 9 Galen. μεταλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανον. — Vs. 12 citat etiam Diog. Laert. I, 56, ubi est τρίβωνες ἐκλείποντες. — Vs. 16 Galen. τίς γάρ. Athen. τί γὰρ aut τί δ'. — Vs. 17 Galen. πλήξας pro παίσας. — Vs. 20 Galen. ποσὶ pro χερὶ, et init. vs. sq. θέοντες, pro quo Musgr. et Matth. θένοντες. — Vs. 22 exstat etiam ap. Plut. De genio Socr. 12 (p. 581, F) et Præcept. ger. reip. VI, 7 (p. 803, B). — Vs. 26 ὅστις γε codd.; τε correxit Musgr., quod cum Dindorfio recipere non dubitavimus.

II. (282.)

Pollux On. X, 111 : Εὐριπίδης μὲν εἴρηκεν ἐν Αὐτολύκῳ σατυρικῷ· τοὺς ὄνους τοὺς λαρκαγωγοὺς οἴσειν ἐξ ὄρους ξύλα. Hinc Musgr. elicuit vs. :

τοὺς ὄνους
τοὺς λαρκαγωγοὺς ἐξ ὄρους οἴσειν ξύλα.

Sed rectius fortasse uno troch. tetram. hæc comprehenderis.

III. (283.)

Pollux On. X, 178 :... καὶ Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύκῳ εἰπόντος· Σχοινίνας γὰρ ἵπποισι φλοΐνας ἡνίας πλέκει. De versibus hinc restituendis videant alii.

ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ.

Bellerophontis quale fuerit argumentum, non tam obscurum est, quam Matthiæo videbatur. Nam etsi quæ Hom. Il. VI, 155-211, Apollodorus II, 3, 1,2, Jo. Malalas Chronogr. IV, p. 102 sq. tradunt, quatenus ad Bellerophontem et Prœti uxorem spectant, non in hac tragœdia, sed in *Sthenebœa* (quam conferas) expressa erant, et in *Bellerophonte* nonnisi in prologo narrata esse poterant, tamen huc pertinent, quæ refert Schol. Aristoph. Ach. 426, Pac. 146, 76, 135, Ran. 870, collato Schol. Pind. Ol. XIII, 132 et Schol. Hom. Il. VI, 155. Unde apparet, Bellerophontem in Pegasum aligerum ascendisse, ut in cælum ad deos evolaret; Jovem vero iratum misisse œstrum, qui Pegasum pungeret, quo facto ipsum dejectum esse claudumque vestibus conscissis in campo Aleio circumerrasse; denique vero hoc casu meliora edoctum stultitiam suam intellexisse et æquo tranquilloque animo mortem obisse. Homeri narrationem si simul respicimus, Bellerophontes, postquam deorum auxilio multa præclare gesserat summaque felicitate usus erat, eorum odium sibi contraxit ac multa mala perpessus est (cf. Il. VI, 200 sq.) Itaque tristitia ejus animum occupavit (cf. Aristot. Probl. XXX, 1, Galen. De medic. 13), et ipse, ut Cicero (Tusc. VI, 26, 63) Homeri verba Latine reddens dicit,

miser in campis mœrens errabat Aleis,
ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Neque dubium esse potest quin deos maxime insolentia ac superbia sibi infensos reddiderit. Quare Hor. (Carm. IV, 11, 15) cum Phaethonte eum comparat, et si auctorem epistolarum, quæ Socratis nomine circumferuntur (I, p. 7 Orell.), consulis, probabile fit ipsisque fragmentis confirmatur, Bellerophontem in scenam inductum esse superbum, stomachosum, male contentum, de justitia deorum non modo dubitantem, sed cum diis vel litigantem eosque negantem (cf. fgm. II — X), ideoque in cœlum tetendisse, non, ut Matthiæo visum est, ut inter deos securam ageret vitam, sed ut cœlum exploraret (cf. schol. Hom. l. c.) et a diis, si qui essent, rationem exposceret. — Illis adde, quæ tradit Schol. Aristoph. Ran. 1050 (1075) : Σθενέβοια δέ ἐστιν, ἣν Ὅμηρος Ἄντειαν λέγει, ἥτις ἠράσθη τοῦ Βελλεροφόντου· οὗ μὴ ὑπακούοντος κατεψεύσατο πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα Προῖτον ὡς βιαζομένη· καὶ ὃς ἔπεμψε τοῦτον εἰς τὸν πενθερὸν αὐτοῦ ἀναιρεθησόμενον. Ἐλθόντος οὖν ἐκεῖσε Βελλεροφόντου καὶ καθαροῦ φανέντος, μὴ φέρουσα τὴν αἰσχύνην ἡ Σθενέβοια κωνείῳ ἐχρήσατο. Consentit Hygin. fab. LVII. Quæ quum in *Sthenebœa* locum habere non potuerint, — nam ibi Sthenebœa a Bellerophonte in mare præcipitata est, — in Bellerophonte exstiterint necesse est, et, ni fallor, in prologo narrata fuerunt. — Hæc sunt quæ de argumenti summa scimus, sed iis non totam fabulam contineri potuisse, facile intelligitur. De reliqua tragœdiæ parte vero, ut optime Welckerus p. 796 sqq. perspexit, egregie edocemur opere cælato, in columna decima quinta templi Cyziceni [ἐν δὲ τῷ πεντεκαιδεκάτῳ (κίονι) Βελλεροφόντης ὑπὸ τοῦ παιδὸς Γλαύκου σωζόμενος, ἡνίκα, κατενεχθεὶς ὑπὸ τοῦ Πηγάσου εἰς τὸ Ἀλήϊον πεδίον, ἔμελλεν ὑπὸ Μεγαπένθους τοῦ Προίτου φονεύεσθαι] et epigrammate sculpturæ subjecto (cf. Jacobs. An-

282.

Asinos, qui carbones gerant, e montibus ligna portaturos esse —

283.

Juncea enim (scirpea) equis frena plectit.

thol. Gr. vol. XIII. p. 634). Quam imaginem, ut reliquas plerasque huic templo insculptas, ex Euripidea fabula ductam esse, fragmenta ipsa (XI, XXV sqq.) et maxime fragm. XXVIII, ubi aliquis (Bellerophon) filium alloquitur, demonstrant. Inde autem cognoscimus, Megapenthem, Sthenebœæ ex Prœto filium, Bellerophonti, quum in campo Aleio circumerraret, insidias parasse, Bellerophontem vero a Glauco filio servatum esse. Nec improbabile est, quod idem vir doctus conjecit, Sthenebœam, ubi primum ejus fraus innotuerit, mortem sibi consciscere fuisse coactam, sed jurejurando filium antea obstrinxisse, ut matris mortem Bellerophontis cæde ulcisceretur. Itaque Megapenthes, quum ad juvenilem ætatem pervenisset, in Lyciam profectus mox Iobaten avum consilii adjutorem nactus est, quippe qui Bellerophontis virtuti ac gloriæ invideret. Quorum insidias Bellerophonti paratas Glaucus detexit atque irritas reddidit. Attamen non multo post Bellerophon sive fato sive ex vulnere in pugna accepto mortuus est. Quod non sine numinis cujusdam accessu factum esse e fragm. XXX, XXXI liquet. — De tempore, quo fabula docta sit, inde fortasse colligi aliquid poterit, quod Aristophanes in Acharnensibus (quæ comœdia Ol. LXXXVIII, 4 acta est), ejus mentionem injecit; at vero Hartungi ratio, qui eam Ol. LXXXVII, 4 actam cum tribus aliis fabulis (vide ad Antigonam) dicit, perquam incerta est.

I. (284.)

Schol. Eur. Orest. 872: Χῶμα, οὗ συμβαίνει τοὺς Ἀργείους δικάζειν· τάχα δ' ἂν τούτου καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ μνημονεύοι εἰπών·

Καὶ ξεστὸν ὄχθον, Δαναϊδῶν ἑδρασμάτων.

God. Hermann. De Danaid. p. III fin. (Opusc. II, p. 322) ἑδράσματα scribi jussit, recte, ut opinor. Verba ex prologo petita videntur.

II. (285.)

Stob. XCVII. 16. sine nom. fab.

Ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλούμενον
κράτιστον εἶναι φημὶ, μὴ φῦναι βροτῷ·
τρισσῶν δὲ μοιρῶν ἐγκρινῶ νικᾶν μίαν,
πλούτου τε, χὤτῳ σπέρμα γενναῖον προσῇ,
πενίας τ'· ἀριθμὸν γὰρ τοσόνδε προὐθέμην.
Ὁ μὲν ζάπλουτος, εἰς γένος δ' οὐκ εὐτυχὴς,
ἀλγεῖ μὲν, ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται,
ὄλβου διοίγων θάλαμον ἥδιστον χερί·
ἔξω δὲ βαίνων τοῦδε, τὸν πάρος χρόνον
πλουτῶν, ὑπ' ἄτης ζεῦγμ' ἂν ἀσχάλλοι πεσών.
Ὅστις δὲ γαῦρον σπέρμα γενναῖόν τ' ἔχων
βίου σπανίζει, τῷ γένει μὲν εὐτυχεῖ,
πενίᾳ δ' ἐλάσσων ἐστὶν, ἐν δ' ἀλγύνεται,
φρενῶν δ' ὑπ' αἰδοῦς ἔργ' ἀπωθεῖται χεροῖν.
Ὁ δ' οὐδὲν οὐδεὶς, διὰ τέλους δὲ δυστυχῶν,
τοσῷδε νικᾷ· τοῦ γὰρ εὖ τητώμενος
οὐκ οἶδεν, ἀεὶ δυστυχῶν κακῶς τ' ἔχων.
Οὕτως ἄριστον μὴ πεπειρᾶσθαι καλῶν·
ἐκεῖνο γὰρ μεμνήμεθ'· οἷος ἦν ποτὲ
κἀγὼ, μετ' ἀνδρῶν ἡνίκ' εὐτύχουν ποτέ.

Hos vss. ex Bellerophonte petitos esse docet idem Stob. XCVIII, 39, ubi duos priores, et XCVI, 1, ubi vss. 11-14 citat. Ad eosdem respexit Plut. Consol. ad Apoll. 27 (p. 115, C). — Vs. 3 præbent codd. ἓν κρίνω, quod in ἐγκρινῶ correxerunt Pierson. et Gaisf. — Vs. 8 citat Plut. De comm. notitt. 22, 4 (p. 1069, A), sed πλούτου pro ὄλβου exhibet. — Vs. 10 ζεύς τ' ἀνασχάλλει vulg.; ζεύς τ' ἂν ἀσχάλλῃ Paris. A; ζῶν (a man. sec.) τ' ἂν ἀσχάλλοι B. Grot. et Barnes. conj. εὐθὺς ἀσχάλλει, Salmas. et Musgr. ζεύγλαν ἀσχάλλει, ille Æsch. Suppl. 538, hic Iphig. A. 444 conferri jubens. Gaisf. ζεῦγμ' ἂν

284.

Et lævem tumulum, Danaidarum præsidium.

285.

Ego, id quod ubique dictitant,
optimum homini esse aio, non nasci.
Trium vero sortium unam principatum tenere
admittam, et divitiarum, et ejus cui generis nobilitas est, et paupertatis: hunc enim numerum proposui.
Qui dives quidem, genere autem ignobilis est,
dolet quidem, dolet, sed suavissime dolet,
jucundissimum opum receptaculum manu recludens.
Hoc autem destitutus, qui antea dives fuit,
sub calamitatis jugum redactus ægre ferat.
Quisquis autem, superba ac nobili stirpe ortus,
in re tenui versatur, genere quidem felix est,
paupertate vero inferior est, simulque dolet,
et præ animi pudore manuum laborem recusat.
Qui autem undique vilis est et perpetuo infelix,
hac tamen parte vincit: quod bona fortuna
se carere nescit, quum semper infelix ac miser sit.
Ita melius est, prospera nunquam expertum esse:
illud enim memoria tenemus; qualis ego etiam
olim fui et quanta felicitate olim inter homines fruitus sum.

ἀσχάλλῃ, solœce, rectius Boisson. ζεῦγμ' ἂν ἀσχάλλοι, quod cum Dindorfio recepimus; cf. Iph. A. 443, εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτώκαμεν. — Vs. 13 Both. correxit ἔνθ' ἀλγ. collato Xen. Cyr. VII, 4, 15. Sed recte se habet ἐν δέ : cf. Dorvill. ad Charit. p. 275, Elmsl. ad Soph. OR. 965. — Vs. 14 Both. φρενῶν θ'. — Vs. 15 ἡττώμενος Paris. A. — Vs. 17 εἶδεν A. — Vs. 18 ἄμεινον pro ἄριστον A et Gesn. marg. — Vs. 19 et 20 omittit A. Both. ἦν τότε. Hæc verba, sicut ea quæ sequentibus fragmentis (III-X) continentur, Bellerophontis ipsius esse facile ex iis colligi potest, quæ ad argumentum fabulæ de illius moribus, quales in hac tragœdia repræsentati fuerint, disputavimus.

III. (286.)

Stob. VIII, 1.

Δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα
χρείας ἀνάνδρου φάρμαχ' εὕρηται βροτοῖς.

Cf. fgm. II fin.

IV. (287.)

Stob. X, 7.

Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη·
ὅστις δὲ πλεῖστον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὔ,
πλείω δὲ μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν λεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι ψόγον.

Bellerophontis verba sunt; cf. fgm. II fin.

V. (288.)

Senec. Epist. 115 : *Nec apud Tragicos desunt qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutant.*

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.
An dives, omnes quærimus, nemo, an bonus.
Non quare et unde, quid habeas, tantum rogant.
Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil.
Aut dives opto vivere aut pauper mori.
Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum,
cui non voluptas matris aut blanda potest
par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
merito illa amores cœlitum atque hominum movet.

Cum hi novissime versus in tragœdia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad ejiciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu, donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens ut exspectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, *quas in sua quisque dat : nulla enim avaritia sine pœna est, quamvis satis sit ipsa pœnarum.* — Extremi versus etiam Græce passim, velut apud Athen. IV, p. 159, B, Stob. XCI, 4, Maxim. monach. in Gesn. Ed. Stob. a. 1609, p. 221, 20, vulgo sine auctoris et fabulæ nomine sic circumferuntur :

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
οἵας σὺ χοἳ σε δώμασιν κεκτημένοι.
Εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Nisi quod Stob. cod. Paris. A et Maxim. l. c. eos e *Danae* citant. Jam vero aliis locis codicem A ab erroribus non liberum esse vidimus (cf. Antiop. fgm. XXIV, Stheneb. fgm. II) et hoc loco etiam in eodem vs. 4 deest. Accedit quod Seneca de his vss. definitius ac certius loquitur, ut errasse eum credendum sit. Totum autem locum a Seneca laudatum Euripideum esse neque e diversorum poetarum locis conglutinatum, ut Valck. Diatr. p. 165 judicavit, patet ex Exc. Vatic. Diod. Sic. lib. XXXVII-XL, c. 11. (in Ang. Maii Vett. Script. Nov. Coll. vol. II, p. 122) : Τοσαύτην ὁ χρυσὸς ἔχει δύναμιν ἐπὶ κακῷ προτιμώμενος ἀφρόνως παρὰ ἀνθρώποις, οἵτινες διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πρὸς τοῦτον ἐπιθυμίας παρ' ἕκαστα προφέρονται τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν,

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς·

καὶ πάλιν,

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.

286.

Doli autem et arcana consilia ad sublevandam timidorum ignaviam mortalibus reperta sunt.

287.

Quippe innata est omnibus hominibus pravitas.
Quicunque autem maxima mercede accepta
improbus fit, ei quidem non ignoscitur;
sed majoris audaciæ majus præmium ferens
facilius dicacium vituperia ferat.

288.

O aurum, lubentissime a mortalibus receptum,
quippe nec mater tantam voluptatem præbet,
nec liberi hominibus, nec carus pater,
quantam tu quique te domi possident.
Quodsi Venus talem adspectum habet,
nihil mirum, quod innumeros amores movet.

Hic habes primum illorum XII versuum, quos Seneca Latine expressit, neque Euripidi nunc eum assignandum esse negabis. Eandem (sine auctoris et fabulæ nomine etiam apud Anon. schol. ad Aphthon. in Walz. Rhet. Græc. vol. II, p. 24, exstantem) jam Grot. in carminibus Gregorii Nazianz. (vol. II, p. 210, B) inter veterum dicta τὰ μὴ καλὰ invenerat conjunctum cum his versibus :

> κρεῖσσον γάρ, ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
> πένητα ναίειν, δόξαν ἠμπολῃκότα.

Sed illum tantum in Exc. p. 379 inter Bellerophontis fragm. receperat, quia haud dubie duos reliquos ex alia fabula petitos esse arbitrabatur, quum a Seneca Latine non expressi essent. Fugit autem Grotium, Senecam omnino Euripidea ad verbum in Latinum sermonem convertere noluisse, sed sententia potius respecta, id quod ex extremis vss. luculenter cognosci potest, græcos versus in angustum deduxisse. Jam vero quum ex ratione, qua Diodorus hos et illos vss. citavit, tum inde, quod Seneca omnes continuo ordine attulit eosque optime inter se cohærentes, satis apparere mihi videre, omnes ex eadem fabula esse deductos. Atque hanc fabulam fuisse Bellerophontem, jam supra probabile nobis visum est. Rectissime igitur Welck. XII illos vss. a Seneca citatos ad Bellerophontem rettulit, qui optime Bellerophontis menti, qualis supra descripta est, conveniunt et aptissime, si præcedens fgm. respicis, in hac fabula legi potuerunt. — Sed ut ad sex græcos illos revertamur, versum 1 etiam exhibent Sext. Empir. Adv. gramm. XI, 122, p. 713 (p. 570 ed. Bekk.), Lucian. Gall. c. 14; vs. 1 et 2 usque ad voc. παῖδες præbet Athenag. Leg. c. 26, p. 307, C (ed. Hag. Com. 1742); vss. 1 — 4 Sext. Emp. Adv. gramm. I, 279, p. 277 (p. 663 Bekk.), Athen. Apolog. p. 117 (p. 33 ed. Colon.). — Vs. 1 Athenag. ἀξίωμα pro δεξίωμα, Lucian. κτέρας pro βροτοῖς.—Vs. 2 οὐδὲ et τοίας Stob. Sext. Emp., sed Stobæi optimi codd. Paris. A. B. τοιάσδ'. — Vs. 3 ἐν δόμοισιν pro ἀνθρώποισιν Athen. — Vs. 4 deest ap. Stob. — Vs. 6 Athen. ἔχειν pro τρέφειν.

VI. (289.)

Stob. XXXVIII, 13.

> Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες·
> εἰς τἀπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ.

Bellerophontis verba esse videntur. Cf. fgm. II. fin.

VII. (290.)

Stob. XXXVIII, 19.

> Ἤδη γὰρ εἶδον καὶ δίκης παραστάτας
> ἐσθλοὺς πονηρῷ τῷ φθόνῳ νικωμένους.

Cf. fgm. II fin. — Both. πονηρῶν, quo minime opus; cf. Aug. fgm. XII.

VIII. (291.)

Stob. LIV, 19.

> Νείκη γὰρ ἀνδρῶν φόνια καὶ μάχας χερῶν
> δόλοισι κλέπτειν· τῆς δ' ἀληθείας ὁδὸς
> φαύλη τίς ἐστι, ψεύδεσιν δ' Ἄρης φίλος.

Cf. fgm. II fin. — Vs. 1 vulgo erat νίκη... φώνια. Illud Musgr., hoc Grotius correxit. Vs. 2. κλέπτειν bene Gaisf. e Trinc. et Paris. A. pro vulg. κλέπτει dedit. — Vs. 3 verba ψεύδεσιν Ἄρης φίλος exhibet etiam Arsen. Viol. p. 483 ed. Walz. c. lemm. Εὐριπίδου.

IX. (292.)

Stob. LIV, 7.

> Ἀεὶ γὰρ ἄνδρα σκαιὸν ἰσχυρὸν φύσει
> ἧσσον δέδοικα τἀσθενοῦς τε καὶ σοφοῦ.

Hæc verba Bellerophontem non dedecent (Cf. fgm. II. fin), sed in eadem scena cum fgm. XXVI pronuntiata videntur.

X. (293.)

Justin. Mart. De monarch. p. 108, C ed. Colon. 1686 (p. 41, B ed. Hag. Com. 1742).

> Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
> οὐκ εἰσὶν, οὐκ εἴσ' εἴ τις ἀνθρώπων λέγει,
> μὴ τῷ παλαιῷ μωρὸς ὢν χρήσθω λόγῳ.
> Σκέψασθε δ' αὐτὰ, μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις

289.
Aliis invident, qui ipsi inferiores sunt.
Nam invidia, quæ insignia sunt, invadere solet.

290.
Jam enim vidi gnavos justitiæ
satellites maligna invidia victos.

291.
Cruenta enim virorum certamina et manuum
pugnas dolo persequere : nihili autem facienda
est veritatis via : et fallaciis Mars favet.

292.
Semper enim virum robustum sed parum solertem
minus formido quam debilem et sapientem.

293.
Dicetne aliquis, in cœlo revera deos esse?
Non sunt, non sunt : si quis homo esse dicit,
ne insipienter vetere existimatione utatur.
Rem ipsam contemplamini, non verbis meis fidem

γνώμην ἔχοντες· φήμ' ἐγὼ τυραννίδα [ρεῖν,
κτείνειν τε πλείστους κτημάτων τ' ἀποστε-
ὅρκους τε παραβαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις·
καὶ ταῦτα δρῶντες μᾶλλόν εἰσ' εὐδαίμονες
τῶν εὐσεβούντων ἡσυχῇ καθ' ἡμέραν·
πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεοὺς,
αἳ μειζόνων κλύουσι δυσσεβεστέρων,
λόγχης ἀριθμῷ πλείονος κρατούμεναι.
Οἶμαι δ' ἂν ὑμᾶς, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
. . . .
τὰ θεῖα πυργοῦσ', αἱ κακαί τε συμφοραί.

Bellerophontis verba esse nemo non videt. Cf. fgm. II fin. — Vs. 4 Both. αὐτοὶ, Bellerophontem alloqui spectatores dicens. — Vs. 11. δυσσεβεστέρων ex emendatione Grotii scriptum est pro vulg. δυσσεβεστέρῳ. — Post vs. 14 Grotius hunc vs. inseruit : βραχεῖ παρ' αὐτῶν πραγμάτων πεῖραν λαβεῖν, et vs. sq. sic immutavit : τὰ θεῖ' ἀπείργουσ' εἰ κακὰς τὰς συμφορὰς, quod Barnes. recepit. Neque excidisse aliquid negari potest, nec sententiæ disconveniunt quæ Grotius suppleri voluit; neque ea ex Euripidis mente composita esse dubitaverim. Matthiæo tale quid interiisse videtur : αἱ ἔνδειαι τὰ θεῖα πυργοῦσ' αἱ κακαί τε συμφοραί, quum hoc dicere voluerit poeta : deorum opinionem procreatam esse inopia calamitatibusque; nam qui inopia premantur vel in miseria quacunque versentur, eo se erigere, quod numen divinum auxilio sibi fore sperent. Both. nihil excidisse ratus correxit : τὰ θεῖα πυργοῦν ἂν κακαῖς γε συμφοραῖς, « exaggeraturum esse divinam potentiam in mala fortuna. »

XI. (294.)

Stob. CVI, 1.

A. Τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν.
B. Θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος
κακοὺς ὁρῶντας ἐκδίκως τιμωμένους.

Matth. bene hos vss. inter duas personas distribuit; alioquin vs. 1. cum sequentibus non cohæreret; ac profecto, quum verba θνήσκοιμ' ἂν κτλ. admodum similia eorum sint quæ a Bellerophonte pronuntiata esse supra ostendimus, non errabimus, si vs. 2 et 3 eidem tribuimus. Unde consequitur, Bellerophontem alii cuidam mentem suam aperuisse; hunc vero omni modo consolari, placare, refutare illum studuisse. Atque hunc Glaucum, Bellerophontis filium, fuisse, ex epigr. Cyzic. XV et ex fgm. XXVIII verisimile est. Vide quæ de fabulæ argumento disputavimus. Eidem assignanda videntur fgm. XII-XV et fortasse inc. fab. fgm. LXVII.

XII. (295.)

Stob. VII, 1.

Θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει.

Amici Bellerophontem consolantis atque mitigantis verba esse videntur; cf. fgm. XI.

XIII. (296.)

Stob. Ecl. phys. I, 5, 2, p. 154 ed. Heer.

Πρὸς τὴν Ἀνάγκην πάντα τἄλλ' ἐστ' ἀσθενῆ.

Cf. fgm. XI.

XIV. (297.)

Stob. Floril. CXI, 9.

Ὁρᾷς δ' ἀέλπτων μυρίων ἀναστροφάς·
πολλοὶ μὲν οἶδμα διέφυγον θαλάσσιον,
πολλοὶ δὲ λόγχαις πολεμίων ἀμείνονες
ἥσσους γεγῶτες κρείσσον' ἦλθον εἰς τύχην.

Cf. fgm. XI.

XV. (298.)

Stob. CVIII, 20; LIV, 14, sine nom. fab. Plut.

---

habentes. Ego enim dico, tyrannidem plurimos
necare ac divitiis privare, eosque, qui
jusjurandum violaverint, urbes evertere.
Atque hoc facientes multo feliciores sunt,
quam qui quotidie tranquille ac pie vivunt.
Civitates minores scio deûm colentes,
quæ majoribus minus religiosis serviunt,
majore hastarum numero domitæ.
Censeo autem, vos etiam, si quis otiosus
deos precetur neque manu victum quærat :
. . . .

294.

A. Honos te præ aliis superbire facit.
B. Moriar; operæ enim non pretium est
lucem aspicere videnti malos immerito honoratos.

295.

Contra res adversas multum valet audacia.

296.

Infirma cuncta, si ingruat Necessitas.

297.

Vides autem rerum insperatarum sexcentas esse [vicissitudines.
Multi enim maris quidem æstum effugerunt,
multi vero hostibus armorum usu præstantes,
si (postea) vincebantur, in meliorem sortem inci- [derunt.

298.

Rebus enim irasci neutiquam æquum est :
ipsis enim nihil curæ est. Sed qui in eas incidit
si res scienter tractat, bene agit.

De tranqu. anim. 4 (p. 467, A) et De vit. Hom. p. 1194 Wyttenb. sine auct. et nom. fab., Arrian. Diss. Epict. II, 5.

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' οὑντυγχάνων
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράσσει καλῶς.

Cf. fgm. XI. Apud Stob. LIV, 14 hi vss. duos alios ita subsequuntur, ut omnes ex eadem fabula ducti videantur. Sed quum duo priores cum reliquis, quos e Bellerophonte petitos esse testimoniis supra allatis constat, non cohæreant et insuper nonnulli Erechthei loci ap. Stob. præcedant, recte Barnes. judicasse videtur, qui duo diversa fragmenta coaluisse ratus priores vss. discrevit atque inter Erechthei fgm. (XVIII) retulit. Vs. 2 οὑντυγχάνων scriptum est ex correctione Valckenarii ad Phœn. 221, quum in codd. esset ἄλλου τυγχ. vel ἀλλ' οὖν τυγχάνων.

XVI. (299.)

Stob. C. 3.

Πρὸς τὴν νόσον τοι καὶ τὸν ἰατρὸν χρεὼν
ἰδόντ' ἀκεῖσθαι, μὴ 'πιτακτὰ φάρμακα
διδόντ', ἐὰν μὴ ταῦτα τῇ νόσῳ πρέπῃ.

A Bellerophonte amici consolationes rejiciente dicta videntur.—Vs. 2 Paris. A. ἰᾶσθαι pro ἀκεῖσθαι quod genuinum fortassis est. Nam Euripides etiam in ἰατρὸς corripere ι non dubitavit; cf. inc. fab. fragm, XLIII, CCXXXI. Both. perperam intelligens verba ἐπιτακτὰ φάρμακα (remedia quæ medica arte præscribuntur) correxit : μήτ' ἐπακτὰ (h. e. remedia ascititia).

XVII. (300.)

Stob. C, 4.

Νόσοι δὲ θνητῶν αἱ μέν εἰσ' αὐθαίρετοι,
αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ
ἰώμεθ' αὐτάς· ἀλλά σοι λέξαι θέλω,
εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί.

Ejusdem Bellerophontis verba esse manifestum est. — Vs. 2 citant etiam Plut. De. aud. poet. p. 21, A, De Stoic. repugn. 33 (p. 1049, E), Justin. Mart. De mon. p. 41, B (ed. Hag. Com. 1742); sed Plut. priori loco et Just. φαῦλον pro αἰσχρὸν exhibent. Stob. Paris. A. πάρεισιν ἔχομεν ἀλλά.

XVIII. (301.)

Schol. ad Aristophanis (Pac. 76 sq.) verba : Ὦ Πηγάσιόν μοί φησι, γενναῖον πτερὸν, Ὅπως πετήσει μ' εὐθὺ τοῦ Διὸς λαβεῖν, adnotat : παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου· ἐκεῖνος γὰρ διὰ Πηγάσου τοῦ πτερωτοῦ ἐπεθύμει εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν·

Ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν.

Eadem habet Suid. v. Ἐώρημα, ubi tamen pro πτερὸν præbet ταχύπτερον, versus explendi causa fortasse ab ipso excogitatum; nam debuisse saltem duobus vocabulis scribi ταχὺ πτερόν recte Matth. monuit. — Fortassis etiam Pac. vs. 77 supra exhibitus Euripideus est. — Porsono quoque vs. 140, Τί δ' ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος, ex Bellerophonte ductus videtur. — Bellerophontem his verbis et quæ fgm. XIX. continentur, Pegasum alloqui in aprico est.

XIX. (302.)

Aristophanis (Pac. 154 sq.) versibus : Ἀλλ' ἄγε, Πήγασε, χώρει χαίρων Χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων Διακινήσας φαιδροῖς ὠσίν, adscribit : καὶ τάδε ἐκ Βελλεροφόντου·

ἴθι χρυσοχάλιν', αἴρων πτέρυγας.

τὸν κάνθαρον τῷ Πηγάσῳ ἀπεικάζων. Cf. fgm. XVII.

XX. (303.)

Schol. Aristoph. Vesp. 754 : « Πάρες ὦ σκιερά· παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου παίζει ταῦτα·

Πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν Εἰνοδία.

Bellerophontis aerem pervolantis verba esse manifestum est. Vs. 4. Both. temere εὐοδίᾳ (h. e.

299.
Ad morbum profecto etiam medicum respicere
nec præscripta remedia exhibere oportet,
nisi hæc morbo ipsi accommodata sunt.

300.
Mortalium autem morbi alii voluntarii sunt,
alii a deis immissi, sed iis lege medemur.
At hoc dictum tibi volo, si dei turpe aliquid
faciunt, non sunt re vera dei.

301.
Age, o cara mihi Pegasi ala.

302.
Vade aureis frenis exornate, alas tollens.

303.
Permitte, o frons umbrosa, ut saltus
fontibus scaturientes superem. Cœlum
quod supra caput est, videre cupio,
et quam stationem teneat Luna.

felici itinere). Cf. enim Pallad. Epigr. in Anth. Gr. vol. I, p. 514, n. 583.

XXI. (304.)

Ad Aristoph. Equit. 1246 : « Κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα » adnotat Schol : ταῦτα δὲ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου· τὸ δὲ κυλίνδετ' ἀντὶ τοῦ κομίζετ'. Scripsit igitur Euripides :

Κομίζετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.

Bellerophontem a Pegaso directum nescio quis in domum his verbis exportari jussit.

XXII. (305.)

Plut. De tranqu. an. 17 (p. 475, C) : Πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, οἷα νόσοι καὶ πόνοι, καὶ θάνατοι φίλων καὶ τέκνων, ἐκεῖνο τὸ Εὐριπίδειον

Οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Eundem vs. afferunt Suid. v. Οἴμοι, Hesych. Miles. p. 23 ed. Meurs., quem ex Bellerophonte petitum esse docet Diog. Laert. IV, 26. Bellerophontes eo usus esse videtur, quum de Pegaso dejectus errores suos cognoverat et merito se pœnas dedisse intellexerat.

XXIII. (306.)

Stob. II, 15. Theoph. Ad Autolyc. II, p. 115 ed. Paris. (p. 378 ed. Hag. Com.)

Οὐδέποτ' εὐτυχίαν κακοῦ ἀνδρός ὑπέρφρονά τ' [ὄλβον
βέβαιον εἰκάσαι χρεὼν,
οὐδ' ἀδίκων γενεάν· ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς
χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας ἐμοί.

Chori verba esse et metrum et argumentum luculenter demonstrant. — Vs. 5 Valck. ἐμοὶ male a librario adjectum esse ratus delevit. Jacobs. Addit. animadv. in Ath. p. 45 in ἀεὶ mutavit, quem sequitur Hartung. II, p. 398; Reisig. Conj. critt. in Aristoph. p. 220 κακότητ' ἄσημον scribi jussit. Apud Theoph. illud ἐμοὶ deest pariter atque verba δικαίους ἐπάγων κανόνας. Both. dedit : δείκνυσ' ἀνθρώπων κακότητ' αἴσιμα.

XXIV. (307.)

Stob. CV, 12.

Ποῦ δὴ τὸ σαφὲς θνατοῖσι βιοτᾶς;
θοαῖσι μὲν ναυσὶ πόρον πνοαὶ κατὰ
βένθος ἅλιον ἰθύνουσι· τύχας δὲ θνητῶν
τὸ μὲν μέγ' εἰς οὐδὲν ὁ πολὺς χρόνος
μεθίστησι, τὸ δὲ μεῖον αὔξων.

Chori verba esse nemo non videt. Hartungus l. c. locum sic correxit ac distinxit : ποῦ δὴ τὸ σαφὲς/θνατοῖσιν βιοτᾶς;/θοαῖσιν μὲν ναυσὶ πόρον/ πνοαὶ κατὰ βένθος ἅλιον/ἰθύνουσι, τύχας δὲ θνα-/τῶν τὰ μὲν μεγάλ' εἰς οὐδὲν/μεθίστησ' ὁ πολὺς χρόνος,/τὰ μείονα δ' αὔξει/. Both. vero vs. 1 θνατοῖς, vs. 2 θοαῖσιν, in reliquis nihil mutavit, nisi quod verba βένθος ἅλιον ad vs. 2 rettulit. — Vs. 3 Paris. A. B. ἅλιαι.

XXV. (308.)

Stob. LXXIII, 20.

Ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγειν
μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν;

Dictu difficillimum est quo hæc verba pertineant. Nam de certa quadam muliere ea prolata esse neminem fugit. Sed quæ fuit illa? si Bellerophontis historiam percurrimus, unam tantum invenimus, qua auctore Bellerophontes multa mala perpessus est, Sthenebœam dico. Facile igitur aliquis conjiciat, de hac sermonem institutum fuisse. At dudum mortua erat Sthenebœa. Quid igitur? Quam difficultatem ut expediret Welck. conjecit, Bellerophontem his verbis nescio cujus sive servi sive Megapenthis ipsius, qui Megapenthi a matre Sthenebœa, antequam obiret, imperatum esse, ut Bellerophontem interimeret, referebat, narrationem interrupisse. Sed equidem nescio, an hoc fgm. potius e Sthenebœa tragœdia petitum errore a Stobæo huc relatum sit, velut Stheneb. fgm. II, præsertim quum Bellerophontes et Sthenebœa fabulæ jam antiquitus commutatæ sint. cf. Schol. Aristoph. Pac. 123 (Stheneb. fgm. V).

304.
Intro movete huncce miserum.

305.
Eheu! quid eheu? humana passi sumus

306.
Nunquam prosperitatem ac superbam opulentiam
mali viri stabilem putare oportet,
neque improborum prosapiam. Tempus enim
nullo patre ortum justam normam admovens
hominum pravitatem patefacit.

307.
Ubi mortalibus in vita aliquid certum est?
Navibus quidem celeribus auræ cursum per maris
profundum dirigunt : sed quod mortalium sortes
attinet, longum tempus id, quod excelsum erat,
ad nihilum redigit, quod tenue vero est, amplifi- [cans.

308.
O omnium pessima atque mulier! quod enim
opprobrium hocce majus in te dicat quispiam?

XXVI. (309.)

Stob. XC. 10.

Οὐκ ἂν γένοιτο τραύματ', εἴ τις ἐγξέσῃ
θάμνοις ἑλείοις, οὐδ' ἂν ἐκ μητρὸς κακῆς
ἐσθλοὶ γένοιντο παῖδες εἰς ἀλκὴν δορός.

Welckero propter Epigr. Cyzic. XV (in Jacobs. Anth. Gr. t. XIII, p. 634) hæc verba a Bellerophonte de Megapenthe pronuntiata videntur. — Vs. 1 in fine cum Heathio scripsimus ἐγξέσῃ pro vulg. ἐγξύσῃ, quippe quod υ producat.

XXVII. (310.)

Stob. Append. in ms. Florent. ap. Gaisf. vol. IV, p. 20 — p. 389 ed. Lips.

Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε,
κακῷ κακός τε συντέτηκεν ἡδοναῖς·
φιλεῖ δὲ θοὐμόφυλον ἀνθρώπους ἄγειν.

Vs. 1 cf. inc. fab. fgm. CCXXXVI. — Versu 2 ad orationem suam accommodato usus est Aristot. Magn. Moral. II, 11 (p. 1209, 35 ed. Bekk.), Ethic. Eudem. VIII, 5 (p. 1329, 22 ed. Bekk.), — Welckero hi vss. a Bellerophonte de Megapenthe et Iobate dicti videntur.

XXVIII. (311.)

Stob. CXV, 2.

Ὦ παῖ, νέων τι δρᾶν μὲν ἔντονοι χέρες,
γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων·
ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον.

Bellerophontes his verbis Glaucum filium alloquutus esse videtur, qui patrem a Megapenthis insidiis servaverat. — Ad eadem respexit Cornut. s. Phurnut. De nat. deor. p. 222 (in Galei Opusc. Myth.), ὡς γὰρ νέων τι δρᾶν εὐτονώτεραι αἱ χεῖρες, οὕτω ψυχαὶ ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ. Vs. 1. Both. haud inepte τοι pro τι. Vs. 2 exstat etiam inter Menandri sent. sing. n. 101, p. 316 ed. Meinek.

XXIX. (312.)

Ælian Hist. anim. V, 34 : Τοιοῦτόν τινα καὶ τὸν Βελλεροφόντην ἡρωϊκῶς καὶ μεγαλοψύχως εἰς θάνατον παρεσκευασμένον ὑμνεῖ ὁ Εὐριπίδης· πεποίηκε γοῦν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λέγοντα αὐτόν·

Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβής, ὅτ' ἦσθ', ἀεὶ
ξένοις τ' ἐπήρκεις, οὐδ' ἔκαμνες εἰς φίλους·
καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. —

XXX. (313)

Plut. De vitios. pud. 3 (p. 529, E) : Οὐδὲ δεῖ τοῖς ἐπαίνοις κηλούμενον ἥδεσθαι, κομψὸν καὶ ἱλαρὸν ἀντὶ σεμνοῦ καὶ μεγάλου καὶ δικαίου προσαγορευόμενον, μήδ' ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος

Ἔπτησσ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ θέλοι

τῷ Βελλεροφόντῃ, τοῖς δεομένοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ συνεκταπεινοῦν, φοβούμενον ἀκοῦσαι τὸ σκληρός γε καὶ ἀπηνής. — Idem in Polit. præc. 11. (p. 807, E) : Ἀγησίλαος δὲ περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὑτοῦ γιγνόμενος ἀσθενέστερος καὶ ταπεινότερος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος

Ἔπτηξ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ μᾶλλον θέλοι,

καὶ ταῖς ἀτυχίαις προθυμότερον βοηθῶν τοῦ δέοντος ἐδόκει συνεξομοιοῦσθαι ταῖς ἀδικίαις. Sermonem esse de Pegaso apparet, qui blanditiis commotus equiti magis obsecundarit, quam ipse voluerit. Petitus est hic vs. cum sequente fgm. haud dubie ex narratione s. epilogo dei a quo non modo Bellerophontis ad cœlum ascensus et interitus, sed qualis etiam postea Pegasi sors fuerit, accurate describebatur. — Pro vitioso altero isto μᾶλλον corrigendum mihi videtur μέλλων, i. e. *cunctans*. Both. vero : ἔπτηξ' (vel ἔπτησσ') ὑπείκων μᾶλλον, εἰ μᾶλλον θέλοι.

XXXI. (314.)

Aristoph. Pac. 721.

Ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ.

ubi Schol. adnotat : ὁ στίχος ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. Cf. fgm. XXX.

Præter hæc fragmenta a Stob. LXVIII, 15 et LXXII, 6 (utroque loco optimi cod. Paris. A. auctoritate) e Bellerophonte versus quidam citantur, qui haud dubie Bellerophontis in Sthene-

309.
Nullum exoriatur vulnus, si quis irraserit
junco palustri : neque ex matre ignava
nascantur liberi ad usum hastæ boni.

310.
Vir autem probus probum nunquam odit,
et malus malo voluptatibus consociatus est;
nam generis cognatio homines agere solet.

311.
O fili, juvenum manus ad agendum quidem efficaces,
meliora autem sunt senum consilia;
tempus enim versutissimus magister est.

312.
Pius semper erga deos fuisti, quam diu fuisti,
hospites sublevasti neque amicis defuisti.

313.
Magis quam (cunctans) volebat, obsequens se submisit.

314.
Sub curru Jovis incedens fulgura fert.

bœa fuerunt. Jam enim antiquitus has duas fabulas inter se commutatas esse ad fgm. XXVI monui.

De versibus porro a Schol. Aristoph. Pac. 96 citatis et ad hanc fabulam a Matthiæo relatis vide Erechth. fgm. V; huc autem pertinet, ni egregie fallor, inc. fab. fgm. CXXXVII.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Fabulæ argumentum præbet Apollod. II, 5, 11 : « E Libya Hercules Ægyptum peragravit, ubi Busiris, Neptuni ex Lysianassa, Epaphi filia, filius regnabat. Is hospites ad aram Jovis oraculo quodam monitus immolabat : sterilitate enim agrorum Ægyptus novem annos laborabat. Phrasius (Thrasius ap. Hygin. LVII.) autem, vaticinandi peritus, e Cypro adveniens hanc sterilitatem desituram esse dicebat, si quotannis virum hospitem Jovi mactaverint. Busiris autem vate illo prius immolato, advenientes deinde omnes jugulabat. Comprehensus igitur Hercules quoque ad aras trahebatur; at disruptis vinculis Busirim ejusque filium Iphidamantem, et præconem Chalbem interfecit. » Consentit Hygin. fab. LVII. Fabulam satyricam fuisse cum ex hoc argumento tragœdiæ parum conveniente colligi potest, tum Osannus (in F. A. Wolfii Anal. Lit. II, p. 536) e loco Diomedis Gramm. p. 488 P. concludit. — Hartungi sententiam, qui (II, p. 360) Busirin atque Lamiam unam fabulam fuisse existimat et ad eandem locos Schol. Plat. Phædr. p. 61 et Diod. Sic. XX, 41, quos ad Protesilaum pertinere hujus libri initio ostendimus, refert, quum ne specioso quidem argumento nitatur, silentio prætermittendam esse duximus.

I. (315.)

Stob. LXII, 21.

Δούλῳ γὰρ οὐχ οἷόντε τἀληθῆ λέγειν,
εἰ δεσπόταισι μὴ πρέποντα τυγχάνοι.

II. (316.)

Hesych. : Ἁγνίσαι, ἀποθῦσαι, Βουσίριδι, ubi viri docti Εὐριπίδης supplendum esse censent.

III. (317.)

Hesych : Ἀτρεχήσασα, ἀκριβωσαμένη. Εὐριπίδης Βουσίριδι.

ΔΑΝΑΗ.

Tragœdiæ summam ex Hor. Carm. III, 16, satis notam accurate cognoscimus ex Apollod. II, 4 hæc tradente : « Acrisio de maribus liberis oraculum sciscitanti deus respondit, filium ex filia natum iri, qui ipsi necem illaturus esset. Id igitur Acrisius pertimescens æneo sub terra cubiculo constructo Danaen inclusit. Hanc, ut nonnulli dicunt, corrupit Prœtus, unde inter eos (sc. fratres) dissidium exortum est. At ut alii narrant, Jupiter in aurum commutatus per impluvium in Danaes sinum delapsus, cum ea concubuit. Postea vero ubi Acrisius Perseum de filia natum esse comperit, a Jove eam compressam esse minime credens, filiam cum infante in cista conclusit atque in mare projecit. Quæ cista quum in Seriphum insulam delata esset, Dictys eam sustulit et puerum educavit. » Cf. Jo. Malal. p. 34 ed. Nieb. Simillima igitur hæc fabula Auges fuit. Ad ejus chorum e virginibus constantem (cf. fgm. IX) spectant, quæ tradit Polluc. On. IV, 16, 111 : Τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν (sc. ἡ παράβασις), ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν· ἐν μέν γε Δαναΐδι (corrige Δανάῃ) τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παρειπεῖν, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. Quæ non ita intelligenda sunt, ut Euripidem re vera comicorum more tragœdiis quibusdam parabasim infersisse credamus, sed chorum argumento fabulæ nonnunquam neglecto ex sua persona loquentem introduxisse, ita, ut masculino genere et numero singulari in dicendo uteretur. Luculentissimum hujus usus exemplum præbet chori canticum in Hippol. vs. 1105 sq., et fortassis in Androm. 422. — Fragmentorum vero numerus tenuior est, quam ut certi quidquam de fabulæ structura inde cognosci possit.

Prologum fabulæ et primæ scenæ initium primus e vetustis bibl. Palat. membranis edidit. Hier. Commelinus in edit. Eurip. vol. II, p. 642 (Heidelberg. 1597). At hæc nequaquam Euripidea, sed media, quam dicunt, ætate ab homine non admodum docto ficta esse, optime Fr. Jacobsius singulari commentatione (inserta in F. A. Wolfii Anal. Lit. IV, p. 392, repetita in Jacobsii Scriptt. var. V, p. 617) demonstravit, ita quidem, ut scrupulus in lectoris mente residere nequeat et ad unum omnes viri docti assenserint.

315.

Servo non licet verum dicere,
Nisi forte domino id utile sit.

316.

Immolare.

317.

Quas diligenter exposuit.

Attamen ea hic recipere non dubitavi. Multa enim his insunt, quæ genuinis fragm. lucem afferunt, et accedo ad Welckeri et Fritzschii sententiam, qui eum, qui hos versus composuerit, aliquam traditionem aut fragmenta ipsa ante oculos habuisse statuunt. Sic v. c. personarum catalogum Pseudoeuripides ille ementitus esse non videtur. A quorum sententia recedere non debebat Hartung. (I, p. 86), qui hanc fabulam iis versibus, qui vulgo ad Archelaum (fragm. I) referebantur, incepisse conjecit. Metri autem et dictionis vitia, quæ in his vss. insunt, recensere noluimus : quæ si quis cognoscere velit, Jacobsii commentationem adeat; sed omnia ita exhibuimus, ut in editione Commeliniana exstant.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΡΜΗΣ.
ΔΑΝΑΗ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΑΚΡΙΣΙΟΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΑΘΗΝΑ.

(318. *a.*)

ΕΡΜΗΣ.

Δόμοι μὲν οἵδ' εὔπυργά τ' ἐρύματα χθονὸς
οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἤσκηται χλιδαῖς·
ἀρχὴν δὲ τῶνδε καὶ θεῶν ἱδρύματα
Ἀκρίσιος εἴληχεν, τύραννος τῆσδε γῆς.
Ἕλλησι δ' Ἄργος ἡ πόλις κικλήσκεται.
Οὗτος δ', ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθεὶς,
Πυθῶδ' ἀφῖκτο, καὶ λέγει Φοίβῳ τάδε·
πῶς ἂν γένοιτο σπέρμα παιδὸς ἐν δόμοις
τίνος θεῶν βροτῶν τε πρευμενοῦς τυχών;
Κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὄπα·
ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος
οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν
φῦσαι δεήσει· κᾆτά πως κείνη ποτὲ
εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ
ὑπόπετρον (ὑπόπτερον Bentl.) λέοντα τέξεται πατρὶ,
ὃς τῆσδέ γ' ἄρξει θἀτέρας (χἀτέρας Matth.) πολλῆς [χθονός.
Τοιαῦτ' ἀκούσας Λοξίου μαντεύματα
γάμων ἀπείχεθ'· ὁ μὲν δέ γε τίκτει λαθὼν,
πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικώμενος.
Δανάην δὲ πρωνόμασε (δ' ἐπωνόμαζε Musgr.) [τήνδ', ὅθ' οὕνεκα
πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παίδων χρόνος·
ἐν παρθενῶσι δ' εὐθὺς, οἷς ἐδείματο,
δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόραις,
εἰς ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.
Εἶθ' ὡς ὁ μακρὸς ηὔξανεν ταύτην χρόνος,
καὶ κάλλος εἶχεν ἔξοχον καθ' Ἑλλάδα,
φίλτροις ἀφέκτοις (ἀφύκτοις Barn.) Ζεὺς κατα- [σχεθεὶς πατὴρ,
εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο·
σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων εἰς μηχανὴν
τοιάνδ' ἐχώρησ', ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
Ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον
κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο.
Χρόνῳ δ' ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα,
εἰς θαῦμ' ἐσῄει, κἀξεπέπληκτο σαφῶς,

(318. a.)

Mercurius.

Domus quidem istæ ac turribus bene cincta hujus
terræ propugnacula non decoribus auro divitibus
ornata sunt; eorum vero imperium et deorum [templa
Acrisius obtinet, hujus terræ rex.
Græcis vero Argos hæc urbs appellatur.
Hic autem masculæ prolis procreandæ cupiditate
captus Pythonem adiit, et Phœbo hæc dixit :
Quonam modo (mihi) fiat semen filii in ædibus,
quo deorum mortaliumve propitio ?
Ille vero perobscuram edidit vocem :
Erit quidem, erit masculæ prolis fœtus
non ex illo; primum enim femineam subolem
procreare oportebit. Deinde vero illa aliquando
cubile clandestinum cognoscens et non cognoscens [tamen
alatum leontem patri pariet,
qui huic et alii magnæ terræ imperabit.
Ille talibus perceptis Phœbi oraculis abstinuit
nuptiis. Idem vero (tandem) inscius genuit
præsenti cupiditate victus.
Hanc autem (quam genuit) Danaen vocavit, quia
multum tempus ad generationem liberorum præ- [terierat.
Statim autem eam in virginalibus cubiculis, quæ
ædificavit, bene custodiendam dat Argivis puellis,
in viri conspectum cavens ne veniret.
Deinde vero, quum longum tempus hanc augeret,
et formam eximiam in Græcia ea haberet,
philtris inevitabilibus Jupiter captus
concumbere clam cum ea cupiebat.
Aperte vero quum rem persuadere ei non posset,
ad machinam hancce confugit : ut in aurum ab
igne intactum conversus, hoc mortalibus optabilem
possessionem esse sciens, per tectum in puellæ
manus flueret. Quæ non cognito occulto dolo
sinu deum influentem excepit.
Denique vero quum se gravidam esse Danae
sensit, mirata et animo aperte perculsa est,

ὡς εἰς τόδ' ἦλθεν, μέμψιν εὐλαβουμένη. [μωμένην)
Φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὁρμωμένη (Barn. ὁρ-
μαθὼν πατήρ νιν, ἐγκατάκλειστον δόμοις,
ὀργῇ χολωθεὶς, καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
τἀληθὲς ὄψει προσκοπούμενος μαθεῖν,
καὶ (κἂν Musgr.) ταῦτ' ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ,
ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι,
τὴν παῖδα καὶ τὸ τεχθέν· Ὧν δέ γ' ἐστάλην,
μύθους Δανάῃ τούσδ' εὐπροσήγορος ἄγων,
ἐκ Διὸς, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν·
ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τἀπεσταλμένα
πράσσειν προθύμως, ὅστις ἄν γ' ᾖ νουνεχής.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος
κατ' ἐμὰν ἦκεν ἀκουάν;
ἔνθ' ἀσπερχὲς μενεαίνουσα
τοῖσδε δώμασι κοιράνου ἀμφίδοξος πελάζω.
Τίς δέσποτιν ἐμὴν Δανάην
βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;
ἣν μήποτ' ὤφελ' εἰς ὦτα φέρειν
ὁ πρῶτος τάδε φράσαι τολμήσας,
ὡς ἐγκύμων εἴληπται χρανθεῖσα λέκτροις
ἀνδρός· πατὴρ δέ μιν κλῄσας
ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι δέμας φυλάσσει.
Ταῦτ' ἐτήτυμα μαθεῖν θέλω.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τύραννον χθονὸς τῆσδ'
Ἀργείας Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα.
Φυγῇ βαρὺς, ὡς δόξαι, κέαρ.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

Σὺ δ', εἰ κατ' οἴκους εὐνοῶν ἐτύγχανες,
οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τόδε θράσους.
. . . .

Inde apparet, Danaen, quum fabula incipiebat, jam gravidam factam patrisque iram timentem custodibus sive deceptis sive corruptis e domo paterna effugisse; mox autem ad patrem reductam ab hoc vehementer increpitam atque exploratam esse, quis ille sit, quocum concubuerit et qua ratione id fieri potuerit. Danae omnia pro veritate narrat; sed quum nimis mirabilia appareant, fidem pater ei denegat eamque muneribus hominis cujusdam divitis atque voluptarii corruptam dicit. Huc spectat fgm. I.

I. (318. b.)

Stob. LXIV, 5.

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ·
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους· ἓν δέ μοι τεκμήριον·
οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν,
ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε.

Acrisii verba esse supra monuimus, quibus idem plura de perniciosa auri vi, de pravitate et avaritia divitum, de miseranda pauperum sorte, quippe qui, licet vulgo longe prudentiores sint, tamen omni modo a divitibus premantur et ubique posthabeantur, et similia subjunxisse videtur. (Cf. fmg. II–V.) — Vs. 1 exstat etiam ap. Plut. Amator. XIII., 13 (p. 757, A), scribentem tamen κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ, eodemque respicit ibid. p. 760, D. — Vs. 5 contra metrum in omnibus codd. legitur ἡβητὴς, quod viri docti certatim correxerunt, Grot. scribendo ἡδυπαθὴς, anapæsto in quartam sedem illato, Scalig. νηπύτης, quod ne græcum quidem

quod in tali conditione versabatur, reprehensionem metuens. Clam vero ex hac terra effugit, sed pater cognita re ira accensus eam in domibus inclusam et tenebris occultam servavit.
Veritatem autem se aspectu cognosse providens decrevit, si hæc vera atque aperta fieri conspicuerit, in mare projicere et filiam et ejus fœtum. Quorum vero causa missus sum a Jove, ut Danaæ hos jucundos ser- [mones afferrem, celerrime declaraturus adveniam.
Ministrum enim alacriter jussa perferre decet, quisquis fuerit mentis compos.

Chorus.

Quis novus hic sermo
ad meas pervenit aures?
Huc sedulo properans
ad has regis ædes animo fluctuante accedo.
Quis dominam meam Danaen
rumor agitat per urbem?
quem nunquam ad aures meas perferre
debebat, qui primus hoc dicere ausus est:
deprehensa est gravida ac polluta
viri congressu; pater vero eam
inclusit in cubicula virginalia corpusque
sigillis custodit. Hæc certo scire velim.
Enimvero jam video regem hujus agri
Argivi ex ædibus prodeuntem.
Propter fugam iratus, ut videtur, ejus est animus.

Acrisius.

Tu vero, si ad ædes nostras benevolus esses,
nunquam ad tantam audaciam progressus esses.

318. b.

Amor enim est ignavum aliquid et ad ignava factus:
amat specula et capillorum tincturas,
fugit autem labores; unum vero mihi signum est:
nemo mortalium victum mendicans amare solet,
in divitibus autem ille validus (?) est.

esse videtur; Piers. ἔχουσι δ' ἐμπέφυκεν ἡϐητὴς ὅδε, male articulo ad ἔχουσι omisso; Musgr. ἀμϐάτης, Gaisf. ἐν τοῖς δ' ἔχουσι χρήματ' ἐμπέφυχ' ὅδε, Jacobs. (Lectt. Stob. p. 10) ἐν τοῖς δ' ἔχουσι θὴρ ἴτης πέφυχ' ὅδε, h. e. in opulentiorum rebus hæc bestia habitat et inhæret; Valck. Diatr. p. 7, ἐν τοῖς δ' ἔχουσ' ἔφηϐος ἐμπέφυχ' ὅδε, Luzac. et Boiss. ἐν τοῖς δ' ἔχουσι πέφυκεν ἡϐητὴς ὅδε, similiter ut Grot. vitioso anapæsto inserto. Hartung. I, p. 93, ἐμπέφυχ' ἡϐῶν ἀεί. Schwenck. in Mus. Rhenan. a. 1844, p. 301, ἤθεος πέφυχ' ὅδε. Ipse olim conjeci ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἐγκρατὴς πέφυχ' ὅδε, nunc autem scribendum puto : ἡδὺ παῖς πέφυχ' ὅδε· cf. fgm. XIV, vs. 6.

II. (319.)

Stob. XCVII, 14.

Φιλοῦσι γάρ τοι τῶν μὲν ὀλϐίων βροτοὶ
σοφοὺς τίθεσθαι τοὺς λόγους, ὅταν δέ τις
λεπτῶν ἀπ' οἴκων εὖ λέγῃ πένης ἀνήρ,
γελᾶν. Ἐγὼ δὲ πολλάκις σοφωτέρους
πένητας ἄνδρας εἰσορῶ τῶν πλουσίων,
καὶ θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεϐεστέρους.

Cf. fgm. I. — Vs. 2 in codd. est σοφοὺς ἡγεῖσθαι, quod correxit Valck. Diatr. p. 8. Both. ἄγασθαι. — Vss. 6 et 7 citat Athen. II, p. 40, C, τέλη explicans θυσίας. Versum 6 ex Athenæo etiam Eustath. ad. Il. μ', p. 892, 39 affert.

III. (320.)

Stob. XCI, 23; XCII, 6.

Ἆρ' οἶσθ' ὁθούνεχ' οἱ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν
πένητες ὄντες οὐδὲν ἐμφαίνουσ' ἔτι,
οἱ δ' οὐδὲν ἦσαν πρόσθεν, ὄλϐιοι δὲ νῦν,
δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν,
καὶ συμπλέκοντες σπέρμα καὶ γάμους τέκνων;
δοῦναι δὲ μᾶλλον πλουσίῳ πᾶς τις κακῷ
πρόθυμός ἐστιν, ἢ πένητι κἀγαθῷ,
κακὸς δ' ὁ μὴ 'χων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλϐιοι.

Cf. fgm. I. — Vs. 2 cod. Paris. A. loco priore ἐμφαίνουσ', altero ἀναφαίνουσ'.

IV. (321.)

Stob. XVI, 6.

Ὅστις δόμους μὲν ἥδεται πληρουμένους,
γαστρὸς δ' ἀφαιρῶν σῶμα δύστηνον κακοῖ,
τοῦτον νομίζω καὶ θεῶν συλᾶν βρέτη,
τοῖς φιλτάτοις τε πολέμιον πεφυκέναι.

Cf. fgm. I. De homine avaro ac tenace sermonem esse manifestum est. — Vs. 3 Pflugk. pro καὶ scribi maluit κἄν.

V. (322.)

Stob. X, 18.

Κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ,
πλὴν εἴ τις· ὅστις αὐτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.

Cf. fgm. I. Welckero Acrisius his versibus filiæ asseverationes repudiasse videtur.

VI. (323.)

Stob. LXXIV, 13.

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

Acrisii in mulierum dolos invehentis verba esse perspicuum est.—Iidem vss. a Stob. LXXIII, 42, Alexidi tribuuntur.

VII. (324.)

Stob. LXXIII, 21.

Ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι
μέλουσι, λόγχῃ δ' ἄνδρες εὐστοχώτεροι·

319.

Solent profecto mortales divitum sermones
prudentes existimare : si vero quis egenus
et tenui domo ortus sapienter loquitur,
ridere. At ego sæpe egenos divitibus
prudentiores esse video, eosque, qui
exigua dona manu diis offerunt, iis
religiosiores, qui boves immolant.

320.

Nonne scis, cur homines nobili loco nati,
si pauperes sunt, claritatis nihil amplius præbeant,
at qui nihil antea erant, nunc vero
opulenti, gloriam consequantur numorum causa
et prosapiam et liberorum connubia commiscentes?
Unusquisque porro malo diviti donare
mavult, quam egeno atque bono.
Malus quippe est, qui nihil habet; qui habent, beati [sunt.

321.

Quicunque domo divitiis referta gaudet
et ventrem defraudans miserum corpus male habet,
hunc crediderim vel deorum simulacra spoliaturum,
et infestum vel dilectissimis esse.

322.

Homo nullus enim divitiis invictus est,
nisi si quis; at quis ille sit, non video.

323.

Nec murus est, nec divitiæ, nec aliud quidquam
custoditu difficile æque ac mulier.

324.

Est enim proverbium quoddam, mulieribus
fallacias curæ esse, viros autem hasta propositum

εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.

Hoc fragmento Danaes ad antecedentia responsio contineri videtur. — Acrisius quum filiæ verbis fidem negaret, eique supplicium minitaretur, Danae ad preces confugit et patrem voluptate ac lætitia quam mater ex liberis hauriret (fgm. VIII) depicta lenire studuit; at vero frustra : pater enim commovetur quidem et ipse liberos, præcipue filios, maximo gaudio sibi fore confitetur (fgm. X et fortasse fgm. XIII), simul tamen sorte hoc bonum sibi negatum ac præceptum esse dicit, ut filiam diligentissime includeret atque servaret, infantem vero, quem paritura esset, interficeret. Itaque in scenæ fine Danae in custodiam data est.

VIII. (325.)

Stob. LXXVIII, 8.

Τάχ' ἂν πρὸς ἀγκάλαισι καὶ στέρνοις ἐμοῖς
πηδῶν ἀθύροι καὶ φιλημάτων ὄχλῳ
ψυχὴν ἐμὴν κτήσαιτο· ταῦτα γὰρ βροτοῖς
φίλτρον μέγιστον, αἱ ξυνουσίαι, πάτερ.

Danaes verba esse nemo non videt; cf. fgm. VII. Iis vero Danae alia subjunxisse videtur, quibus, ut de liberis mentem suam aperuerat, ita mariti desiderium ingenue patefaciebat. Ad talia enim Chorus respexerit necesse est, quum quæ sequente fgm. exhibuimus, proferret.

IX. (326.)

Stob. LXXIII, 22.

Συμμαρτυρῶ σοι· πανταχοῦ λελείμμεθα
πᾶσαι γυναῖκες ἀρσένων ἀεὶ δίχα.

Chori verba sunt cf. fgm. VIII. — Vs. 2; Both incommode correxit : ἀρσένων ἀηδίᾳ, h. e. iniquitate, inhumanitate virorum.

X. (327.)

Stob. LXXV, 4.

Γύναι, φίλον μὲν φέγγος ἡλίου τόδε,
καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήνεμον,
γῆ τ' ἠρινὸν θάλλουσα πλούσιόν θ' ὕδωρ,
πολλῶν τ' ἔπαινον ἔστι μοι λέξαι καλῶν·
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω λαμπρὸν οὐδ' ἰδεῖν καλὸν,
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις
παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος.

Acrisii verba esse ad fgm. VII monuimus.

XI. (328.)

Stob. VII, 6.

Φεῦ, τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ
πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Cujus hæc verba sint non liquet.

XII. (329.)

Stob. Ecl. Phys. I, p. 216. ed. Heer.

Ἐς ταὐτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
τόν θ', ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ᾧ τάδ' ἔστι δή·
οὗτος θέρους τε λαμπρὸν ἐκλάμπει σέλας,
χειμῶνά τ' αὔξει συντιθεὶς πυκνὸν νέφος,
θάλλειν τε καὶ μὴ, ζῆν τε καὶ φθίνειν ποιεῖ.
Οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα, τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λαμπρᾷ γαλήνῃ, τῶν δὲ συννεφεῖ πάλιν·
ζῶσίν τε σὺν κακοῖσιν, οἱ δ' ὄλβου μέτα
φθίνουσ' ἐτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς.

Vs. 2 vulgo erat τόνδ' ὃν, sed sententia poscit,

---

melius consequi. Nam si fraudibus victoria cerneretur,
nos imperium in viros haberemus.

325.

Nimirum ad ulnas meas pectusque assiliens
luserit, et basiorum multitudine animum
meum ceperit : hoc enim maximum inter
homines philtrum est, convictus, o pater.

326.

Tibi suffragor : omnes enim mulieres in omni re,
si a viris semper remotæ sumus, posthabemur.

327.

O mulier, gratum quidem est hoc solis lumen,
dulce etiam tranquillam maris faciem intueri,
et terra vere vigens et flumen largum,
multaque mihi pulchra in promptu sunt quæ laudem :
at nihil tam splendidum et aspectu pulchrum
quale est orbis ac desiderio vexatis videre
in ædibus recens natorum liberorum jubar.

329.

Ah, bene natos quam decet ubique
character probus ad fortitudinem.

329.

Convenire dico mortalium sortes cum hoc, quem dicunt, æthere, cui hæc peculiaria sunt :
hic et æstatis splendidam lucem præbet,
et hiemem auget densas nubes cogens,
facitque virescere et non virescere, vivere et
interire. Sic quoque mortalium aliorum fortuna
quiete plena bene se habet, aliorum nubibus iterum obtegitur,
qui inter mala vivunt, contra illi post felicitatem
intereunt, annuis similes commutationibus.

ut aut vs. ı cum Musgr. ταῖς τύχαις aut cum Grotio τόν θ' scribatur; cf. Hel. 941, Archel. fgm. XXXVI, Iph. A. 665. Verba autem ᾧ τάδ' ἔστι δή tentari non debebant; sunt enim prorsus sana et hanc præbent sententiam : *cui* (sc. ætheri) *hæcce peculiaria sunt.* Deinde sequitur accurata descriptio eorum, quæ ætheris propria sunt. — Vs. 4 Both. χειμῶνι. — Vs. 7 λαμπρᾷ γαλήνῃ bene scripsit Valck. Diatr. p. 6 sq. pro vulg. λαμπρὰ γαλήνη. — Vs. 9 idem Valck. l. c. optime ἐτείοις προσφερεῖς pro vulg. αἰτίοις προσφόροις. — Hi vss. manifesto ad fabulæ exitum pertinent et fortassis ab Acrisio pronuntiati sunt.

XIII. (330.)

Stob. LXXVII, 1.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους·
τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Acrisius loqui videtur; cf. fgm. VII fin. — Duos priores vss. habet etiam Stob. LXXIII, 11, ubi γυνὴ μέν. — Vs. 4 legebatur τιμᾷ ὅρον, quod post Vales. ad Harpocr. p. 33, Stanl. ad Æsch. Choeph. 141 emendavit; cf. Valck. Diatr. p. 7 sq.

XIV. (331.)

Stob. LXXI, 7.

Καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις,
μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους
σχολῇ τεκνοῦσθαι παῖδας· — οὐ γὰρ ἡδονὴ
γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ —
ἀλλ' ὡς τάχιστα· καὶ γὰρ ἐκτροφαὶ καλαὶ,
καὶ συννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρί.

Welck. Acrisio hæc verba vindicat. — Vs. 2 Both. ποιουμένοις (per attractionem). — Vs. 4, cf. Phœnic. fgm. II.—Minerva, si re vera, ut Pseudoeuripides ille tradit, inter fabulæ personas fuit, haud dubie in fine in scenam processit, et non modo Danaen cum filio a se servatum iri, sed etiam ad quot quantasque res gerendas Perseus natus sit, narravit.

De fragmento, quod præter illa viri docti huc retulerunt, vide ad Belleroph. fgm. V.

ΔΙΚΤΥΣ.

Pergit Apollod. (l. c. in. Dan. argum.) in Danaes historia enarranda in hunc modum : « Quæ (sc. cista) quum ad Seriphum insulam delata esset, Dictys puerum suscepit susceptumque educavit. Imperium autem Seriphi tenebat Polydectes, Dictyis frater, qui Danaes amore captus, quum ejus conjugium propter Perseum jam adultum nancisci non posset, amicos et una cum his Perseum convocabat, iisque ob Hippodamiæ, Œnomai filiæ, nuptias celebrandas eranum se esse collaturum dicebat. Ex quo Perseus quæsivit, cujusnam rei symbolam (eranum) dari vellet; cui ille, Equum, respondit; tum Perseus, Equidem, inquit, ne de Gorgonis quidem capite repugnarem. Nihil respondit rex : mox autem a reliquis equum poposcit, Persei vero equum non sumpsit, sed ei, ut Gorgonis caput afferret, imperavit. Tum Perseus Mercurii ac Minervæ ductu Phorci filias adiit, etc. » — — — Deinde II, 4,4 : « Reversus autem in Seriphum insulam matrem cum Dictye propter Polydectis violentiam ad aras confugisse videbat, quapropter regem impetu facto aggrediebatur. Is amicos convocabat, quibus Perseus aversus Gorgonis caput ostendit; qua re factum est ut quicunque illud adspiceret, qualibet quisque forma esset, in saxum commutaretur. Deinde Dictyn Seriphi regem constituit, etc. » — Hisce argumenti summam contineri cum ex fgm. III, in quo Plutarcho teste Dictys Danaen filii mortem deplorantem consolari studet, tum ex fgm. VI-IX, in quibus de amoris vi agitur, cognosci potest. Veri enim est simillimum, Polydecten, ut facilius Danaen suam faceret, subornasse aliquem, qui ei Persei mortem nuntiaret. Nam ita rex sperabat fore ut Danae, quippe tutore privata, sibi non amplius resisteret, itaque denuo eam amoris sui asseverationibus persequebatur (fgm. VI). Frustra Dictys, cujus nomine haud temere fabula inscripta est, et fratrem ab amore isto avocare et Danaen a fratris persecutione amatoria vel libi-

---

330.

Mulier enim domum paternam relinquens
non amplius parentum est, sed conjugii.
At mascula suboles semper in domibus manet
deorum patriorum et sepulcrorum tutela.

331.

Atque nunc juniores omnes moneo,
ne senectute appropinquante matrimonium
contrahentes sero liberos procreent; (non enim
voluptas est et otiosum quid mulieri senescens vir;)
sed quam primum : nam et educatio bona fit,
et grati quid habet filius patre juvene adolescens.

dinosa tueri studuit; Polydectes postremo regia sua potestate utebatur vel potius abutebatur, ut nihil aliud Danaæ ac Dictyi relinqueretur, nisi ut ad aras confugerent. Quum vel inde rex, Dictye frustra dehortante ac repugnante eam abripere vellet, fortuna secunda accidit ut ex inopinato Perseus rediret, matrem servaret et Polydecte interfecto Dictyi regnum traderet. Fabulæ exitus etiam cognosci potest ex opere quodam cælato et epigrammate in columna undecima templi Cyziceni; cf. Anthol. Gr. ed. Jacobs. tom. XIII, p. 632. — Fragmentorum numerus nullo modo ad singulas fabulæ partes indagandas ac describendas sufficit, nec singulis fragmentis ubique suum locum dare possumus, id quod maxime in fgm. XVII, XVIII cadit. — Acta est hæc tragœdia Ol. LXXVII, 1, una cum Medea, Philoctete et Theristis; cf. Argum. Medeæ.

I. (332.)

Prologo Danae, quæ ad intelligendam fabulam opus erant, narrasse ejusque in fine exposuisse videtur, quantopere filium nunc desideraret, quum Polydectis amore nimis vexaretur, ex parte verita, ne ille ausis succumberet, ex parte vero spe impleta, feliciter eum omnia pericula superaturum ac mox sibi auxilio esse venturum. De quo igitur dixit (Stob. LII, 5)

Νέος, πόνοις δέ γ' οὐκ ἀγύμναστος φρένας.

II. (333.)

Schol. Soph. Aj. 787: Τί μ' αὖ τάλαιναν) πρὸς τὸ Εὐριπίδου ἐν Δίκτυϊ,

Τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένην
ὀρθοῖς;

A Danae hæc verba, ut e Schol. Soph. l. c. suspicari licet, pronuntiata sunt, quum a Choro monita esset, accedere nuntium de Perseo relaturum. — Hunc vero nuntium a Polydecte subornatum Persei mortem ementitum esse jam supra monuimus.

III. (334.)

Plut. Consol. ad Apollon. 8 (p. 106, A): Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσάν φησι·

Δοκεῖς τὸν Ἅδην σῶν τι φροντίζειν γόων,
καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σὸν, εἰ θέλοις στένειν;
παῦσαι· βλέπουσα εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ,
ῥάων γένοι' ἂν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις,
ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν,
ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων,
τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
τὸ μηδὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

Κελεύει γὰρ αὐτὴν ἐνθυμεῖσθαι τὰ τῶν ἴσα καὶ μείζω δυστυχούντων, ὡς ἐσομένην ἐλαφροτέραν. — Vs. 2 Musgr. dedit θέλεις. Both. εἰ 'τελῶς στένεις, h. e. si infinite gemis. — Vs. 7 Both. ὀλβίους.

IV. (335.)

Stob. LXXXIII, 17.

Εἷς γάρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος,
καὶ θεοῖσι τοῦτο δόξαν, ὡς σαφῶς λέγω,
θηρσίν τε πᾶσι, τέκνα τίκτουσιν φιλεῖν·
τὰ δ' ἄλλα χωρὶς χρώμεθ' ἀλλήλων νόμοις.

Danae his verbis mœstitiam suam excusat. — Vs. 2 erat ὃ σαφῶς, quod correxit Grot. Both. vero scripsit: ταὐτὸ δόξαν ὃν κτλ.

V. (336.)

Stob. LXXXIII, 18.

Ἐγὼ νομίζω πατρὶ φίλτατον τέκνον,
παισίν τε τοὺς τεκόντας, οὐδὲ συμμάχους
ἄλλους γενέσθαι φήμ' ἂν ἐνδικωτέρους.

Danaes verba esse videntur ex eodem cum Dictye colloquio hausta, unde sunt fgm. III. IV. — Vs. 1 Pflugk., Meinek., Hartung., alii: τέκνα.

332.

Juvenis, sed animo laboribus haud inexercitato.

333.

Quid me erigis, quæ miseriarum modo
oblita eram?

334.

Putasne, Orcum querelarum tuarum rationem habiturum
et filium tibi redditurum esse, si gemere velis?
Desine: aliorum vero mala intuens tranquillior
fias, si considerare volueris, quot
homines et vinculis consumpti contabuerint,
et quot senescant liberis orbi;
deinde alios ex summa beata tyrannide
ad nihilum redactos. Hæc te respicere oportet.

335.

Una est enim communis hominibus lex,
(atque hoc diis etiam placet, ut certo dico)
omnibusque feris, subolem quam procrearunt amare.
Ad reliqua vero seorsim alii aliorum legibus utimur.

336.

Ego censeo carissimum esse filium
liberisque parentes; neque alios
socios inveniri posse dicam justiores.

VI. (337.)

Stob. LXIV, 8.

Κύπρις γὰρ οὔτε νουθετουμένη χαλᾷ,
ἤν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ,
κἄπειτα τίκτει πόλεμον· εἰς δ' ἀνάστασιν
δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε.

Loquitur haud dubie Polydectes, qui, quum Perseus abesset, multo acrius Danaæ institit, ut amori suo satisfaceret; cf. Apollod. l. c., Strab. X, p. 487. Omnibus igitur artibus usus est, ut propensam sibi eam redderet, potentiam suam, divitias, generis nobilitatem, alia prædicando, sed Danae forti animo restitit. — Duos priores vss. citat etiam Galen. De Hippocr. et Plat. dogm. IV, p. 282, 45 ed. Foes., ubi tamen οὐδὲν et paulo post ἂν γὰρ βιάζῃ scriptum est. — Vs. 1. erat οὐδέ, quod correxi. Consentit Hartung.

VII. (338.)

Stob. Ecl. phys. I, 10, 4, p. 272 ed. Heer.

Φίλος γὰρ ἦν μοι· καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ
οὐκ εἰς τὸ μῶρον, οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων·
ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.
Καὶ χρῆν δὲ τοῖς βροτοῖσι τόνδ' εἶναι νόμον,
τῶν εὐσεβούντων οἵτινές γε σώφρονες
ἐρᾶν, Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν.

Danaes sunt verba, quibus Polydectis amorem profligare studuit; verbis φίλος γὰρ ἦν μοι, ut bene Welck. perspexit, significare videtur, animum sibi adhuc impletum amore ac memoria Persei, ut alius amore affici non posset. — Vs. 1 pro καί μ' Meinek. (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1843, p, 24) recte κἄμ' scripsisse videtur. — Vs. 4 præbet etiam Plut. De educ. puer. 15 (p. 11, E), et tanquam ex Eur. Theseo Stob. Floril. V, 21. — Vs. 7, cf. Hippol. vs. 113, et Valck. ad h. l.

VIII. (339.)

Stob. Floril. LXXIII, 21.

Ὄντων δὲ παίδων καὶ πεφυκότος γένους
καινοὺς φυτεῦσαι παῖδας ἐν δόμοις θέλεις,
ἔχθραν μεγίστην σοῖσι συμβάλλων τέκνοις.

Hæc eodem, quo antecedens fgm., consilio a Danae pronuntiata videntur. — Vs. 3 cum Th. Bergkio συμβαλῶν corrigendum videtur.

IX. (340.)

Stob. LXXXIII, 16.

Πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν
φίλους ἔρωτας ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,
παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος.
Σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίγνεσθαι φιλεῖ,
θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἰᾶσθαι θέλει.

Polydectem his verbis ad Danaes sermones respondisse manifestum est. — Vs. 2 Paris. A. B. φίλος. Musgr. φαύλους, Jacobs. Lectt. Stob. p. 123, ὦ φίλος. Both. φίλοις. Sed emendatione nulla opus est : cf. Hor. Od. I, 9, 13, *dulces amores*.

X. (341.)

Stob. LXXXVI, 1.

Εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλά.
Ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ,
ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.

337.

Venus enim nec monita cedit,
et si vim adhibueris, magis intendi solet;
postea vero dissidium parit : talia autem
sæpe ad domorum eversionem procedunt.

338.

Carus enim mihi fuit : et amor me capiat unquam
nec ad libidinem, neque ad Venerem vertens.
Sed alius quidam est in hominibus amor,
mentis justæ, sapientis ac bonæ.
Atque hæc lex mortalibus esse debebat :
ut pios, quicunque sapientes quidem sunt,
amarent, Venerem autem, Jovis filiam, negligerent.

339.

Quum liberi tibi sint et proles succreverit,
alios in ædibus liberos generare cupis,
inimicitias maximas inter liberos seminans.

340.

Et patrem (æquum est) commode juvare
liberorum amores pervicacia dimissa,
et liberos patris; neque enim voluntarii
sunt mortalibus amores, nec voluntarius morbus.
Insanum aliquid profecto esse solet,
si quis deorum necessitates corrigere vult.

341.

De nobilitate pauca dicenda habeo laudabilia.
Quicunque enim virtute præstat, mihi nobilis est :
injustus vero, licet patrem habeat ipso
Jove clariorem, ignobilis esse videtur.

Danae his versibus usa esse videtur, quum Polydectes generis sui nobilitate gloriaretur : originem enim ab Urano deducebat.

XI. (342.)

Stob. XC, 5; Arsen. Viol. p. 462 ed. Walz.

Φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

Continetur his verbis Polydectis ad antecedentia responsio. — Vs. 2 habent etiam Fragm. e papyr. Gr. Paris. ed. Letronn. p. 3, n. IV.

XII. (343.)

Stob. XCII, 6.

Μή μοί ποτ' εἴη χρημάτων νικωμένῳ
κακῷ γενέσθαι, μηδ' ὁμιλοίην κακοῖς.

Aut Dictyis sunt verba Polydectis munera rejicientis, quibus is fratrem commovere conatus erat, ut Danaen sibi traderet, aut (si leni mutatione νικωμένῃ κακῇ scribitur; cf. Antig. fgm. VIII) Danaes ipsius Polydectem donis ipsam corrupturum repudiantis. Hartung. (I, p. 371) vero ea ex colloquio Persei cum Polydecte habito ducta dicit. — Hi vss. apud Stob. XCIV, 3 cum duobus aliis, qui ex Cresphonte (fgm. VIII.) citantur, conjuncti sunt; sed recte Matth. quattuor istos vss. non sententiam satis aptam inter se habere monuit, ut verisimilius sit, eos esse e diversis fabulis excerptos, altero autem loco excidisse sive casu sive librarii incuria lemma, quod nonnunquam factum apud Stobæum; cf. Belleroph. fgm. XV.

XIII. (344.)

Stob. XXXVI, 15.

Τυραννικόν τε πόλλ' ἐπίστασθαι λέγειν.

Versiculus e colloquio sive Danaes sive Persei cum Polydecte habito desumptus videtur. Both. eleganter quidem, sed audacissime : τυραννικῶν σὺ πόλλ' ἐπίστασαι λέγειν.

XIV. (345.)

Stob. XLIV, 2.

Μὴ νεῖκος, ὦ γεραιέ, κοιράνοις τίθου,
σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.

Chorum his verbis Dictyn, qui per totam fabulam a Danaes partibus stetit, a controversia cum Polydecte dehortatum esse, optime jam Matth. intellexit. — Vs. 1 legebatur contra metrum τυράννοις τίθου, quod correxit Salmas.

XV. (346.)

Stob. CVI, 2.

Πολλοῖς παρέστην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν
ὅστις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ᾖ,
λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών·
τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἀνασχετὸν,
σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

Dictys his verbis se excusasse videtur, quod asperius in regem invectus sit. Ad has invectiones enim eo adductus fuerat, quod Polydectes, quum nec muneribus nec blanditiis fratrem sibi conciliare potuisset, ei maledixerat cum minis : huc spectant vss. 4, 5.

XVI. (347.)

Stob. XIII, 13.

Θάρσει· τό τοι δίκαιον ἰσχύει μέγα.

Dictyis vel Chori sunt Danaen consolantis, quum ea in summum periculum venisset. — Mich. Apost. X, 11, hunc vs. omisso τοι Moschioni tribuit.

XVII. (348.)

Stob. XXXIX, 7.

Εἰ δ' ἦσθα μὴ κάκιστος, οὔποτ' ἂν πόλιν
τὴν σὴν ἀτίζων τήνδ' ἂν εὐλόγεις πάτραν.

342.
Ah, ah! vetus proverbium quam recte se habet,
nunquam vir bonus malo patre nascatur.

343.
Nunquam mihi contingat, ut pecunia corruptus
malus fiam nec cum malis assuescam.

344.
Tyrannicum quoddam est, multa verba facere [scire.

345.
Noli, senex, cum regibus certare; [mos est.
colere autem eos, qui imperium tenent, vetus

346.
Multis mortalibus adfui, animoque succensui,
quoties bonus aliquis malis similem se reddidit,
ad sermonum inanium certamen evectus.
At hoc neque auditu honestum nec tolerabile est,
aliquem tacere audientem pejorum convicia.

347.
Bono sis animo : justitia profecto multum valet.

348.
Ni pravus esses, nunquam patriam tuam
contemnens hanc terram laudares.

Hæc et quæ subsequuntur verba, cum his fortasse in unum conjungenda, Polydectis esse videntur, sed cui dicta, ambiguum est.

XVIII. (349.)

Stob. XXXIX, 8.

Ὡς ἔν γ' ἐμοὶ κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν,
ὅστις πατρῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους
ἄλλην ἐπαινεῖ καὶ τρόποισιν ἥδεται.

Cf. fgm. XVII. — Vs. 1 ἔν γ' ἐμοὶ Valck. correxit pro vulg. ἔν γέ μοι.

ΕΠΕΙΟΣ.

Epei, quæ fabula primum e marmore Albano in notitiam nostram pervenit, quale fuerit argumentum, nunc vix definiri potest; nam quæ de Epeo, Panopei filio, fabro clarissimo et equi Trojani fabricatore, innotuerunt, ab Euripide ipso paucis significata (Troad. 10 sq.), et diligentissime a Welckero (Trag. Græc. p. 523) congesta, tragœdiæ argumentum vix præbere potuerunt; quapropter ea silentio prætermittimus. Illud tamen omittere nolumus, Welckerum huc referre inc. fab. fgm. CXXIV. — Qua in re nobiscum consentit Hartungus (II, p. 176); sed ut certum quoddam fabulæ Euripideæ argumentum lucretur, pro Ἐπειός corrigit Ἐπωπεύς: quo dramate id expressum esse opinatur, quod narrat Hygin. fab. CCIV: *Nyctimene, Epopei regis Lesbiorum filia, virgo formosissima dicitur fuisse. Hanc Epopeus pater, amore incensus, compressit, quæ pudore tacta, silvis occultabatur. Quam Minerva miserata in noctuam transformavit, quæ pudoris causa in lucem non prodit, sed noctu apparet.* Cf. fab. CCLIII, Serv. ad Virg. Georg. I, 403. Ovid. Met. II. 591. Quam sententiam, quum in mera conjectura nitatur, longum est redarguere.

ΕΡΕΧΘΕΥΣ.

Hujus dramatis argumentum præbet Lycurg. Adv. Leocr. 24, p. 160, 9 (p. 261 ed. Bekk.) his verbis: « Tradunt Eumolpum, Neptuni et Chiones filium, cum Thracibus venisse, ut Attica terra potiretur: regnasse autem illo tempore Erechtheum, qui uxorem habuerit Praxitheam, Cephisi filiam. Quum igitur magnus exercitus impetum in terram facturus esset, rex Delphos misit qui ex deo quærerent, quanam re victoriam ab hostibus reportare posset. Respondit deus, victorem eum esse evasurum, si filiam immolarit, antequam ambo exercitus manus conserant. Ille autem dei jusso obsequutus id fecit, hostesque terra expulit. Itaque jure Euripides laudandus sit, quod et multis aliis insignis poeta et hoc mytho ad componendam tragœdiam usus est, quippe ratus, civibus illorum facta optimum exemplar fore, » etc. Cf. Apollod. III, 15, 1: « Erechtheus Praxitheam Phrasimi et Diogeneæ Cephiso natæ filiam uxorem duxit, ex qua filios habuit Cecropem, Pandorum, Metionem; filias vero Procrin, Creusam, Chthoniam, Orithyiam, quam postea Boreas rapuisse fertur. » — Id. 15, 4: « Erechtheo vero de Atheniensium victoria sciscitanti deus respondit, præclare ipsum esse bellum gesturum, si filiarum unam jugularit. Qui quum natu minimam immolasset, reliquæ etiam se ipsæ jugularunt, quippe quæ, ut nonnulli dicunt, de se vicissim occidendis conspirassent. Commissa vero post immolationem pugna Erechtheus Eumolpum obtruncavit. » Schol. Bobiens. in Cic. pro Sext. XXI, 2 (p. 299 ed. Orelli): « Fuit autem rex antiquissimus Atheniensium — — Erechtheus, cujus filiæ virgines, quum gravi bello Athenæ oppugnarentur nec ulla spes salutis ostenderetur, sumptis infulis ad aram steterunt: nam ita responsum erat, ut salus patriæ jam desperata hoc genere piaculi compararetur. Auctor est exempli Varro libro Humanarum secundo. » Cf. Anon. Miscell. II (in Westermanni Mythogr. Gr. p. 345, 30), Plut. Parallel. 20 (p. 310, D), Demarat. ap. Stob. XXXIX, 33, Hygin. fab. XLVI, CCXXXVIII. Clem. Alex. Protrept. III, 42, p. 37 P.: Ἐρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικὸς καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος παρ' αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας· ὧν ὁ μὲν τῇ Φερεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ τραγῳδουμένων, ὁ δὲ τοῖς ἀποτροπαίοις ὁ Μάριος, ὡς Δωρόθεος ἐν τῇ τετάρτῃ Ἰταλικῶν ἱστορεῖ. — De tempore, si quæris, quo fabula acta sit, inde quod Aristophanes in Lysistr. (1133) et Thesmophor. (120) ejus mentionem injecit, eam non posse post Ol. XCII, 1 actam esse consequitur; sed propius fortasse ad annum accedes, si ea respexeris, quæ Plut. Vit. Nic. c. 9 (cf. fgm. III) tradit: Athenienses post pugnam ad Amphipolim pugnatam bello fatigatos pacisque cupidos haud mediocriter gavisos esse, quum chorum verba (ex Erechtheo petita) κείσθω δόρυ κτλ. canentem audirent. Hinc enim apparet, Erechtheum paullo post illam pugnam, quæ in æstatem anni 421 incidit. (cf. Thuc.

349.

Quippe me quidem judice non bene sapere existimetur, qui patriæ fines contemnens aliam laudat ejusque moribus delectatur.

V, 6 — 12), in scenam processisse, h. e. Ol. LXXXIX, 2 vel 3. Simul vero Hartungum (I, p. 453 sq.) falsum esse cognoscitur, quod tetralogiam ex Inone, Erechtheo, Ione et Scirone constantem Ol. LXXXVIII, 2 actam esse statuerit.

I. (350.)

Steph. Byz. v. Αἰθίοψ.

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα.

Sermo esse videtur de Eumolpo, quocum bellandum erat Erechtheo : nam de eo Apollod. III, 15, 4 narrat : « Chione cum Neptuno concumbit; quæ quum clam patre Eumolpum peperisset, ne res patefieret, in mare abjicit infantulum; sed Neptunus exceptum in Æthiopiam transfert et Benthesicymæ, filiæ suæ, et Amphitritæ educandum commendat, » etc. — Scribebatur ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα, contra metrum, quod Matth. in ἐξέσωσας εἰς χθόνα mutari voluit, Dindorf. vero correxit ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα, in quod etiam Th. Bergkius incidit, simul monens, ἐξέσωσ' pro ἐξέσωσα dictum esse, ita ut Neptunus hæc protulerit. Sed hoc minus recte vir doctissimus statuisse videtur. Nam etsi Euripides deos προλογίζοντας introducere amat, tamen vix aptum fuisset, si deus proloquutus esset, cujus filius in fabula ipsa inferior discedebat. Quam ob causam ἐξέσωσ' pro ἐξέσωσε positum, versumque ab Erechtheo ipso in prologo pronuntiatum esse suspicor, quo rex Polybi historiam, belli causam, rerum statum exposuit et postremo aperuit, se mali avertendi causa misisse Delphos qui deum consulerent. — Prologum Chori parodus excepisse videtur, postquam legati a Delphis reversi regi haud dubie copiose de legationis eventu retulerunt.

II. (351.) a. b.

Stob. CXXI, 15.

Ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημὶ μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.

Sic codd. Paris. A. N. Voss. Ars. pro vulg. τοῦ βλάπτειν, sed quum hæc scriptura aptam sententiam non præbeat, a Salmasio mutata est in τοῦ βλέποντος hac sententia : *eos, qui honestam mortem obierunt, potius vivere dico quam eos qui inhoneste vivunt.* Βλέπειν enim nonnunquam pro ζῆν usurpatur; cf. Troad. 628, Phrix. fgm. XI, vs. 3, inc. fab. fgm. CCIII. Num vero καλῶς βλέπειν significare possit *honeste vivere*, jure dubitat Matth. Fortassis igitur pro τοῦ βλέπειν τοὺς restituendum est τοῦ βιοῦντος. Both. proposuit veri parum similiter : μᾶλλόν γ' ἢ βλέποντα μὴ καλῶς. Verba Erechthei esse videntur e colloquio cum nuntio petita. — Eodem fortasse pertinet, nisi Praxitheæ verba sunt, versus quem sine auctoris et fabulæ nomine affert Plut. Præc. ger. rep. XIV, 5 (p. 809, D) :

Φιλῶ τέκν', ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ·

quemque Pors. Adv. p. 286 primus ad Eur. Erechtheum retulit.

Post hoc colloquium Chorus suam de pace instante lætitiam carmine expressisse videtur, cujus pars fuit fgm. III.

III. (352.)

Stob. LV, 4.

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν
ἀράχναις, μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῷ
γήρᾳ συνοικοίην·
ἀείδοιμι δὲ στεφάνοις κάρα
πολιὸν στεφανώσας,
Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας
περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις,
δέλτων τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν,
ἂν σοφοὶ κλέονται.

Hujus carminis initium affert etiam Plut. Vit. Nic. c. 9 (p. 529, A), ubi de Atheniensibus, postquam narravit Niciam post prœlium ad Amphipolim commissum imperium suscepisse et pacem conciliasse, loquens sit pergit : Ἐπόθουν τὸν ἀμίαντον καὶ ἀπόλεμον βίον ἡδέως μὲν ᾀδόντων τὰ τοιαῦτα χορῶν ἀκούοντες·

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις.

Vs. 1 apud Stob. vulgo erat, ἀρκείτω μοι, Paris. A. Arsen. ἀρκείσθω δόρυ μοι μίτον, et sic Both. Voss.

350.

Ad terram Æthiopicam eum sospitem præstitit.

351.

Eos, qui honestam mortem obierunt,
potius vivere dico, quam, qui (lucem) cum dedecore aspicit.

352.

Quiescat mihi hasta, ut araneæ circa eam
telam texant : tranquille autem canam
senectutem transigam,
cantemque sertis canum caput redimiens,
Threiciam parmam Minervæ ædi
peristylio ornatæ appendens,
et librorum verba, quæ
sapientes loquuntur, explicem.

ἀρκείτω δόρυ suprascripto σθω. Δόρυ addunt etiam Pariss. A. B. Voss. Genuinam scripturam restituit Valck. Diatr. p. 168, χείσθω δόρυ μοι, Plutarchi testimonio confirmatam. — Vs. 3 vulg. γήραϊ. Voss. γῆρας. Pariss. A. B. γήρᾳ. — Vss. 4 et 5 Both. complectitur omissa voce πολιὸν, quam ex vs. 2 irrepsisse censet. — Vs. 6 πέαταν Paris. A. Voss. πέλταν Paris. B. Voss.—Vs. 10 κλείονται vulg. quod e conjectura correxit Gaisf. Bothius: ἂν (i. e. ἐὰν contra tragicorum usum) σοφοὶ κλέωνται.

Hoc Chori canticum haud dubie Erechthei cum Praxithea colloquium sequebatur, quo rex efficere studebat ut uxor filiæ cædem consensu suo comprobaret. Nec consensum detrectavit Praxithea, cujus generosum sermonem servavit Lycurg. fgm. sq.

IV. (353.)

Lycurg. l. c. (cf. fab. argum.) pergit: Ἄξιον δὲ καὶ τῶν ἰαμβείων ἀκοῦσαι, ἃ πεποίηκε λέγουσαν τὴν μητέρα τοῦ παιδός· ὄψεσθε γὰρ ἐν αὐτοῖς μεγαλοψυχίαν καὶ γενναιότητα ἀξίαν καὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ γενέσθαι Κηφισοῦ θυγατέρα.

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν· οἱ δὲ δρῶσι μὲν,
χρόνῳ δὲ δρῶσι, δυσγενέστεροι**
ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν.
Λογίζομαι δὲ πολλά· πρῶτα μὲν πόλιν
οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν,
ᾗ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
Ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν,
ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγεὶς,
λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
Ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν,
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.
Πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἓν, πολλοὶ δέ νιν
ναίουσι· τούτους πως διαφθεῖραί με χρὴ,
ἐξὸν πρὸ πάντων μίαν ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν;
εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον, οὑμὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
πταίσας ἁπάσης πόλεος, οὐδ' ἴσον φέρει.
Εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλειῶν στάχυς
ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλὸξ,
οὐκ ἄν νιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορὸς [κνα
θάνατον προταρβοῦσ'; ἀλλ' ἐμοί γ' ἔστιν τέ-
ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι,
μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.
Τὰ μητέρων δὲ δάκρυ' ὅταν πέμπῃ τέκνα,
πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
Μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
ζῆν παῖδας εἵλονθ', αἳ παρῄνεσαν κακά.
Καὶ μὴν θανόντες ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα
τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον εὔκλειάν τ' ἴσην·
τῇ 'μῇ δὲ παιδὶ στέφανος εἷς μιᾷ μόνῃ
πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ δοθήσεται,
καὶ τὴν τεκοῦσαν καί σε δύο θ' ὁμοσπόρω

353.

Gratissimum est hominibus, si quis beneficia
liberaliter confert; qui vero faciunt,
sed post longum tempus faciunt, minus liberales.
Ego vero filiam meam interficiendam dabo;
multa autem mecum reputo: primum quidem
nunquam urbem hac præstantiorem reperiam,
cui primum populus est non aliunde inductus,
sed indigenæ sumus: aliæ vero urbes,
velut calculorum transpositionibus conditæ,
aliæ ab aliis sunt introductæ.
Quicunque autem ab alia urbe migrans urbem in-[colit,
velut vitiosa commissura in ligno facta,
verbo, non re, civis est.
Deinde liberos ideo procreamus,
ut deorum aras patriamque tutemur.
Universæ civitatis nomen est unum; sed multi
eam incolunt. Hos exitio dare quomodo fas sit,
quum pro omnibus unam moriendam dare liceat?
Nam si numeros novi et plura a paucioribus
(internoscere possum), mea domus afflicta non
plus valet universa urbe nec paria fert.
Si autem in ædibus pro feminea proles
mascula esset, urbem vero incendium hostile te-[neret,
an non eam in belli discrimen mitterem,
metuens, ne periret? At sunt mihi liberi,
qui et pugnent et inter viros emineant,
non species (tantum virorum) frustra in urbe ge-[nitæ.
Matrum vero lacrimæ, quum liberos dimittunt,
multorum in prœlium euntium animum effemina-[runt.
Odi mulieres, quæ honestate posthabita
liberos vivere cupiunt quæque turpia probant.
Quin et in prœlio interfecti cum multis
commune sepulcrum et parem laudem obtinerent:
meæ autem filiæ una corona tribuetur
quippe uni solique hujus terræ causa mortuæ,
eaque et matrem et te (Erechtheu), et duas sorores

σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;
τὴν οὐκ ἐμὴν πλὴν* φύσει δώσω κόρην
θῦσαι πρὸ γαίας· εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
οὐκοῦν ἅπαντα, τοὔν γ' ἐμοὶ, σωθήσεται.
Ἄρξουσιν ἄλλοι, τὴν δ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
Ἐκεῖνο δ', οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος,
οὐκ ἔσθ', ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ
προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ·
οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος
τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστρέψει λεὼς
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται.
Χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασιν.
σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑμῖν ἐγὼ οὐ σώσω πόλιν.
Ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες, οἳ ναίουσί σε
οὕτω φιλοῖεν, ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως
οἰκοῖμεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

Vs. 2 Both. e conjectura : οἱ δὲ δρῶσι μὴ κτλ. — Vs. 3 ad explendum vs. Scaliger scripsit : δρῶσι πολλὰ δυσγεν. Grot. et Barn. χρόνῳ δὲ πολλῷ, δρῶσι δυσγ. Heinrich., Pinzg. et Hartung. I, p. 469, δρῶσι, δρῶσι δυσγ. Reisk., Musgr. δρῶσι πολλῷ δυσγ. Herm. δυσγενέστεροι φύσιν. Matth. δυσγ. μακρῷ vel δυσγενέστερον πέλει. Both. δρῶσ', εἰ δρῶσι, δυσγενέστερον. Bekk. e codd. δυσγενέστερον. — Vs. 6 corrigendum videtur λάβοιμ', quamquam λαβεῖν ferri potest. Both. præterea ἦν pro ἂν dedit. —Vss. 7 — 10 præbet etiam Plut. De exil. 13 (p. 604, D), sed conjunctos cum quinque aliis, qui hoc loco desunt et parum huic sermoni conveniunt. Improbabiliter autem Matth. eos post Lycurgi demum tempora interpolationibus histrionum (cf. Bœckh. Trag. Gr. princ. p. 10 sq., 18 sq., 24 sq.) adjectos esse conjecit; non video enim, quid causæ sit cur Euripidi eos abrogemus : imo satis Euripidei videntur. Neque hoc cuiquam offensioni fore censeo, quod quattuor vss. bis ab Euripide adhibiti sint; ejusmodi enim repetitionum exempla sat multa collegimus ad Æg. fgm. IX. Ac fortassis etiam caussa, cur hos vss. Euripides repetierit, indagari potest. Etenim Athenienses eo gloriari solebant, quod indigenæ essent (cf. Thuc. I, 2, Plat. Critiæ p. 109, C, Tim. p. 23, D sq.), ac libenter audiebant, quum aliquantum ponderis huic rei tribuerent, si ab aliis αὐτόχθονες nominabantur : procul dubio igitur hos vs. magno applausu accipiebant; qua re Euripidi auctores fiebant ut opportunitate data eosdem repeteret. Sed quum verisimile non sit, eos in eadem tragœdia repetitos esse, a nobis in numerum inc. fab. fgm. (CXVIII) relegati sunt. Quos igitur Musgr. non post hujus fgm. vs. 13 inserere debebat. — Vs. 9 Plut. l. c. πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς, quam scripturam ei, quæ a Lycurgo exhibita est, longe posthabendam esse infra (ad inc. fab. fgm. CXVIII) docebimus. — Vs. 18 Meinek. (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1844, p. 14) προπάντων, fortassis recte. — Vs. 20 vulgo erat ἑνὸς οἶκος, Tayl. εἷς μὲν οἶκος, Bekk. optime ex conjectura οὑμὸς οἶκος. Meinek. l. c. οὑνὸς, i. q. ὁ ἑνός. — Vs. 24 vulgo μίν, cod. A. μήν. — Vs. 25 legebatur ἐμοί γ' εἴη τέκνα, quod Bekk. e codd. mutavit in ἔστι, unde Herm. conjectura ἔστω. Sed recte se habet indicativus, si quidem Euripides, ut alii scriptores (cf. Apollod. III, 15, 1), Praxitheam filios habentem introduxit. Ac sic videtur fecisse; cf. fgm. XX fin. — Vs. 31 ζῆν παῖδας εἵλονθ' αἳ ex emendatione G. Hermanni et Pflugkii pro vulg. ζῆν παῖδας εἷλον καὶ κτλ. scripsi. Ipse conjeceram ζῆν παῖδας εἵλονθ' αἵ τ' ἄρ' ᾔνεσαν κακά. Both. ζῆν παῖδας εἵλονθ', ὡς κτλ. —Vs. 34 contra metrum scribebatur : στέφανος ἡ μία μόνη Πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὑπερδοθήσεται, quod correxit Tyrwhitt. — Vs. 36 καί σε. Praxithea alloquitur maritum. — Vs. 38 lacunam Herm. supplet inserto γὰρ vel γοῦν, mihi vero ἐμὴν πλὴν ἢ vel πλὴν τῇ scribendum videtur. Similiter Hartung. I, p. 470. Both. ἐμὴν μὲν πλὴν κτλ. —Vs. 41 in codd. est : οὐκοῦν ἅπαντες γοῦν τ' ἐμὸν σωθ.

servabit. Ecquid horum amplecti non pulchrum sit?
Dabo igitur natam, nullo jure, nisi partu meam
pro patria immolandam. Nam si urbs capta fuerit,
quemnam liberorum meorum fructum percipiam?
Itaque omnia, quantum quidem in me est, servabuntur. Alii imperabunt, ego tamen urbem servabo.
Illud autem, cujus maxime in civitate interest,
non fiet me consentiente, ut aliquis
priora majorum instituta evertat.
Neque committam ut pro oliva et aureo
Gorgonis capite tridentem in arce summa
rectum stantem Eumolpus vel Thracius populus
coronis redimiat, Pallas autem non honoretur.
Agite, o cives, subole mea utimini,
servamini, vincite : nihil una anima impediet
quominus hanc urbem ego vobis sospitem præstem.
O patria, utinam omnes, qui te incolunt, æque
atque ego te amarent! feliciter te habitaremus,
ac nullum tu patereris malum.

unde Reisk. τοὺν ἐμοὶ, Herm. τοὔν γ ἐμοί. — Vs. 42 vulgo legebatur ἄρξουσι δ' ἄλλοι, τήνδ' κτλ., sed Bekk. e codd. dedit ἄρξουσιν ἄλλοι : τὴν δ' vero pro τήνδ' revocari jussit Pinzg. Both. ἢ ἄρξουσιν ἄλλοις, τήνδε γ' εἰ σώσω κτλ. Hartung. l. c. ἄρξουσι δ' ἀλλ' οἷς τήνδ' ἐγὼ κτλ. — Vs. 44 pro ἄτερ Valck. conjecit ἄνερ, Elmsl. πάτερ, Hartung. et Both. ἀνὴρ, sed Herm. ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς et οὐ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ posita ἐκ παραλλήλου censet. — Vs. 45 libri θέσμιά τις ἐκβ. Scalig. et Grot. θέσμι' οὔτις, Reisk. optime θέσμι' ὅστις. — Vs. 46 vulgo erat : οὐδ' ἂν τελείας οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστρέψει λεώς. Στεφάνοισι κτλ. quod ingeniose correxerunt Bœttig. Amalth. II, p. 312, et Dobr. (in Pors. not. ad Aristoph. ed. Dobr. Cantabrig. 1820, p. 70.) — Vs. 48 emendationem ἀναστέψει pro vulg. ἀναστρέψει debemus Musgravio. Hartung. οὔτε. — Vs. 52 codd. οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑμῖν τήνδ' ἐγὼ οὐ σώσω πόλιν, quod editores mutarunt in οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν, sed rectius haud dubie Boisson. et Sauppius, ut supra editum est. — Vs. 54 in libris est : ὡς ἐγώ· καί γε ῥαδίως, unde Taylor. effecit : ὡς ἐγώ· καὶ ῥαδίως. Valck. ad Phœn. 1022, Musgr. et Reisk. ὡς ἔγωγε· ῥαδίως, quarum correctionum utra præferenda sit dubitari potest.

V. (354.)

Schol. Aristoph. Pac. 96 : Ὀλολύζειν· τὸ μετὰ κραυγῆς εὔχεσθαι — — καὶ Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ (ita optime Dindorf. vulgatum ἔρχεσθαι correxit)·

Ὀλολύζετ', ὦ γυναῖκες, ὡς ἔλθῃ θεὰ
χρυσῆν ἔχουσα Γοργόν' ἐπίκουρος πόλει.

Cod. Rav. ὀλόλυξαν, unde Dindorf. recte, opinor, restituendum esse vidit ὀλολύξατ'. — Verba haud dubie Praxitheæ sunt pedissequas suas alloquentis. — Sine causa hoc fgm. antea ad Bellerophontem referebatur.

Post hanc scenam nuntius, quem Erechtheus speculatum emiserat, reversus esse videtur, hostium exercitum ad urbem accedere referens, ejusque numerum, arma, duces, alia accurate describens. Cujus e sermone petita sunt fgm. VI — IX.

VI. (355).

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 7 (p. 739 P.).

Ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ
εὕδουσι, πηγαῖς δ' οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.

Sermonem esse de Sellis, oraculi Dodonæi sacerdotibus, qui ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι apud Hom. Il. π', 234, quocum loco Clemens hunc comparavit, vocantur, Valck. Diatr. p. 170 sq. monuit. Nuntius de barbaris loqui videtur, qui Jovis Dodonæi oraculum consuluerant.

VIII. (356.)

Eustath. ad Od. μ', p. 1720, 31 : Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ παντελῶς ὀλίγος ἰχθὺς ἄπιχθυς ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ἐδήλου τὸν μὴ ἐσθιόμενον· καὶ φέρουσιν ἐκεῖνοι χρῆσιν εἰς τοῦτο ἐκ τοῦ κωμικοῦ· ἐν μέντοι τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους φέρεται ὅτι ἀπίχθυες κατά τινας οἱ μὴ ἐσθίοντες ἰχθῦς· καὶ φέρει ἐκεῖνος καὶ Ἀριστοφάνους χρῆσιν ἐξ Ἐρεχθέως ταύτην,

Τοὐθένδ' ἀπίχθυς βαρβάρους οἰκεῖν δοκῶ.

Versum ex Euripidis, neque vero ex Aristophanis, quam grammaticus fingebat, Erechtheo ductum esse eodemque, quo antecedens fgm., spectare luculenter docuit Dindorf. ad Aristoph. Fragm. p. 8. — Verba sunt nuntii; cf. fgm. V.

VIII. (357.)

Proverb. Append. Vatic. II, 67, p. 292. Proverb. e cod. Bodl. 632, p. 75 ed. Gaisf. (Append. III, 97 ed. Schneidewin.) : Μίασμα δρυός· παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνιττόμενον τὸ Θηβαῖον παρανόμημα εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον· — — ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱέρειαν εἰσβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ζέοντα ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν. — Cf. fgm. V.

IX. (358.)

Stob. LIX, 13. Arsen. Viol. p. 365 ed. W.

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον ἢ μικρὸν σκάφος.

Nuntius hoc versu regi suasisse videtur, ut hostibus exercitum quam maximum opponeret. Both. ναῦς εἰ μεγίστη, κρεῖσσον ἢ μικρὸν σκάφος.

354.

Precamini, mulieres, ut dea auream
Gorgonem tenens urbi auxilio veniat.

355.

In solo inoperto
dormiunt, fontibus non rigant pedes.

356.

Inde habitare puto barbaros pisces non comedentes.

357.

Quercus piaculum. Apud Euripidem in Erechtheo tecte significatur Thebanorum injuria oraculo Dodonæo illata. — Impie enim egerant in antistitam, quam im lebetem ferventem Dodonæ injecerant, quum amore unius e sciscitatoribus oraculi capta esset.

358.

Maxima navis melior est quam tenuis scapha.

X. (359.)

Stob. LI, 12.

Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακούς.

Erechtheus his verbis ad illud nuntii consilium respondit. — De sententia cf. Archel. fgm. XV.

XI. (360.)

Stob. LIV, 12.

Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
στρατηλάτας χρὴ, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

Hoc fragmento et sequentibus (XII, XIII) Erechthei verba contineri videntur e colloquio cum nuntio petita. Musgr. hoc et sequens fgm. in unum conjunxit.

XII. (361.)

Stob. LIV, 13.

Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν.

Cf. fgm. XI.

XIII. (362.)

Stob. XCIV, 10.

Τὰς οὐσίας γὰρ μᾶλλον ἢ τὰς ἁρπαγὰς
τιμᾶν δίκαιον· οὔτε γὰρ πλοῦτός ποτε
βέβαιος ἄδικος —

Cf. fgm. XI. — Vs. 2 Both. οὔτι, quasi voce ἄδικος sententia finita fuisset.

XIV. (363.)

Paulo post hanc scenam haud dubie Erechtheus, antequam ad pugnam abiret, omnia ad immolandum filiam paravit; quo ni fallor respexit Suid. v. Βοῦς ἕβδομος· πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης· ἐκάλουν δὲ αὐτὸ βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν· ἔστι δὲ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴριδι. Eadem fere citat e Pausaniæ Lexico Eustath. in Il. σ', p. 1165. Cf. Diogenian. III, 50. Cum his conjunge quæ tradit Suid. v. Ἀνάστατοι, πλακούντων εἶδος· οὗτοι δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρρηφόροις ἐγίνοντο. Ἐλέγοντο δὲ πλακοῦντές τινες καὶ χαρίσιοι. — — Αἱ δὲ σελῆναι πέμματά εἰσι πλατέα, κυκλοτερῆ. Πέλανοι δὲ τὰ εἰς θεοὺς πέμματα· πόπανα δέ. Καὶ ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς σελήνας πελάνους εἴρηκεν Εὐριπίδης·

Καί μοι, πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων,
φράσον, σελήνας τάσδε πυρίμου χλόης.

Ἐπὶ δὲ ἓξ σελήναις βοῦν ἕβδομον ἔπεττον, κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης· (ἔθυον μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τέσσαρσι ποπάνοις τοῦτον τὸν βοῦν, καὶ ἐκάλουν αὐτὸν πέμπτον βοῦν· μᾶλλον δὲ ἐπὶ ταῖς ἓξ ἕβδομον βοῦν). Eadem leguntur s. v. Σελῆναι. — Verba πολὺν — δόμων per parenthesim accipienda esse facile intelligitur. Locum primus recte interpretatus est Toup. Emend. in Suid. I, p. 53, filiæ ipsi immolandæ verba tribuens, quippe quæ fati sui inscia e patre quæsiverit : « quo iste tantus apparatus? Dic mihi, quo has placentas — nam video te plurimas mittere — missurus es? » — Both. pro μοι recte, ut videtur, ποῖ scripsit.

XV. (364.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 9 (p 741 P.).

Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.

Welck. hæc ab Erechtheo dicta suspicatur, quum filia in medium ac præcipue in virorum concionem prodire dubitaret; sed hæc ratio admodum incerta est; a quavis enim fere persona ea proferri poterant. Eandem sententiam expressit Eurip. in Hippol. 385.

Dum Chorus carmen canit, Erechtheus filiam natu minimam Proserpinæ immolat; sorores autem sponte morti se tradunt; cf. Cic. Tusc. I, 48, 116, et fab. argum. Hæc omnia vero non in scena ipsa evenisse, sed a nuntio relata esse apparet. Cujus ex narratione superesse videntur fgm. XVI, XVII.

359.
Paucos malim (bonos) quam multos ignavos.

360.
Quippe cum diis prudentes imperatores
arma movere oportet, neque vero invitis diis.

361.
Nemo sine jure bellans sospes domum redire solet.

362.
Fortunæ munera potius quam rapinas appetere
oportet : divitiæ enim male partæ parum
stabiles sunt.

363.
— *Lunulæ* vero sunt placentæ planæ et rotundæ. *Pelani*, placentæ in deorum honorem factæ. Et Euripides in Erechtheo *lunas* vocavit pelanos :

Jam mihi dic, (nam magnam pelanorum copiam
ex ædibus mittis,) causam harum de tritico lunarum.

364.
De pudore et ipse, quid statuam hæreo :
nam et eo opus est, et nonnunquam magnum malum est.

XVI. (365.)

Etym. Magn. p. 133, 31 : Ἀσιάτις. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας· οὕτως Ἀριστοφάνης (Thesm. 120) εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου· ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. Cf. Hesych. v. Ἀσιάς, Schol. Apoll. Rhod. II, 777, Plut. De mus. p. 1133, Suid. v. Ἀσία, Eur. Cycl. 443. — Cf. fgm. XV fin.

XVII. (366.)

Hesych. : Ζεῦγος τριπάρθενον. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ. Tres tantum Erechthei filias ab Euripide commemoratas esse jam ex fgm. IV, vs. 36, colligi potest, idque confirmatur testimonio Theon. Schol. in Arat. 169 : Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας. Conf. fgm. XV fin. — Deinde Erechtheus ipse ad pugnandum paratus in scenam processisse suosque allocutus et ad fortitudinem cohortatus esse videtur, velut Æsch. Sept init. Huc pertinere videntur fgm. XVIII—XX.

XVIII. (367.)

Stob. LIV, 14.

Μισῶ δ', ὅταν τις καὶ χθονὸς στρατηλάτης
μὴ πᾶσι πάντων προσφέρῃ μειλίγματα.

Cf. fgm. XVII. fin.

XIX. (368.)

Stob. XXIX, 11. Orion. Anthologn. VII, 2, p. 51 ed. Schneidew.

Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγάθ' αὔξεται βροτοῖς·
ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀτολμία
οὔτ' οἶκον οὔτε βίοτον οὐδὲν ὠφελεῖ.

Vs. 1 exstat etiam apud Schol. ad Aristot. Ethic. Nicom. (ed. Bekk. vol. II, p. 1113) in Cram. An. Gr. Paris. vol. I, p. 192, 25, ubi γὰρ pro τοὶ legitur. — Vss. 2, 3 paucis mutatis Stob. VIII, 13 ex Archelao affert et Orio ipse sic exhibet : ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ χαχίστ' ἀτολμία οὔτ' οἶκον οὔτε γαῖαν ὀρθώσειεν ἄν, ut verisimillimum sit, confudisse eum hunc locum cum illo ex Archelao fabula petito, utpote hujus simillimo. Ex Orione vero Archelai locum corrigendum esse ibi monuimus; cf. Archel. fgm. X.

XX. (369.)

Aristoph. Lys. 1129 sq.

— — — οἳ — — —
βωμοὺς περιρραίνοντες, ὥσπερ ξυγγενεῖς,
Ὀλυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ — πόσους
εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι; —
ἐχθρῶν παρόντων βαρβάρων στρατεύμασιν
Ἕλληνας ἄνδρας καὶ πόλεις ἀπόλλυτε·
εἷς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται.

Ad. vs. 1131 adnotat Schol. : ἐν Πύλαις ἀντὶ τοῦ ἐν Θερμοπύλαις· ἔπεμπον γὰρ εἰς τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν τοὺς λεγομένους ἱερομνήμονας. Ὅλος ὁ ἴαμβος λέλεκται ἐξ Ἐρεχθέως. Totum Aristophanis locum attulimus, quum non modo ille vs., quem schol. significat, sed reliqui etiam tragicum colorem præ se ferant, et extremus aperte Euripidi tributus sit a gramm. in Bachm. An. Gr. I, p. 191, 26. Quæ quum ita sint, locum Aristophaneum certe ex parte conflatum et compositum esse ex versiculis Euripideis, qui fuerintne omnes ex Erechtheo ducti, nunc vix quisquam discernat.

Talia locutus rex in pugnam abiit, quæ, dum Chorus carmine spem ac metum suum patefacit deorumque auxilium implorat, acerrime pugnatur, velut in Æsch. Sept. 702 sq. Carmine finito haud dubie nuntius Atheniensium victoriam et Eumolpi mortem, simul vero regis Erechthei casum indixit; deinde rex ipse mortifero vulnere ictus (cf. Paus. I, 38, 4) in scenam illatus est, ubi suis valedixit (cf. fgm. XXIII, vs. 33 sq.) filiosque ad virtutem cohortatus est, maxime vero natu maximo, Cecropi, utpote regnum suscepturo, multa præclara atque egregia præcepta dedit; cf. fgm. XXI sq.

XXI. (370.)

Stob. LXXIX, 4. Orion. Anthologn. (farrag. Eurip. 8 post tit. VIII) p. 56 ed. Schneidew.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις,

365.

Asiadis (h. e. citharæ) pulsus.

366.

Trium virginum cœtum.

367.

Odi enim, nisi quis vel terræ imperator omnes blandimentis sibi conciliet.

368.

E laboribus bona mortalium augentur.
Vita delicata autem turpisque ignavia
nec vitam nec domum quidquam juvant.

369.

Qui aras circumcirca rigantes, sicut
cognati, *Olympiæ*, (*Thermo-*) *pylis*, *Pythone* — [quot
alias dicerem, si longus esse mihi liceret? —
dum hostes barbari adsunt, exercitibus Græcos
viros et urbes perdite. *Una orationis
pars sic mihi ad finem perducta est.*

370.

Liberis matre nihil dulcius est.

ἐρᾶτε μητρός, παῖδες· ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως
τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἡδίων ἐρᾶν.

Cf. fgm. XX fin. — Vs. 1 Orio præstantius : οὐκ ἔστι μητρὸς οὐδὲν κτλ. et vs. 3 ὅστις pro οἷος. Both. correxit : οἷος αἰδοίων ἐρᾶν.

XXII. (371.)

Stob. LXXVI, 12.

Θέτων δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

Cf. fgm. XX fin.

XXIII. (372.)

Stob. III, 18.

Ὀρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον —
φρονεῖς γὰρ ἤδη κἀποσώσαι' ἂν πατρὸς
γνώμας φράσαντος, ἢν θάνω — παραινέσαι
κειμήλι' ἐσθλὰ καὶ νέοισι χρήσιμα,
βραχεῖ δὲ μύθῳ πολλὰ συλλαβὼν ἐρῶ.
Πρῶτον φρένας μὲν ἠπίους ἔχειν χρεών·
τῷ πλουσίῳ τε μὴ διδοὺς μεῖζον μέρος
ἴσον σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου.
Δυοῖν παρόντοιν πραγμάτοιν πρὸς θάτερον
γνώμην προσάπτων τὴν ἐναντίαν μίσει·
ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ κτήματ', ἢν βούλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ γὰρ κακῶς
οἴκους ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
Ἔχειν δὲ πειρῶ· τοῦτο γάρ τό τ' εὐγενὲς
καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν·
ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἔστιν ἥ τ' ἀδοξία,
κἂν ᾖ σοφός τις, ἥ τ' ἀτιμία βίου.
Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω στέγης.
Ὁμιλίας δὲ τὰς γεραιτέρας φίλει,
ἀκόλαστα δ' ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον,
μίσει· βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.
Ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχών, τέκνον,
αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν,
ὃ καὶ σίδηρον ἀγχόνας τ' ἐφέλκεται,
χρηστῶν πενήτων ἤν τις αἰσχύνῃ τέκνα.
Καὶ τοὺς πονηροὺς μήποτ' αὔξειν ἐν πόλει·
κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες ἢ νομίσματος,
ἢ πόλεος ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα
σκιρτῶσιν, ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.
Ἀλλ', ὦ τέκνον, μοι δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ,
καὶ χαῖρ'· ὑπ' αἰδοῦς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι·
γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

Hujus fragmenti vss. 11-13 leguntur etiam apud

Amate ergo matrem, o liberi; nam nullus alius
amor est talis, qualem amare dulcius sit.

371.

Liberorum adoptatorum ubi vis est? genitos enim
speciosis præstantiores ducere docet.

372.

Bene me interrogasti, ac volo tibi, o fili —
jam enim sapis et memineris patris
mentem aperientis, si ipse moriar — commendare
ornamenta pretiosa et adolescentibus utilia;
brevi autem oratione multa complectens dicam.
Primum quidem lenem mentem habere oportet;
et diviti non plus ponderi tribuens (quam pauperi)
omnibus æqualiter venerandum te præbeas.
Duobus negotiis eodem tempore propositis,
uni animum applica, alterum differens.
Inique divitias ne acquire, si diu in ædibus
manere cupis : nam quæ injuste in domum
migrant, haudquaquam saluti inserviunt.
At ut acquiras, operam da : hoc enim et nobilitatem
et conjugia optima affert.
In paupertate vero est ignobilitas et
vitæ contemptus, etiamsi sapiens quis fuerit.
Amicos tales quære, qui in dicendo sententiam
suam submittant; sed qui voluptatis tuæ
causa gratiam improbitate captent, eos janua tua
a domo arceas. Consuetudinem seniorum sectare;
at homines lascivis moribus, in risu tantum excitando
acres, fuge : brevis enim delectatio est inhonestæ
voluptatis. Potestatem adeptus, o fili, nunquam
turpes civium amores venare, quippe
quod et cædes et suspendia secum trahat,
si quis proborum pauperum liberos vitiaverit.
Neque improbos in civitate promove :
mali enim, vel pecunia abundantes,
vel magistratum quemvis in urbe nacti,
lasciviunt, domo præter spem aucta.
At, o fili, dextram mihi porrige, quam pater
tangat, et vale : præ pudore non multum te amplector.
Muliebris enim animus virum sapientem non decet.

Stob. XCIV, 4; vss. 14-17 ibid. XCI, 22; XCII, 2, et apud Arsen. Viol. p. 250 ed. Walz.; vss. 18-20 apud Stob. XIV, 3 et Plut. De adul. et amic. 22 (p. 63, A); vss. 21-23 apud Stob. CXV, 3; vss. 24-27 ibid. XVII, 17; vss. 29-31 ibid. XLIV, 4, et apud Plut. De Alex. s. virt. s. fort. or. II, 5 (p. 337, F); vss. 32-34 apud Apostol. XIX, 98; vs. 34 ap. Arsen. Viol. p. 458 ed. W. Vss. 1-17 in Paris. A. desunt. — Vs. 2 legebatur κἀποσώσαις ἄν, quod correxit Pors. Suppl. Præf. ad Hec. p. XXXIII, quum σώζειν nunquam *memoria aliquid tenere* significare possit, sed med. σώζεσθαι, cf. Monk. ad Hipp. 391, Elmsl. ad Bacch. 791. — Vs. 7 μεῖζον omittunt Trinc. Voss. Paris. B, quorum ille τῷ τε μὴ διδοὺς μέρος, hic πότε μὴ δ. μ. præbet. Musgr. e Ms. Coll. Nov. Ox. τῷ πλουσίῳ δὲ, τῷ τε μὴ, διδοὺς μέρος. Sed μεῖζον tuentur Paris. A. et codd. Schow. — Vs. 10 μίσει, quod metro adversatur, Salmas. mutavit in μέθες, Grot. προσάπτειν μήδ' ἐς αὔριον μένειν, Musgr. προσάπτειν τὴν ἐναντίαν μεθείς. Boiss. προσάπτειν τ. ἐ. στύγει, et sic Hartung. I, p. 474. Both. γνώμην προσάπτειν τὴν ἐναντίαν μέσοις. — Vs. 12 τὰ γὰρ κακῶς Stob. XCIV, 2 pro eo habet, quod codd. hoc loco præbent τὰ δ' ἀδίκως, nam haud dubie ἀδίκως e præcedenti ἀδίκως originem duxit. — Vs. 15 hoc loco deerat; suppletus vero est a Grot. e Stob. XCI, 22. — Vs. 17 legebatur ἀνανδρία τε ἥ τ' ἀτιμία βίου, sed genuinam scripturam dedit Grot. e Stob. XCI, 22. — Vs. 18 sq. Plut. l. c. ita affert, quasi a Merope (in Cresphonte) pronuntiata essent; quare fuerunt qui eos ad Cresphontem referrent. Sed aut Plut. memoria lapsus est, aut versus revera in utraque fabula exstiterunt; cf. Æg. fgm. IX. — Stob. XIV, 3 φίλους, Paris. B. φίλων, et sic Boiss. — Vs. 21 φίλει exhibet Stob. CXV, 3 pro vulg. θέλε. Ibidem etiam sequens vs. rectius legitur, nam vulgo edebatur βρ. τερ. ἡδ. τίκτει λύπην. Pro γεραιτέρας Stob. l. c. γεραιτέρους, quod fortasse recipiendum est. — Vs. 24 ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχὼν e Stob. XVII, 17 restitutum est pro vulg. ἐξουσίαν δὲ μήποτ' εὐτυχῶν. — Vs. 28 αὔξειν ἐν πόλει e Stob. XLIV, 4 pro eo, quod idem hoc loco habet, αὐξάνειν πόλει editum est. Both. propter canonem Porsonianum mavult : αὔξαν'. — Vs. 31 Stob. XLIV, et Plut. l. c. ἀδόκητ' pro vulg. ἀδίκως, quod sententiæ causa ferri nequit. — Vs. 33 pro δ', quod et in cod. B. et a Grot. omissum est, haud dubie recte Heath. σ' scribi jussit. — In fabulæ denique fine Minerva ipsa in scena apparuisse et non modo Erechtheum Praxitheamque collaudasse, quod patriæ commodis sua posthabuissent, sed etiam præmia iis filiabusque constituta esse, h. e. filias Hyadum nomine in astrorum numerum receptum (cf. fgm. XVII) et cultu quodam divino honoratum iri, nuntiasse videtur. Hinc Ἐρεχθεῖον, templi Minervæ pars, originem duxisse videtur.

ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Hujus fabulæ quale fuerit argumentum haud facile explorari potest : nam multo pauciora supersunt fragmenta, quam ut multum inde concludi possit. Ex fgm. III vero collato fgm. X consequi videtur, Herculem ad inferos missum esse, ac fortassis in hac fabula repræsentavit Euripides, quæ narrat Apollod. II, 5, 1 : « Eurystheus cognito Herculis robore eum postea urbem ingredi vetuit, sed ante portas certaminum præmia ostendere jussit. Sunt autem qui dicant, regem metu commotum dolium sibi æneum sub terra occulte comparasse, et Copreum præconem, Pelopis Elei filium, misisse qui certamina illi mandaret. » Cf. Jo. Pediasim. De Herc. lab. 2, Tzetz. Chil. II. 232, Diod. Sic. IV, 12, quorum illi cum Apollodoro id post leonem Nemeæum interfectum, hic vero post captum aprum Erymanthium factum esse tradit. Videtur igitur Hercules, postquam jam plures eosque difficiles labores perfecerat (cf. fgm. II) ad inferos missus esse, ut Cerberum arcesseret; quo arcessito Eurystheus tanto terrore affectus est, ut sese absconderet, et Herculem illud monstrum statim ad inferos reducere juberet. Ac fortassis Hercules Cerberum portans nuntiatur verbis inc. fab. fgm. CLIX, quod huc referendum videtur. — Hartung, I. p. 313. fabulam cum Peleo, Ægeo, et Heraclidis Ol. LXXXVI, 3 actam dicit.

I. (373.)

Pollux X, 108 : Σκεῦος δὲ μαγειρικὸν καὶ ἠθμός, Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθεῖ σατυρικῷ εἰπόντος·

———ἢ κύαθον, ἢ χαλκήλατον
ἠθμὸν προσίσχων τοῖσδε τοῖς ὑπωπίοις.

Cujus verba sint non liquet. Both. προσίσχειν, infinitivum vi imperativi adhibitum dicens.

373.

Cyathum vel æneum cribrum colaphis hisce opponens.

II. (374.)

Pollux X, 145 : Ὅτι δὲ καὶ τὴν σπάθην ἐπὶ τοῦ ξίφους εἰρήκασι, εὕροις ἂν ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ σατυρικῷ· Πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξηθέριζεν ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανθέτου. In his vocem ἐξηθέριζεν, quæ nulla est, Piers. Verisim. p. 256 e ms. Seberi mutavit in ἐξεθέρισεν, exstincto vocabulo φασγάνῳ, quod e glossemate ortum esse verisimile fit, et inserta voce στάχυν (cf. Hyps. fgm. X. vs. 5), ut hi vss. evaderent :

Πᾶς δ' ἐξεθέρισεν, ὥστε πύρινον στάχυν
σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

At πᾶς suspectum fuit : quare Piers. l. c. primum vs. inter duas personas distribuens correxit : A. πῶς ἐξεθέρισεν; B. ὥστε κτλ., i. e. quærenti alicui, fortasse Eurystheo, quo modo Hercules Lernææ hydræ capita exciderit, respondet nuntius : « velut spicam triticeam gladio nigrum manubrium habente demetens. » Musgr. vero scripsit : πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν Πύρινον κτλ. Hartung. I, p. 315. πάντ' ἐξεθ. κτλ. Both. πᾶν δ' ἐξεθ. κτλ.

III. (375.)

Erotian. p. 366 v. τέρθρον : Τέρθρον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔσχατον καὶ ἐπὶ τέλει, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ ποιεῖ τὸν Ἡρακλέα λέγοντα οὕτως·

Πέμψεις δ' ἐς Ἅδου ζῶντα κοὐ τεθνηκότα,
καί μοι τὸ τέρθρον δῆλον εἰςπορεύομαι.

Vs. 1 Both. πέμπεις. — Vs. 2 Heath. correxit : ὡς πορεύομαι. Musgr. εἰς ὃ πορεύομαι (voluit sine dubio ἐς ὃ πορεύομαι). Erfurdt. οἷ πορεύομαι, sed Matth. lectores ad Gr. Gr. § 472, 4 ablegans idem esse dicit, ac si Euripides scripsisset : καὶ τὸ τέρθρον, ὃ εἰσπορεύομαι, δῆλόν μοί ἐστιν. De qua re valde dubitandum. Both. εἶ πορεύομαι.

IV. (376.)

Stob. LXII, 23.

Πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον
τοιοῦτον εἶναι, καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Vs. 1 corruptum esse et metrum et verbum εἶναι male e vs. 2 repetitum ostendunt : quare Grot. et Barnes. dederunt : πιστὸν οὖν χρὴ διάκονον quasi διάκονος secundam brevem haberet; Heath. πιστὸν χρὴ μὲν οὖν διάκονον. Musgr. πιστὸν μὲν οὖν αἰνῶ γε τὸν διάκονον τοιαῦτά τ' εἶναι κτλ. Matth. deleto εἶναι in fine aliquid excidisse censet. Hartung. l. c. in primo vs. delet εἶναι et lacunam inter primum et secundum vs. statuit; Both. scripsit : πιστούμενον χρηστόν τε δεῖ διάκονον κτλ. Sed εἶναι ex simili quadam voce depravatum esse persuasissimum mihi est : itaque Euripidem scripsisse puto : πιστὸν μὲν οὖν αἰεὶ χρεὼν διάκονον κτλ. — Vs. 2 vulgo erat τοιοῦτόν τ', sed τὲ deest in Paris. A. — Eurysthei verba esse facile apparet.

V. (377.)

Stob. LXXVII, 11.

Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα
παῖδας φυτεύειν· ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φύῃ,
οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.

Vs. 3 vulgo διαφθείρει, quod correxerunt Heath. et Valck. ad Ammon. p. 88.

VI. (378.)

Stob. XCII, 7.

Νῦν δ' ἤν τις οἴκων πλουσίαν ἔχῃ φάτνην,
πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κράτει·
τὰ δ' ἔργ' ἐλάσσω χρημάτων νομίζομεν.

Vs. 1 Paris. A. B. ὄκνων pro οἴκων, et φάτνην ἔχῃ, quod retinendum videtur. Grot. οἴκοι.

VII. (379.)

Stob. XCVIII, 40.

οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δραστέον.

Herculis ipsius verba esse videntur.

374.

Omnes vero demessuit, tanquam
aristas triticeas, lamina ensis nigri resecans.

375.

Mittis in Orcum me vivum nec mortuum :
ac mihi finis notus est, ad quem proficiscor.

376.

Servum fidum igitur (semper) talem esse necesse
est, et, quæ dominorum sunt, tueri.

377.

Temere vero homines spuriam prolem procreare
vitant : nam qui natura probus fuerit,
ejus indoli non officiet nomen.

378.

Nunc si quis in domo largam mensam præbeat,
primis adscribitur pejorum auctoritate :
facta vero divitiis posthabemus.

379.

Nescio qua norma hominum casus recte metienti
quid agendum sit, perspicere liceat.

VIII. (380.)

Schol. Eurip. Hecub. 821 (837) : Τὸν Δαίδαλον φασὶ ποιεῖν εἴδωλα, καὶ μετὰ τὸ πληροῦν (ἀποπληροῦν) αὐτὰ ποιεῖν ταῦτα κινεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι· ὅτι δὲ ἐκινεῖτο καὶ προΐει φωνὴν, αὐτός τε Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ λέγει·

Οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιὲ, μὴ δείσῃς τάδε·
τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ
βλέπειν τ' ἀγάλμαθ'· ὧδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.

Vss. 2, 3 citat etiam Tzetz. Chil. I, 518, sed Platoni comico eos assignat. — Vs. 3 pro vulg. δοκεῖ βλέπει τ' ἀγάλμαθ' Valck. Diatr. p. 171 haud dubie recte scripsit : δόκει, βλέπειν τ' ἀγάλμ., his verbis irrideri dicens senem, qui Herculem ab inferis reversum a se visum esse nuntiaverit.

IX. (381.)

Athen. XI, p. 498, D : Εὐριπίδης δ' ἐν Εὐρυσθεῖ ἀρσενικῶς ἔφη

Σκύφος τε μακρός,

κτλ. Hinc deprompsit Eustath. ad Od. υ', p. 1775, 19.

X. (382.)

Steph. Byz. v. Τάρταρος : ... ὁ οἰκήτωρ Ταρτάριος, καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ σατυρικῷ.

Ad hanc fabulam referri etiam possunt inc. fab. fgm. CLXX et CCLXIV.

ΘΗΡΙΣΤΑΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Hujus fabulæ nusquam mentio est facta nisi in Aristophanis grammatici argum. Eurip. Med., ubi hæc leguntur : ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. Πρῶτος ἦν Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης· Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι· οὐ σώζεται. Cujus etsi nullum fragmentum superest neque Aristophanis temporibus, ut ex postremis verbis liquet, ullum superfuit, tamen argumentum ex titulo conjectura assequi possumus. Vix enim in ulla alia fabula chorus e messoribus constitit, quam in Sosithei Lityersa : unde in Euripidis Theristis atque in Sosithei Lityersa argumentum admodum simile expressum fuisse probabile est. Atque hoc tanto magis persuasum mihi est, quanto sæpius, ut alio loco docebo, serioris temporis poetæ tragici Euripidearum fabularum argumenta sibi tractanda sumpserunt Euripidemque imitati sunt. Attamen nequaquam id ita intelligi voluerim, ut in Theristis omnia prorsus eadem ratione instituta fuisse atque in Sosithei Lytiersa aliquis credat, quamquam illud præfracte contendo, ab utroque poeta in universum idem argumentum esse tractatum. Quare factum esse potest ut apud Euripidem nec scena in Phrygia nec Lytiersæ persona, sed alius cujusdam hominis similibus moribus inducta fuerit; de qua re nunc judicari utique nequit. Lytiersæ autem argumentum exhibet Schol. Theocr. X, 41, consentiente anonymo quodam scriptore, quem primus Heerenius (in Bibl. Litt. antiq. et artium Gotting. 1790, VII, Inedit. p. 8 sq.) et post multorum curas Westermannus (in Mythogr. Græc. I, p. 346 sq.) edidit, quemque temporum iniquitati ereptum esse propter insigne Sosithei fragmentum operæ pretium est. Scholiastæ Theocr. l. c. verba sunt hæc : Λιτυέρσης ᾤκει Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, υἱὸς τυγχάνων νόθος τοῦ Μίδου. Γεωργὸς δὲ ὤν, τοὺς παριόντας τῶν ξένων εὐωχῶν, ἠνάγκαζε θερίζειν (hinc *messorum* chorus) μετ' αὐτοῦ. Εἶτα ἑσπέρας ἀποτέμνων αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν τοῖς δράγμασι συνελὼν ᾖδεν. Ἡρακλῆς δὲ ὕστερον τοῦτον ἀποκτείνας ἔρριψεν εἰς τὸν Μαίανδρον ποταμὸν, ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν, ἐγκωμιάζοντες, ὡς ἄριστον θεριστήν. Τοῦτον δέ φησιν Ἀπολλόδωρος ᾠδὴν εἶναι θεριστῶν λέγων οὕτως· καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις ἰάλεμος, ἐν δὲ ὕμνοις ἴουλος, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λιτυέρσας (cf. Athen. XIV, p. 619, A). Lityersæ regis mores depinxit Athen. X, p. 415, B, his verbis : Λιτυέρσας δὲ ἦν μὲν υἱὸς Μίδου νόθος, Κελαινῶν δὲ τῶν ἐν Φρυγίᾳ βασιλεὺς, ἄγριος ἰδέσθαι καὶ ἀνήμερος ἄνθρωπος, ἀδηφάγος δ' ἰσχυρῶς· λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίθεος ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσᾳ οὕτως·

Ἔσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμορφον πίθον.

Τοιοῦτός ἐστι καὶ παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι ἐν

380.

Fieri nequit, o senex : ne hæc metuas. (Ut)
Dædalea enim simulacra omnia moveri
ac cernere videntur, ita ille vir sapiens est.

381.

Et poculum altum.

382.

Incola (*Tartari*) *Tartarios*, et per *ei* diphthongum *Tartareios* Eurip. in Eurysth. ait.

Ἀγαθοῖς κτλ. cf. Tzetz. Chil. II, 595. In *hac* igitur fabula apparuit rex quidam edax, qui peregrinos, quotquot eum adirent, hospitio recepit lautisque epulis instruxit, deinde eos bene cibatos in agros deduxit ac segetes secum demetere jussit. Prima nocte autem capita falce abscidit corporaque manipulis involuta domum reportavit. Cujus tantæ crudelitatis tandem Hercules acerrimus improborum hostis (cf. Syl. fgm. VI) vindex exstitit, qui regem interfecit interfectumque in Mæandrum projecit.

ΘΗΣΕΥΣ.

De hujus fabulæ argumento præter ea quæ ex fragmentis ipsis colligi possunt, h. e. Theseum cum aliis adolescentibus in Cretam missum esse, ut Minotauro objiceretur, Ariadnes ope vero Minotaurum necasse, nihil certi compertum habemus. Nec multum juvant, quæ tradunt Hygin. fab. XLII : « Theseus postquam Cretam venit, ab Ariadne Minois filia est adamatus, adeo ut fratrem proderet et hospitem servaret : ea enim Theseo monstravit labyrinthi exitum. Quo Theseus quum introisset et Minotaurum interfecisset, Ariadnes monitu licium revolvendo foras est egressus, eamque, quod fidem illi dederat, in conjugio secum habiturus avexit; » et Serv. ad Virg. Æn. VI, 14, coll. Mythogr. I, 43; II, 124 : « Sed tertio anno Ægei filius Theseus missus est, potens tum virtute tum forma. Qui quum ab Ariadne regis filia amatus fuisset, Dædali consilio filo iter rexit : et necato Minotauro cum rapta Ariadne victor aufugit. Quæ quum omnia factione Dædali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio servandum in labyrinthum trusit; » cf. Plut. Vit. Thes. c. 15-19, Diod. IV, 61, Jo. Malal. Chron. p. 87 ed. Nieb., Tzetz. Chil. XI, 549 sq. Inde enim ne cognoscitur quidem, quænam fuerint Minois partes, quocum Theseum controversiam habuisse ex fgm. IV apparet. Hippolytum vero haud dubie admodum adolescentem inter personas etiam fuisse e fgm. VIII elucet. De tempore, quo fabula acta sit, si quæris, inde quod in Aristophanis Vespis irrisa est, colligi potest ante Ol. LXXXIX, 2 eam scenæ esse commissam. Nihil autem tribuendum est Hartungi opinioni, qui Theseum quarto loco cum Hecuba, Alcmena et Plisthene Ol. LXXXVIII, 4, doctam esse statuit.

I. (383.)

Steph. Byz. v. Εὐρώπη : Λέγεται δὲ καὶ... διὰ τοῦ ι Εὐρωπία.... Εὐριπίδης ἐν Θησεῖ·

Σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρωπίας.

Cf. Aristid. t. II, p. 336, de Alexandria : Καίτοι κράσπεδον Εὐριπίδου φώνῃ μάλιστ' ἄν τις αὐτὴν Αἰγύπτου προσείποι. — Welck. hoc et sequens fgm. e prologo superesse conjecit, quem Theseus loquutus sit.

II. (384.)

Galen. De Plat. et Hippocr. dogm. IV, 7, p. 283 ed. Bas. (t. V, p. 418 ed. Kuhn.). Plut. Consol. ad Apollon. 21 (p. **112**, D) : Καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρεσκευάσθαι φαίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα· ἐκεῖνος γάρ φησιν·

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν,
εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην,
φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς,
ἵν', εἴ τι πάσχοιμ', ὧν ἐδόξαζον φρενὶ,
μή μοι νεωρὲς προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ.

Hæc Thesei verba Latine expressit Cic. Tusc. III, 14, 29. — Vs. 1 Galen. omisit τοῦτο, quod abesse a Plutarchi codicibus Parisinis significavit Dübnerus. — Vs. 2 Wyttenb. ad Plut. p. 745 verba εἰς φροντίδας συμφοράς τε per ἓν διὰ δυοῖν accipit, ut significent : in cogitationem malorum animum conjeci; e codicum discrepantia vero genuinam scripturam esse suspicatur : εἰς φροντίδ' ἀεὶ συμφορὰς ἐβαλλόμην, quam Dübnerus codicum Paris. auctoritate commotus recepit. Sed vulgatum Plut. ipse paulo post (Consol. ad Apoll. 25, p. 114, D) tueri videtur. — Vs. 3 Galen. recte πάτρας ἐμῆς, Plut. ἐμάς. Cf. Valck. ad Phœn. 610, Hipp. 1043. — Vs. 4 Galen. καὶ κακὰς ἄλλας ὁδοὺς, deinde ὥστ' pro ἵνα. — Vs. 5 Galen. ἐδόξαζόν ποτε. — Vs. 6 Galen. νεαραῖς et δάκοι. At etiam νεαρὸν, quod vulgo hoc loco legebatur, ferri nequit, quum α correptum habeat. Musgr. igitur e Galeni scriptura elicuit νεωρὲς, probatum id ab Elmsl., Dindorf., Dübnero, aliis; sed vide an

---

383.

Ad ipsum fere Europæ limbum.

384.

Ego vero, quum hæc a viro sapiente didicissem,
et in ærumnarum contemplationem animum conjeci,
et exsilia e patria animo proposui,
et præmaturas mortes, aliasque malorum vias,
ut, si quid paterer eorum, quæ alias cogitabam,
ne improviso mihi contingens magis morderet.

potius scribendum sit νέωρον, coll. Phot. p. 297, 9, Hesych. s. v. Νέωρον, νέον.

III. (385.)

Athen. X, p. 454, B : Εὐριπίδης δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν. Βοτὴρ δ' ἐστιν ἀγράμματος αὐτόθι δηλῶν τοὔνομα τοῦ Θησέως ἐπιγεγραμμένον οὕτως·

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια.
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος·
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές·
τὸ δεύτερον δὲ, πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία·
τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος·
τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία,
λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
εἰσίν· τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι·
γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν·
τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές.

Descripsit his verbis pastor quidam legendi artis ignarus singulas literas, ex quibus Thesei nomen, quod alicubi exaratum viderat, compositum est; sed cui et cur hoc fecerit, perdifficile est ad dicendum. Nam quod Welck. pastorem Thesei nomen a Theseo ipso in arena inscriptum vidisse et Ariadnæ descripsisse conjicit, vereor ut probandum sit. Quem ad finem enim Theseus nomen suum arenæ inscripserit? Sed fortasse illud nomen in aliqua Thesei armaturæ parte, velut in clypeo, conspiciebatur : nam clypeos a veteribus cujusvis generis decoribus et inscriptionibus insignitos esse satis notum est; cf. Æsch. Sept. 381 sqq. — Vs. 6 Both. ἐν μέσοις vel ἐμμέτρως, i. e. ὀρθῶς, scribi mavult.

IV. (386.)

Aristoph. Ran. 468.

Ὦ βδελυρὲ κἀναίσχυντε καὶ τολμηρὲ σὺ
καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε.

Schol. Venet. adnotat : παραπλήσιά ἐστι τούτοις τὰ ἐν τῷ Θησεῖ πεποιημένα παρ' Εὐριπίδῃ· ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτος ἦν σπουδάζων καὶ τοιαῦτα λέγει πρὸς τὸν Μίνωα, κτλ. Cf. fgm. V. — Extrema haud dubie Aristophanis ipsius sunt verba.

V. (387.)

Aristoph. Ran. 473 sq.

Τοία Στυγός σε μελανοκάρδιος πέτρα
Ἀχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγὴς
φρουροῦσι, κωκυτοῦ τε περίδρομοι κύνες,
Ἔχιδνά θ' ἑκατογκέφαλος, ἣ τὰ σπλάγχνα σου
διασπαράξει, πνευμόνων τ' ἀνθάψεται
Ταρτησία μύραινα· τὼ νεφρὼ δέ σου
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ᾑματωμένω
διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι,
ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.

Plura in his latent Euripidea, sed expiscatu haud facilia. Schol. ad vs. 473 : μελανοκάρδιος· διὰ τὸ τῆς λέξεως φοβερὸν εἶπε μελανοκάρδιος πέτρα· οὐ γὰρ ἔχει καρδίαν ἡ πέτρα. Ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀγρίων ἀνθρώπων, οὓς διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀγριότητα μελανοκαρδίους φησι· (ἐκ Θησέως Εὐριπίδου addit cod. Flor. Θ) καὶ τὰ μὲν ἑαυτῷ πλάττων λέγει, τὰ δ' ἐξ Εὐριπίδου πρὸς φόβον Διονύσου. — Schol. ad vs. 476 (fgm. VI). — Schol. ad vs. 478 : Ταρτησία μύραινα· μύραινα, δαίμων φοβερά· παρὰ τὸ μύρεσθαι· παρὰ τὰ ἐν τῷ Θησεῖ Εὐριπίδου. ... ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἔχιδναν μύραιναν εἶπε· τὸ γὰρ Στυγὸς ἐπὶ πλησίον εἶπε τούτοις. Ἔστι δὲ ταῦτα ἐν Θησεῖ πεποιημένα Εὐριπίδῃ· ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτός ἐστι σπουδάζων ὁ Εὐριπίδης οἷος ἐνταῦθα παίζων. — Hoc fgm. sicut antecedens ad Thesei minas pertinuit.

385.

Ego literarum ignarus quidem sum,
figuras tamen et signa manifesta dicam.
Circulus quidam est tanquam torno descriptus,
hic autem habet signum in medio conspicuum.
Loco secundo lineæ apparent duæ,
quas alia una ad medium disjungit.
Tertio loco erat aliquid cincinni instar convolutum.
Quarto dein erat una linea recta stans,
in ea autem tres transversæ affixæ sunt.
Quinta nota denique haud facilis est explicatu :
duæ enim lineæ sunt inter se divergentes,
hæ autem in unam basim coincidunt.
Ultima vero tertiæ prorsus similis est.

386.

O abominande et impudens et audax
et nefarie et scelestissime —

387.

Talis te Stygis atra petra et
Acherontius scopulus sanguine manans
asservant, et Cocyti circumcursantes canes,
Echidnaque centiceps, quæ viscera tua discerpet;
pulmonesque tuos corripiet
Tartesia muræna : renes vero tuos
cruentatos una cum ipsis intestinis
distrahent Gorgones Tithrasiæ, quas
citato cursu arcessam ego.

VI. (388.)

Schol. Aristoph. Ran. 476 : Ὁ τόπος οὗτος παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου·

Κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κομαῖς ὁμοῦ,
ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖς πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Vs. 1 legebatur συγχέω, quod e Chœrobosc. in Bekk. An. Gr. p. 1290 correxit Matthiæ. — Vs. 2 ῥᾶναί τε δ' Ald. ῥάνατε δ' cod. Ven. Grot. ῥανεῖ τε γῆν ἐγκέφαλον (imo ἐγκέφαλος), pro quo Musgr. maluit ῥανεῖ τε πέδον, Matth. ῥανῶ τε πεδόσ'. — Vs. 3 αἱμοσταγεῖν. Ven. Flor. Θ. Bentl. αἱματοσταγεῖς πρηστῆρες ὕσονται, quod recepit Hartung. (I, p. 550). Grot. et Barnes. αἱματοσταγεῖ πρηστῆρε ῥεύσονται. Vide de hac dualis forma Gœttling. ad Theodos. p. 242, Buttm. Gr. Gr. I, p. 49, not. 6; II, p. 401, Schneid. ad Plat. I, p. 303. Both. αἱμοσταγῆ πρηστῆρε ῥ. — Thesei verba esse videntur ad eandem scenam pertinentia.

VII. (389.)

Plut. Vit. Thes. c. 15 (p. 6, D) : Τοὺς δὲ παῖδας εἰς Κρήτην κομιζομένους ὁ μὲν τραγικώτατος μῦθος ἀποφαίνει τὸν Μινώταυρον ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ διαφθείρειν, ἢ πλανωμένους αὐτοὺς καὶ τυχεῖν ἐξόδου μὴ δυναμένους ἐκεῖ καταθνήσκειν, τὸν δὲ Μινώταυρον, ὥσπερ Εὐριπίδης φησὶ,

Σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον βρέφος

γεγονέναι, καὶ

Ταύρου μεμίχθαι καὶ βροτοῦ διπλῇ φύσει.

Priorem versum Plut. De curios. 10 (p. 520, C) sic exhibet : σύμμικτον εἶδος καὶ ἀποφώλιον τέρας, unde τέρας fortassis accipiendum est. — Versus e narratione nuntii, qui pugnam inter Theseum et Minotaurum describebat, petiti videntur; nam Minotaurum ipsum tali forma præditum in scenam prodiisse parum credibile est :

VIII. (390.)

Aristoph. Vesp. 312 sq.

Π. Τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς;
Χ. ἀνόνητον ἄρ' ὦ θυ-
λάκιόν σ' εἶχον ἄγαλμα.

Adnotat Schol. : πράγματα βόσκειν· ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου· ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ παττόμενοι παῖδες εἰς βορὰν τῷ Μινωταύρῳ· τὸ δὲ ἑξῆς, τὸ ἀνόνητον ἄρα, Ἱππόλυτός ἐστιν ὁ λέγων ἐκεῖ·

ἀνόνητον ἄγαλμα, πάτερ,
οἴκοισι τεκών.

Consentit fere schol. Venet. — Extrema probabiliter sic correxit Bergk. : Ἀνόνητον ἄγαλμ', ὦ πάτερ, οἴκοισι τεκών. — Priores vss. manifesto Chori sunt, quem Welck. probabiliter ex adolescentibus, qui in Cretam missi erant, ut Minotauro objicerentur, compositum fuisse censet. Quorum ex numero etiam Hippolytus fuisse videtur; qua re factum sit ut Theseus cum illis in Cretam se conferret. Filium enim a Minotauro comedi nolebat; itaque hujus monstri interficiendi consilium capiebat.

IX. (391.)

Stob. IX, 8.

Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς
ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι.

Eadem fere verba leguntur in Æg. fgm. IX. Cujusnam sint haud facile dicas.

X. (392.)

Stob. XLV, 1.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις χρημάτων μὲν ἐνδεής,
δρᾶσαι δὲ χειρὶ δυνατὸς, οὐκ ἀνέξεται,
τὰ τῶν δ' ἐχόντων χρήμαθ' ἁρπάζειν φιλεῖ.

Lemma apud Gesn. præbet *Eur. Theseo vel Ægeo.* Paris. A. Εὐριπίδου Θησεῖ Αἰγεῖ. Hinc dubitari potest, pertineantne versus ad Theseum an ad Ægeum. Ex sententia ipsa enim colligi nihil potest.

388.
Caput enim tuum simul cum capillis confundam,
et in humum cerebrum spargam : ex oculis
autem latices cruenti defluent.

389.
Commixta species et portentosum monstrum,
connexam habet duplicem tauri et mortalis naturam.

390.
Ch. Cur me ergo peperisti, o mater, ut
in me alendo molestiam mihi præberes.
Hippol. Inutile decus, o pater, ædibus gignens.

391.
Divitiis et luxuria auro abundante præstantior
est virorum justorum ac bonorum præsentia.

392.
Quisquis enim pecuniæ egenus est,
manu autem strenuus, non patienter feret,
sed divitum fortunas diripere gestit.

Præterea a Stob. V, 21 tres vss. ad Theseum referuntur, quos idem in Eclog. I, 10, 4, p. 272, cum quinque aliis e Dictye citat : cf. Dict. fgm. VII, vs. 3. sqq. — Pertinere autem huc videtur inc. fab. fgm. CLXXV.

ΘΥΕΣΤΗΣ.

Errasse eos qui *Thyesten* et *Cressas* diversos unius fabulæ titulos esse judicarunt, jam hujus libri initio ostendimus; ac profecto non est cur, si Thyestæ puerorum mactatio Cressis argumentum præbuit, alia Thyestæ facta (cf. Hygin. fab. 87, 88) aliis tragœdiis repræsentata fuisse negemus, præsertim quum omnia, quæ infra subjecimus, fragmenta non dubitanter, sed definite ex *Thyeste* citentur. Eodem modo Sophocles Thyesten in tribus (Atreo et duabus Thyestis), Agatho in duabus (Aeropa et Thyesta) fabulis in scenam induxit; itaque Euripidis ingenio injuriam faceremus, si præter Cressas ab eo tragœdiam, in qua Thyestes primas partes tenuisset, scribi ullam potuisse negaremus, præcipue quum Pelopidarum historiam uberius ab Euripide tractatam esse inde etiam appareat, quod idem Plisthenem finxit. Thyestea vero a Cressis discrepuisse eo veri similius est, quo magis constat, in Cressis non tam Thyesten, quam Aeropen primas partes egisse. Sed quale Thyestæ argumentum fuerit, propter fragmentorum tenuitatem ignoramus, neque lucis aliquid afferunt Aristophanis (Ach. 434) verba : « ὦ παῖ, δός αὐτῷ Τηλέφου ῥακώματα· κεῖται δ' ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν μεταξὺ τῶν Ἰνοῦς », quum vel Schol. ad h. l. dubitaverit, pertinerentne ad Cressas an ad Thyesten. Attamen ex iis, quæ Sophocles in fabulis supra nominatis tractavit quæque Hyginus l. c. enarravit, nonnulla argumenti summam effecisse videntur.

I. (393.)

Stob. XCII, 3.

Πλούτου δ' ἀπορρυέντος ἀσθενεῖς γάμοι·
τὴν μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοὶ,
μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.

Duos postremos vss. habet etiam Aristot. Περὶ εὐγενείας ap. Stob. LXXXVI, 25, ita scribens : Οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν ὁ Θέογνις οὐδὲ ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας ὅτι « Ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοὶ, μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις », quo loco abusi esse videntur, qui Theognidi tragico Thyesten fabulam tribuerunt. — Hoc fgm. referebatur antea ad Cressas.

II. (394.)

Stob. XCVIII, 21.

Εἰ δ' ἄτερ πόνων
δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.

Pariter ad Cressas referebatur.

III. (395.)

Append. e Ms. Florent. Stob. 11, 19, vol. IV, p. 382 ed. Gaisf.

Οὐ πώποτ' ἔργου μᾶλλον εἱλόμην λόγους·

a quo aperte disjungendus est, qui eum excipit versus trochaicus,

Τῷ λόγῳ μὲν εὖ διέρχῃ πάντα, τῷ δ' ἔργῳ κακῶς·

quanquam fortassis hic quoque Euripidis est.

IV. (396.)

Orion. Anthologn. VII, 4, p. 51, et tit. VIII, farrag. Eurip. 19, p. 57 :

Γνώμης γὰρ οὐδὲν ἀρετὴ μονουμένη.

Legebatur ἀρετῇ, quod correxit Schneidewinus.

V. (397.)

Ibid. V, 6, p. 47.

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Eundem vs. citant Arsen. Viol. p. 287 ed. Walz. sine auctoris nomine, Plut. De Pyth. orac. 22 (p. 405, B), adjiciens : εἴγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας, schol. Aristoph. Pac. 698 et plenius denique Theophil. Ad Autol. II, 9, p. 345 (ed. Hag. Com. 1742) c. lemm. Θέστιος,

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέῃς,
σώζῃ.

393.

Divitiis dilabentibus tenues sunt nuptiæ.
Nam nobilitatem quidem laudant mortales,
sed opulentorum affinitates magis expetunt.

394.

Si vero, homo natus, sine laboribus te victurum esse speras, stultus es.

395.

Nunquam verba rebus gestis prætuli. —
Oratione quidem omnia bene persequaris, re autem male.

396.

Nihil valet virtus quæ consilio caret.

397.

Deo volente etiam in arundine naviges.

Pro θέλοντος vett. editt. præbent διδόντος. — Hæc sententia in proverbium abiit.

VI. (398.)

Ibid. V, 7, p. 47.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεῶν·
σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων μάτην
πόνους ἔχοντες οὐδὲν εἰδότες σαφές.

Idem fgm. habet fabulæ titulo omisso, sed Euripidis nomine adjecto, Theophil. Ad Autol. II p. 87, ed. Wolf. (p. 353 ed. Hag. Com.), ubi etiam rectius ἀνθρώποις pro ἀνθρώπων, quod Orio præbet, legitur. Sed ibidem vs. 1 a reliquis disjunctus est, qua re factum est ut editores duo (inc. fab.) fragmenta pro uno exhiberent. — Ad eandem fabulam haud dubie pertinent versus quos Theophilus his subjecit, quosque nos inter inc. fab. fgm. (XCII) exhibuimus.

VII. (399.)

Aristot. Rhet. II, 23.

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
πιθανόν, νομίζειν χρή γε καὶ τοὐναντίον,
ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

Locum primus ad Thyesten rettulit Musgr. commotus testimonio Schol. ad h. l. (ed. Paris. 1539, p. 43, 27) hæc scribentis: Εὐριπίδου ταῦτά φησι πρὸς τὸν Θυέστην· ὃς ταῦτά φησι πρὸς τὸν Ἀτρέα, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Scholiastæ verba corrupta paullo violentius fortasse sic restituenda sunt: Εὐριπίδης ταῦτά φησιν ἐν τῷ Θυέστῃ, vel Εὐριπίδου ταῦτά ἐστιν ἐκ τοῦ Θυέστου, vel simplicius Εὐριπίδου ἐν (τῷ) Θυέστῃ, nam verba ταῦτά φησιν πρὸς τὸν e sequentibus irrepsisse videntur. Sed quomodo locus nunc comparatus est, non intelligitur, sintne Thyestæ ad Atreum an Atrei ad Thyesten verba. — Referebatur hoc fgm. a Matth., Dindorf., aliis ad Cressas.

Præterea propter Ennii versum quendam huc pertinere videtur inc. fab. fgm. I.

ΙΝΩ.

Inonis historiam ex *Euripide* narrat Hygin. fab. IV: « Athamas in Thessalia rex quum Inonem uxorem, ex qua duos filios (susceperat), perisse putaret, duxit Nymphæ filiam Themistonem uxorem; ex ea geminos liberos procreavit. Postea resciit Inonem in Parnaso esse, quam bacchationis causa eo pervenisse. Misit qui eam adducerent; quam adductam celavit. Resciit Themisto eam inventam esse, sed quæ esset, nesciebat. Cœpit velle filios ejus necare. Rei consciam, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumpsit et ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino suos candidis, Themistonis pullis operuit. Tunc Themisto decepta suos filios occidit. Id ubi resciit, se ipsa necavit. Athamas autem in venatione per insaniam Learchum majorem filium interfecit; at Ino cum minore filio Melicerte in mare se dejecit et dea est facta. » Ad exitum cf. Apollod. I, 9, 2; III, 3, 3, Schol. Eurip. Med. 1284. Ex argumento modo exhibito apparet, fabulam ex eo genere fuisse, in quo omnia non ex fati ac deorum gubernatione fiant, sed artibus, dolis, fraudibus gerantur. Nam omnia ab alterius contra alteram uxorem agendi ratione pendebant, qua Athamas denique ipse in perniciem rapiebatur: ratio ista igitur velanda atque obtegenda erat, ne altera mulier alterius consilia perspiceret. In hac potissimum re fabulæ nodus positus erat, quem ex fragmentis haud amplius cognoscere atque explicare possumus. De tempore, quo docta est, nihil constat; inde tamen, quod in Aristophanis Acharnensibus (434) commemoratur, eam ante Ol. LXXXVIII, 3 actam esse probabile fit. Hartungi autem (I, p. 453) ratio cum Erechtheo, Ione et Scirone eam Ol. LXXXVIII, 2, in scenam prodiisse dicentis perquam incerta est.

I. (400.)

Schol. Pind. Isthm. XLI, 39, ad verba poetæ: « ἐν ὕπνῳ γὰρ πέσεν· ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει » adscribit: τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ Εὐριπίδης κέχρηται·

Ἰδοῦσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰν πολὺν χρόνον
νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

Sic bene Piers. apud Valck. Diatr. p. 173 correxit pro vulg. ἰδοῦσ' ἀδινοῦς συμφορὰν κτλ. idque de Venere dictum esse (cf. Ovid. Met. IV, 530) monuit. Musgr. et Hartung. (I, p. 459) εὕδουσα male (pro εὐδήσασα); Both. ἀδοῦσα δ' Ἰνὼ συμφορῶν κτλ.

398.

Nihil sine deo hominibus contingit:
multa autem spe commoti properamus, frustra
labores subeuntes, certi nihil scientes.

399.

At si inter homines mendacia speciem veri
habent, credamus etiam contrarium oportet,
multa vera mortalibus incredibilia videri.

400.

Inonis autem calamitatem postquam per longum
tempus aspexit, nunc vultum erigit.

Sed participii ἀδοῦσα ubicunque adhibiti exemplum attulisset vellem. — Verba ex prologo ducta videntur, quo Athamas et domus suæ historiam narravit simulque aperuit, se de Inonis in Parnaso adventu certiorem factum, nunc ejus calamitatem deo ita volente sublevaturum esse. — Post prologum ac fortasse sub finem demum primæ fabulæ partis Ino ipsa in scenam prodiit pannis obtecta (quos irridet Aristoph. Ach. 434) ac pallida (cf. Schol. Aristoph. Vesp. 1404), et longa haud dubie oratione fata sua exposuit et colloquio et Choro spem suam metumque prodidit, haud immemor suæ ipsius culpæ, qua calamitates et sibi et Athamanti contraxerat (fgm. IV–VI). Cui tribuenda videntur fgm. II–VI.

II. (401.)

Stob. LXXXVIII, 9.

Τό τ' εὐγενὲς
πολλὴν δίδωσιν ἐλπίδ', ὡς ἄρξουσι γῆς.

Sperare se Ino his verbis ostendit, filios suos præ Themistonis liberis propter generis nobilitatem regnaturos esse.

III. (402.)

Stob. LXXXVIII, 10.

Τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Welck. hos vss. Inoni vindicat. — Huc fortassis etiam pertinet inc. fab. fgm. LVII.

IV. (403.)

Plut. De ser. num. vind. 11 (p. 556, A): Ὥσπερ τῆς Ἰνοῦς ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκούομεν, ἐφ' οἷς ἔδρασε μεταμελομένης,

Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγότων
δράσασα μηδέν.

Inonem his verbis Chorum alloquutam esse manifestum est. Duplici ratione autem proferri poterant: nam Ino verbis τῶν πεπραγότων δράσασα μηδέν aut ad ea respexit, quæ narrant Apoll. I, 9, 1, Hygin. fab. II, III, quæque Euripides in Phrixo repræsentavit, aut ad illa, quæ in hac fabula demum commisit. Quod si est, versus ad fabulæ finem pertinent.

V. (404.)

Stob. LXXIII, 24.

Φεῦ·
ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
πέφυκεν ἀνδρῶν· ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

Welckero Inonis verba esse videntur eodem spectantia quo fgm. IV. Haud male vero Matth. monuit, posse ea etiam ab Inone post communicatum secum Themistonis consilium dicta esse.

VI. (405.)

Stob. LXXIII, 25. Arsen. Viol. p. 486 ed. Walz.

Ὦ θνητὰ πράγματ', ὦ γυναικεῖαι φρένες,
ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα.

Conf. fgm. I fin. Attamen Ino etiam hæc dicere potuit Themistonis consilio comperto, quum utraque uxor, nonnisi timore ducta, ne altera sola marito potiretur, ad flagitia confugeret.

VII. (406.)

Stob. CX, 3.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.

Hoc et sequens fgm. Chori verba continere videntur e colloquio cum Inone dicta, nisi forte ad fabulæ finem pertinent (cf. fgm. XXIII).

VIII. (407.)

Stob. CX, 5.

Μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα,
κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

401.

Et generis nobilitas
magnam spem facit, eos esse regnaturos.

402.

Multi nobilitatem, quamvis deformis sit
conjux, (in conjuge) natorum causa expetunt:
et dignitatem potius, quam divitias spectant.

403.

O caræ mulieres, utinam denuo Athamantis
domum incolerem, infectis, quæ feci, omnibus.

404.

Eheu!
quanto muliebris sexus infelicior
est virili; nam et in rebus honestis multum
superatur, et in turpibus magis.

405.

O res humanæ! o mentes muliebres!
quantus morbus nobis est Venus.

406.

Spe semper aliqua sapientes vitam fovere decet

407.

Nec prospere agens omne frenum remittas,
neque in rebus adversis bonam spem abjicias.

Cf. fgm. VII. — Hartung. (I, p. 460.) his versibus fgm. XX subjunxit.

IX. (408.)

Stob. LXXXV, 2.

Τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾶν,
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει.

Athamas Inone in domum inducta Themistoni eam hoc et sequenti fragmento tanquam famulam commendasse videtur; unde factum est ut Themisto, quum Inonem non nosset, cum ea consilium suum communicaret. — Vs. 1 Grot. correxit πρόσπολόν μ' ἐᾶν. Heath. πρόσπολόν γ' ἐᾶν, Valck. Diatr. p. 276 σ' ἐᾶν vel περᾶν (cf. Hippol. 645), Lobeck. σ' ἑλεῖν, Jacobs. πελᾶν, Musgr. προσπολεῖν ἐᾶν, quod verum videtur quodque Hartung. et Both. receperunt. — Vs. 3. Heath. κεὶ pro καὶ, Th. Bergk. ἐρεῖ pro ἔχει.

X. (409.)

Stob. XIII, 7. Plut. De adul. et amic. 22 (p. 63, A).

Ἐμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται,
πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ
φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.

Cf. fgm. IX. Hos versus, quos Musgr. et Matth. inter inc. fab. fgm. retulerunt, recte Dindorf. e codd. Schow. auctoritate inter Inonis fragmenta recepit (cf. fgm. XIII). — Vs. 1 Stob. ἐμοὶ γένοιτο pro ἐμοὶ γὰρ εἴη.

XI. (410.)

Stob. XVI, 5.

Ἀμουσία τοι μηδ' ἐπ' οἰκτροῖσιν δάκρυ
στάζειν· κακὸν δὲ, χρημάτων ὄντων ἅλις
φειδοῖ πονηρᾷ μηδέν' εὖ ποιεῖν βροτῶν.

Lemma apud Stob. deest, sed ad Inonem locus ab eodem (CXIII, 3) refertur, ubi verba ἀμουσία — στάζειν afferuntur. — Hoc et sequenti fragmento Themistonem cohortatus esse videtur, ut infelicis illius mulieris (Inonis) misereret ipsam et benigne eam acceptam beneficiis ornaret.

XII. (411.)

Stob. CXII, 3.

Μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν
πρὸς τοὺς κακῶς πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς.

Cf. fgm. XI. — Vs. 2 Welck. haud male γεγῶσ'. — Hartung. (I, p. 456) hoc et antecedens fragmentum Welckeri emendatione recepta conjunxit.

XIII. (412.)

Stob. IX, 5; XCIV, 6.

Κέκτησο δ' ὀρθῶς ἂν ἔχῃς ἄνευ ψόγου
καὶ μικρὰ σῴζου τῇ δίκῃ ξυνοῦσ' ἀεί·
μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος εὖ πράξας ποτὲ
ζητῶν τὰ πλείον' εἶτα πάντ' ἀπώλεσεν.

Priori loco tantummodo duo priores versus exstant, quibus in codd. Schow. A. B. C. lemma Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ præfigitur. Ibi etiam vs. 1 verba ἂν ἔχῃς desunt suppleta a Valck. Diatr. p. 177, quum Grot. scripsisset ὅσα κέκτησ'. — Vs. 2 altero loco legitur : καὶ μικρὰ σῴζων τοὔνεχ' ὃν σεβεῖν πρέπει, quod Grot. mutavit in : οὕνεκ' εὐσεβεῖ πρέπει, h. e, *quoniam id justos decet*, improbante Valck. l. c., qui alterius loci scriptura servata ξυνὼν dedit. Quum versus, qualis in codd. circumfertur, habuisse se nequeat, vario modo a viris doctis tentatus est. Vir doctus apud Gaisf. conjecit : — σῴζων, νοῦν ἔχ' ὅν σ' ἔχειν πρέπει, haud inepte; Jacobs. κἂν σμικρὰ, σῶσον, νοῦν ἔχων ὅν σ' ἐμπρέπει. Pflugk. κεὶ σμικρὰ σῴζων τἄνδιχ, ἅ σε σέβειν πρέπει. Equidem quum fieri vix posse credam ut explicetur, qua ratione utroque Stob. loco scripturæ diversitas in vs. 2 exorta sit, duos priores versus ab Euripide in duabus diversis fabulis, sed paullulum

408.

Talem uxori famulam committere oportet,
quæ æquum non tegat silentio,
turpia autem oderit ac diligenter observet.

409.

Mihi vel mendicus contingat, vel, si velit,
mendico deterior, qui modo benevolus mihi
seposito metu ex corde libere loquatur.

410.

Ferum profecto est ne in aliorum quidem miseriis
lacrimari : turpe autem, divitiarum data
sat magna copia, malam parsimoniam tenendo
nulli hominum benefacere.

411.

Ne nimis durus sis
infelicibus ipse homo natus.

412.

Possideas probe, quæcunque sine probro habere possis,
et exigua custodias justitiam semper observans;
neque, ut imprudens nauclerus, rem prospere
gerens aliquando plura affectes indeque omnia perdas.

immutatos, adhibitos esse opinor, quod sæpius factum esse aliquoties monui. cf. Æg. fgm. IX. Quare hoc loco poetam ita scripsisse suspicor, ut Stob. XCIV dedit accepta correctione (ap. Gaisf.) νοῦν ἔχ' ὃν κτλ.; in alia vero fabula sic, ut Stob. altero loco exhibuit. Facile autem in codd. propter utriusque loci similitudinem lemma Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ inferri potuit. — Welck. probabiliter his iisque quæ sequenti fgm. continentur, Inoni præcepta dedisse Athamantem censet, qualia ex proposito suo, eam in ædibus sine sui ipsius domusque incommodo et a Themistone tutam retinendi, consequerentur.

XIV. (413.)

Stob. IV, 9.

Πολλοί γε θνητῶν τῷ θράσει τὰς συμφορὰς
ζητοῦσ' ἀμαυροῦν κἀποκρύπτεσθαι κακά.

Cf. fgm. XIII. Vs. 1 pro θράσει Paris. A. πάθει, sed recte vs. 2 κἀποκρύπτεσθαι consentientibus codd. Schow. pro vulg. κἀπικρύπτεσθαι.

XV. (414.)

Stob. CV, 19.

Ἄνασσα, πολλοῖς ἐστιν ἀνθρώποις κακὰ,
τοῖς δ' ἄρτι λήγει, τοῖς δὲ κίνδυνος μολεῖν.
Κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς
θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει τε καὶ θερίζεται πάλιν.

Welckero Inonis Themistonem de servæ adventu sollicitam consolantis, mihi vero Chori verba esse videntur cum fgm. XX ad eandem scenam pertinentia. — Tres postremos vss. citat etiam Plut. Consol. ad Apoll. 6 (p. 102, B), unde scriptura κύκλος γὰρ αὐτὸς recepta est pro ea, quam Stob. præbet κύκλος γὰρ ἕρπει. — Vs. 2 Paris. A. κίνδυνον. — Vs. 4 Stob. γενεὰ, Plut. recte γενεᾷ, vs. 5 κἀχθερίζεται Musgr. et Dübn.

XVI. (415.)

Stob. XLI, 1.

Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ' ἃ σιγᾶσθαι χρεών·
μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες, ἃ κρύπτειν χρεών.

Themisto his verbis Inoni, cui consilium liberorum ejus interficiendorum patefecerat, taciturnitatem commendasse videtur. — Vss. 2 et 3 cum parte quarti habet Plut. De garrul. 10 (p. 507, B), vs. 2 cum parte tertii Schol. Pind. Pyth. III, 66, qui σέλας pro λέπας præbet. — Vs. 3 Stob. κἂν πρὸς ἓν εἴποις ποτὲ, quod Valck. e Plut. correxit. Erfurdt. ad Soph. Aj. 633 ut metro succurreret scripsit ὧν κρύπτειν χρεών, quod Matth. et Hartung. receperunt. Both. maluit ἅ γε κρύπτειν χρ. sed nulla opus est emendatione; nam etiam alibi memini κρ. positionem quam dicunt efficere. Exempla quidem in promptu non habeo: sed alienum non est ἄκρος, cujus prior syllaba in arsi produci potest.

XVII. (416.)

Stob. LXXXIX, 9.

Ἐπίσταμαι δὲ πάνθ', ὅσ' εὐγενῆ χρεών,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλὲς,
ὁρᾶν θ' ἃ δεῖ με, κοὐχ ὁρᾶν ἃ μὴ χρεών,
[γαστρὸς κρατεῖν δέ· καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν ὢν
ἐλευθέροισιν ἐμπεπαίδευμαι τρόποις].

His versibus Inonis responsionem ad fgm. XVI contineri docet Plut. De garr. 9 (p. 506, C). Tres priores vss. citat etiam Orio Anthologn. I, 5, p. 41, sed vs. 1 ὅσαις (sic) γενῆ, vs. 2 σιγᾶν δ' ὅπου χρὴ, vs. 3 ἃ μὴ πρέπει præbet. Vs. 2 χρὴ legitur etiam in Anon. Epit. Rhet. ap. Walz. Rhet. Gr. Vol. III, p. 643, 28, ubi hic vs. citatur, sed δεῖ præter Stob. tuetur Plut. l. c. et De exil. 16 (p. 606, C) et Gell. XIII, 18, idque genuinum inde verisimile fit, quod Euripides Æschyli (apud Gell. l. c.) ex Prometheo Ignifero versum expressit, si quidem Gellio l. c. fides habenda est (cf. inc. fab. fgm. CCXXVIII). — Vs. 4 Hartung. οὖσ' pro ὢν. — Duos postremos versus

---

413.

Multi mortales audacia calamitates obscurare et
male facta celare student.

414.

O regina, multos homines opprimunt mala:
ab aliis nuper recesserunt, aliis imminent.
Idem enim orbis est terræ fructibus
et hominum generi: aliorum quidem vita viget,
aliorum vero arescit iterumque demetitur.

415.

Nemo (per te) comperiat ea, quæ tacenda sunt.
Parva enim face Idæam silvam facile aliquis
incenderit, et si uni dixeris, quæ celari
opus est, facile omnes cives ea sciant.

416.

Quæ scire par est nobilem, didici omnia,
quum res jubet, tacere, quum tutum est, loqui,
quæ fas videre, nec videre, quæ nefas,
(ventri imperare; quamlibet pressum malis
cor disciplinas liberales imbibit.)

HGROT.

uncis inclusimus, quum difficile sit ad perspiciendum quid sibi velint. Nam cur Ino se ventri imperare gloriata sit? Ex alia igitur fabula, si modo Euripidis sunt, petiti videntur, quod inde etiam probabile fit, quod ab Orione omissi sunt. Si autem disjunguntur, pro κρατεῖν δέ fortasse scribendum erit κρατεῖν δεῖ.

XVIII. (417.)

Stob. LXVIII, 12.

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι.
χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ δὴ τροφὴ δόμοις παρῆν,
ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.
Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν
ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι
νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

Recte mihi Welck., sententiam egregie (p. 622) explicans, hæc verba Inoni tribuisse videtur. Minus enim Athamanti, cui Matth. ea assignavit, conveniunt; sed facile Ino hac fucata atque simulata oratione, qua Themistonem honorare videbatur, uti poterat, ut eam falleret suumque consilium celaret. — Vs. 3 ex Paris. B. auctoritate εἴπερ δὴ dedimus, quum in reliquis præter Paris. A. et Trinc., in quibus nec δὴ nec ἂν legitur, solœce reperiatur εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῆν. Quod male Hartungus et Bothius retinuerunt; nam quæ Matth. Gr. Gr. §§ 525, 599, usus particularum εἰ et ἂν conjunctarum affert exempla, longe diversa sunt. Pflugk. conj. εἴπερ ἐν δόμοις τροφὴ παρῆν. Possis etiam scribere ᾧπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῇ.

XIX. (418.)

Stob. XXXVIII, 8.

Τίς ἆρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα
βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον;
ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν, ἐν σπλάγχνοισιν, ἢ παρ' ὄμματα
ἔσθ' ἡμῖν; ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας
τομαῖς ἀφαιρεῖν ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις
πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Bene Matth. hos vss. ab Inone pronuntiatos esse monuit, quum a colloquio cum Themistoni degressa ejus invidiam atque consilium cognosset. — Vs. 2 respicitur ab Æl. H. An. III, 17. — Vs. 9 haud dubie recte Valck. ad Hipp. 516 et Diatr. p. 176 scripsit ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις, suffragantibus Wyttenb. ad Plut. p. 702 et Blomf. Gloss. ad Æsch. Prom. 488. — Cum vs. 7 ad verbum fere consentit Med. vs. 471.

XX. (419.)

Stob. CXXIV, 7. Arsen. Viol. p. 162 ed. Walz.

Γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μηδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Chori verba esse sive Themistonem post liberorum cædem sive Inonem post filii necem consolantis manifestum est. — Hartung. (I, p. 460) cum his versibus fgm. VIII conjunxit.

XXI. (420.)

Stob. X, 23. XCIII, 4.

Βίᾳ νυν ἕλκετ', ὦ κακοὶ, τιμὰς, βροτοὶ,
καὶ κτᾶσθε πλοῦτον, παντόθεν θηρώμενοι
σύμμικτα, μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ·
ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος.

Matth. hoc fgm. Inoni tribuens eodem refert, quo fgm. XIX, Welck. autem et hoc et fgmm. XIX, XXIII, XXIV, post Themistonis liberorum et matris ipsius mortem patefactam sive a Choro sive a nuntio rem narrante prolata esse suspicatur.

417.

De mulieribus haud bene leges constitutæ sunt.
Oportuit enim divitem quam plurimas habere
uxores, si quidem in ædibus alimenta sunt,
ut improbam e domo ejiceret,
probam vero libenter servaret.
Nunc autem unam respiciunt, aleam periculosam jacientes: non enim mores experti
sponsas intra ædes, velut saburram, recipiunt.

418.

Quænam mater aut quis pater magnum illud
malum genuit mortalibus, abominandam invidiam
ubi habitat, quam corporis partem sortita?
Estne in manibus, an in visceribus; an prope
oculos nobis? Quippe magnam mercedem mererentur medici aut sectione aut venenatis potionibus
tollentes maximum omnium inter homines morborum.

419.

Res humanas considera, nec nimis mœre:
nam tu non sola malis succumbis.

420.

Vi arripite nunc, o mali, honores et
divitias acquirite, undecunque sectantes
promiscue, par fas et nefas;
deinde demetite miseram horam messem.

Utrum rectius sit vix discernas. — Vs. 1 Stob. altero loco habet καὶ νῦν ἐφέλκετ', et vs. 4 σύμμικτ' (imo σύμμιχθ') ἃ μὴ δίκαια, quod utrumque haud scio an recipiendum sit.

XXII. (421.)

Pollux On. VII, 178 : Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ·

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥστε θὴρ μόνος.

Versus ex nuntii de furore Athamantis, quo filium interfecit, narratione petitus videtur. Hartung. vero (I p. 455,) eum ad prologum quo Ino calamitates suas exposuerit, refert.

XXIII. (422.)

Stob. CV, 1.

Ὁρᾶς τυράννους διὰ μακρῶν ηὐξημένους
ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα
τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.
Ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος· οἷς γὰρ ἦν ποτε,
ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ.

Aut nuntii, qui de furore ac facinore Athamantis retulit, aut Chori ea de re certioris facti verba esse suspicor. — Apud Stob. lemma deest, sed ex Inone versus esse deductos apparet ex Philostr. Vit. Apoll. VII, 4, unde etiam ηὐξημένους pro eo, quod Stob. habet, ἠσκημένους restitutum est.—Vss. 2 et 3 habet Plut. Consol. ad Apoll. 6 (p. 104, A), sed ita scriptos : μικρότατα τὰ σφ. κ. μ. ἡ. τὰ μὲν κ. ὑ. τὰ δ' ἠ. ἄ., ac profecto habet hæc scriptura quo commendetur; sed vulgatam tuentur Philo Jud. De somn. § 24 (p. 644 M. p. 588 P.) et Jo. Laur. Lyd. De mens. p. 61 ed. Schow.

XXIV. (423.)

Stob. LXXXVI, 8.

Φειδώμεθ' ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα,
κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι.

Hoc et sequens fgm. cui assignem hæreo : videtur tamen a Themistone pronuntiatum esse utpote versu 2 Inonis filios respiciente.

XXV. (424.)

Schol. Ven. Aristoph. Plut. 521 : Εὐριπίδης ἐν Ἰνοῖ·

Πολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπιστοι Θεσσαλοί.

Eadem præbet Suid. v. Ἀνδραποδίζω, sed longe aliter Schol. Eurip. Phœn. 1446 : λοιδορεῖ δὲ Θεσσαλοὺς ὁ Εὐριπίδης· Πολλοὶ γάρ εἰσιν, ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλοῖς, quæ intellectu difficillima Hemsterh. ad Aristoph. l. c. emendasset, si codice Veneto uti potuisset. Hartung. I, p. 156, pro ἐν Ἰνοῖ legendum esse suspicatur ἐν Οἰνεῖ locumque ad Œneum refert. Both. scripsit : ἄπιστα Θεσσαλά, verbaque Themistoni tribuit : apte enim Themistonem Inoni respondisse, multos quidem adfuisse in suis nuptiis, qui testimonium de iis dicere possint, sed infidos esse Thessalos. Qua explicatione ineptius nihil cogitare mihi possum. — De exitu fabulæ spectatores haud dubie deus vel dea certiores fecit, cujus ex narratione petiti esse videntur versus, quos servavit Athenag. Leg. pro Christ. c. 26 (p. 307 ed. Hag. Com.) sic scribens : Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν ... θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι

πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον

καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς

Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

Hæc Dindorfius inter Inonis Euripideæ fragmenta retulit, fortassis recte, quanquam, quod bene Welck. monuit, etiam Sophoclis (ex Athamante) esse possunt.

ΙΞΙΩΝ.

Ixionis historiam tradunt Schol. Apoll. Rhod. II, 62, et Schol. Eurip. Phœn. 1192. « Dicunt Ixionem promisisse, quum Diam, Eionei filiam, in matrimonium duceret, multa dona se esse daturum. Quum vero ob ea Eioneus venisset, Ixion foveam fodit, carbonibus candentibus implevit, et virgultis tenuique arena obtexit; in quam Eioneus incidit ac periit. Propter hoc facinus autem furor Ixionem invasit, nec deorum nec hominum aliquis expiare eum voluit, quia primus virum consanguineum occiderat. Cujus tandem Jovem miseruit, itaque eum expiavit : expiatus autem ille Junonis amore captus est. Jupiter vero nubem Junoni similem factam illi comprimendam dedit, ac deinde in rota quattuor radiis instructa eum constringens supplicio affecit. » Cf. Hygin.

421.

In cavis speluncis face destitutus, ut fera solitaria.

422.

Vides tyrannos longum tempus potentia usos
quam parva labefactent, at una dies hunc
de alto dejecit, illum evexit.
Alas autem habent divitiæ : nam qui eas olim
habebant, hos præter spem supinos rapi video.

423.

Parcamus viris honestis, parcamus,
improbos autem, ut digni sunt, aversemur.

424.

Multi aderant, sed perfidi Thessali.

a'). 62. His summa fabulæ contineri videtur. Eodem haud dubie pertinent, quæ narrat Plut. De aud. poet. 4 (p. 19, E) : « Alia vero in ipsis rebus documenta exhibent : quemadmodum Euripides fertur Ixionem hominibus ut impium flagitiosumque criminantibus dixisse : Enimvero non prius eum e scena eduxi, quam rotæ affixissem. » Inde Ixionem hominem perfidum, impium atque nefarium fuisse apparet, qui tamen, ut egregie Welck. monuit, non tam pravitate sua spectatores offenderit, quam quod omnibus sophistarum artibus imbutus dicendique peritissimus improbitate tanquam in artis formam redacta diis virtutique impudentissime irriserit. Fortassis igitur ex mente Protagoræ loquutus est; nam is primus artem speciosis argumentis malam rem ita defendendi atque exornandi docuisse fertur, ut honesta ac laudabilis esse videretur (cf. fgm. V). Ixioni vero aliquem obloquutum esse, ex fgm. III elucet, sed quis ille fuerit, ignoramus. — Sub finem fabulæ sine dubio Mercurius, qui ex Jovis imperio Ixionem ad inferos deduxerat, in medium prodiit et pœnas, quas ille solvebat, descripsit. — Hartung. fabulam una cum Melanippa Vincta et Auga Ol. XCII actam esse arbitratur.

I. (425.)

Plut. De aud. poet. 3 (p. 18, E). Stob. II, 8.

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς.

Ixionis verba esse manifestum est.

II. (426.)

Stob. LI, 11.

Τά τοι μέγιστα πάντ' ἐργάζεται βροτοῖς
τόλμ' ὥστε νικᾶν· οὔτε γὰρ τυραννίδες
χωρὶς πόνου γένοιντ' ἄν, οὔτ' οἶκος μέγας.

Hæc etiam Ixionis verba esse verisimile est. Vs. 1 pro vulg. ἀπεργάζεται correxit Grot. ἀπειργάσθη, sed rectius Heath. et Musgr. ἀπείργασται, Boiss. et Welck. ἐργάζεται.

III. (427.)

Stob. X, 7.

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνήρ,
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον, οὐδὲ βούλεται,
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Nescio cujus Ixioni adversantis verba sunt.—Vss. 1 et 3 in Polyid. fgm. VI iterati sunt, sed vs. 1 ita scriptus : ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον κτλ. Paris. A. ἐπὶ τῷ. Hartung. vs. 2 κοὐδὲν pro οὐδὲν dedit.

IV. (428.)

Schol. Apoll. Rhod. III, 62 : Φλεγύου δὲ παῖς καὶ Ἰξίων, ὡς καὶ Εὐριπίδης·

Φλεγύαντος υἱὲ, δέσποτ' Ἰξίων —

Nuntii vel famuli Ixionem alloquentis esse apparet. — Schæf. ad Apoll. l. c. supplet in fine ἄναξ. — Ad idem fgm. spectare videtur Gramm. in Bekk. Anecd. p. 1185 : Σημειοῦνται οἱ τεχνικοί τινα περιττοσυλλάβως κλινόμενα, ἤγουν διὰ τοῦ ντ, καὶ ἔχοντα πάντα τὰ τοῦ κανόνος· εἰσὶ δὲ ταῦτα, οἷον· Ἀφίας, Ἀφίαντος παρ' Εὐφορίωνι (ἔστι δὲ ὄνομα κύριον), Φλεγύας, Φλεγύαντος παρ' Εὐριπίδῃ.

V. (429.)

Diog. Laert. IX, 55 : Φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ (Πρωταγόρου) ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν Ἰξίονι. Falsum esse Philochorum neque commemorare Euripidem Protagoræ mortem potuisse Clinton. Fast. Hell. II, p. 365, 377 sq. temporum rationibus evicit.

Ad Ixionem Welckerus præterea refert inc. fab. fgm. CLXXI.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

Hippolyti tragœdiæ duæ editiones fuere, quarum quidem posterior tantum ætatem tulit, prior tamen a multis veteribus scriptoribus respecta est, ut ex eorum testimoniis cognosci possit, eam non prorsus diversam ab illa fuisse, sed in universum idem argumentum esse complexam. Hinc

425.
Justi capesse nomen, at facta occupa
quidvis agentis, lucrum ubi facere queas.
426.
Audacia efficit ut mortales maxima quæque
superent; neque enim regna nec domus
magna sine labore comparentur.
427.
Quicunque enim plus habendi cupidine
imbutus est, nil justi cogitat, aut expetit,
amicis ac toti urbi pariter insociabilis.
428.
Phlegyantis fili, domine Ixion.
429.
Narrat Philochorus, quum Protagoras in Siciliam navigaret, navem in mari demersam esse : quam ad rem Euripidem in Ixione respexisse.

etiam in alteram eamque correctiorem editionem plura ex priori transiisse probabile est, quamquam tota fabulæ œconomia mutata esse videtur. Præclare id docuit et discrimen inter utramque editionem exposuit Valck. Præf. ad Hipp. p. XVIII sic scribens : « Sunt inter fragmenta prioris editionis, omissa Barnesio, quæ mihi pæne persuaserint, totam dramatis œconomiam in editione fuisse secunda mutatam : in prima colloquutam cum Hippolyto Phædram, nec per interpretem, sed ipsam amorem verbis obscurioribus indicasse privigno novercam; non ab oraculo reversum Theseum, sed ab inferis reducem in scenam prodiisse; atque adeo in Hippolyto priori eandem nonnunquam fuisse rerum dispositionem, qualis multo deterior obtinet in Hippolyto Senecæ; cui suspicor lectam Hippolytum Euripidis priorem. Nec tamen impediunt ista, quominus centeni versus aut prorsus iidem in utraque fuerint editione, aut in altera, tantum hic illic voce mutata, leviter interpolati. » Hæc Valckenarii, sententia fragmentis ipsis verbisque argumenti Gr. scriptoris confirmatur, qui de superstite Hippolyto agens : ἐμφαίνεται γάρ, ait, ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι, h. e. *nam inhonestum illud et reprehensione dignum* (*sc. prioris editionis*) *hoc dramate* (*i. e. altera editione*) *emendatum est.* Ita verissime argumenti scriptor, si quidem, ut e fgm. VIII atque a Seneca concludi potest, Phædra in priori Hippolyto multo inhonestior atque impudentior in scenam prodiit : et in hac potissimum re caussa est posita, cur fabula Atheniensibus displicuerit posteaque correctior iterum ab Euripide docta sit. Addere autem poterat Valck. iis quæ hujus fabulæ propria fuere, Plutarchi (De audiend. poet. p. 28, A) locum manifesto huc referendum : καὶ ὁ σύσκηνος (sc. Εὐριπίδης) αὐτοῦ (sc. Σοφοκλέους) πάλιν, ὁρᾷς, ὅτι τήν τε Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ πεποίηκεν, ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου. Hinc enim apparet, Phædram ipsam post Hippolyti mortem (cf. fgm. X), antequam mortem sibi conscisceret, Theseo adolescentis innocentiam patefecisse et amorem suum eo excusasse, quod a marito injuriis affecta et omnibus modis neglecta sit. — Omnino autem Euripides ad hanc tragœdiam componendam uxoris suæ effrenatione adductus est, si fides habenda scriptori Vit. cod. Mediol. et Havn. hæc tradenti : λέγουσι δὲ αὐτὸν γήμαντα τὴν Μνησιλόχου θυγατέρα Χοιρίλλαν καὶ νοήσαντα τὴν ἀκολασίαν αὐτῆς γράψαι τὸ δρᾶμα πρὸς τὸν Ἱππόλυτον, ἐν ᾧ θριαμβεύει τὴν ἀναισχυντίαν τῶν γυναικῶν, ἔπειτα δὲ ἀποπέμπεσθαι. In qua si igitur Phædra libidini nimis indulgens ipsa Hippolyto se offerebat, nutricem non cohortantis ac pellicientis, ut in superstite Hippolyto, sed dissuadentis amicæ partes tenuisse facile intelligitur. — Ut autem prior illa editio ab altera facilius distingueretur, grammatici cognomen utrique imposuerunt, hanc Ἱππόλυτον Στεφανίαν vel Στεφανηφόρον, illam priorem Ἱππόλυτον καλυπτόμενον appellantes. Quorum cognominum (quæ ab Euripide ipso profecta esse nemo putabit) ratio nunc vix explorari poterit. Nec tempus, quo fabula acta est, innotuit : doctam vero esse ante Ol. LXXXVII, 4 inde consequitur, quod hoc anno superstes Hippolytus acta est. Valde infirma vero est Hartungi sententia, qui Rhesum et Hippolytum ab Euripide jam Ol. LXXVIII, 3, scriptas esse opinatur. — Initio fabulæ, quæ haud dubie ut Sophoclis Ajax, Aristophanis Nubes, aliæque fabulæ prima luce incipiebat, Phædra amore e somno excitata in scenam processit, cœlo ac nocti ærumnam suam questa lunam, furtivi amoris testem, invocavit (cf. Schol. Theocr. II, 10 : ταῖς ἔρωτι κατεχομέναις τὴν Σελήνην μετακαλεῖσθαι σύνηθες, ὡς καὶ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν πράττουσαν ἐν τῷ κατακαλυπτομένῳ Ἱππολύτῳ), simulque, se nunc ad magicam artem poculaque amoris confugisse indicavit, ut Hippolyti amorem sibi conciliaret. Cujus e sermone fortasse ducta sunt fgm. I et II.

I. (430.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 12 (p. 742 P.). Stob. LXXIII, 23.

Ἀντὶ γὰρ πυρὸς
πῦρ ἄλλο μεῖζον ἠδὲ δυσμαχώτερον
ἔβλαστον αἱ γυναῖκες.

Apud Clem. legebatur : ἀντὶ πυρὸς δὲ γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον καὶ δυσμαχώτερον βλάστον γυναῖκες. Apud Stob. ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐβλαστοῦμεν γυναῖκες πολὺ δυσμαχώτερον. Ex hac utraque scriptura Grot. efformavit versus, quos supra exhibuimus. Sed vs. 2 aperte scribendum est : πῦρ ἄλλο μεῖζον πολύ τι δ., nam ἠδὲ particulam, quamvis alienum a tragicis ejus usum esse dicere nolim, tamen non temere in Euripidem inferam, quippe qui ea in XIX fabulis bis tantum usus sit (Hec. 323, Herc. F. 30). Quo accedit quod nec Clementis nec Stobæi scriptura ad ἠδὲ ducit. Similiter Both.

430.
Pro igni
alius major multoque inexpugnabilior
succrevit ignis mulieres

scripsit : μεῖζον, δυσμαχώτερον πολὺ κτλ. — Matth. hæc verba ab Hippolyto pronuntiata censet propter similem ejus orationem in superstite fabula vs. 611 sq.; at si Stobæus, ut Welck. monuit, re vera ἐβλαστοῦμεν ex Euripidis mente scripsit, rectius Phædræ ea tribuemus.

II. (431.)

Stob. LXIII, 23.

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεόν.

Phædræ verba esse perspicuum est, quæ male Valck. ad Hipp. 522 nutrici tribuit. — Phædræ orationem haud dubie Chori parodus excepit, quam nutricis cum Choro ac paulo post cum Phædra colloquium sequutum est. In quo locum habuisse videntur fgm. III — VI et inc. fab. fgm. IV.

III. (432.)

Stob. CV, 43.

Ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάρος εὐπραξίαν.

Verba sunt sive nutricis in Phædram invehentis — nam similiter apud Senec. Hipp. 204 sq. loquitur — sive Thesei Hippolytum castigantis; cf. fgm. XI.

IV. (433.)

Stob. XII, 10.

Ἔγωγε φημὶ καὶ νόμον γε μὴ σέβειν
ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

Hoc et sequenti fragmento Phædra nutricem refellere conata esse videtur.

V. (434.)

Stob. LI, 10.

Οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν αἱ θνητῶν τύχαι,
τολμήμασιν δὲ καὶ χερῶν ὑπερβολαῖς
ἁλίσκεταί τε πάντα καὶ θηρεύεται.

Cf. fgm. IV.

VI. (435.)

Stob. XXIX, 34.

Τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

Eundem vs. citat Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 10 (p. 741 P.) : πάλιν Εὐριπίδου μὲν ἐν Κτιμένῳ (correxerunt viri docti Τημένῳ) « τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ κτλ. » unde inter Temeni fragmenta (XI) relatus est; et eodem modo (h.e. καὶ pro χὠ præbentes) fabulæ nomine omisso Apostol. XIX, 75, Arsen. Viol. p. 453 ed. Walz., anon. Gramm. in Cram. An. Gr. Ox. vol. IV, p. 355, ubi etiam δ' αὖ pro γὰρ legitur, et cum alio versu Schol. Hom. Il. δ', 249, sic conjunctum :

Αὐτός τι νῦν δρᾶ, χοὔτω δαίμονας κάλει·
τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

Priorem vs. exhibet etiam Suid. v. Αὐτός τι et Σὺν Ἀθήνῃ sic scriptum : αὐτός τι νῦν δρῶν εἶτα κτλ. Num uterque vs. hic recipiendus sit, dubitari potest, sed alterum certe hic recipiendum duximus, quum fabulæ nomen apud Clem. corruptum sit, ac facile, etiamsi recte viri docti illud correxerint, Euripides eodem versu in utraque fabula uti potuerit; cf. Æg. fgm. IX. — Si autem uterque vs. huc pertinet, Phædra iis excusasse videtur, quod ipsa factura est ea, quæ facientem Euripides in superstite fabula nutricem introduxit, h. e. quod ipsa Hippolyto amorem suum professura est. In eadem scena haud dubie locum habuere quæ tradit Plut. De aud. poet. 8. fin. (p. 28, A) : « Et in eadem scena versatus Euripides, vides ut faciat a Phædra porro etiam ipsum incusari Theseum, cujus scilicet injuriis ad amorem Hippolyti fuisset adacta. »

VII. (436.)

Stob. LXIII, 3. Plut. Cum princ. philos. II, 13 (p. 778, B).

Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

Phædram hæc Hippolyto dixisse verisimile est. — Vs. 2 apud Stob. vulgo erat τοῖς διώκουσιν ἄγαν,

431.
Habeo enim audaciæ temeritatisque magistrum
in rebus angustis facillime se expedientem,
Amorem, deorum omnium invictissimum.

432.
Video autem priorem fortunam plerisque
mortalibus insolentiam parere.

433.
Equidem censeo, legem in rebus adversis
non pluris, quam necessitatem, habendam esse.

434.
Non enim pro pietate hominum sortes eveniunt :
sed ausis et manuum præstantia
comparantur et captantur omnia.

435.
Ipse nunc aliquid suscipe ac sic deos invoca.
Laboranti enim deus succurrit.

436.
Nam qui Venerem nimis fugiunt perinde
ægrotant, ac qui nimis sectantur.

apud Plut. νοσοῦσιν ὁμοίως τοῖς ἀγαθὰ ἠρημένοις, quæ primus correxit Muret. Var. Lect. IX, 18.

VIII. (437.)

Zenob. p. 18. Diogenian. p. 181. Suid. v. Ἄκαιρος. Apostol. II, 20. Arsen. Viol. p. 34 ed. Walz.

Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

Ἱππόλυτος εἶπε τοῦτο πρὸς τὴν Φαίδραν λέγουσαν αὐτὸν φιλεῖν ὑπὲρ ὅλους. Sic Arsen. et similiter Suid. et Apost.; cf. Proverb. e cod. Bodlej. 80, p. 9. ed. Gaisf. : Ἄκ. εὔν. οὐδ. ἔχθ. διαφ.) ταύτην φασὶν Ἱππόλυτον εἰπεῖν πρὸς Φαίδραν φάσκουσαν φιλεῖν αὐτὸν καὶ στέργειν παρὰ πάντας ἀνθρώπους. — Versiculus, etsi a nullo scriptore aperte Euripidi tributus est et propter dactylum in quinto pede dubitationem movet (— mihi quidem tolerabilis hic dactylus videtur, si voce διαφέρει efficitur, quippe quam τρισυλλάβως pronuntiatam esse credam —), tamen non temere omittendus videtur, quum Euripidem, nisi eundem versum, certe simillimam sententiam Hippolyto tribuisse rear. Ejusdem tanquam proverbii meminit Schol. Eur. Hipp. 597 : καὶ ἔστιν ὁμοία τῇ παροιμίᾳ « εὔνοια ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας. »

IX. (438.)

Stob. XXXI, 3.

Ὦ πότνι' Αἰδώς, εἴθε τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
ξυνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξῄρου φρενῶν.

Hippolyti responsionem ad Phædræ conditionem his versibus contineri perspicuum est. — Postquam Phædra repulsam passa scenam reliquit, Hippolytus vehementer in genus muliebre invectus esse videtur, cujus ex oratione nescio an supersit inc. fab. fgm. XLVI. Post ejus abitum Theseus in scenam prodiit ab inferis reversus.

X. (439.)

Stob. CXIX, 3.

Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος,
ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς
καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν ὧν πέφυκ' ἐγώ.

Thesei ab inferis modo redeuntis verba esse jam Valck. ad Hipp. 792 ostendit.

Ad insequentem scenam pertinent, quæ tradit Philem. Gramm. v. βίβλος p. 36 ed. Osann. : Οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ ἐν τῇ κατ' Εὐριπίδην Φαίδρᾳ, ἔνθα μνήμη πεύκης κεῖται, φασὶ πεύκην ῥηθῆναι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον, τὴν κατὰ τοῦ Ἱππολύτου, ὡς ξυλίνην οὖσαν καὶ ἴσως ἐκ πεύκης· cf. Eustath. ad Il. ζ', p. 633, 21, Phavorin. v. βίβλος. Bene inde Valck. ad Hipp. 1253 collegit, Phædram per tabulam quandam ligneam, quæ πεύκη, non ut in superstite fabula δέλτος appellata esset, accusasse Hippolytum, simulque e verbis τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον probabile fit, Phædram, si quidem ut e Seneca concludi potest, morte Hippolyti demum comperta, se interfecit, paulo post Thesei adventum in scenam processisse mœrore afflictam ac marito tristitiæ causam ex ipsa quærenti ad interrogationes non respondisse, sed tacite tabulam istam, quam manu tenebat, tradidisse.

XI. (440.)

Stob. XCIII, 3. Apostol. XIX, 82. Arsen. Viol. p. 455 ed. Walz.

Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἡ φειδὼ βίου.

Versiculus a Theseo de filio dictus videtur; cf. fgm. III.

XII. (441.)

Stob. LXXIII, 55.

Θησεῦ, παραινῶ σοι τὸ λῷστον, εἰ φρονεῖς,
γυναικὶ πείθου μηδὲ τἀληθῆ κλύων.

Valck. ad Hipp. 901 Chorum hos versus in priori editione eo loco pronuntiasse censet, quo nunc vs. 908 sq. leguntur, h. e. ea scena, in qua Theseus filium graviter objurgavit, isque se optime defendit. Sed possunt etiam Hippolyti ipsius verba esse. — Vs. 1 vulgo erat : παραινῶ καὶ τὸ λώϊστον φρονεῖν, quod correxit Gaisf.; ceteroquin φρονεῖς in Paris. A. B. est.

437.
Benevolentia intempestiva ab inimicitia nil differt.

438.
O sancte pudor, utinam omnibus hominibus
conjunctus omnem impudentiam ex animo tollas!

439.
O lucidus æther et sancta diei lux,
quam suave est te aspicere et prospere agentibus
et infelicibus, quorum in numero ipse sum.

440.
Et divitiæ pariunt vel superbiam vel parsimoniam.

441.
Theseu, suadeo tibi optimum, si consideras :
mulieri fidem habere noli, vel si verum audis.

XIII. (442.)

Stob. LXXXII, 1.

Φεῦ φεῦ· τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
φωνὴν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.
Νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα
κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν, ἃ χρὴ δοκεῖν.

Hi vss. sine dubio a Theseo prolati sunt, quum Hippolytus a Phædræ criminationibus solerter se defendisset. — Vss. 1 et 2 citat etiam Plut. Præc. ger. reip. V, 2 (p. 802, A), unde ἵν' ἦσαν restitutum est pro eo quod Stob. habet, ἵν' ὦσι. — Vss. 3 et 4 præbet Clem. Alex. Strom. I, 8, § 41 (p. 340 P.), sed subjectos duobus aliis ex Alexandro (fgm. XII, vs. 2, 3) petitis, quibuscum eos non cohærere jam Valck. Diatr. p. 148 sq. ostendit. Hinc εὐρόοισι στόμασι receptum est pro scriptura Stobæi εὐρύθμοις πιστώμασι, qua metrum labefactatur.

XIV. (443.)

Stob. Ecl. phys. I, 9, 25, p. 235 ed. Heer

Χρόνος διέρπων πάντ' ἀληθεύειν φιλεῖ.

Aut Hippolyti sunt verba, quibus patri suadere studuit, ne fidem Phædræ accusationi haberet, sed verum suo tempore patefactum iri crederet; aut Chori sunt.

Ad eandem scenam refert Monk. ad Hipp. 1249 inc. fab. fgm. LVIII.

XV. (444.)

Erotian. : Διεβλήθησαν, παρελογίσθησαν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ φησί·

Τί δ', ἢν λυθεὶς με διαβάλῃς, παθεῖν σε δεῖ;

Vulgo erat ἢν λυθῇς με διαβαλεῖς, quod correxit Musgr. — Versus a Theseo ad filium prolatus esse videtur, quum is patrem rogasset ut tempori veri declarationem committeret (cf. fgm. XIV). Hartung. I, p. 50 dedit : τί δ' ἢν ψύδει με διαβάλῃς κτλ. et Theseum his verbis nutricem allocutum esse censet.

XVI. (445.)

Poll. Onom. IX, 50 : Καὶ στάσις ἵππων, ὡς Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ·

— — πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν.

Ex nuntii narratione petita videntur, qua expositum erat, qualem eventum Thesei exsecratio filii habuisset.

XVII. (446.)

Justin. Mart. De mon. p. 107 ed. Colon. (p. 40, C ed. Hag. Com.)

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κραίνουσιν θεοί.

Recte Welck. hunc vsm. Choro assignaverit.

XVIII. (447.)

Stob. V, 16.

Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμὰς,
Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην·
οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη
δύναμις μείζων· ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ'
ἢ μετόπισθεν
τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

Manifesto hi vss. a Choro in fabulæ fine pronuntiati sunt, quum Diana Hippolyti innocentiam ac morum integritatem declarasset ejusque cultum instituisset. — Vs. 3 εὐσεβίας restituit Valck. ad Hipp. 1369 pro vulg. εὐσεβείας.

XIX. (448.)

Aristoph. Vesp. 748.

Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ·
κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν,
ἵν' ὁ κήρυξ κτλ.

Ad vs. 1 adnotat Schol. : ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου. Quæ quum Valck. ad Hipp. 230 ascribi ad se-

---

442.
Heu, heu! quod res ipsæ inter homines vocem
non habent, ut nihil valerent vafri oratores. [sima
Nunc autem sermonibus copiose fluentibus verissima
evertunt, ut aliter, quam æquum est, videantur [esse.

443.
Tempus prolabens omne verum patefacere solet.

444.
Quid autem pati te oportet, si dimissus me decepteris? [peris?

445.
Statim ad equorum stationem properans.

446.
Verum hæc non recte dii decernunt.

447.
O divine Hippolyte heros, quantos honores
ob castitatem adeptus es!
nulla inter homines vis
virtute major est; citius enim
vel serius pietatem debita merces sequitur.

448.
Ne mihi quicquam istorum pollicere :
illa amo, illic esse velim,
ubi præco dicit etc.

quentem vsm. oportuisse judicasset, quippe qui pro vs. 229 superstitis Hippolyti lectus esset, Dindorfius in edit. Oxon. lemmate mutato scholiastæ verba versui 2. apposuit, non admonitis lectoribus, utrum hoc codicum an Valckenarii auctoritate commotus fecerit.

XX. (449.)

Erotian. p. 118 ed. Fr. : Διόπῳ· τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππολύτῳ.

Præterea dubitari potest, sitne locus, quem Stob. LXIII, 25 ex Sophoclis Phædra affert, Clem. Alex. Strom. VI, 2, 14 (p. 745 P.) vero tres priores versus citans Euripidi tribuit :

(449. b.)

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς χαράσσει (Clem. ταράσσει) κἀπὶ πόντον ἔρχεται,
καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται,

Sophocli an Euripidi assignandus.

ΚΑΔΜΟΣ.

Hæc tragœdia primum innotuit Probi ad Virg. Ecl. VI, 31 testimonio hæc scribentis : « Accipere debemus aera, quem Euripides in Cadmo Chaos appellavit sic : οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κοινῶς φοιτῶν ἕδος δαιμόνιον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. » Ad eandem respexisse videtur Hor. Epist. ad Pis. 185 sq.:

Ne pueros coram populo Medea trucidet,
aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
aut in avem Procne vertatur, Cadmus in anguem :
quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Hujus fabulæ quale argumentum fuerit, in tanta fragmentorum inopia explorari vix poterit : fortassis tamen nonnulla eorum quæ Apollodorus diversis locis (cf. III, 4; 1, 5, 4) memoriæ prodidit, in tragœdia fuerunt repræsentata. Tradit vero extremo loco : « Cadmus cum Harmonia Thebis relictis ad Encheleenses pervenit. Quibus, quum ab Illyriis bello premerentur, deus respondit ipsos esse victuros, si Cadmum Harmoniamque duces haberent. Qui deo obsequuti hos duces adversus Illyrios creant, et vincunt. Itaque Cadmus Illyriorum regnum tenuit, et filius ei natus est Illyrius. Deinde cum Harmonia in draconem mutatus a Jove in campum Elysium missus est. » Cf. Nonni narrat. XLVI, 364 sq., Schol. Dionys. Perieg. 391 (in Bredowii Epist. Paris. p. 45 et F. A. Wolfii Anal. litt. IV, p. 540), Schol. Pind. Pyth. III, 153. Hygin. fab. VI : « Cadmus, Agenoris et Argiopes filius, ira Martis, quod draconem fontis Castalii custodem occiderat, suorum prole interempta, cum Harmonia, Veneris et Martis filia, uxore sua in Illyriæ regionibus in dracones sunt conversi. » Hinc proculdubio Valck. Diatr. p. 12 recte ad Cadmum tragœdiam rettulit versus, quos ut Euripideos servavit Hermog. p. 226 (in Walz. Rhett. Gr. III, p. 180) :

(450.) Οἴμοι· δράκων μου γίγνεται τό γ' ἥμισυ,
τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί·

collat. Ovid. Met. IV, 584. Schol. ad Hermog. (in Walz. Rhett. VII, p. 833) dicit quidem : περὶ Κέκροπος ὁ λόγος εἰς δράκοντα μεταβαλλομένου, sed eum Cecropem cum Cadmo confudisse in aprico est, quum Hermogenes tantummodo de Cadmo verba fecerit. Hi versus autem, si re vera huc pertinent, ut probabile visum est, ex nuntii cujusdam descriptione petiti sunt : nam ejusmodi metamorphosim in scena factam esse parum est credibile. — Probi locum supra citatum primus Scalig. Conj. in Varr. p. 81, deinde Valck. Diatr. p. 12 sic in versus redegit :

—Οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ
καὶ Γῆ, βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος·
τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
χάος μὲν ὀνομάζουσιν.

Luzac. autem (Exercitt. Acad. p. 97) aerem ab Euripide chaos dictum esse negans correxit : οὐρανός θ' ὑμᾶς ὕπερ δίναισι φοιτῶν ἐστι δαιμόνων ἕδος, et pro χάος dedit φάος. Priora probant Matth. et Hartung. (I, p. 126), qui tamen vs. 4 scripsit : οἱ μὲν χάος καλοῦσιν. Ac procul dubio recte vocem

---

449.
Δίοπος, navi præfectus a circumspiciendo (διοπτεύειν) dicitur apud Euripidem

449. b.
Amor non viros solos opprimit,
vel mulieres, sed etiam deorum mentes
supra perturbat et in mare se confert.
Atque hunc ne omnipotens quidem Jupiter
arcere potest, sed cedit et ultro flectitur.

450.
Eheu, dimidium mei draco fit,
amplectere, fili, patris quod superest.

Χάος servavit : nam ita aerem etiam ab Aristophane et Ibyco appellatum esse docet Schol. Aristoph. Av. 192; cf. Aristoph. Av. 192, Nub. 423; Ibyc. fgm. 41, 42, p. 202 ed. Schneidewin., ubi Schneidewinus hunc quoque locum sic emendavit : τόδ' ἐν μέσῳ δὲ τοὐρανοῦ τε καὶ χθονός· οἱ μὲν ὀνομάζουσιν χάος, monens χάος, quum a χαίνω derivandum sit, omne significare id quod sit vacuum lateque pateat (cf. Varro L. L. IV, 3). Bothius denique audacissime locum sic disposuit :

— οὐρανός θ' ὑπέρμεγας
κοινόν τε φωτῶν ἠδὲ δαιμόνων ἕδος,
τὸ δ' ἐν μέσῳ τοι τοὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς,
ἣν οἱ μὲν ὀνομάζουσιν οὐσίαν χάος.

Hartung. fabulam tertio loco cum Cretensibus et Melanippa Philosopha Ol. LXXXIII, 1 actam esse conjecit.

Ad eandem fabulam fortasse pertinuit inc. fab. fgm. CCXLVI.

ΚΡΕΣΦΟΝΤΗΣ.

Fabulæ argumentum descripsit Hygin. fab. CXXXVII : « Polyphontes, Messeniæ rex, Cresphontem, Aristomachi filium, quum interfecisset, ejus imperium et Meropen uxorem possedit. » Et fab. CLXXXIV : . . . « cum qua Polyphontes, occiso Cresphonte, regnum occupavit. Filium autem ejus infantem Merope mater, quem ex Cresphonte habebat, absconse ad hospitem in Ætoliam mandavit. Hunc Polyphontes maxima cum industria quærebat aurumque pollicebatur, si quis eum necasset. Qui postquam ad puberem ætatem venit, capit consilium, ut exsequatur patris et fratrum mortem. Itaque venit ad regem Polyphontem aurum petitum, dicens se Cresphontis interfecisse filium et Meropes Telephontem. Interim rex eum jussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. Qui quum per lassitudinem obdormuisset, senex, qui inter matrem et filium internuntius erat, flens ad Meropen venit, negans eum apud hospitem esse nec comparere. Merope credens eum esse filii interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum securi venit, inscia ut filium suum interficeret; quem senex cognovit et matrem a scelere retraxit. Merope postquam vidit occasionem sibi datam esse ab inimico se ulciscendi, redit cum Polyphonte in gratiam. Rex lætus quum rem divinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse, eumque interfecit patriumque regnum adeptus est. » — Cf. Paus. IV, 3, 3, p. 286, Apollod. II, 8, 5 s. fin. Apollodorus eo ab Hygino recedit, quod Cresphontis filium Ægyptum appellat et Meropen patri suo Cypselo, Arcadiæ regi, eum tradidisse narrat. Quam discrepantiam Lessingius, de re scenica censor gravissimus, ubi de hac fabula egit (Dramaturg. 40), eo tollere studuit, ut Cresphontis filium ab Euripide alio nomine introductum esse moneret, ne Polyphontes eum agnosceret atque interficeret. Sed cum utroque illo scriptore dissentit Eustrat. s. Aspas. ad Aristot. Rhet. III, 1 (et Schol. ad h. l. in Cram. An. Gr. Paris. I, p. 191, 5) hæc scribens : καὶ ἔστι παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἐπιβουλεύουσα Κρεσφόντῃ τῷ υἱῷ, ὡς πολεμίῳ, δι' ἄγνοιαν. Consentit opus cælatum in columna quinta templi Cyziceni (cf. Epigr. Cyzic. ed. Jacobs. in Anth. Gr. vol. XIII, p. 624. : Ὁ πέμπτος κίων ἔχει Κρεσφόντην ἀναιροῦντα Πολυφόντην τοῦ πατρὸς τὸν φονέα· ἔστι δὲ καὶ Μερόπη βάκτρον ἔχουσα καὶ συνεργοῦσα τῷ υἱῷ πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκδημίαν), et Epigramma sculpturæ subjectum ibid. vs. 1 : Κρεσφόντου γενέτην πέφνες τὸ πάρος, Πολυφόντα κτλ. Hinc intelligitur quî fieri potuerit, ut fabula, quæ post Cresphontis regis mortem demum incipiebat (cf. fgm. XI, vs. 2, fgm. XVI), Cresphontis nomine inscriberetur, id quod Lessingio aliisque non mediocri offensioni fuit. Egregie enim falluntur qui tragœdiam ab interfecto rege nomen accepisse censent, ac parum credibile est, quod Welckero in mentem venit, fabulam inde nominatam esse, quod Cresphontis interfecti umbra in scenam prodierit. Nam ut hæc umbra apparuerit, de qua re valde dubitari potest, tamen ejus præsentia non tanti momenti erat, ut contra Græcorum consuetudinem fabulæ nomen imponere potuisset. Omnes enim Græcorum tragœdiæ, si Æschyli Septem contra Thebas et Agathonis fabulam Ἄνθος excipis, sive a Choro sive ab una alterave personarum, quæ primas partes tenent, nomen traxerunt. Cresphontis vero cujusdam in hac fabula partes fuisse, testatur etiam Plut. (fgm. I.) Itaque a vero vix aberrabimus, si Cresphontem, Cresphontis et Meropis filium, primas partes egisse et alio nomine assumpto ad Polyphontem venisse statuimus, ut patris necem ulcisceretur. — Tragœdiæ argumentum in universum facile ex Hygini narratione describi potest; sed quæ singularum partium institutio ac dispositio fuerit, in tanta fragmentorum paucitate dici nequit. Nec annus, quo fabula acta sit, explorari potest : nam Hartungi rationi, qui (II, p. 47) eam tertio loco cum Hercule furente, Temenidis et Cercyone in scenam prodiisse suspicatur, vereor ut quidquam tribuendum sit.

I. (451.)

Plut. Consol. ad Apoll. 15 (p. 110, B) : Ὁ Κρεσφόντης δέ που ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγων·

Εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ νερτέρας ὑπὸ χθονὸς
ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὖσιν, οὐδὲν ἂν σθένοι.

A Cresphonte hæc verba prolata esse Plut. definite pronuntiat, eaque ad prologum pertinere haud dubium esse potest. Cf. fgm. sq.

II — VIII. (452.)

Strabo VIII, 4, p. 563 : Περὶ δὲ τῆς φύσεως τῶν τόπων καὶ τούτων καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν ταῦτα μὲν ἀποδεκτέον λέγοντος Εὐριπίδου· τὴν γὰρ Λακωνικὴν φησιν ἔχειν

πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾳδίαν·
κοίλη γὰρ, ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε
δυσείσβολός τε πολεμίοις·

τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν καλλίκαρπον

κατάρρυτόν τε μυρίοισι νάμασι
καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην,
οὔτ' ἐν πνοαῖσι εἵματος δυσχείμερον,
οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.

Καὶ ὑποβὰς τῶν πάλων φησὶν ὧν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ τῆς χώρας ἐποιήσαντο, τὸν μὲν πρότερον γενέσθαι

γαίης Λακαίνης κύριον, φαύλου χθονὸς,

τὸν δὲ δεύτερον Μεσσήνης

ἀρετῆς ἐχούσης μείζον' ἢ λόγῳ φράσαι.

Τὴν δὲ Λακωνικὴν καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν αὐτοῦ φήσαντος

Πάμισον εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον,

οὐ συγχωρητέον. . . . Οὐχ εὖ δὲ οὐδ' ὅτι τῆς Μεσσηνίας ὁμοίως ἐπιθαλαττίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ, φησὶν αὐτὴν

πρόσω ναυτίλοισιν

εἶναι. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει,

Πρόσω δὲ βάντι ποταμὸν Ἦλις ἡ Διὸς
γείτων κάθηται...

Optime Musgr. intellexit, hæc omnia in nulla Euripidis fabula locum habere, nisi in Cresphonte potuisse : nam quæ iis continetur singularum Peloponnesi partium descriptio cum narratione de earum distributione inter Heraclidas conjuncta fuit (cf. fgm. III sq.). Hæc partitio vero Cresphonte rege vivo facta et tam dolose ab hoc instituta erat, ut ipse Messeniam sortiretur (Paus. IV, 3, 8; Apollod. II, 8, 4,) : vix igitur alio loco quam in Cresphontis prologo commemorari potuit. Itaque veri est simillimum fabulæ initio Cresphontis filium Cresphontem in scenam progressum primo de Hercule, generis auctore, deque ejus posteris eorumque fatis, deinde de semetipso ac domo sua copiose verba fecisse, ut non modo, qua ratione pater ac fratres a Polyphonte necati, ipse autem matris cura servatus esset, narraret, sed etiam se nunc cædem istam ulturum sibique regnum recuperaturum esse significaret. Mirabilis igitur et audacissima est Hartungi ratio, qui hæc fragmenta ad Temenidas rettulit (vide infra Temenid. argum. sub fin.) — Vs. 1 legebatur ῥᾴδιον, quod correxit Matth. — Vs. 3 δυσείσβολός τε πολεμίοις restituit Casaub. pro vulg. δύσβολός τε πολεμίοις. — Fgm. III, vs. 1 νάμασι pro ἅρμασι, et vs. 2 εὐβοτωτάτην pro εὐβοτάτην idem Casaub. correxit. Ποίμναισιν pro vulg. ποιμέσιν Valck. ad Phœn. 248 revocavit.

451.

Nam si infra terram habitat
inter eos qui esse desierunt, nihil valeat.

452.

De natura horum locorum et Messeniacorum ea sunt accipienda, quæ Euripides dicit. Laconicam enim ait habere

multa quidem arva, sed difficilem esse ad colendum :
cava est enim, montibus cincta, et aspera
et hostibus aditum non præbet.

Messeniacam vero dicit bonæ frugis feracem,

et innumeris rivis irrigatam, bubus
quoque et ovium gregibus pascendis aptissimam,
nec in hibernis flatibus valde gelidam,
nec solis quadrigis nimis calidam.

Atque inferius de sortitione dicit, quam Heraclidæ de regione constituerant, priorem exisse (sortem)

terræ Lacænæ dominam, vilis regionis,

alteram Messenes,

virtutis plus habentis quam verbis dici possit.

Inter Laconicam vero et Messeniam finem constituisse eodem dicente

Pamisum in mare cum impetu ruentem,

concedi nequit. Nec probandum, quod quum Messenia perinde atque Laconica mari finitima sit, hanc

eminus nautis (*spectandam*)

dicit. Neque vero Elidem bene definit :

Ultra flumen progresso Elis Jovi vicina
in plano sita est.

IX. (453.)

Stob. LV, 1. Polyb. XII, 26 (vol. III, p. 434 ed. Schweigh.).

Εἰρήνα βαθύπλουτε καὶ
καλλίστα μακάρων θεῶν,
ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις.
Δέδοικα δὲ, μὴ πρὶν πόνοις
ὑπερβάλῃ με γῆρας
πρὶν σὰν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν
καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς
φιλοστεφάνους τε κώμους.
Ἴθι μοι, πότνια, πόλιν·
τὰν δ' ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων
τὰν μαινομέναν τ' ἔριν,
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ.

Probabiliter Matth. hæc a senum choro ab initio fabulæ, fortasse post colloquium Meropes cum Polyphonte habitum, cantata esse suspicatus est, quum essent discordiæ civiles inter optimatium factionem, cujus ope Polyphontes Cresphontem interfecerat, et inter viros populares (cf. Paus. IV, 3, 3), quæ ne in bellum intestinum exardescerent, Chorus timebat. — Vs. 4 πόνοις omittit Polyb. Hartung. (II, p. 53.) syllabam ζεις ab antecedente versu ad hunc refert et πρὶν omittit. — Vs. 6 Stob. vulgo πρὶν γὰρ χαρίεσσαν πρόειδε, Paris. A. B. πρίν περ χαρίεσσαν προϊδεῖν, Polyb. πρὶν ἂν χαρίεσσαν προσιδεῖν, unde Gesn. conjectura veram scripturam elicuit.—Vss. 9 et 10. Boisson. interpunctione post τάνδ' posita conjunxit πόλιν τάνδ', quem sequuti sunt Matth., Dindorf., Welck.; sed non tam appositione ad πόλιν, quam articulo ad ἐχθρὰν στάσιν opus est: quare post πόλιν (cujus loco fortassis rectius cum Bergkio πάλιν scribas; cf. Wellauer. ad Æsch. Sept. 595) interpunximus, pro τάνδ' autem τὰν δ' scripsimus. Nobiscum consentiunt Hartung. l. c. et Both.

X. (454.)

Sext. Empir. Pyrrhon. Hypoth. III, 24, 230, p. 186 (p. 175. ed. Bekk.). Clem. Alex. Strom. III, 3, § 14, p. 575 P. Anon. Schol. εἰς εὑρεσ. in Walz. Rhett. Gr. t. VIII, p. 765. Stob. CXX, 22. Anton. Meliss. et Max. in edit. Stob. a. 1609, Serm. CXLV, p. 248, 43, omnes c. lemmate Εὐριπίδου sine nomine fabulæ:

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Locum ex Cresphonte deductum esse docet Cic. Tusc. I, 47, 115, qui etiam Latino sermone eum expressit. Tres priores vss. citant etiam Strab. XI, p. 790, A, Plut. De aud. poet. II, 14 (p. 36, E), Dio Chrys. XXIII, p. 276, Menand. in Walz. Rhett. Gr. t. IX, p. 282; vss. 1 et 2. Aristid. t. II, p. 199; vs. 2 Æschin. Axioch. § 10 ed. Fisch. Ad vs. 4 denique respicit Plut. Quæst. Symp. I, 3 (p. 615 D). — Vs. 3. Anon. Schol. ap. Walz. l. c. λελασμένον pro πεπαυμένον, Sext. Emp. καὶ κακῶν pro καὶ πόνων. — Verba haud dubie Meropes sunt sive ex longiore ejus oratione, qua miseram suam conditionem patefecit, sive ex colloquio cum nutrice vel alia quadam amica habito petita, quibus descriptionem periculi, quod filio Cresphonti immineret, præcessisse consentaneum est.

XI. (455.)

Plut. Consol. ad Apoll. 15 (p. 110, D): Ἡ δὲ Μερόπη λόγους ἀνδρώδεις προφερομένη κινεῖ τὰ θέατρα, λέγουσα τοιαῦτα·

Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ'· ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν, ὡς ἐγὼ, βίον.

Qua ratione hi vss. a Merope pronuntiati sint, haud facile definias.

453.

O Pax, opum dives ac pulcherrima
immortalium deorum,
desiderio tui flagro, quod diu moraris.
Metuo autem ne prius laboribus
senectus me superet,
quam tuum gratissimum florem aspiciam
et cantus choreis junctos
et comessationes sertorum amantes.
Adi mihi, augusta, urbem:
diram vero seditionem arce a domibus
et furibundam discordiam,
acuto ferro gaudentem.

454.

Nam nos decebat cœtus celebrantes lugere
genitum, quod in tanta mala intrat:
at mortuum contra et ab ærumnis requiescentem
lætos bonis verbis domo elatum prosequi.

455.

Mortui sunt liberi non mihi soli mortalium,
neque una viro orbata sum: sed sexcentæ
eandem, quam ego, sortem perpessæ sunt.

XII. (456.)

Schol. Eur. Phœn. 162 : Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Εὐριπίδης ἐν Κρεσφόντῃ λέγει·

——— καὶ δὶς ἕπτ' αὐτῆς τέκνα
Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν.

Hæc verba ex eadem Meropes oratione ducta esse, ex qua fgm. XI, monuit Valck. — Hartung. l. c. et Both. malunt Νιόβη, Both. præterea conjicit κεῖδεν δὶς pro καὶ δίς.

XIII. (457.)

Plut. De esu carn. II, c. 5, 3 (p. 998, E) : Σκόπει δὲ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην, ἐπὶ δὲ τὸν υἱὸν αὐτὸν, ὡς φονέα τοῦ υἱοῦ, πέλεκυν ἀραμένην, καὶ λέγουσαν,

Ὁσιωτέραν δὴ τήνδ' ἐγὼ δίδωμί σοι
πληγήν,

ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, συνεξορθιάζουσα φόβῳ, καὶ δέος, μὴ φθάσῃ τὸν ἐπιλαμβανόμενον γέροντα, καὶ τρώσῃ τὸ μειράκιον. Ad eandem scenam respexit Aristot. Poet. c. 14 et Ethic. Nicom. III, 2.

XIV. (458.)

Stob. XXXI, 15.

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον.

Meropen his verbis pudore se affectam prodidisse, quod filio tantum periculum minitata esset, vix erit qui neget.

XV. (459.)

Plut. De inimic. util. 7 (p. 90, A) : Εἰ γὰρ ἕτεροι πράγμασιν ἀβουλήτοις περιπεσόντες διδάσκονται τὸ χρήσιμον · ὥσπερ ἡ Μερόπη φησὶν,

Αἱ τύχαι δέ με
μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα,
σοφὴν ἔθηκαν.

Hoc et sequens fgm. ea ex scena petita sunt, in qua Merope cum Polyphonte marito, ut certius ab eo se vindicaret, specie in gratiam rediit : simulavit igitur tranquillitatem quandam animi, ne quid mali Polyphontes suspicaretur.

XVI. (460.)

Gell. N. A. VII, 3 : « Recte hoc vitio dat Lucilius poetæ Euripidi, quod, quum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante consilium de nece ejus cepisset, Merope fratris uxor hisce verbis eum eluserit :

Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις·
χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν. »

Cf. fgm. XV. — Vs. 2 Valckenar. Diatr. p. 183. optime χρῆν pro χρὴ scribendum esse monuit.

XVIII. (461.)

Schol. ad Eur. Med. 85 : Τῇ δὲ διανοίᾳ ταύτῃ καὶ ἐν Κρεσφόντῃ κέχρηται οὕτως·

Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ', ὅπερ ἅπαντες βροτοὶ,
φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.

Polyphontis scelus suum excusantis verba esse recte intellexit Valck. l. c. — Vs. 1 cum Barnesio scribendum videtur : ὅπερ πάντες βροτοί. Vs. 2 legebatur φίλων, quod correxit Valck.

XVII. (462.)

Stob. XCIV, 3.

Κέρδη τοιαῦτα χρή τινα κτᾶσθαι βροτῶν,
ἐφ' οἷσι μέλλει μήποθ' ὕστερον στένειν.

A Choro pronuntiata videntur nuntio de Polyphontis nece accepto. — Cum his versibus Stob. duos alios conjunxit, quos supra e Dictye petitos esse vidimus. Cf. Dict. fgm. XII.

Falso præterea a Plut. De adul. et amic. 22 (p. 63, A) Meropæ versus quidam tribuuntur, quasi e Cresphonte petiti essent, qui in Erechtheo locum habuerunt; cf. Erechth. fgm. XXIII, vs. 18 sq.

456.
Et bis septem ipsius Niobæ
liberos Phœbi sagittis intereuntes.

457.
Justiorem utique hunc tibi ictum infero.

458.
Pudor in oculis nascitur, o fili.

459.
Fortuna autem ea,
quæ carissima mihi erant, tanquam mercedem
auferens, sapientem me reddidit.

460.
Nam si vir meus, ut tu dicis, interficere volebat,
tu quoque velle debebas, quum tempus scilicet [aderat.

461.
Illo enim modo affectus sum quo omnes mortales :
non pudet me, quod maxime memet ipsum diligo.

462.
Quemque hominem talia lucra appetere decet
ob quæ non postea aliquando dolere debeat.

ΚΡΗΣΣΑΙ.

Hac fabula a mulierum Cressarum choro, qui una cum Aerope, Catrei Cretensium regis filia, Argos venerat, cognominata, Atrei et Aeropes historiam expressam fuisse quum ex fgm. XI tum ex testimonio Scholl. ad Soph. Aj. 1297, ad Aristoph. Ran. 873, Acharn. 432, liquet. Dicit enim ille ad Soph. Aj. 1297, ubi Teucer Agamemnonem his verbis « Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ Λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας πατὴρ Ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν » carpit : « Narratur hæc historia in Euripidis Cressis, Aeropen, quum a famulo clam esset corrupta, a patre Nauplio traditam esse, qui eam in mare dejiceret; hunc vero id non fecisse, sed Plistheni eam in matrimonium dedisse. » Similiter Apollod. III, 2, 2: « Aeropen et Clymenen Catreus Nauplio in longinquas terras vendendas dedit; ex his Aeropen quidem Plisthenes uxorem duxit, ex qua filios Agamemnonem et Menelaum genuit, etc. » Mirum est quod Schol. et Apollod. narrant, Aeropen Plistheni nuptam fuisse, quum in hac fabula certe et alias apud Euripidem Atrei uxor fuerit (cf. fgm. XI, Hel. 390 sq.); multo mirabilius autem, quod Apollod. eam *Plistheni* Agamemnonem et Menelaum peperisse tradit. Sed consentiunt Schol. Eur. Or. 5, Schol. Hom. Il. B. 249, Serv. ad Virg. Æn. I, 458, rem ita explicantes, ut Agamemnonem et Menelaum, quum Plisthenes in ætatis flore mortuus esset, ab Atreo educatos, itaque pro ejus filiis habitos et ita appellatos esse dicant. Hanc vero difficultatis expediendæ viam a grammaticis ipsis excogitatam esse facile intelligitur. Neque credibilius est quod alii Aeropen primum Plisthenis, Atrei filii, deinde post Plisthenis mortem Atrei conjugem fuisse narrant. Fortassis autem Euripides Atreum non tanquam Pelopis, sed tanquam Plisthenis filium introduxit, ut Aerope primum Plisthenis i. e. patris, deinde Atrei i. e. filii uxor fuerit, cui Agamemnonem et Menelaum pepererit. Eodem modo Æschylus, qui in Agam. 1506 aperte Atreum Agamemnonis patrem dicit, tamen in eadem fabula (1390, 1485, 1516, 1518) sobolem i. e. Agamemnonem (Atrei) et Ægisthum (Thyestæ filium) modo Tantalidas, modo Pelopidas, modo Plisthenidas appellat (cf. Klaus. ad Æsch. Agam. 1485 Schneidewin. ad Ibyc. p. 147) : unde Plisthenem quendam jam antiquitus ab aliis inter Atreum, ab aliis ante Pelopem inter Agamemnonis majores commemoratum fuisse perspicuum est. — Præter Atreum et Aeropen Thyestæ in hac fabula partes fuisse consequitur ex Schol. Aristoph. Ach. 432, quippe qui ad Aristophanis verba « τῶν Θυεστείων ῥακῶν » adscribens : ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου » dubitet, significaveritne Aristophanes Thyesten pannis obtectum, qualis in Cressis, an qualis in Thyeste fabula in scenam processerit. Quum præterea Schol. Aristoph. Ran. 873 ad verba Aristophanis « ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονῳδίας » adnotaverit : . . . Ἀπολλώνιος δὲ, ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε (sc. Εὐριπίδης) πορνεύουσαν, dubitari non poterit, quin Aerope cum Thyeste adulterans fuerit introducta. Hæc igitur argumenti summa fuisse videtur. Thyestes supplex ac pannis obtectus in fratris domum eo consilio venit, ut, si fieri posset, regno potiretur. Quam ob causam mox in Aeropes amorem sese insinuavit et cum ea adulteravit, ut per eam vellus aureum, quocum regnum conjunctum tradebatur (cf. Schol. Eur. Or. 489, quem ad fgm. III exscripsimus; Senec. Thyest. 223), suum faceret. Quo accepto controversia inter fratres de regno exorta videtur, quæ tamen postremo a Jove ipso signo quodam in cœlo exhibito (cf. fgm. III) in Atrei gratiam composita est (Plat. Rep. p. 269, A). Atreus fratrem nunc urbe expulit (Hygin. fab. 86); mox autem, adulterio uxoris cum illo comperto, revocavit quasi in gratiam cum eo redire vellet, re vera autem, ut ab eo crudelissime se vindicaret. Thyestes rediit : reverso Atreus lautas quidem epulas, inter cibos vero ejus liberos assos apposuit (cf. fgm. VIII, XI, X), ac post cœnam demum patefecit, quid ille comedisset. Thyestes summo dolore percussus ac vehementissime Atreum ejusque domum exsecratus Argos reliquit; fabula autem eo fortasse finita est, ut ei deus quidam exponeret, qualem eventum exsecrationes istæ essent habituræ, et Aerope (mortis) supplicio afficeretur (cf. fgm. XI), nisi ipsa se interfecit. — Actam esse hanc tragœdiam, quam a Thyeste longe diversam fuisse jam initio hujus libri et ad Thyestæ argumentum monuimus, Ol. LXXXV, 2, cum Alcmæone Psoph., Telepho et Alcestide, ex argum. Vatic. ad Alcest. elucet.

I. (463.)

Stob. LXXIV, 2.

Οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινοὺς, οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν.
πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν· εἰ δέ τις κυρεῖ

463.

Non est prudentis viri, uxori frena concedere, et imperium ipsi permittere.
Fides ei nulla inest : si quis autem probam

γυναικὸς ἐσθλῆς, εὐτυχεῖ κακὸν λαβών.

Dubium est, sintne Thyestæ verba ex controversia cum fratre petita, an Atrei de uxoris adulterio conquerentis.

II. (464.)

Stob. XXIX, 23.

Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν,
αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

Atrei in fratrem invehentis verba esse videntur.

III. (465.)

Achill. Tat. Περὶ σφαίρας in Petavii Uranol. p. 122, 140 :

Δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
δήμους τ' ἔσωσα καὶ τύραννος ἵζόμην.

Atrei verba esse manifestum est. Cf. Strab. 1, p. 43, A. Schol. Eur. Or. 489 : Ὁ δὲ Ἀτρεὺς βουλόμενος δεῖξαι ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, ἔφη δεῖξαι ὅτι χρυσόμαλλος ἀρνειὸς αὐτῷ ἐτέχθη. Τούτου δὲ ὑπονοθεύσας τὴν γυναῖκα Θυέστης ἔκλεψε τὸν ἀρνειόν. Μὴ δυνηθεὶς οὖν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν δεῖξαι ὁ Ἀτρεὺς ἔμελλεν ἀφαιρεῖσθαι τὴν βασιλείαν ἐκείνου τὸ ὑπ' αὐτοῦ ὑποσχεθὲν δεικνύντος, εἰ μὴ, ὡς ἂν φιλόσοφος, ἀπέδειξεν αὐτοὺς ἀσεβοῦντας, εἰ Θυέστην βασιλέα ἕλωνται, τεκμήριον δὲ τῆς βασιλείας τὸν ἥλιον καὶ τὰς Πλειάδας ἐκ δύσεως πορευομένους εὑρίσκοντα. Καὶ οὕτως ἐβασίλευσε καὶ τὸν ἀδελφὸν σφόδρα ἐτιμωρήσατο.

IV. (466.)

Stob. XCI, 7. Anton. Meliss. et Max. in edit. Stob. a. 1609, Serm. CXXXV, p. 214, 43.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν,
ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

Procul dubio Thyestæ sunt verba. — Vs. 2 est etiam apud Stob. XCII, 5.

V. (467.)

Stob. LXXII, 4.

Γαμεῖτε, νῦν γαμεῖτε, κᾆτα θνήσκετε
ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικὸς ἢ δόλοις.

Ab Atreo hæc dicta esse uxoris scelere comperto perspicuum est.

VI. (468.)

Stob. CIX, 7.

Λύπη μὲν ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί·
εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
κρύπτοντα καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε·
γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.

Loquitur haud dubie Atreus ad uxoris flagitia respiciens. — Vs. 1 Paris. A. αὕτη pro ἄτη.

VII. (469.)

Apollon. Dysc. in Bekk. Anecd. p. 514 seq. : Ἔτι μέντοι φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς παρὰ [Εὐριπίδῃ] καὶ ἔτι ἄλλοις ποιηταῖς ὀνοματικῆς συντάξεως ἔτυχεν· ἐν μὲν γὰρ Κρήσσαις,

Ἐγὼ χάριν σὴν παῖδας οὐ κατακτενῶ.

Hic versiculus eodem, quo fgm. VI, spectare et pronuntiatus ab Aerope videtur, quum Atreus eam adulterii ream Thyestæ liberos mactare jussisset

VIII. (470.)

Athen. XIV, p. 640, A : Πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, τῶν τοιούτων ἡμῖν παρατιθεμένων ἐπιδορπισμάτων ἔφη τις τῶν παρόντων·

[Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
Τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται
πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ
μόσχων τε σὰρξ τέραινα χηνεία τε δαὶς,
καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα,

---

uxorem nanciscitur, felix est licet malum adeptus.

464.

Nunquam sine labore beatus esse possis;
et turpe est juveni laborare nolle.

465.

Ostendens enim astrorum contrariam viam
populos servavi et rex constitutus sum.

466.

Scio autem ac nimis expertus sum,
omnes hominum divitum esse amantes.

467.

Ducite, ducite nunc uxores, deinde mortem obite
aut uxoris venenis aut dolis.

468.

Grave est in calamitatem quandam turpem
incidere. At si ita contigerit, oportet bene id obtegere
et celare, neque omnibus patefacere:
talia enim inimicis oblectamento sunt.

469.

Ego tua causa liberos non interficiam.

470.

Curæ posteriores sapientiores utique sunt.
Quid enim mensa desiderat? quo (cibo) non onerata est?
Marinis obsoniis plena est; adsunt et vitulorum
tenera caro et anserinæ dapes,
et placentæ et intrita rufæ apis
succo affatim rigata.

φησὶν ὁ Εὐριπίδης ἐν Κρήσσαις. — Atrei fratrem ad cœnam, qua liberos ei assos apposuit, invitantis verba esse liquet. — Vs. 1 exstat etiam in Hipp. 435, unde hoc loco infersus esse videtur : nam parum cum sequentibus cohæret; quare uncis eum inclusimus. — Vs. 4 legebatur vulgo μόσχων τέραιναι σάρκες, quod Porson. mutavit in : μόσχων τε σὰρξ τέραινα κτλ. Sed nescio an vitata verborum transpositione scribi possit : μόσχων τέραινα σάρξ τε κτλ. Hartung. dedit : τεραίνῃ σαρκὶ, quod recepit Bothius. — Versum 5 fortasse respexit Schol. Aristoph. Equ. 1178. Duos postremos versus habet etiam Plut. Non poss. suav. viv. secund. Epic. 16 (p. 1097 D).

IX. (471.)

Athen. XI, p. 504, B : Καὶ Εὐριπίδης ἐν Κρήσσαις·

Τὰ δ' ἄλλα χαῖρε κύλικος ἑρπούσης κύκλῳ.

Versiculus ab Atreo inter cœnam Thyestæ pronuntiatus esse videtur. — Pro χαῖρε scribi malim χαίρειν.

X. (472.)

Athen. III, p. 97, A.

— νόμος δὲ λείψαν' ἐκβάλλειν κυσίν,

ἐν Κρήσσαις ὁ Εὐριπίδης ἔφη. — Atreus hæc sub cœnæ finem videtur dixisse, postquam fratri liberorum capita pedesque ostenderat.

XI. (473.)

Schol. Aristoph. Vesp. 760, ad verba Aristophanis τοῦτο δὲ ᾍδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι, adscripsit : Ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην· κρινεῖ ταῦτα. Sine dubitatione Toup. Emend. ad Suid. T. III, p. 178, recte ad verba κρινεῖ ταῦτα etiam apud Euripidem ᾍδης supplendum esse intellexit, quamvis ipse minus recte scripserit : ᾍδης διακρινεῖ ταῦτα. Scholiasta auctore enim Euripides scripsit : ᾍδης δὲ κρινεῖ ταῦτα, quæ Atreus Aeropæ dixit, simulatque ejus flagitia in memoriam ei revocaverat et mortem subeundam esse aperuerat.

Ante mortem vero Aerope tristitiam monodia quadam prodidisse videtur, si quid ex Quint. Inst. Or. XI, 3, 73, verbis : « ut sit Aerope in tragœdia tristis, etc. » et ex epigrammate Nicodemi (in Anth. Pal. VI, 316,) colligi potest.

XII. (474.)

Etym. M. p. 796, 10 : Εὐριπίδης παράγωγον ῥῆμα ἀπὸ τούτου ποιήσας φησὶν ἐν Κρήσσαις·

— πρὶν ἂν ἐκφληναί με καὶ μαθεῖν λόγον.

Pro ἂν, quod et metro officit et rationi grammaticæ repugnat, Sylburg. et Heath. dederunt γάρ, alii vocem omiserunt.

Welck. præterea ad hanc fabulam refert inc. fab. fgm. XXXVI.

ΚΡΗΤΕΣ.

Hujus fabulæ argumentum, quum duo tantum fragmenta supersint, obscurum est, ex parte tamen conjectura ex iis colligi potest, quæ tradit Schol. Aristoph. Ran. 849, ad poetæ verba « ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονῳδίας, Γάμους δ' ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην » adscribens : ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶν Ἴκαρον μονῳδοῦντα ἐποίησε· καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν τοῦ Ἰκάρου μονῳδίαν ἐν τοῖς Κρησί· θρασύτερον γὰρ δοκεῖ εἶναι τὸ πρόσωπον. . . . Τιμαχίδας δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς Κρησὶ μῖξιν Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον. Extrema uberius narrant Apollod. III, 1, 4, Palæph. De Incred. II, Liban. Narr. XVI. p. 1104, Hygin. fab. XL : *Pasiphae, Solis filia, uxor Minois, sacra deæ Veneris per aliquot menses non fecerat. Ob id Venus amorem infandum illi objecit, ut taurum, quem ipsa amabat, alia amaret. In hoc Dædalus exul quum venisset, petiit ab eo auxilium. Is ei vaccam ligneam fecit, et veræ vaccæ corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit : ex quo compresso Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana. Tunc Dædalus Minotauro Labyrinthum inextricabili exitu fecit, in quo est conclusus. Minos, re cognita, Dædalum in custodiam conjecit. At Pasiphae eum vinculis liberavit. Itaque Dædalus pennas sibi et Icaro filio suo fecit et accommodavit, et inde avolarunt. Icarus altius volans a sole cera calefacta, dejecit in mare, quod ex eo Icarium pelagus est appellatum. Dædalus pervolavit ad regem Cocalum in insulam Siciliam.* » Tractatum in hac tragœdia fuisse mirificum ac flagitiosum Pasiphaes in taurum amorem apparet ex Joann. Malal. Chron. IV, p. 105 sq., qui, postquam eandem fere Pasiphaes historiam narravit, addit : περὶ δὲ τῆς Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα Εὐριπίδης ὁ ποιητής. Cf. Liban. Apol. Socr. t. III, p. 64, De orchest. t. III, p. 375, Or. XIX, p. 497, B. Præ-

---

471.
Cetera autem missa facias poculo in orbem eunte.

472.
Mos est reliquias canibus projicere.

473.
Orcus vero hæc dijudicabit.

474.
Priusquam ineptias exuerim et rationi auscultem.

terea in eadem locum habuisse, quæ Hygin. l. c., Schol. Hom. Il. β', 145, Palæph. Incredib. XIII, Severi Narrat. 1, p. 537 (in Westerm. Mythogr. Gr. p. 373, 32), de Dædalo et Icaro narrant quum per se probabile est, tum inde concludi potest, quod Schol. Aristoph. l. c. Icarum in Cretensibus μονῳδοῦντα introductum fuisse refert. Ac fortassis versus huc spectantes aut integros aut certe parum mutatos ex Cretensibus deduxit Aristophanes (Pac. 140) hosce :

Τί δ', ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;
πῶς ἐξολισθεῖν πτηνὸς ὢν δυνήσεται;

ad quem locum schol. adnotat : τοὺς τραγικοὺς παίζει διὰ τὰ περὶ Ἰκάρου λεγόμενα. Quæ si vera sunt, versus ad Cretenses pertineant necesse est : nam in nulla alia tragœdia, quod sciam, Icari historia tractata fuit. Dubitationem vero aliquam movet alius schol. ad eundem locum : ἢ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης κτλ. (cf. argum. Stheneb.), quibus verbis versus istos ad Sthenebœam pertinuisse et de Pegaso pronuntiatos esse verisimile fit. Uter scholiastes rectius judicaverit, nunc vix explorabitur. Sed ut ad Cretenses redeamus, de hujus tragœdiæ dispositione ac singularum partium institutione nec quidquam innotuit neque conjectura indagari potest : ex fgm. II tamen liquet, rem in Creta actam esse et Chorum e Jovis Idæi mystis constitisse. De anno quo docta sit, si quæris, ex fgm. II, vs. 8, si quidem ibi recte κραθεῖσ' vel κολληθεῖσ' legitur, colligi poterit, eam ante Ol. LXXXVII actam esse non posse; nam divisiones in fine versuum Callias introduxisse fertur, quem tragœdiam suam grammaticam non multum ante Ol. LXXXVII scripsisse consentaneum est : cf. Herm. El. Doctr. Metr. p. 36 fin., Welck. in Mus. Rhen. 1833, p. 149 sq., Wex. ad Soph. Antig. T. I. p. 273 sq., Bergk. De reliqu. Com. Att. p. 107 sq. Erravit igitur Hartung. (I, p. 103), qui eam cum Melanippa Philosopha et Cadmo jam Ol. LXXXIII, 1, scenæ commissam esse dicit.

I. (475.)

Aristoph. Ran. 1398. (1356.)

Ἀλλ' ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα,
τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε.

Schol. : τοὺς Κρῆτας λέγει· ἔστι δὲ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου. Οὐ μόνον ἐν Τροίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν Κρήτῃ Ἴδη ἐστὶν, ὡς καὶ Λυκόφρων φησίν· ἐπεὶ δὲ ἐν Κρήτῃ ἦν ἡ τοῦτο λέγουσα, διὰ τοῦτο λέγει, Ἴδης τέκνα κτλ. Pasiphaes igitur verba esse videntur.

II. (476.)

Porphyr. De abstin. IV, 19, p. 172 sq. : Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων· λέγουσι δὲ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς Μίνω·

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας
τέκνον Εὐρώπας καὶ τοῦ μεγάλου
Ζανὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου,
ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν,
οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς
στεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει
καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ'
ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπάρισσος.
Ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν, ἐξ οὗ
Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμην,
καὶ νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτὰς
τάς τ' ὠμοφάγους δαῖτας τελέσας,
μητρί τ' ὀρείᾳ δᾷδας ἀνασχὼν,
καὶ Κουρήτων
Βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς.
Πάλλευκα δ' ἔχων εἵματα φεύγω
γένεσίν τε βροτῶν καὶ νεκροθήκης
οὐ χριμπτόμενος, τήν τ' ἐμψύχων
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

475.

At o Cretenses, Idæ soboles,
arcubus sumtis succurrite.

476.

Phœnice satæ Tyriæ puer
Europæ fili et magni Jovis,
qui imperas
Cretæ centum urbibus claræ,
adsum relicta æde sancta,
cui nativa cupressus
securium acie fissa trabes solidas
et glutine firmiter conjuncta
arctas compages præbet.
Puram autem vitam vivo, ex quo
Jovis Idæi mystes factus sum,
et noctivagi Zagrei cultui
epulisque crudivoris valedicens
matri Rheæ faces sustuli,
et Curetum
bacchator dictus sum sancte lustratus.
Vestes autem candidas indutus fugio
partus mortalium, et sepulcris
non appropinquo, et escam ex
animalibus evito.

Chorus Minoem, filium Europæ, quæ ab aliis Phœnicis, ab aliis Agenoris filia habebatur (cf. Apollod. III. 1, 1, Schol. Rhes. 29), alloquitur. — Vs. 1, Both. verba παῖ τῆς Τυρίας ut glossema ejecit. Vss. 5—9 citat etiam Erot. v. Ἀτρεχεῖς, sed admodum vitiose. Vs. 6 vulgo erat δρῦς, vet. edit. Porphyrii et cod. Monac. δορὸς, Erot. vero recte δοκούς. — Vs. 7 στεγανοὺς cod. Monac. pro vulg. στεγανάς. — Vs. 8 Porphyr. καὶ ταυροδέτῳ κρηθεῖσ'· Erot. καὶ τορολέτῳ κολληθείς. Hinc Scalig. emendavit : οὓς αὐθ. τμ. δοκὸς στ. π. χ. π. καὶ ταυροδέτῳ κρηθεῖσ' ἀ. ἁ. κυπαρίσσου. Grot. ταυροδέτρῳ κραθεῖσ', quod rejecit Bentl. Epist. ad Mill. p. 470 ed. Lips., ubi etiam formam ταυρόδετος, ea, qua adhibita esse fertur, significatione « *glutine taurino compactum* » intolerabilem esse judicavit. Eam vero tuitus est Toup. Emend. in Suid. t. II, p. 549, nec in ea hæsit Porsonus. Ac profecto nobis cum Bentl., qui πελέκει καὶ κολληθεῖσ' ἀτρεκεῖς scribi voluit, hoc vocabulum ejicere non licet, quum intelligi nequeat, qua ratione id in Porphyrii et Erotiani codices irrepere potuerit. Propius igitur ad verum accessisse videtur G. Hermannus, qui vocem ταυρόδετος non ejiciendam sed alia significatione accipiendam dixit, et locum sic conformavit : οὓς αὐθ. τμ. στ. π. Χαλύβων π. καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ' ἀτρ. κτλ., qua scriptura bene Porphyrii et Erotiani lectiones connectuntur. Quare eam Dindorfio præeunte recipere non dubitavi, præterquam quod vulgatam οἷς retinui. Qua ratione verba conjungi velim, ex interpretatione Latina cognoscitur. Hartung, I, p. 108 et Both. verba κόλλῃ κραθεῖσ' plane omittunt, pro ταυροδέτῳ vero ille τορνοδέτους, hic ταυροδέτῳ γ' exhibet. — Vs. 9 cod. Monac. male κυπαρίσσου. — Vs. 12 cod. Monac. βροντὰς pro βιοτὰς, quod Hermanno et Bothio arrisit; Lobeck. maluit σπονδάς, Hartung. βιοτᾷ.

Ad hanc fabulam magna cum probabilitatis specie a Valck. Diatr. p. 42 et Welck. Trag. Græc. p. 802 refertur inc. fab. fgm. CXXXVIII.

ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ.

Hujus fabulæ quale fuerit argumentum plane ignotum est, tamen huc fortasse faciunt, quæ tradit Apollod. II, 8, 2 : « Tlepolemus, Herculis filius, quum invitus interfecisset Licymnium, Electryonis e Midea filium, Alcmenæ fratrem, antequam e Peloponneso abscederet, cum manu haud exigua aufugit, Rhodum pervenit, atque ibi consedit. » Cf. Paus. II, 22, 8, Diod. IV, 58 (cf. Alcmenes argumentum). Hoc secundum Homerum (Il. B, 653) Argis, secundum Pindarum (Ol. VII, 27) Tirynthe factum est. Præterea hanc tragœdiam respexerunt Hesych. v. Λικυμνίοις βολαῖς· τῶν ἐν τῷ Εὐριπίδου Λικυμνίῳ μνημονεύοι ἂν ἴσως· κεραυνοῦται γὰρ ἡ ναῦς κατὰ τὸν ἐκεῖ λόγον, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ Λικυμνίου τῆς Φωκίδος κατεσκεμμένου. Schol. Aristoph. Av. 1242 ad verba Λικυμνίαις βολαῖς adnotans : Ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως « Λικυμνίαις βολαῖς » φησὶ « ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. » ἐν δὲ ἐνίοις τῶν σχολικῶν ὑπομνήμασι ταυτὶ γέγραπται· « ἴσως ὁ Λικύμνιος ἐνεπύρισε τινῶν οἰκίας. » ἐν δὲ τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Ἀπολλωνίου ταῦτα γέγραπται, ὅτι ἡμίφλεκτόν τινα εἰσάγει εἰς τοιοῦτό τι κεκεραυνωμένον ἀπὸ τῆς περιστάσεως ἐκείνης. Εἴη δ' ἂν τοῦ Εὐριπίδου ἀγγέλου τοῦ ἐν τῷ Λικυμνίῳ· λέγει γὰρ ἐπὶ τελευτῆς ἐκεῖνος· « ἐν Λικυμνίῳ, δράματι Εὐριπίδου, εἰσήχθη τις κεραυνοβολούμενος. » Hinc quidem navem vel hominem a fulmine ictum esse, et id nuntium aliquem in scena enarrasse, sed ad argumentum neutro loco quidquam lucramur. Hartungi denique rationem, qui (I, p. 534) Licymnium ab Alcmena non discrepuisse dicit, speciosiorem quam veriorem videri ad Alcmenam ostendimus.

I. (477.)

Diog. Laert. III, 63 : Ὁ γοῦν φαῦλος λέγεται παρ' αὐτῷ (Πλάτωνι) καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ φέρεται ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους οὑτωσί.

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθὸν,
πᾶσαν ἐν ἔργῳ παρατεμνόμενον
σοφίαν, λέσχης ἀτρίβωνα.

Primum versum citant etiam Eustath. ad Il. ω', p. 1492, 28, Etym. M. p. 789, 34, Suid. s. v. Ἰδέα et Φαῦλον, Phot. v. Φαῦλον, p. 469 ed. Herm., Schol. Plat. p. 84, Bachm. An. Gr. I, p. 412, 7, ubi est : Εὐριπίδης ἐν Ἡρακλεῖ (sic)· φαῦλον κτλ. Locus haud dubie vitiosus est ac sic restituendus : Εὐριπίδης ἐν (Λικυμνίῳ τὸν) Ἡρακλῆ φαῦλον κτλ. Adde Plut. Vit. Cim. p. 480, E; Vit. Marc. p. 310, C; Julian. Orat. II, p. 99 ed. Petav. Valck. Diatr. p. 222, C.

477.

Simplicem, minime gloriosum, ad maxima idoneum, omnem sapientiam rebus gestis dissecantem, dicendi imperitum.

II. (478.)

Stob. XXIX. 7.

Πόνος γάρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ.

Cf. Apostol. XVI, 29. Sophocli versum tribuit Schol. Hermog. in Walz. Rhett. Gr. vol. V. p. 441.

III. (479.)

Steph. Byz. v. Τευθρανία: Λέγεται καὶ Τευθράντιος· Εὐριπίδης Λικυμνίῳ (sic).

Τευθράντιον δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός·

IV. (480.)

Macrob. Sat. I, 18: « Et ne quis opinetur diversis diis Parnassum montem dicatum, idem Euripides in Licymnio Apollinem Liberumque unum eundemque deum esse significans scribit :

Δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε, Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε. »

Chorus his verbis deos Delphicos alloquitur : nam Euripidem Apollinem Bacchumque esse unum eundemque deum dixisse quis credat?!

V. (481.)

Stob. Ecl. Phys. I, 5, 6, p. 156 ed. Heer.

Τὸ τῆς ἀνάγκης οὐ λέγειν ὅσον ζυγόν.

Editur cum lemmate ἐν Διδύμοις, quod conjectura perquam probabili Valck. Diatr. p. 17 in ἐν Λικυμνίῳ mutavit. Bothius dedit ,λέγοιμ', infinitivum a librariis profectum esse dicens. Fortassis recte. Sed si optativus recte se habet, equidem scribam λέγοιν, quæ forma pluribus locis restituenda videtur; cf. inc. fab. fgm. CCXVIII.

VI. (482.)

Hesych. Θριάζειν, φυλλολογεῖν, ἐνθουσιᾶν, ἐνθουσιάζειν. Εὐρ. Λικυμνίῳ. Cf. Etym. M. p. 455, 45.

Dubitanter e Licymnio citatur a Schol. Aristoph. Pac. 527, Telephi fgm. XVIII. — Probabiliter autem huc retuleris inc. fab. fgm. XV, idque e prologo ductum esse conjeceris.

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ.

Euripidem duas hujus nominis fabulas scripsisse, alteram Μελανίππης τῆς σοφῆς, alteram Μελανίππης δεσμώτιδος nomine inscriptam, etsi maxima fragmentorum pars simpliciter ex Melanippa citatur, tamen non magis dubium esse potest, quam duas hujus poetæ exstitisse Alcmæones, quamvis harum quoque fabularum fragmenta a veteribus scriptoribus confusa ac maximam partem simpliciter ex Alcmæone allata sint. Nam de Μελανίππῃ τῇ σοφῇ Dionys. Hal. et Greg. Corinth. ll. infra cc. ita loquuntur, ut eam peculiare drama fuisse appareat : ex quo Schol. Aristoph. tribus locis (cf. fgm. I, IV, IX), Schol. Aristot. (cf. fgm. VII) et Greg. Cor. (cf. fgm. I) apertis verbis versus quosdam laudarunt, quemadmodum Athen. et Orio (cf. fgm. XXVII, XXVIII) definite Μελανίππης δεσμώτιδος fragmenta attulerunt. Accedit quod, quæ Hygin. fab. 186 de Melanippes fatis narrat, nullo modo in una eademque fabula locum habere potuerunt; ea enim, ut hoc statim moneam, minimum duodeviginti annorum spatium implent et plures personas habent quam quas una tragœdia capere possit. Itaque fragmenta pro argumento suo quodque inter duas easque diversas fabulas dispertire non dubitavimus, quarum argumenta, quoad fieri potuit, sequentibus exposuimus.

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ Η ΣΟΦΗ.

Dramatis argumentum præbent Dion. Hal. Rhet. VIII, 10; IX, 11, et Greg. Corinth. ad Hermog. in Walz. Rhett. Gr. VII, p. 1313. « Melanippæ philosophæ historia hæc est. Hellenis, Jovis filii, filius Æolus ex Eurydice genuit Cretheum, Salmoneum et Sisyphum, ex Chironis filia vero, Hippe (vel Hippone), Melanippam pulchritudine excellentem. Quam Neptunus, quum pater ob cædem fugitivus per annum abesset, compressit, ita ut geminos pareret. Hos autem Melanippe, quum eodem tempore patris reditum exspectaret, e mandato genitoris (Neptuni) nutrici tradidit in bubili deponendos. Paulo post regis reditum vero bubulci quidam infantes a tauro custoditos et ab una vacca nutritos conspicientes, ad regem eos tanquam monstra e bove nata attulerunt. Qui patris sententiam amplexus, cremandos esse infantes judicavit : et Melanippæ filiæ

478.

Labor enim, ut dicunt, gloriæ est pater.

479.

Teuthrantium, Mysiæ terræ decus.

480.

Domine lauri amans Bacche, Pæan Apollo lyra [excellens.

481.

Necessitatis jugum quantum sit dici nequit.

482.

Θριάζειν, folia ficulnea legere, enthusiastice agere.

tradidit, quæ vestibus funereis eos ornaret. Neque hunc ornatum illa iis denegavit, at vero etiam ad eos servandos orationem habuit præclarissimam. » Atque ob hanc potissimum orationem, cujus paucissima tantum fragmenta superesse dolendum est (cf. fgm. IV, V sq.), Melanippe *philosophæ* cognomen accepit : ea enim se philosophiæ Anaxagoreæ peritissimam esse declaravit, quippe quæ et infantes istos non monstra esse ostenderet, et a morte eos liberaret. Cf. Dion. Hal. l. c. Fabulæ exitus haud dubie iis continetur, quæ tradit Hygin. fab. CLXXXVI : « Melanippen, Desmontis [quod nomen in tota antiquitate inauditum ex Δεσμῶτις originem traxisse videtur] filiam sive Æoli, ut alii poetæ dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex qua procreavit filios duos. Quod quum Desmontes rescisset et Melanippen excæcavit et in munimento occlusit : cui cibum atque potum exiguum præstari jussit, infantes autem feris projici. » Quæ Hygin. his subjunxit, in altera Melanippa expressa erant, de qua vide infra. Ex iisdem vero probabile fit, Melanippam, quum se servare alia ratione liberos non posse intellexisset, se ipsam esse eorum matrem confessam gravissimo illo supplicio ab Æolo patre esse affectam. — De tempore, quo fabula docta sit, certi nihil constat; inde tamen, quod eam Aristophanes in Thesmophor. 547 irrisit, ante Ol. XCI, 2 actam esse consequitur. Hartungi ea de re sententiam ad Cretenses commemoravimus. Latine eam Ennius expressit.

I. (483.)

Plut. Amat. XIII, 4 (p. 756, B) : Ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην, ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης ἐκείνης,

Ζεὺς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ·

μεταλαβὼν δὲ χορὸν ἄλλον [ἐθάρρει (γὰρ), ὡς ἔοικε, τῷ δράματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιττῶς] ἤλλαξε τὸν στίχον, ὡς νῦν γέγραπται,

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.

Priorem versum plenum exhibent Lucian. Jup. trag. 41 (t. II, p. 689 ed. R.), Athenag. Leg. p. 283 (ed. Hag. Com.), Justin. Mart. p. 41 (qui locum ex Hecuba citat conjunctum cum Troad. vs. 886).

Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεὺς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ κλύων.

Antea legebatur Ζεὺς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς, κτλ. quod ejecto ἐστὶν correxit Pors. ad Or. 412, contra disputante Blomfieldo Gloss. ad Æsch. Agam. 155, qui scribi maluit : Ζεὺς, ὅστις ἔστιν, οὐ γὰρ etc. et Bothio, cui scribendum videtur : Ζεὺς ὅστις, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ κλύων. Sed Porsoni correctionem et Luciani codd. et Euripides ipse confirmant, qui prorsus eadem dicendi ratione in Herc. fur. 1263 usus est. — Altero versu eoque correcto, quem haud dubie Euripides in tragœdiæ exempla, quæ in publicum emisit, intulit, ut adversariorum calumnias et insidias effugeret — nam bis actam esse tragœdiam parum verisimile est — Aristophanes in Ran. 1275 (1244) usus est, ubi Schol. addit : Μελανίππης τῆς σοφῆς ἡ ἀρχή. Eundem habet Hermog. in Walz. Rhett. III, p. 434, B, et dimidio auctiorem Greg. Cor. Comm. in Hermog. in Walz. Rhett. VII, p. 1312 : Ἐν δὲ τῇ Μελανίππῃ παρεισάγει ταύτην παροιμιαζομένην·

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε —

Paulo ante vero idem Gregorius dixerat : « Ζεὺς, ὡς λέλεκται — τῆς ἀληθείας ὕπο. » οὗτος ὁ στίχος ἐν δυσὶν εὕρηται δράμασιν Εὐριπίδου, ἔν τε τῷ λεγομένῳ Πειριθῷ (fgm. V) καὶ ἐν τῇ σοφῇ Μελανίππῃ. — Ab his igitur verbis prologus incipiebat, quo Melanippe, ut in prologis Euripideis fieri solebat, non modo suam et majorum suorum originem exponebat, sed præcipue suam historiam enarrabat (cf. fgm. III), et philosophiam, cujus cognitione maxime gloriabatur, se a matre tanquam hereditatem accepisse fatebatur (cf. fgm. II).

II. (484.)

Clem. Alex. Strom. I, § 73 (p. 361 P.) coll. Cyrill. C. Jul. IV, p. 134, B : Ἱππὼ δὲ ἡ θυγάτηρ τοῦ Κενταύρου (sc. Χείρωνος) συνοικήσασα Αἰόλῳ ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν, τὴν πάτριον ἐπιστήμην· μαρτυρεῖ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Ἱπποῦς ὧδέ πως·

Ἣ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Hos vss., qui valde corrupti apud Clementem legebantur, ex Cyrillo emendavit Valck. ad Phœn. 536. Loquitur Melanippe de matris doctrina, quam

483. [auditu. —
Jupiter, quisquis est; non enim novi eum, nisi Jupiter, ut vere narratur, Hellenem genuit —

484.
Quæ primum quidem divina certis oraculis vaticinata est e stellarum ortibus.

sibi quoque comparasse postea (fgm. V, vs. 1) profitetur.

III. (485.)

Steph. Byz. v. Βοιωτία, de Bœoto: Νικοκράτης δέ φησιν, ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης ἦν παῖς. — —— καὶ Εὐριπίδης·

Τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν.

Probabiliter primus Musgr. versum ad Melanippam retulit, sed eum in prologo sedem habuisse haud recte suspicatus est Matth. Ductus enim est sive ex Melanippes cum nutrice dialogo, quo illa propter instantem patris adventum hanc geminos in bubili exponere jussit, sive ex Hipponis oratione (cf. fgm. XI).

Paulo post Æolus ipse in patriam reversus in scenam processisse videtur, cui pastores Melanippæ infantes, utpote quos a bove partu editos credebant, quum eos a tauro custoditos, a vacca vero nutritos conspexissent, tradebant, timentes ne quid mali hoc miraculum urbi afferret. Pastorum narrationem, quæ in hac scena locum habere debebat, respexisse videtur Varro RR. II, 5, 5: *Novi majestatem boum — præterea scio hunc esse, in quem potissimum Juppiter se convertit — hunc esse, qui filios Neptuni e Menalippa servarit, ne in stabulo infantes grex boum obtereret.* Deinde multum consultabatur, et in utramque partem disputabatur, utrum infantes servandi an interficiendi essent. Mortem maxime suadebat Hellen, Æoli pater, teste Greg. Cor. l. c. et Ennio (fgm. II); servare eos conabatur Melanippe; at frustra. Pater ei liberos mandabat, quos vestibus feralibus ornaret, ornatos igni traderet.

IV. (486.)

Aristoph. Lys. 1126.

Ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι·
αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω·
τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους
πολλοὺς ἀκούσασ' οὐ μεμούσωμαι κακῶς.

Schol. ad vs. 2 adnotat: ὁ στίχος ἐκ σοφῆς Μελανίππης Εὐριπίδου. Sed reliqui quoque Euripideam orationem sapiunt; ut eos, si ab Euripide non ita profecti sunt, certe proxime ad Euripideæ versuum exemplum fictos esse judicandum sit. Sine dubio igitur ab ejusmodi verbis [illegible] celeberrima illa Melanippæ oratio, qua sententiis ex disciplina Anaxagorea ductis patris opinionem refutare et geminos morti eripere studebat. Hujus orationis meminit Plato in Sympos. p. 177, A, eamque Aristoteles (Poet. c. XV) tanquam personæ moribus disconvenientem reprehendit. Ac profecto axiomata, qualia Melanippe in hac tragœdia protulisse fertur, mulieri minime conveniunt. Ab initio autem ostendere voluit, omnia secundum naturam fieri, neque monstrorum omnino quidquam esse; cf. fgm. V.

V. (487.)

Dion. Hal. Rhet. IX, 11; Diod. Sic. I, c. 7 extr. p. 11; Euseb. Præp. Ev. I, p. 20, D.

Κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα·
ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
δένδρη, πετεινὰ, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
γένος τε θνητῶν.

Versus ad eandem Melanippæ orationem pertinent; cf. fgm. IV. — A Dion. Hal. tantummodo vss. 1, 2 citantur. — In eodem sermone optime locum habere potuit inc. fab. fgm. CXXXVI, quod Welck. ad alteram Melanippen retulit.

VI. (488.)

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 14, p. 108 ed. Heer.

Δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς
πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
γράφειν τιν' αὐτὰ, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά νιν
θνητοῖς δικάζειν; οὐδ' ὁ πᾶς ἂν οὐρανὸς
Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας

485.

Alterum vero, prope bovem projectum, Bœotum [vocat.

486.

Mulier quidem sum, mens tamen mihi inest,
et ipsa haud male meam habeo sententiam;
præceptis autem multis e patre meo et
senioribus auditis non male edocta sum.

487.

Neque meus hic sermo, sed a matre acceptus:
quod cœlum et terra unam habebant formam;
quum vero a se invicem disjungerentur,
pepererunt omnia et sub lucem ediderunt
arbores, volucres, feros, quosque in se mare alit,
et mortalium genus.

488.

M. Putatisne, injuste facta pennis ad deos
efferri, deinde ea in Jovis tabulis aliquem
inscribere, Jovem vero eas inspicientem
jus dicere mortalibus? Ne totum quidem cœlum
Jovi hominum scelera inscribenti

ἐξαρκέσειεν, οὐδ᾽ ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν
πέμπειν ἑκάστῳ ζημίαν· ἀλλ᾽ ἡ Δίκη
ἐνταῦθά πού ᾽στιν ἐγγὺς, εἰ βούλεσθ᾽ ὁρᾶν.
[Ταύτας μὲν ἀνθρώποισιν, ὦ γύναι, θεοὶ
τίσεις διδοῦσιν, οὓς ἂν ἐχθαίρωσ᾽, ἐπεὶ
οὔ σφιν πονηρόν ἐστι —]

Egregie Welck. hos vss., qui simpliciter ex Melanippa citantur, ad eandem scenam retulit. Quum enim Æolus ejusque pater Hellen multa contra Melanippam disputassent, Melanippe his verbis ad eorum scrupulos atque dubitationes respondit, iisque populare illud figmentum, Jovem nomina factaque hominum in tabulis suis inscribere, rejicere studuit. — Tres extremos vss., qui cum antecedentibus vulgo continuo ordine legebantur, segregavit Grot. et pro fragmento incerti poetæ edidit : quem secuti sunt Valck., Musgr., Pflügk., Welck., alii. Sed quum in omnibus codd. cuncti versus continuo ordine exstarent, Heerenius extremos quidem denuo recipere non dubitavit, sed alii personæ tribuit, ut his ad antecedentia responderetur. Atqui iidem plures ob rationes dubitationem movent : primum enim verba ταύτας τίσεις non habent quo referantur ; deinde offensioni etiam est, quod, quum tres tantummodo in scena esse potuerint colloquentes, Hellen, Æolus et Melanippe, aut Hellen neptem aut Æolus filius verbis ὦ γύναι, neque ὦ τέκνον vel similiter allocutus sit. Si autem horum alteriutri versus tribuendi sint, Helleni potius quam Æolo eos assignari velim. — Vs. 3 Both. γράφειν τίν᾽, αὐτὸν Ζῆνα κτλ. — V. 4 codd. ὁ πᾶς οὖν, sed recte Grot. et Valck. ὁ πᾶς ἄν. — Vs. 10 Both. τοῖσιν pro τίσεις et vs. 11 ἔν σφιν pro οὔ σφιν, h. e. *apud illos* (deos), *illis judicibus*, correxit. Qua correctione non multum proficimus. Vs. 11 Heeren. δήποτ᾽ ἂν φίλον vel simile quid supplendum esse dicit.

VII. (489.)

Schol. ad Aristot. Eth. Nic. V, 1 : τοῦτό ἐκ τῆς σ. Μελανίππης· λέγει γὰρ ἐν αὐτῇ· δικαιοσύνης τὸ χρύσεον πρόσωπον. In altero cod. Paris. est : δικαιοσύνης τηλαυγὲς χρυσοῦν πρόσωπον. Equidem hoc fgm., quod memoriter a scholiasta citatum esse intelligitur, ad eandem Melanippæ cum patre disceptationem referam, Hartung. vero (I, p. 122) Chori verba esse censet.

VIII. (490.)

Dion. Hal. Rhet. VIII, 10, Melanippes verba affert : Τίς τὰ παιδία ἐξέθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια; quæ Musgr. sic in metrum troch. redegit :

τίς τὰ παιδί᾽ ἐξέθηκεν εἰς πατρὸς βουφόρβια ;

Facile autem apparet, hunc locum non discrepare ab eo, quem paulo post idem Dionys. (IX, 11) attulit, sed tantummodo ab rhetore pro usu suo paulum immutatum esse. Duplex enim articulus ejusque collocatio orationem pedestrem satis prodit. Alterum locum : εἰ δὲ παρθένος φθαρεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδία, καὶ φοβουμένη τὸν πατέρα σὺ φονον δράσεις; Valck. Diatr. p. 683 versibus sic astrinxit :

Εἰ δὲ παρθένος
φθαρεῖσά γ᾽ ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια
φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον

in quibus Welck. verba τὰ παιδία (non itidem vero πατρός ad βουφόρβια) jure desiderare videtur. Ac facile τὰ παιδία in fine primi vs. adjici potest : nam hanc vocem non Euripideam esse cum Matth. affirmare non ausim ; cf. Phaeth. fgm. IX. Nescio igitur cur in hisce Valckenarii versibus acquiescere noluerint Hartungus et Bothius, quorum ille : εἰ δὲ παρθένος φθαρεῖσά τις | τὰ παιδί᾽ ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια, | φοβουμένη τὸν πατέρα, σύ γε δράσεις φόνον ; hic vero dedit : εἰ δὲ παρθένος | φθαρεῖσα, καὶ τὸν πατέρα καταφοβουμένη, | τὰ παιδί᾽ ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια, φόνον σὺ δράσεις. — Melanippe his verbis ad professionem, se ipsam esse illorum infantium matrem, viam sibi præmunivisse videtur.

IX. (491.)

Aristoph. Thesm. 272.

Ὄμνυμι τοίνυν Αἰθέρ᾽, οἴκησιν Διός.

Schol. adnotat : ἐκ τῆς Μελανίππης Εὐριπίδου. Paulo aliter versum exhibet Schol. Rav. et Ven. ad Ran. 100 : Εὐριπίδου ἐκ Μελανίππης

Ὄμι δ᾽ ἱρὸν αἰθέρ᾽, οἴκησιν Διός.

---

sufficiat, nec ipse inspiciens
pœnas cuique mittere possit ; sed justitia
hic prope adest, si intueri eam vultis.
H. Talibus, o mulier, suppliciis dii homines
afficiunt, quoscunque oderint, quum iis
non turpe sit — —

489.

Justitiæ late splendentem auream faciem.

490.

Quodsi virgo vitiata natos in bubili
exposuit patrem formidans, an tu
cædem patrabis ?

491.

Juro per sanctum ætherem, Jovis domicilium.

consentiente Suid. v. Παρακεκινδυνευμένον. Edit. Ald. præbebat : ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους, unde Berglerus, quum Sophocles Melanippam non composuisset, probabili conjectura ἐκ Μελανίππης σοφῆς effecit. Haud dubie posterior versus re vera Euripidis est, in quo Aristophanes, quum l. c. præcessisset — ἣν δὲ μὴ ὀμόσῃς ἐμοὶ — usui suo accommodate pro ἱρὸν posuit τοίνυν — Verba manifesto Melanippes sunt, quæ quum alio modo infantes servari non posse intellexisset, non solum se eorum matrem esse profitebatur, sed etiam, ex quo eos pepererat, narrabat, eaque omnia patri diffidenti juramento sanciebat. — Ex eadem scena Welck. ducta opinatur inc. fab. fgm. CXXXIX et CXXVIII.

X. (492.)

Stob. LXXIV, 6, c. lemm. ἐκ Μελανίππης Εὐριπίδου.

Τίσασθε τήνδε· καὶ γὰρ ἐντεῦθεν νοσεῖ
τὰ τῶν γυναικῶν· οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι
ἢ συγγενείας οὕνεκ' οὐκ ἀπώλεσαν
κακὴν λαβόντες· εἶτα δ' οὕτω τἄδικον
πολλαῖς ὑπερρύηκε καὶ χωρεῖ πρόσω,
ὥστ' ἐξίτηλος ἀρετὴ καθίσταται.

Æoli filiam puniri jubentis verba esse videntur. Vs. 1 legebatur ἐνταυθοῖ, quod quum a Tragicorum usu abhorreat, Elmsleius correxit. Similiter scripsit Eur. in Or. 34. — Vs. 6 erat in editionibus : ὡς ἐξίτηλος ἡ ἀρετή, quod pariter Elmsl. correxit.

XI. (493.)

Eratosth. Cataster. 18, et Hygin. Poet. Astron. II, 18 : « Euripides in Melanippa Hippen, Chironis Centauri filiam, Thean (l. Thetin) antea appellatam dicit ; quæ quum aleretur in monte Pelio et studium in venando maximum haberet, quodam tempore ab Æolo, Hellenis filio, Jovis nepote persuasam concepisse, quumque jam partus appropinquaret, profugisse in silvam, ne patri, quum virginem speraret, nepotem procreasse videretur. Itaque quum parens eam consequeretur, dicitur illa petiisse a deorum potestate, ne pariens a parente conspiceretur. Quæ deorum voluntate postquam peperit, in equam conversa inter astra est constituta ; » cf. Schol. Germanic. 206, Eudoc. Viol. p. 338, Polluc. IV, § 141, ubi Hippen inter ἔνσκευα πρόσωπα commemorans dicit : ἡ Ἵππη ἡ Χείρωνος ὑπαλλαττομένη εἰς ἵππον παρ' Εὐριπίδῃ. Inde ingeniose Welck. collegit, sub fabulæ finem Hippes astrum de cœlo descendens ac pro persona inductum filiam historiæ suæ, quam Eratosthenes, Hyginus, alii respexerint, narratione atque exemplo suo consolatum esse eique denuntiasse, non modo ejus liberos ab Æolo denuo exponi jussos servatum, sed eam ipsam quoque aliquando vinculis exemptum iri. Quam Welkeri conjecturam eo probabiliorem duco, quo minus fabula post supplicium de Melanippa sumptum finiri poterat : quum enim Melanippæ culpa non tanta esset, ut digna fuisset quæ tam diro supplicio afficeretur, deerat quo spectatorum animi acerba Melanippæ sorte concitati placarentur. Quod, opinor, nulla ratione facilius quam illa Hippes narratione fieri potuit. Attamen, quæ Eratosthenes, Hyginus, Schol. Germ. tradunt, locum habere etiam in Melanippes defensione potuisse non diffitear. Nam Melanippam ab acerbis patris objurgationibus se defendisse cum per se probabile est, tum inde consequitur, quod « Ennius », ut A. Gellius (V, 12) dicit, « in ista, quam dixi tragœdia (Menalippa) eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent » h. e. media quadam, quæ et a nimiæ pulchritudinis periculo et a summæ deformitatis odio vacat. Propter hæc verba huc referre non dubito inc. fab. fgm. CLVI, qua in re consentientem habeo Hartungum.

Chori in hac fabula verba continere videntur inc. fab. fgm. CXXXVI.

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ ΔΕΣΜΩΤΙΣ.

Argumentum præbet Hygin. fab. 186 : « Melanippen, Desmontis filiam sive Æoli, ut alii poetæ dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex quo procreavit filios duos. Quod quum Desmontes rescisset, et Melanippen excæcavit et in munimento conclusit, cui cibum atque potum exiguum præstari jussit, infantes autem feris projici. Qui quum projecti essent, vacca lactans veniebat ad infantes et ubera præstabat. Quod quum armentarii vidissent, tollunt eos ut educarent. Interim Metapontus rex Icariæ a conjuge Theano petebat, ut sibi liberos procrearet aut regno cederet. Illa timens mittit ad pastores, ut infantem aliquem explicarent (*leg.* explorarent), quem regi subderet. Qui miserunt duos inventos ; ea regi Metaponto pro suis supposuit. Postea autem Theano ex Metaponto peperit duos.

492.

Pœna hanc afficite : inde enim labem trahunt
mores mulierum, quod qui malam habent,
eam aut liberorum aut affinium causa
non perdunt. Postea vero ita nefas
multas oppressit ac late procedit,
ita ut virtus fracta evanescat.

Quum autem Metapontus priores valde amaret, quod formosissimi essent, Theano quærebat, ut eos tolleret et filiis suis regnum servaret. Dies advenerat, ut Metapontus exiret, ad Dianam Metapontinam ad sacrum faciendum. Theano occasione nacta indicat filiis suis, eos supposititios priores esse. Itaque quum in venationem exierint, cultris eos interficite. Illi autem matris monitu quum in montem exissent, prœlium inter se commiserunt. Neptuno autem adjuvante Neptuni filii vicerunt et eos interfecerunt. Quorum corpora quum in regiam allata essent, Theano cultro venatorio se interfecit. Ultores autem Bœotus et Æolus ad pastores, ubi educati erant, confugerunt. Ibi Neptunus eis indicat, ex se esse natos, et matrem in custodia teneri. Qui quum ad Desmontem pervenerunt eumque interfecerunt et matrem custodia liberarunt, cui Neptunus lumen restituit. Eam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem et indicant ei perfidiam Theanus. Post quæ Metapontus duxit conjugio Melanippen, eosque sibi filios adoptavit, qui in Propontide ex suo nomine condiderunt Bœotus Bœotiam, Æolus Æoliam. » Cf. Strab. VI, 1, 15, p. 265. Cum postremis egregie consentit imago columnæ (16) templi Cyziceni insculpta et epigramma ei subscriptum (cf. Jacobs. Anthol. Gr. vol. XIII, p. 636) : Κατὰ δὲ τὰς θύρας τοῦ ναοῦ προσιόντων ἐστὶν Αἴολος καὶ Βοιωτὸς, Ποσειδῶνος παῖδες, ῥυόμενοι ἐκ δεσμῶν τὴν μητέρα Μελανίππην, τῶν περιτεθέντων αὐτῇ διὰ τὴν φθορὰν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῆς. — Quibus quamvis satis copiose fabulæ summa expressa sit, tamen res ita contorta est et tam multa hac tragœdia continentur, ut difficillimum sit exploratu, qualis singularum partium conformatio ac scenarum fuerit dispositio. Hoc autem facile quisque concedet, ea, quæ facta erant, antequam Metapontus Dianæ sacrificatum exiret, in prologo narrata fuisse : et eodem modo reliqua, quatenus ad adolescentium pugnam, Neptuni auxilium et Theanonis filiorum mortem pertinebant, nuntii cujusdam narratione spectatoribus innotuisse. Ea de re autem potest ambigi, utrum post illorum mortem scena mutata res non amplius Icariæ ante Metaponti ædes, sed apud pastores acta sit, a quibus Æolus et Bœotus educati erant, et ibi Neptunus quoque in scenam processerit, an hæc omnia pariter atque ea, quæ postea fiebant, h. e. Desmontis (Æoli) regis interfectio, Melanippæ liberatio, reliqua, tantummodo narratione quadam patefacta sint, quam Æolus vel Bœotus sub fabulæ finem protulerit. Utrumque habet quo commendetur. Ne quis autem ei, quod postremo loco posuimus, temporis rationes obstare opinetur, meminerit velim, multum temporis in tragœdia consumptum esse ea scena, in qua Theanoni filiorum mors nuntiabatur; deinde ea, in qua mortui in scenam inferebantur et illati a matre deplorabantur; porro ea, in qua mortem ipsa sibi consciscebat, et aliis denique scenis, in quibus Metapontus rex de his rebus certior factus consilia sua aperiebat. Dum hæc in scena fiebant, Æolus ac Bœotus facile ad pastores confugere et inde origine sua comperta Æolum regem aggredi eaque omnia perficere poterant, quæ supra memorata sunt, ut post Theanonis mortem reverterentur. Accedit quod poetæ locorum distantias ac temporum rationes non anxie curare solent. Altera vero opinio eo offendere potest, quod maxime Euripidi et fabulæ titulo convenit, Melanippam vinculis obstrictam et cæcam populo spectandam proposuisse, cujus aspectus misericordiam spectatorum excitaret. Quum igitur dubium sit, qualis fabulæ institutio fuerit, non mirum potest videri, quod singulis fragmentis certum quendam locum non assignare, sed ne conjectura quidem ubique ad verum accedere possumus, præsertim quum de fragmentorum parte non constet, sintne ex hac an ex altera Melanippa petita. Hartung. (II, p. 375) fabulam cum Ixione et Auge Ol. XCII, 2 doctam esse dicit.

XII. (495.)

Athen. XII, p. 523, E : Ὠνομάσθη δ' ἡ Σῖρις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι καὶ Εὐριπίδης ἐν δεσμώτιδι (ἡ bene delevit Dindorf.) Μελανίππῃ ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος, ὡς δ' Ἀρχίλοχος, ἀπὸ ποταμοῦ. Cf. Strab. VI, p. 264. Welck. hæc ad prologum refert.

XIII. (494.)

Stob. LXXVI, 10, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρὶν
παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο,
τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων.
ᾧ γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ φῦναι τέκνα,

494.

Nominabatur Siris, ut Timæus dicit et Euripides in Melanippa captiva, a muliere quadam Siride; ut Archilochus vero ait, a flumine.

495.

Scias, amentem esse, quicunque, liberis antea [destitutus,
sobolem alienam in domum asciverit,
fati cursum ad id, quod necessarium non est, de-[flectens.
Cui enim dii liberos nasci non dederunt,

οὐ χρὴ 'γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.

Theanonem loqui manifesto vss. 1–3 docent, neque improbabile est, quod Welck. illam filiis hæc verba dixisse suspicatur, quibus se excusaret, hos autem ad Æoli Bœotique cædem compelleret. — Vs. 4 legebatur θεοὶ δίδωσι, quod correxit Matth. Scribi vero etiam potest θεὸς δίδωσι, quod receperunt Hartungus et Bothius. In eodem versu simul φῦσαι pro φῦναι corrigendum videtur. — Vs. 5. Paris. A τλεῖσθαι pro 'γκαλεῖσθαι.

XIV. (496.)

Stob. LXXXVI, 9, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως δὴ σκοπεῖν χρεὼν
τὴν εὐγένειαν· τοὺς γὰρ ἀνδρείους φύσιν
καὶ τοὺς δικαίους τῶν κενῶν δοξασμάτων,
κἂν ὦσι δούλων, εὐγενεστέρους λέγω.

Vs. 1 mendo laborat quod tollere Grot. conatus fuit scribendo: ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδ' ὅπως κτλ. in quo οὐδὲν pro οὐ dictum offensioni est. Jacobs. divulsa voce ὅπως duabusque syllabis transpositis legi voluit: ἐγὼ μὲν οὔ πως οἶδ', ὃ δὴ σκ. χρ., G. Hermann. conjecit: ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ', ὅπως με δεῖ σκοπεῖν. Matth. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ', ὡς τόδε σκ. χρ. vel ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ', ὅπως σκ. χρ. quod Dindorf. et Welck. receperunt. Sed mihi scribendum videtur: ἔγωγε μὴν οὐκ οἶδ', ὅπως σκ. χρ., nam vitium inde in versum irrepsit, quod, quum casu una vel duæ syllabæ excidissent, ab imperito quodam librario perquam intempestive δὴ insertum est. Idem intellexit Hartung. (II, p. 380), qui ejecto δὴ tamen priorem emendationis Hermannianæ partem recepit. Both. contra ὅπως in ὁπότε mutavit. — Vs. 3 vulgo erat τέκνων, quod e Paris. B in κενῶν mutatum est. — Welck. hæc ab uno alterove Theanonis filiorum dicta censet, quum illa, ut natos facilius ad facinus istud perpetrandum commoveret, Æoli Bœotique generis obscuritatem indicasset.

XV. (497.)

Stob. CXV, 5, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Welckero hæc et quæ sequente fgm. continentur Theanonis filios ad agendum cohortantis verba esse videntur.

XVI. (498.)

Stob. XXX, 11, auctore Gesn. ex Melanippa.

Ἀργὸς πολίτης κεῖνος ὡς κακός γ' ἀνήρ.

Cf. fgm. XV.

XVII. (499.)

Stob. LXXXIII, 3, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Ὅστις δ' ἄμικτον πατέρ' ἔχει νεανίας
στυγνόν τ' ἐν οἴκοις, μεγάλα κέκτηται κακά.

Vs. 1 legebatur ἀμείλικτον, quod, quum metro repugnaret, Heath. et Pors. App. ad Toup. in Suid. T. IV, p. 160, probabili conjectura correxerunt.— Welck. Theanonem marito his verbis maledixisse et filios abalienare a patre voluisse suspicatur, ne verecundia patris a facinore deterrerentur

XVIII. (500.)

Stob. CXVI, 7, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ.

Both. τί δ' ἀλλὰ κτλ. Welckero versiculus eodem quo fgm. XVII, spectare videtur; sed vide ne ad alteram Melanippam pertineat ibique ab Hellene, Æoli patre, de se ipso pronuntiatus sit (cf. Æol. fgm. XXIV). In eadem sententia est Hartung. I, p. 117.

XIX. (501.)

Stob. LII, 3, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Παπαῖ, νέος καὶ σκαιὸς οἷός ἐστ' ἀνήρ.

Welcker. Theanonis verba filios propter dubitationem atque cunctationem increpantis esse conjicit. Mihi potius nescio quis propter malum consilium reprehendi videtur. Consentit Hartung. l. c., qui Hellenem his verbis Æolum filium allocutum esse suspicatur.

---

eum non numini hoc probro vertere, sed tolerare [decet.

496.

Equidem profecto nescio, qua ratione nobilitatem
respicere oporteat; nam fortes manu et justos,
licet a servis geniti sint, vanis
titulis nobiliores dico.

497.

Vetus proverbium est: juvenum quidem opera,
seniorum vero plus valent consilia.

498.

Ille otiosus civis est idem malus.

499.

Juvenis, cui pater in ædibus est difficilis
ac severus, magnum nactus est malum.

500.

Quid aliud est senex, quam vox et umbra?

501.

Papæ! juvenis et asper, qualis vir est!

XX. (502.)

Stob. Ecl. Phys. I, 9, 19, p. 232. ed. Heer. c. lem. Εὐρ. Πηνελόπῃ.

Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν·
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Quum Euripides, ut ex Aristoph. Thesm. 547 colligi potest, Penelopam non scripserit, Musgr. probabiliter restituit Μελανίππῃ. Welck. hos vss. alteriutri Theanonis filiorum matris propositum detrectanti assignat, sed iidem etiam in altera Melanippa locum habere potuerunt.

XXI. (503.)

Stob. LXXII, 13, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Μετρίων λέκτρων, μετρίων δὲ γάμων
μετὰ σωφροσύνας
κύρσαι θνητοῖσιν ἄριστον.

Chori verba esse manifestum est, sed utrum ad hanc an ad alteram Melanippam pertineant dubitari potest. — Bothius verba μετρίων δὲ γάμων pro glossemate habet et ejici jubet.

XXII. (504.)

Schol. Plat. p. 68 Ruhnk. : Ἀδώνιδος κήπους. Ἀδώνιδος κῆποι ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ ὀλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐρριζωμένων. Ἐμνήσθη δὲ αὐτῶν καὶ Εὐριπίδης Μελανίππῃ καὶ ἐνταῦθα Πλάτων. — Welck. Theanonem imagine ab Adonidis hortis ducta usam esse conjicit, quum filii mortui in scenam inferrentur : sed Melanippa quoque in altera fabula eandem imaginem adhibere poterat, quum pater eam liberos interficere jubebat. Atque sic Hartungo (I, p. 121) videtur.

XXIII. (505.)

Stob. CXXIV, 16, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι
καὶ τἀκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

Mihi nutricis vel chori Theanonem propter filiorum mortem nimio dolori se tradentem consolantis verba esse videntur.

XXIV. (506.)

Stob. LXII, 38, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ,
πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων.

Welck. hæc de pastoribus, a quibus Æolus Bœotusque educati et nunc fortassis ad Melanippen perducti erant, dicta esse opinatur. — Vs. 1 exstat etiam sine auctoris nomine inter gnomas, quas e cod. Monac. Walzius ad calcem Arsenii p. 501, Beynen e codd. Voss. (Lugd. Bat. 1837, n. 123) edidit. In quo Grot. διαφθερεῖ pro vulg. διαφθείρει restituit.

XXV. (507.)

Stob. LXXIII, 10, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Πλὴν τῆς τεκούσης θῆλυ πᾶν μισῶ γένος.

Hæc verba ab Æolo vel Bœoto pronuntiata esse videntur, quum Theanonis insidias cognossent.

XXVI. (508.)

Stob. LXIX, 19, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος·
αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἶσχος γυναιξὶ, καὶ κεκοίνωνται ψόγον
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί· τὰ δ' εἰς γάμους
οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγιὲς ἀνδράσιν φρονεῖν.

Welck. bene hæc verba a Melanippa quum Theanonis perfidiam, tum conditionem suam pristinam respiciente pronuntiata esse judicavit.

502.

Fieri nequit, ut, qui aliquid mali commiserunt, [lateant :
nam acute cernit tempus, quod omnia videt.

503.

Mediocre conjugium et mediocrem domum
cum æquanimitate
sortiri optimum est mortalibus.

504.

Adonidis horti de immaturis, instabilibus et parum firmis dicebantur. Eorum meminerat Euripides in Melanippa.

505.

Quid interemptos non esse sinis mortuos,
sed præteritos dolores colligis?

506.

Servo enim bono nihil nocebit nomen;
multi vero libere natis meliores sunt.

507.

Præter matrem omne muliebre genus odi.

508.

Miserrimum est muliebre genus odio expositum.
Nam quæ peccarunt insontibus infamiam
conciliant, et pravæ cum bonis
vituperium communicant. Et quod connubia
attinet, eæ haud bene velle viris creduntur.

XXVII. (509.)

Athen. XIV, p. 613, D : Εὐριπίδης δ' ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ ἔφη·

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους· ἐγὼ δέ πως
μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα, κεὶς ἀνδρῶν μὲν οὐ
τελοῦσιν ἀριθμόν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς·
οἰκοῦσι δ' οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα
ἔσω δόμων σώζουσι.

Recte monuit Droysenius (*Aristophanes* t. III, p. 233) hæc verba Melanippæ tribuens sermonem non esse de iis, ut Matth. arbitratus est, qui de republica securi sua tantum curent, sed Euripidem his verbis invectum esse in poetas comicos, maxime in Aristophanem, quippe qui quum multos alios viros sapientes, tum præcipue Euripidem ipsum vehementer cavillati sint. — Vss. 1, 2 Eustath. ad Od. σ', p. 1837 init. sic citat : οἱ γέλωτος εἵνεκα ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους εὐπρεπεῖς ὄντες ἐν γέλωτι. — Vs. 5 sq. Bothius interpunctione post εὐπρεπεῖς sublata scripsit οἰκοῦσί τ' οἴκους, Meinek. vero (Exerc. philoll. in Athen. Berol. 1843, p. 41) probabilius : οἰκοῦσιν οἴκους. Sed non est cur vulgata offendamur.

XXVIII. (510.)

Orion. Anthologn. V, 3, p. 47 ed. Schneidew. c. lem. ἐκ Μελανίππης δεσμώτιδος Εὐριπίδου.

Σὺν τῷ θεῷ χρὴ τοὺς σοφοὺς ἀναστρέφειν
βουλεύματ' ἀεὶ πρὸς τὸ χρησιμώτερον.

Vs. 1 apud Orionem est τοὺς σοφοὺς γὰρ ἀνατρέφειν, quod, uti exhibuimus, correxerunt Meinek. et Schneidewin. — Chori Metapontum, ut ira in Æolum Bœotumque, filiorum suorum interfectores, desistat, cohortantis verba esse videntur.

XXIX. (511.)

Stob. LXIX, 11, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ. Euseb. Præp. Ev. X, p. 466 (e Porphyrio).

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικός, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ' ἄμεινον, διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

A Metaponto perfidia Theanonis cognita dicta esse videntur. — Vs. 1 Both. οὐ δή, ut metro mederetur : sed præcepto Porsoniano non nimium tribuendum esse, pluribus locis monuimus.

XXX. (512.)

Script. vit. Eurip., quam Rossignolus in Diar. Erud. Gall. (April. a. 1832) e codice quodam Euripidis edidit, hæc verba exhibet, quæ nuper iterarunt God. Hermann. in Opusc. V, p. 202 sq. et Welck. in Nov. Mus. Rhen. 1834, I, 2, p. 297 sq. : Λέγουσι δὲ καὶ ὅτι γυναῖκες διὰ τοὺς ψόγους, οὓς ἐποίει εἰς αὐτὰς διὰ τῶν ποιημάτων, τοῖς Θεσμοφορίοις ἐπέστησαν αὐτῷ, βουλόμεναι ἀνελεῖν, ἐφείσαντο δὲ αὐτοῦ, πρῶτον μὲν δι' αὐτὰς (τὰς addit Herm.) Μούσας, ἔπειτα δὲ βεβαιωσαμένου μηκέτι αὐταῖς (leg. αὐτὰς) κακῶς ἐρεῖν· ἐν γοῦν τῇ Μελανίππῃ περὶ αὐτῶν τάδε φησίν·

Μάτην ἄρ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος
ψάλλει κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει·
αἱ δ' εἴσ' ἀμείνους ἀρσένων, ἐγὼ λέγω.

Hæc verba, nisi ad alteram Melanippam pertinent, a Melanippa ea in scena pronuntiati videntur, in qua vinculis liberata criminationes repulit, quæ olim in eam conjectæ erant.

XXXI. (513.)

Stob. LXX, 4, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Ὅσοι γαμοῦσι δ' ἢ γένει κρείσσους γάμους,
ἢ πολλὰ χρήματ', οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν·
τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασιν
δουλοῖ τὸν ἄνδρα, κοὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος.

509.

Multi autem viri risus causa
jocos mordaces sectantur; ego vero
tales odi lepidos, qui sapientes
impudenti ore lædunt, et in virorum
numerum non veniunt, sed suaves sunt in risu.
Domos administrant et, quæ in ædibus
convecta sunt, custodiunt.

510.

Sapientes semper consilia sua dei auxilio
ad utilia advertere decet.

511.

Mala muliere nil invenitur deterius;
bona vero nihil exstat excellentius :
nam ingeniorum diversitas est.

512.

Frustra igitur virorum in mulieres contemptus
vibrat vanum jaculum et male iis dicit.
Sunt vero illæ viris meliores, ego dico.

513.

Quicunque uxores ducunt genere nobiliores
aut cum magnis divitiis, ducere nesciunt.
Nam res uxoris in ædibus prævalent
et virum in servitutem redigunt, neque amplius [liber est.

πλοῦτος δ' ἐπακτὸς ἐκ γυναικείων γάμων
ἀνόνητος· αἱ γὰρ διαλύσεις οὐ ῥᾴδιαι.

Metapontus nunc demum intelligens, quid in muliere spectandum sit, loqui videtur. — Vs. 6 οὐ, quod in codd. deest, inseruit Scalig.

XXXII. (514.)

Stob. LXX, 1, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Γάμους δ' ὅσοι σπεύδουσι μὴ πεπρωμένους,
μάτην νοσοῦσιν· ἡ δὲ τῷ χρεὼν πόσει
μένουσα κἀσπούδαστος ἦλθεν εἰς δόμους.

Ejusdem verba esse videntur. — Paris. A vs. 1 παιδεύουσι pro σπεύδουσι, et vs. 2 τὼ pro τῷ. Ibidem πόσιν scribendum videtur.

XXXIII. (515.)

Stob. XCIV, 1, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ.

Ὦ τέκνον, ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὐκρὰς ἐγένεθ', οἷς δ' ὄγκος κακόν.

Metapontus his verbis Æolum vel Bœotum allocutus esse videtur. — Vs. 2 legebatur εὔκρατος· ἐγένετο δ' ὄγκος κακὸν, quod correxit Grot.; cf. Antiop. fr. XXXIV.

XXXIV. (516.)

Erotian. v. Ἀλάστορες p. 62 : Βακχεῖος μὲν ἐν πρώτῳ φονεῖς φησὶν ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μελανίππης·

Ἴσως ἀλάστορας οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν.

Versum restituit Elmsl. ad Med. 1338 scribendo ἀλάστορ', Bothius vero dedit ἴσως δ' ἀλάστωρ. Locum Welck. ex ea scena ductum censet, in qua de Metaponti filiorum cæde per Æolum et Bœotum acta sermo erat.

XXXV. (517.)

Stob. CVIII, 24, c. lem. Εὐρ. Μελανίππῃ. Plut. Consol. ad Apoll. 29 (p. 116, F) : Καὶ ὁ Εὐριπίδης

Τὰ προσπέσοντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
ἄριστος εἶναι σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖ.

Verba Chori esse videntur Metapontum collaudantis, quod tam varia fata tantaque mala fortiter pertulerit. — Vs. 1 Stob. τὰ τυγχάνοντα. — Vs. 2 Stob. σοφὸν νομίζω pro ἄριστος εἶναι. Both. σοφὸν νομίζειν.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

Meleagri historiam copiose narrat Apollod. I, 8, 2 : « Althæa, Thestii filia, ex Œneo Meleagrum peperit, quem Marte satum fuisse quidam tradunt. Ad quem, quum septem dies natus esset, Parcas venisse ac dixisse tradunt, tum Meleagrum exstinctum iri, quum torris in foco accensus perustus fuerit. Quæ ubi mater audivit, stipitem ex igne sublatum in arca condidit. Meleager autem, quum natura esset invulnerabilis ac generosus, in hunc modum interiit. Quum annuæ fruges rediissent, Œneus primitias omnibus diis obtulit, unius autem Dianæ oblitus est. Quam ob rem irata dea aprum immisit et magnitudine et robore insignem, qui terram coli non sinebat pecoraque et obvium quemque e medio tollebat. Adversus hunc aprum Œneus fortissimos Græciæ viros convocavit, eique, qui bestiam interfecisset, pellem facinoris præmium se daturum esse promisit. Qui vero ad apri venationem convenerunt hi fuere : Meleager Œnei filius, Dryas Martis, Calydonii; Idas et Lynceus Apharei, Messenii; Castor et Pollux Jovis et Ledæ, Lacedæmonii; Theseus Ægei, Atheniensis; Admetus Pheretis, Pheræus; Ancæus et Cepheus Lycurgi, Arcadii; Iason Æsonis, ex Iolco; Iphicles Amphitryonis, Thebanus; Pirithous Ixionis, Larissæus; Peleus Æaci, Phthiota; Telamon Æaci, Salaminius; Eurytion Actoris, Phthiota; Atalante Schœnei filia, ex Arcadia; Amphiaraus Oiclis, Argivus. Simul cum his Thestii filii venerunt. Quos quum convenissent Œneus novem dies hospitio suscepit; decimo autem Meleager, qui Cleopatram, Idæ et Marpessæ filiam, uxorem habebat, Cepheum et Ancæum ac nonnullos alios, qui cum muliere venatum ire (viro) indignum esse putabant, quum ex Atalanta etiam liberos procreare cuperet, cum hac simul in venationem exire compulit. Deinde, quum illi aprum circumstitissent, Hyleus (vide Ovid. Metam. VIII, 312) et Ancæus a

Divitiæ autem uxoris connubio acquisitæ
haud utiles sunt : divortium enim tum minime [facile est.

514.

Qui nuptias sorte sibi non destinatas captant,
operam perdunt. Quæ autem virum fato [venit.
constitutum exspectat, etiam sine opera in domum

515.

O fili, nonnullis mortalibus vita tenuis
bene temperata est, aliis vero fastus malum.

516.

Fortasse homicidam non ausus est occidere.

517.

Accidentia quisquis recte fert mortalium,
optimus esse ac sapere mihi videtur.

bestia occidebantur, Eurytionem Peleus invitus jaculo confodiebat, aprum vero prima Atalante in tergo sagittis percussit, quem postea Amphiaraus in oculo vulneravit, Meleager denique transfosso latere interfecit, et pellem detractam Atalantæ muneri dedit. Thestii autem filii ægre ferentes, quod viris præsentibus mulieri virtutis præmia concederentur, Atalantæ pellem eripuerunt, hanc sibi jure sanguinis deberi dicentes, si Meleager capere nollit. Quamobrem iratus Meleager Thestii filios interfecit, pellem vero dedit Atalantæ. Althæa vero de fratrum interitu mœsta torrem rursus incendit, quo facto Meleager repente mortuus est. — — — Post Meleagri mortem autem Althæa et Cleopatra sese suspenderunt; mulieres autem quæ mortuum deplorabant, in aves sunt commutatæ. » Consentiunt Ovid. Metam. VIII, 270—545, Schol. Aristoph. Ran. 1269, Lactant. fab. VIII, 4, Lutat. ad Stat. Theb. II, 481, Mythogr. Vatic. I, 146; II, 144, et Arsen. Viol. p. 401 ed. Walz., licet in singulis quibusdam a vulgari narratione recedens. Sed quamvis satis copiose fabulæ argumentum ab Apollodoro et Ovidio expositum sit, tamen, quum pauca tantum fragmenta ita comparata sint, ut certum quendam locum in tragœdia iis assignare possis, difficillimum est ad definiendum, qua ratione singulæ partes atque scenæ adornatæ fuerint. Quinetiam ne illud quidem constat, utrum Euripides aliquid novaverit necne. Ingeniose autem Welckerus, cujus ad sententiam in plerisque accedo, nexum fabulæ, quantum fieri potuit, explicuit (p. 752 sq.), jure in permultis a Valck. (Diatr. p. 137 sq.) discedens, qui alioqui de hujus fabulæ reliquiis restituendis bene meritus est. Nec me, ut a sententia mea recederem, Hartung. (I, p. 140 sq.) iis, quæ de hujus fabulæ structura disputavit, movit : nam pleraque fundamento perquam incerto aut nullo nituntur. Sufficiet igitur commemorasse, Hartungo Meleagrum secundo loco cum Chrysippo, Œneo et Syleo Ol. LXXIV, 3 actam videri.

I. (518.)

Demetr. Phal. De eloc. 58 (in Walz. Rhett. Gr. t. IX, p. 32), Greg. Corinth. in Walz. Rhett. t. VII, p. 1214. Lucian. Conviv. 25. Schol. Aristot. Rhet. III, 9, 4.

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς, ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,
Λήδας ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.

His verbis prologi initium contineri quum verba ipsa, tum scholiastæ Aristoph. Ran. 1269 (cf. fgm. III) testimonium docent. Demetr., Greg. Cor. et Lucian. tantummodo duos priores exhibent, sed tres posteriores e Schol. Aristot. l. c. supplevit Heath.—Vs. 1 citant etiam Aristot. Rhet. III, 9, 4 et Schol. Aristoph. l. c.—Versui 2 Greg. Cor. præfigit φεῦ, versui 3 αἶ, αἶ, de his interjectionibus postea hæc adjiciens : ὡς γὰρ παρέλκει τὸ αἶ αἴ, καὶ τὸ φεῦ ἔνθαδε, οὕτω καὶ ὁ πανταχοῦ ἐμβαλλόμενος σύνδεσμος. Similiter Demetr. Præterea Greg. in fine vs. 2 εὐδαίμονος præbet pro εὐδαίμονα. Male huic fragmento Valck. fgm. III subjunxit : Dianam enim, quæ prologum recitasse videtur, si quidem res ordine chronologico tractavit, prius de Meleagri origine verba facere debuisse, quam de tempore, quo Œneus ipsam neglexerat, loqui potuerit, manifestum est.

II. (519.)

Pseudo-Plut. Parall. 26 (p. 312, A). Ἄρης Ἀλθαίᾳ συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ποιήσας — ὡς Εὐριπίδης Μελεάγρῳ. Locus depravatus est, quem sic Matth. restituit: — συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ἐγέννησεν (vel ἐτέκνωσεν) ὡς Εὐριπίδης ἐν Μελεάγρῳ ἐποίησεν. Fortassis recte. Non debebat autem Matth. de fide scriptoris dubitare : eadem enim tradunt Apollod. l. c., Ovid. l. c., Hygin. fab. 171. — Hæc ad prologum pertinere consentaneum est.

III. (520.)

Aristoph. Ran. 1269, (1240).

Οἰνεύς ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν
θύων ἀπαρχὰς —

ubi Schol. adnotat : ἔστι μὲν ἐκ Μελεάγρου μετὰ ἱκανὰ τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος « Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονός. » τὸ δὲ λεῖπον τοῦ στίχου : « οὐκ ἔθυσεν Ἀρτέμιδι. » Valck. male, ut supra ostendimus, hæc verba cum fgm. I connectens, Οἰνεὺς in οὗτος mutavit, versu 2 autem, quum trimeter iambicus tribracho claudi nequeat, sive ex Piersoni conjectura : οὐκ ἔθυσε παρθένῳ Ἀρτέμιδι, sive ex sua οὐκ ἔθυσε Διὸς κόρῃ

518.

Calydon quidem hæc regio, ex adverso
terræ Pelopis campos beatos obtinens.
OEneus autem imperat huic terræ Ætoliæ.
Porthaonis filius, qui olim Althæam uxorem duxit,
Ledæ geminam sororem, Thestii filiam.

519.

Mars cum Althæa convenit et Meleagrum genuit, ut Euripides in Meleagro tragœdia dixit.

520.

OEneus ex arvis olim segetem copiosam metens
et primitiis sacra faciens (mihi non sacrificavit).

Ἀρτέμιδι scribi jussit. Sed vix alia persona quam Diana ipsa prologum pronuntiasse potest : ab hujus enim ira omnia, quæ in tragœdia aguntur, pendent; ac similiter in Hippolyto Venerem, in Bacchis Dionysum προλογίζοντας invenimus. Ingeniose igitur conjecit Bergk. (de fragm. Soph. p. 18) Aristophanis scholiastam non Euripidis verba ipsa, sed eorum sententiam tradidisse : genuinum autem illius versus supplementum Hesychii glossa quadam contineri v. Καθωσίωσε· κατέθυσε. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ, ita ut Diana dixerit : θύων ἀπαρχὰς οὐ καθωσίωσέ μοι (imo : καθωσίωσ' ἐμοί). Both. addit versus sequentis initium : Ἀρτέμιδι. Hartung. vero scribit : οὐκ ἔθυσ' ἐμοὶ μόνῃ. — Verba θύων ἀπαρχὰς hinc citat Eustath. ad. Il. ί, p. 770, 21.

IV. (521.)

Aristoph. Ran. 1349 (1314 sq.).

Εἱλίσσετε δακτύλοις φάλαγγες
ἱστότονα πηνίσματα
κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας, κτλ.

Schol. adnotat : τὸ δὲ κερκίδος ἐκ Μελεάγρου Εὐριπίδου. (Schol. Venet. ad 1351 : καὶ ταῦτα Εὐριπίδου· unde etiam in antecedentibus Euripidea latere suspicari licet.) Welck. ex hoc versiculo nescio an recte collegit, Chorum e mulieribus constitisse, qui carmine mulieris officia virtutesque descripserit, ut Atalantæ mores a mulieris natura admodum discrepantes multo magis conspicui essent. Atalanta enim una cum clarissimis Græciæ ducibus, quos Œneus ad apri venationem convocarat, Calydonem pervenerat, ut venationis particeps esset. Quam simulatque Meleager conspexit, amore viraginis captus liberos ex ea suscipere cupivit. Quod consilium cum matre Althæa communicasse videtur; cf. fgm. V, VI, VII.

V. (522.)

Stob. LXXV, 2.

Καὶ κτῆμα δ', ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,
πλούτου δὲ κρεῖσσον· τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ,
παῖδες δὲ χρηστοὶ, κἂν θάνωσι, δώμασι
καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε
ἀνάθημα βιότου, κοὔποτ' ἐκλείπει δόμους.

Meleagri verba esse ad Althæam matrem dicta perspicuum est; cf. fgm. IV fin. — Vs. 3 Paris. A. B, καλόν τε, quod recepit Gaisf. Sed recte Matth. facilius τὲ e sequenti τὲ, quam si τὲ ab initio scriptum fuisset, hoc in τὸ transire potuisse monuit. Equidem scribi malim καλόν τι. — Vs. 4 vulgo erat οὔποτ' ἂν ἐκλείπει, Paris. A. οὔποτ' ἐκλίπει, in quo duas scripturas οὔποτ' ἐκλείπει et οὐκ ἂν ἐκλίποι Matth. confusas esse dicit.

VI. (523.)

Stob. LXXII, 12.

Ἡγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξειέ τις
χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν,
ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.

Meleagri sunt verba; cf. fgm. IV fin. — Vs. 3 vulgo legebatur : ἐσθλοῖν δέ τ' ἀμφοῖν, unde Valck. Diatr. p. 142 conjectura effecit : ἐσθλοῖν δέ γ' ἀμφοῖν. Sed Paris. A ἐσθλοῖν δ' ἄτ' ἀμφοῖν, unde veram scripturam elicuit Gaisf. ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν. Cf. Alcmæon. fgm. X, vs. 2.

VII. (524.)

Stob. LXXXVII. 5.

Μόνον δ' ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις,
γενναιότητα κἀρετήν· καλὸς δέ τις
κἂν ἐκ πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

Meleagrum his verbis suum Atalantæ amorem defendisse jam Matth. monuit. — Vs. 1 Jacobs. Lectt. Stob. p. 130 scribi maluit : μόνον δ' ἂν ἀντὶ vel μόνον γὰρ ἀντὶ, haud improbabiliter; sed neutro opus esse Matth. dicit conferens Od. α', 159. Sed mihi quoque αὐτὰ offensioni fuit, quare, ut in Homeri l. c. est, corrigi velim : μόνον δὲ ταῦτα.

VIII. (525.)

Etym. M. v. Μελέαγρος p. 576, 30 : Ἐτυμολογεῖ Εὐριπίδης·

Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν.

521.

Evolvite digitis
extenta jugo fila,
pectinis arguti curas, etc.

522.

Et hoc quidem peculium, o mater, pulcherrimum
est auroque præstantius : hujus enim velox penna [est.
Boni autem liberi, etiamsi moriantur, ædibus
insignis supellex et parentibus vitæ decus
sunt, ac nunquam domum relinquunt.

523.

Putavi igitur, si quis bonæ conjugi pravum virum
junxerit, subolem haud bonam fore; sed ex
bono utroque parente bonam orituram prolem.

524.

Hæc tantum pretio nunquam compares,
nobilitatem et virtutem; pulcher autem puer
facile etiam e parentibus deformibus nascatur.

525.

Nam infelicem, Meleager, venaris venatum.

Eodem respicit Gramm. in Bekk. An. Gr. p. 1163, ad p. 740, 3 : Τέταρτον δεῖ καὶ αὐτὸν οἰκείως τοῖς πράγμασι ποιεῖν τὰς ἀναπτύξεις τῶν ὀνομάτων, ἵνα μὴ τὸν Μελέαγρον, ὥσπερ Εὐριπίδης, κακῶς ἐτυμολογήσῃ διὰ τὴν μελέαν ἄγραν· οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀπαίσιον ὄνομα θέσθαι τῷ παιδί· ἄμεινον οὖν ᾧ μέλει τὰ τῆς ἄγρας. Valck. Diatr. p. 138 correxit ἀγρεύσεις, verba ex prologo petita arbitratus, sed procul dubio Althææ sunt, quæ et hoc et fgm. (IX ?) X, XI filium ab Atalantæ amore dehortata esse videtur. Miror igitur Hartungum, qui (I, p. 142) Parcas his verbis pueri (Meleagri) fata cecinisse arbitretur.

IX. (526.)

Stob. LXIV, 10.

Ἡ γὰρ Κύπρις πέφυκε τῷ σκότῳ φίλη,
τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν.

Welck. Althæam his versibus Meleagro cautionem et circumspectionem commendasse existimat, ne mulierem amaret, quæ si accurate spectaretur, mulieris nomine parum digna esset. Sed vide ne Atalantæ ipsius sint verba e colloquio cum Althæa habito (cf. fgm. XII) petita.

X. (527.)

Stob. LXXIV, 12.

Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν
ἐσθλήν, θύρασι δ' ἀξίαν τοῦ μηδένος.

Althæa hoc et sequente fgm., ut Meleagrum ab Atalantæ amore revocaret, exposuit, qualis proba mulier esse deberet.

XI. (528.)

Stob. LXXIII, 29.

Εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος
γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί·
ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν, οὔθ' ἡμεῖς ἔτι.

Althææ verba esse liquet; cf. fgm. VIII et X. — Bene vi 'erunt Fritzsch. (in Act. Soc. Græc. vol. I, p. 144) et Welck. p. 755, adnot. 5, his versibus præcessisse versum velut : πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις, — comparantes Aristoph. Av. 831. — Vs. 3 Both. interpunctione gravi post ἡδοναὶ sublata correxit ἄρ' pro γὰρ, ne antecedentes versus supplemento ullo indigerent. — Vs. 4 εἶεν e Paris. A. B, Voss. pro vulg. εἰσὶ et deinde οὔθ' e Paris. B et Voss. pro vulg. οὐδ' restitutum est. Hartung. ὑμεῖς pro ἡμεῖς dedit.

XII. (529.)

Stob. LXX, 6.

Εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτέ,
τῶν ἐν πόνοισιν ἡμερευουσῶν ἀεὶ
βελτίον' ἂν τέκοιμι δώμασιν τέκνα·
ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ὅστις ἐκπονεῖ
σκληρὰς διαίτας οἱ γόνοι βελτίονες.

Atalantæ verba esse manifestum est, sed cui dicta non item. Attamen ex sequente fragm. haud falso concludas, hæc ex colloquio aut rectius e disceptatione Atalantæ cum Althæa deducta esse; nam illud vix ab ulla alia quam ab Althæa neque ulli alii quam Atalantæ pronuntiatum esse potest, quum Althæa, ut supra docuimus (cf. fgm. VIII-XI), maxime mulieres, qualis Atalanta erat : odisset et filii in eam amorem improbasset. Hanc utriusque litem, ad quam fortasse etiam fgm. XVII pertinet, haud dubie Meleager diremit. — Vs. 2 sq. Quum tertii versus sententiæ sequentia hæc « meliorem prolem procreari ab iis, quæ duriori vitæ adsuetæ sint », non respondeant, Musgr. pro πόνοισι scripsit δόμοισιν et vs. 3 σώμασιν pro δώμασιν, quorum prius certe quin recipiendum sit dubitari nequit. Jacobs. Lectt. Stob. p. 112 sq. conjecerat : τῶν ἐν ἀπόνοισιν, locum conferens Philodemi in Anth. Pal. V, 120, quod recepit Bothius. — Vs. 3 Heath. et Valck. recte βελτίον' ἂν pro vulg. βέλτιον ἂν, et δώμασι pro vulg. δώματι. — Vss. 4, 5 citant etiam Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 9, p. 741 P. et Joann. Damasc. in Gaisf. Append. Flor. ad Stob. vol. IV, p. 35 (p. 402 ed. Lips.), sed ἐκπονουμένων pro ὅστις

526.

Cypris enim tenebris amica est;
lux autem castitatem necessariam facit.

527.

Lare contineri feminæ officium probæ est;
foris vagantes nullius pretii puta. GROT.

528.

Si textrini labor viros occuparet,
in mulieres autem armorum amor incideret?
nec illi arte sua dejecti ullius
pretii essent, nec nos amplius.

529.

Si in conjugium veniam, quod nunquam contingat
præstantiores domui liberos pariam, quam eæ
quæ semper in ædibus vitam agunt.
Nam ex patre et matre duræ vitæ
adsuetis melior fit proles.

ἐκπονεῖ præbentes, quod haud scio an præferendum sit. — Vs. 5 Append. Flor. l. c. πόνοι pro γόνοι.

XIII. (530.)

Stob. LXXIII, 31.

Μισῶ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δὲ σὲ [πλέον],
ἥτις πονηρὰ τἄργ' ἔχουσ' εἶτ' εὖ λέγεις.

Ab Althæa hæc pronuntiata videri ad fgm. XII monuimus. Cavendum autem est, ne quis verba μισῶ γυναῖκας in universum dicta censeat: sed ad ea e vs. 2 referendum est αἵτινες πονηρὰ τἄργα ἔχουσαι εἶτ' εὖ λέγουσι. Althæa enim, quum talem mulierem ante oculos habeat, se hanc maxime odisse fatetur, quamvis omnes ejusmodi mulieris oderit. — Hoc fgm. codicis Voss. auctoritate ad *Meleagrum* refertur, in reliquis codd. fabulæ nomen deest. Miror igitur Meinekii (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1843, p. 4) et Bothii audaciam, utpote qui locum inter Melanippæ fragmenta receperunt ibique aptius legi dixerunt, quasi de verbis e continuitate sermonis ereptis certo judicari posset. — In optimis libris Paris. A. B, Voss. abest πλέον, quod, licet ex aliis inferioris notæ libris a Grot. Gesn. Gaisf. receptum sit, tamen dubitationem movet propter productam ante πλ syllabam; itaque veri est simillimum, hanc vel similem vocem in nonnullis codd. excidisse, a librariis vero deinde, at alieno loco illatam esse. Quare dubito an Euripides scripserit: πλεῖον ἐκ πασῶν δὲ σέ, in quam emendationem etiam Meinek. l. c. incidit, vel ἐκ πασῶν δὲ πλεῖστα σέ, nam Matthiæi correctio μισῶ δ' ἐγὼ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δὲ σὲ nemini arridebit. Multo magis placet, quod Bothio in mentem venit: μισῶ, γύναι, γυναῖκας κτλ. — Vs. 2. ἔχουσ' εἶτ' εὖ legitur ex emendatione Dobræi ad Aristoph. Plut. 278 pro vulg. ἔχουσα εὖ, quum Valck. ad Hipp. 664 hiatum inserto γέ tollere studuisset.

XIV. (531.)

Macrob. Saturn. V, 18: *Morem Ætolis fuisse uno tantummodo pede calceato in bellum ire ostendit clarissimus scriptor Euripides, in cujus tragœdia, quæ* Meleager *inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant; in eo hi versus sunt:*

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
πρόβλημα θηρὸς, βότρυσι δ' ἔστεψεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐδαίμονα.
Κύπριδος δὲ μίσημ', Ἀρκὰς Ἀταλάντη, κύνας
καὶ τόξ' ἔχουσα· πελέκεως δὲ δίστομον
γένυν ἔπαλλ' Ἄγκαιος· οἱ δὲ Θεστίου
κόροι τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδὸς,
τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
ἔχοιεν, ὃς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

Vs. 3 pro εὐδαίμονα Schneidewinus e vet. cod. Paris. sæc. XI (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiq. 1843, p. 469) dedit εὐάμπελον. — Vs. 6 præclare emendavit Schrader. Observ. 1, p. 15, γένυν ἔπαλλ' Ἄγκαιος pro vulg. γένυν πέπλ' ἀλλακάταιος, cui post γένυν Valck. Diatr. p. 145 infercire non debebat γέ hoc loco neque aptum neque metro efflagitatum. Schraderi correctionem fere confirmat scriptura vet. cod. Paris. a Schneidewino (l. c.) exhibita γενυνεπαλλακταιος. — Vs. 7 κόροι pro παῖδες positum est propter Aristotelis apud Macrob. verba. De more Ætolorum hic commemorato cf. Schol. Eur. Phœn. 140 et Valck. ad h. l. — Vs. 8 pro τὸν δ' vet. cod. Paris. Schneidewini τό δ', quod ab hoc receptum est.

XV. (532.(

Aristid. Rhet. in Walz. Rhett. t. IX, p. 404; Hermog. p. 564; Schol. Aristot. Rhet. III, 9, omnes sine nomine fabulæ. Eustath. in Il. ι', p. 753 sine auctoris et fabulæ nomine.

Ὦ Ζεῦ, γένοιτο καταβαλεῖν τὴν σῦν ἐμέ.

Aristid. τὸν σῦν. Primus hunc vers. huc retulit Valck. Diatr. p. 145, satis probabiliter, nam ad verbum fere conspirat cum loco Ovid. Met. VIII, 351. Quem Welck. in eadem nuntii narratione lectum esse suspicatur. — Pars codd. in fine versus inter scripturas σύναιμον et σὺν ἐμὲ fluctuat.

530.

Omnes mulieres exsecror, te maxime,
quæ prava facta voce blandiloqua tegis. GROT.

531.

Telamon autem in clypeo aquilam auream ha-[bebat
a fera tutelam, pampinis vero caput redimiebat,
Salaminem, patriam beatam, honorans.
Arcas autem Atalanta, Veneri exosa, canes
et arcus secum habet; securis duplicem
aciem vibravit Ancæus; Thestii autem filii,
sinistri pedis vestigia (si spectas) nudi,
altero calceati erant, ut genu flexile haberent,
qui omnium Ætolorum mos est.

532.

Utinam mihi detur telo dejicere suem.

XVI. (533.)

Stob. LXII, 3.

Ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότας χρηστοὺς λαβεῖν,
καὶ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις.

Hoc fgm. cui tribuendum sit haud facile dixeris : a Welck. autem eidem nuntio vindicatum est, qui et antecedentia locutus erat et de morte Thestiadarum deinde referebat. Excusationis enim aliquid præmittere et benevolam suam mentem prædicare solent, qui lugubria relaturi sunt.

XVII. (534.)

Orion. Anthologn. VII, 1, p. 50 ed. Schneidew.

Τό τοι κράτιστον, κἂν γυνὴ κράτιστον ᾖ,
τοῦτ' ἔστιν ἀρετή· τὸ δ' ὄνομ' οὐδὲν διαφέρει.

Sic Schneidewinus edidit, quum apud Orionem esset : τὸ τ.. κράτιστον. κἂν γυνὴ κράτι... ᾖ, τοῦτ' ἔστ' ἀρετή· τὸ δὲ ὄνομα οὐ διαφέρει. Meinekius vero vs. 2 vitato dactylo, quem Schneidewinus contra Porsoni (Supplem. præf. ad Hec. p. XIX sq. cf. Seidl. De vers. dochm. p. 380 sq.) regulam in quintum pedem intulit, correxit : τὸ δ' ὄνομ' οὐχὶ διαφέρει. Sed haud scio an dactylus ferri queat, si versus in vocem διαφέρει, quam τρισυλλάβως pronuntiatam esse suspicor, desinit; cf. Hippol. fgm. VIII. Both. dedit : κἂν γυναικί γ' ἦν κράτος, τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή, τὸ δ' ὄνομ' οὐ δὴ διαφέρει. Sed imperfectum hoc loco ineptissimum est, siquidem verba de Atalanta vel ratione virtutis Atalantæ habita dicta sunt. Nam Welck. Meleagrum iis Thestii filios objurgasse censet, quum Atalantæ, quod mulier esset, apri pellem eripuissent. Quæ opinio si vera est, Meleagri verba, e quibus certamen inter eum et Thestiadas originem duxit, in nuntii descriptione locum habuisse facile intelligitur. Sed eosdem vss. etiam Atalanta ipsa in disceptatione cum Althæa protulisse potest.

XVIII. (535.)

Stob. VIII, 3.

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
ἀριθμόν, ἀλλ' ἄπεισι, κἂν παρῶσ' ὅμως.

Hæc verba cum antecedente fgm. ex eadem oratione aut Meleagri aut Atalantæ ducta sunt.

XIX. (536.)

Aristoph. Ran. 1449 (1402).

Σιδηροβριθές τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον·

ubi Schol. adnotat : τὸ δὲ σιδηροβριθὲς ἐκ Μελεάγρου Εὐριπίδου. — Versiculus ductus ex nuntii narratione, qua pugnam inter Meleagrum Thestiique filios descripsit.

XX. (537.)

Stob. XCVIII, 4. CXXI, 25.

Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
γῆ καὶ σκιά· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥέπει.

Sic hi verss. altero loco leguntur; priori est : — εὖ δρᾷ κατθανὼν οὐδεὶς ἀνὴρ γῆ καὶ σκιά, τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν βλέπει. — Bene monuisse videtur Matth., his versibus ad ea responderi, quæ Meleager dixisset, nimirum se Thestiadarum manes occisorum expiaturum esse. Hinc Althæam, Thestii filiam, loqui intelligitur, quæ fratrum mortem tam ægre tulit, ut impietate pia (Ovid. Met. VIII, 477) titionem fatalem, ex quo Meleagri vita pendebat, flammis tradere constitueret et fortasse, ut probabiliter Welck. conjecit, in scena ipsa (in ara θεῶν ἀντηλίων, cf. fgm. sequ.) combureret.

XXI. (538.)

Hesych. Ἀντήλιοι θεοί, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ. Cf. fgm. XX fin. — Meleagri mortem a nuntio accurate depictam esse (cf. Ovid. l. c. VIII, 516) consentaneum est.

XXII. (539.)

Stob. CXIX, 9.

Τερπνὸν τὸ φῶς μοι, τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅδου σκότος

533.

Quam dulce est servo bonum herum sortiri
et dominis servum domui amicum!

534.

Potentissimum profecto, etiamsi mulier potentis- [simum
sit, est virtus : nomen autem nihil refert.

535.

Viri ignavi in pugna nullius pretii
sunt, et licet adsint, tamen absunt.

536.

Dextra arripuit clavam ferro gravem.

537.

Viventibus te impende : nam qui est mortuus,
humus est et umbra : nil quod erat in nil abit.

GROT.

538.

Ἀντήλιοι θεοί, dii ante portas constituti.

539.

Grata mihi lux est; at Orci sub terra caliginem
nemo profecto ne in somnio quidem ingrediatur.
Ego saltem, quamquam grandæva sum
abominor eam et nunquam opto mori.

οὐδ' εἰς ὄνειρον οὐδεὶς ἀνθρώπους μολεῖν.
Ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλικήδ' ὅμως
ἀπέπτυσ' αὐτὸ, κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.

Meleagro interfecto quum Althea conscientiæ morsibus vehementer se vexari sentiret, non amplius vitam ferre, sed ultro mortem sibi consciscere statuit : tantus autem in ea, ut solet in mulieribus, fuit vitæ amor, ut ægre ad mortis obeundæ consilium perveniret. Quare hæc et quæ sequenti fragmento continentur de se pronuntiavit, ut bene jam Valck. Diatr. p. 141 monuit. — Misere depravatum hoc fgm. circumfertur. In codd. enim est : ἄτερπνον τ. φ. μ. τὸ δ' ὑπὸ γῆν δι' Ἅιδου σκ. κτλ., in Paris. A vero vs. 2 οὐδ' εἰς ὄνειρον οὐδ' εἰς ἀνθρώπους μολεῖν. Versum 1 bene restituit Grot. scribendo : τερπνὸν τὸ φῶς μοι· τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος, viris doctis præter Hartungum, qui μὲν pro μοὶ scribi maluit, consentientibus, sed in reliquis male scripsit : οὐδεὶς ἂν εἶδεν αὖ ἐς ἀνθρώπους μολών. Cf. Valck. Diatr. p. 139 sq. Hiatum in hac scriptura Barn. removere studuit ἄψ pro αὖ scripto, vocem Tragicis inauditam inferre non magis dubitans, quam Osann. Anal. crit. p. 99, qui αὖτ' ἐς scribi maluit. Valck. l. c. ipse dedit, ἡδύ γε τὸ φῶς μοι· τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου (vel ἀεὶ) σκότος Ἄτερπνον οὐδεὶς εἵλετ' ἀνθρώπων ἰδεῖν, admodum audacter nec ad sententiam satis accommodate, et his præterea Alcestidis versum 313, quem Musgr. tanquam ignotum inter inc. fab. fragmenta (LXXIX) exhibuit, et sequens fgm. subjunxit. In his vero acquiescendum non esse jam vidit Musgr., qui ipse proposuit, οὐδ' εἰς ὄνειρον ἀδεὲς ἀνθρώποις μολεῖν, *etiam in somnio homini vita formidolosa est*, quasi εἰς ὄνειρον idem esset atque ἐν ὀνείρῳ, et ἀδεὲς *formidolosum*. Quod improbans igitur G. Herm. ad Hec. 71 correxit : τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος οὐδεὶς, ὀνείρων οὖδας, ἂν θρασὺς μόλοι, ingeniosius quam verius. Proxime ad verum si sententiam spectas, haud dubie accessit Th. Bergkius scribens : τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος οὐδ' ἂν ἐν ὀνείροις οὔτις ἄνθρωπος μόλοι. Ipse in eandem fere emendationem incidi, nisi quod οὐδὲ δι' ὀνείρων conjeci, sicut Euripides locutus est in Hec. 76. Neque opus est particula ἄν. Hartung. (I, p. 151) dedit : οὐδεὶς ἑκὼν ἂν εἵλετ' ἄνθρωπος μολεῖν. Both. οὔτ' ἐξ ὀνείρων οὔτις ἄνθρωπος μόλοι. — Vs. 3 vulgo erat τηλικῇ δόμου, quod correxit Valck. l. c. — Vs. 4 Both. male εὐχόμην.

XXIII. (540.)

Etym. M. v. Φῷ p. 803, 46 : Φῷ ἀντὶ τοῦ φωτὶ σὺν τῷ ι. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ·

Τὸ μὲν * ἐν φῷ, τὸ δὲ κάτω σκότος καλόν.

Legebatur vulgo κατὰ, quod Valck. p. 140 correxit. Sylburg. post μὲν inseruit γάρ. Th. Bergkius initio ἡδὺ addidit, Both. ἀγαθὸν μὲν ἐν φῷ scripsit, uterque ut cum versu simul sententiam expleret. Verba Althææ sunt; cf. fgm. XXII.

XXIV. (541.)

Suid. v. Νῦν δή. Phot. p. 223.

Ὁρᾷς σὺ νῦν δή μ' ὡς ἐπράϋνας, Τύχη.

Althæa hunc vers. in eadem oratione cum antecedentibus fgm. pronuntiasse videtur, antequam fato depressa mortem sibi conscisceret. — Τύχη pro vulg. τύχην ex optimo Suidæ codice recepimus.

XXV. (542.)

Stob. CV, 46.

Φεῦ, τὰ τῶν εὐδαιμονούντων ὡς τάχα στρέφει θεός.

Chorus haud dubie loquitur. — Τάχα pro vulg. τάχιστα Grot. restituit.

XXVI. (543.)

Schol. Pind. Nem. X, 12 : Τυδεὺς — — ἀπεγεύσατο τῶν Μελανιππείων κρεῶν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Μελεάγρῳ φησίν·

Εἰς ἀνδροβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται
κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας.

Bene jam Matth. perspexit, hos vss. ex oratione dei vel deæ cujusdam, fortassis Dianæ, futura Œnidarum fata in fabulæ fine prædicentis petita esse. — Legebatur antea ἀνδροβρώτους et vs. 2

540.
Hoc quidem... in luce, caligo autem inferna malum est.

541.
Vides nunc, Fortuna, quam mitem me reddidisti.

542.
Divitum res heu secundas quam cito evertit deus!
GROT.

543.
In humani cibi appetitum veniet Tydeus
Melanippi caput maxillis lacerans.

Περσεὺς pro Τυδεὺς, sed utrumque bene correxit Grot. Rem enim narrat Apollod. III, 6, 8.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Œdipi fortuna fataque notiora sunt, quam ut pluribus iterentur necesse sit. Hoc tamen quærendum est, qua ratione ea ab Euripide tractata fuerint. Ad quod explorandum quum viri docti Hyginum facere existiment, quem sæpius Euripidearum fabularum artificia respexisse et plura hoc loco exhibere constat, quæ Sophoclis non sint, ejus verba integra afferre volumus. Œdipi origine et Laii morte narrata enim ita pergit (fab. LXVII): *Interim Sphinx Typhonis in Bœotiam est missa; quæ agros Thebanorum vexabat. Ea regi Creonti simultatem constituit, si carmen, quod posuisset, aliquis interpretatus esset, se inde abire: si autem datum carmen non solvisset, cum se consumpturam dixit, neque aliter de finibus excessuram. Rex re audita per Græciam edixit, qui Sphingæ carmen solvisset, regnum se et Iocastam sororem ei in conjugium daturum. Promissi quum plures regni cupidine venissent et a Sphinge essent consumpti, OEdipus Laii filius venit et carmen est interpretatus. Illa se præcipitavit. OEdipus regnum paternum et Iocastam matrem inscius accepit uxorem, ex qua procreavit Eteoclen et Polynicem, Antigonam et Ismenam. Interim Thebis sterilitas frugum et penuria incidit ob OEdipodis scelera, interrogatusque Tiresias, quid ita Thebæ vexarentur, respondit: si quis ex Draconteo genere superesset et pro patria periisset, pestilentia liberaturum. Tum Menœceus Iocastæ pater* (sic; cf. Hygin. fab. 242) *se de muris præcipitavit. Dum hæc Thebis geruntur, Corintho Polybus decedit. Quo audito OEdipus moleste ferre cœpit, æstimans patrem suum obisse, cui Peribœa ejus suppositionem palam fecit: id Itemales senex, qui eum exposuerat, ex pedum cicatricibus et talorum agnovit Laii filium esse. OEdipus re audita, postquam vidit se tot scelera nefaria fecisse, ex veste matris fibulas detraxit et se luminibus privavit, regnumque filiis suis alternis annis tradidit, et a Thebis Antigone filia duce profugit.* Adde fab. CCXLII fin.: — *OEdipus Laii filius propter Iocasten matrem ipse se occidit ablatis oculis.* Hyginum in plurimis a Sophocle aliisque (cf. Wunderi Prolegg. ad Sophocl. Œd. Tyr. et Œd. Col.) scriptoribus, qui Œdipi historiam memoriæ mandarunt, recessisse nemo non videt; sed utrum Euripidem an alium poetam tragicum — Œdipos fabulas enim Æschylum quoque, Achæum, Carcinum, Diogenem, Œnomaum, Philoclem, Nicomachum, Meletum, Theodectem, Xenoclem composuisse accepimus — expresserit definire vix possis. In extremis saltem, ubi Œdipodem ipsum oculis se privasse tradit, Euripideæ fabulæ rationem non habuit; contrarium enim testatur Schol. Phœn.; cf. fgm. II. Fragmenta ipsa vero, quorum pars vel sententias universales continet, quales in qualibet fabula locum habere potuerunt, haudquaquam ita sunt comparata, ut certi quidquam de fabulæ consilio atque argumento colligi ex iis queat: quare non est mirandum, quod viri doctissimi, qui quid peculiare Euripidis tragœdiæ fuerit, explorare conati fuerunt, *Fr. Hermannus* (disput. de discrimine artis ac temporis, quo Sophocles atque Euripides Œdipi regis fabulam tractasse videntur, præmissa Ind. lectt. Marburg. 1834, repetita in *Hermanni Quæst. OEdipod.* Marburg. 1837), *Welckerus* (in libelli Hermanniani recensione inserta in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1834, p. 397 sq., p. 778 sq., et in libro de Trag. græc. p. 537), *God. Hermannus* (in Fr. Hermanniani libelli censura in eodem Diario 1837, p. 793 sq. exhibita,) A. *Hartungus* (Euripid. restitut. I, p. 244 sq.) magnopere inter se dissentiant. Neque ad dicendum facile erit, quis eorum ad verum proxime accesserit, quum fere omnia, quæ ab iis disputata sunt, in conjectura sint posita; itaque nos, quum neque singularem de unaquaque fabula commentationem scribere hujus libri esset neque multum nos lucraturos esse intelligeremus, si illorum sententias refellere conaremur conjecturisque conjecturas opponeremus, fragmenta ipsa eo ordine, quo disponenda nobis viderentur, subjicere et de ratione, qua inter se conjuncta fuisse veri simile esset, paucis disseruisse satius duximus. — De tempore si quæris, quo fabula scenæ commissa sit, verissime Fr. Hermannus l. c. monuit, scribi eam vix ante Ol. LXXXIX vel XC potuisse ex metrica fragmentorum conditione (cf. v. c. fgm. III) elucere, quippe quam illa ætate insigniter depravatam fuisse constet. Hinc simul cognoscitur, cur Euripides in plurimis a vulgari mythi traditione recesserit: eam enim jam Sophocles Ol. LXXXVII, 3, ut perquam probabiliter idem vir doctus l. c. docuit, in venustissima fabula *OEdipo Tyranno* in scena proposuerat. Valde igitur est mirum, quod Hartung. l. c. hanc tragœdiam jam Ol. LXXXVI, 1 cum Æolo, Protesilao et Scyriis scenæ commissam esse dicit.

I. (544.)

Ælian. H. A. XII. 7, Erotian. v. Ὑπείλλει p. 378, de Sphinge Euripidem dixisse tradunt:

Οὐρὰν δ' ὑπίλασ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν
καθέζετ'.

Priorem vs. in usum suum convertit Aristoph. ap. Athen. XV, p. 701, B. Apud Æl. erat ὑπήλλασα, ap. Erot. ὑπείλλει, sed ad verum ducebant Athenæi codd. præbentes ὑπήλασ', ut ὑπίλασ' daret Valck. Diatr. p. 193; cf. Buttm. Lexilog. II. p. 150. sq. — Locus fortasse e prologo petitus est, quo exposita erant quæ evenerant ante quam Œdipus regnum acciperet et matrem connubio sibi jungeret.

II. (545.)

Schol. Eur. Phœn. 61 : Ἐν δὲ τῷ Οἰδίποδι οἱ Λαΐου θεράποντες ἐτύφλωσαν αὐτόν·

Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ
ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

Ex hoc fgm. consequitur, Œdipum a Laii comitibus oculis privatum esse ante, quam ejus origo et adulterium cum matre factum patefierent; sed quo casu Laius ab Œdipo necatus esset et reliqua ejus facinora in notitiam Thebanorum venerint, in tanta vestigiorum paucitate definire vix possumus, nisi forte ex iis, quæ Hygin. de sterilitate frugum et penuria Thebis exorta narrat, concludere nobis licet, Tiresiam vel Apollinem ipsum interrogatum, cur ita Thebæ vexarentur et qua ratione calamitas ista publica amoveri posset, jussisse Thebanos de Laii nece quærere. Itaque primam fabulæ partem inquisitionem de cædis illius auctore continuisse verisimile est.

III. (546.)

Stob. CIX, 6.

Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὑτοῦ τύχας
εἰς πάντας ἀμαθές, τὸ δ' ἐπικρύπτεσθαι σοφόν.

Uterque Hermannus et Welck. in eo consentiunt, Œdipodis hæc verba esse : sed de ratione, qua pronuntiata sint, paullulum inter se dissentiunt.

IV. (547.)

Stob. Ecl. phys. I, 4, 3, p. 104 ed. Heer.

Ὁρῶ γὰρ χρόνῳ
δίκην πάντ' ἄγουσαν εἰς φῶς βροτοῖς.

Sic codd. optime; versus enim sunt dochmiaci, quos Grot. non temere atque violenter in iambos commutare debebat. Dedit enim : ὁρῶ γὰρ ἐν χρόνῳ Δίκην ἅπαντ' ἄγουσαν εἰς φάος βροτοῖς, quod reliqui editores receperunt. Verba Chorus locutus est, sive postquam Laium ab Œdipo interfectum esse patefactum erat sive postquam etiam reliqua Œdipodis facinora innotuerant.

V. (548.)

Stob. Floril. LXVII, 1.

Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή·
ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω
τέκνων θ' ἁμαρτεῖν καὶ πάτρας καὶ χρημάτων,
ἀλόχου τε κεδνῆς· ὡς μόνων τῶν χρημάτων
ἢ κρεῖσσόν ἐστι τἀνδρὶ, σώφρον' ἣν λάβῃ.

Versibus 4 et 5 aut gravis corruptela insidet aut, quod probabilius est, aliquid excidit. Gesn. Grot. Gaisf. dederunt ἥ, Musgr. et Fr. Herm. ἦ, Heath. Καὶ κρεῖσσόν ἐστι, et interpretati sunt : « nam opibus solis etiam pluris hæc est homini, modo proba ei contingat. » Sed mirum esset, si Œdipus bonam uxorem solis opibus neque omnibus bonis præstantiorem dixisset, præcipue quum alia etiam bona præter opes antea commemorata essent; cf. Melanipp. fgm. XXIX; Cress. fgm. I, vs. 3; inc. fab. fgm. XLIII, vs. 2; XLIV. Jure igitur jam Musgr. hæsit in voce μόνων, quam in μόνον commutavit suffragante Hermanno, et κράτιστόν ἐστι pro ἢ κρεῖσσόν ἐστι ad sententiam haud inepte scripsit. Welck. μόνη pro μόνον, quo non multum lucramur, God. Hermannus denique vs. 3 κτημάτων pro χρημάτων, et vs. 4 ὡς μογοῦντι χρημάτων οὐ κρεῖσσόν ἐστι τἀνδρί κτλ. correxit, quæ correctio vereor ut cuiquam probetur. Hartung. nihil mutavit præter vs. 5, ubi ἢ ejecto scripsit : κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ τἀνδρὶ κτλ. Both. vero vs. 3 τέκνων γ' ἁμαρτεῖν, vs. 4 μόνῃ, vs. 5 ᾗ (i. e. αὕτη)

544.
Sedebat caudam sub pedes leoninos subducens.

545.
Nos autem Polybi filium humo affixum
excæcamus et eruimus pupillas.

546.
Virum enim propria mala omnibus patefacere
inconsultum est, celare ea vero, sapiens.

547.
Video enim Justitiam
omnia tandem in lucem ferre.

548.
Magnæ tyrannidis instar viro liberi et uxor sunt
Dico enim, parem esse calamitatem
liberis destitui atque patria et fortunis
et uxore pia; quippe hoc unum profecto divitiis
melius est viro, si probam uxorem sortiatur.

κρεῖσσόν ἐστι κτλ. dedit. Sed omnino locus ita depravatus est, ut investigatu difficillimum sit, quid poeta scripserit, quare intactum eum doctioribus reliquimus, nisi quod ex Tragicorum more ἦν pro ἂν restituimus. — Loquitur haud dubie Œdipus, cui Euripides hæc verba eo consilio tribuisse videtur, ut spectatorum animi fixi tenerentur ac denuo intenderentur. Œdipus enim licet regno et oculorum lumine orbatus tamen nondum ad summam, ad quam depellere eum Euripides constituerat, miseriam redactus erat, sed habebat liberos, habebat uxorem, eamque satis probam atque bonam, ut e sequentibus fragmentis liquet. Hæc bona, quæ sola ei relicta erant, in fabulæ fine demum, ubi patefactum erat, eum cum matre rem habuisse, amisit; quid mirum igitur, quod Euripides, qui ubique spectatorum summam commiserationem excitare studuit, ut postea multo infelicior Œdipus esse videretur, antea eum liberis et uxore gaudentem introduxit.

VI. (549.)

Stob. LXVI, 1.

Νοῦν χρὴ θεάσασθαι· τί τῆς εὐμορφίας
ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ;

Vs. 1 codd. præbent: νοῦν χρὴ θεάσασθαι· οὐδέν τι τῆς κτλ. metro neglecto. Vitium primus sustulit Grot. alio vitio illato scribens: νοῦν χρὴ θεᾶσθ'· οὐδέν κτλ. consentiente cod. Paris. B, nam Attici non elidunt αι. Quare correxit Erfurdt. ad Soph. Aj. 150, τὸν νοῦν θεᾶσθ'· (h. e. θεᾶσθε) κτλ. articulum inepte adjiciens. Elmsl. ad Med. 635, adnot. *a*, νοῦν χρὴ θεᾶσθαι, νοῦν· τί τῆς κτλ. ejecto οὐδὲν, quum, ut Pors. ad Hec. 300 monuit, *sæpe interrogativam expulerit negativa*. Ab eadem Porsoni observatione profectus Gaisf. rectius dedit: νοῦν χρὴ θεάσασθαι· τί τῆς κτλ. eodem οὐδὲν ejecto, quod sane ad sententiam interrogativam a fatuo quodam librario tanquam responsio in margine adscriptum facile in textum irrepere potuit. Certe hæc ratio multo magis arridet, quam Fr. Hermanni emendatio: νοῦν χρὴ θεᾶσθαι κοὐδέν ἐστ' εὐμορφίας κτλ. Bothius: νοῦν χρὴ θεᾶσθαι δή· τί τῆς κτλ. — Vs. 2 Trinc. et Paris. A male τὰς ante φρένας inserunt, velut in Antiop. fgm. XVII, vs. 2. — Optime Fr. Hermannus hos vss. Iocastæ assignandos esse vidit, quæ iis Creonti aliisque affinibus restitisse videatur, quum eam ab Œdipi consuetudine avocare studerent. Voce εὐμορφίας uxor ad excisos mariti oculos spectat, quibus se nunquam ab eo suisque in eum officiis absterritum iri dicit; cf. fgm. VIII.

VII. (550.)

Stob. Ecl. phys. I, 10, p. 270 ed. Heer.

Ἑνὸς δ' ἔρωτος ὄντος οὐ μί' ἡδονή·
οἱ μὲν κακῶν ἐρῶσιν, οἱ δὲ τῶν καλῶν.

Qui apud Stobæum his subjiciuntur duo versus, quum alibi singillatim citati ad Sthenebœam referantur, a nobis illic (cf. Stheneb. fgm. VIII) exhibiti sunt, quod eo minus alicui offensioni fore puto, quo sæpius duos diversos locos apud Stob. coaluisse vidimus; cf. Belleroph. fgm. XV. Facile autem fieri potuit, ut in utraque fabula locum haberent, quum conjuncti cum his optimam sententiam præbeant. — Vs. 1 Grot. primus post ἑνὸς inseruit δ', quod a codd. abest. — Locum probabiliter Welck. ad eandem scenam cum antecedente fragmento rettulit, ut Iocaste amorem suum conjugis non cupiditatibus, sed sanctimonia et officiorum suorum intelligentia contineri diceret.

VIII. (551.)

Stob. Floril. LXIX, 18.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων [γυνή,
ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ' ὑπερφρονεῖ.

Prior vs. exstat etiam ap. Stob. LXVII, 2, et totius loci sententia apud Clem. Alex. Strom. IV, 8, § 64 (p. 592. P.). Cum hoc fgm. probabiliter Fr. Hermannus duodecim versus conjunxit, quos Clem. Alex. in eodem libro servavit (cf. inc. fab. fgm. CXXXIV sq.) et eodem metro conscriptos et ad sententiam simillimos, utpote quibus mulier quædam probæ uxoris officia exposuit. Nam inde quod vs. 10 fere consentit cum fgm. VI ac præcipue vs. 12 ad oculos amissos spectare videtur, et quod Clemens in eodem libro vel sine fabulæ nomine vel falso alia duo fragmenta ex Œdipo ducta exhibuit (cf. fgm. XIV, XVI), admodum veri simile fit, illos duodecim etiam ex hac fabula petitos et cum his ad eandem scenam referendos

549.
Spectanda mens est: nil decus formæ juvat,
si pulcher absit animus et recta indoles. GROT.

550.
Amor quamvis unus sit, non una tantum est voluptas.
Alii quidem mala diligunt, alii honesta.

551.
Quæque enim casta uxor serva est viri,
improba autem præ stultitia conjugem spernit.

esse. Ac profecto conveniunt Iocastæ, qualis in hac tragœdia fuisse videtur.

IX. (552.)

Stob. CXI, 5.

Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

God. Hermann. Chorum hæc verba pronuntiasse conjicit, quum nuntius rettulisset, Polybum, Corinthi regem atque Œdipi ex vulgari opinione patrem, mortem obisse (cf. Hygin. l. c.); nunc enim Œdipum et a metu, ne aliquando patrem interficeret, liberatum fuisse et Thebanorum regno amisso aliud regnum accepisse. — Both. vs. 2 proposuit: φανεῖσ' ἂν ἄλλων ἐστὶ προσδοκωμένων.

X. (553.)

Stob. XXXVIII, 9.

Φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν
ἀπώλεσ' αὐτὸν κἀμὲ συνδιώλεσεν.

Fr. Hermann. et Welck. verba Iocastæ vindicant, sed quo spectet ille φθόνος, quem sibi et marito perniciosum fuisse Iocaste questa est, haud facile dixeris. Welck. eo Polybi hereditatem significari putat, qua commotus Œdipus, quum amittere eam noluisset, Polybi morte comperta nuntium Corinthum miserit, qui nunc reversus omnia, quæ ad Œdipi originem spectarent, aperuerit. Certe per nuntium, sive is pastor ipse, qui Œdipum exposuerat sive alius quicunque fuerit, neque per Peribœam rem esse patefactam persuasissimum mihi est. His autem patefactis Œdipus ad summam miseriam redactus erat, et sine dubio ita ab Euripide in scenam inducebatur, ut omnium spectatorum misericordiam excitaret, quum cæcus ac pauper cum Antigona in exilium proficisceretur.

XI. (554.)

Stob. CV, 44.

Πολλάς γ' ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις
ἔδωκεν ἡμῖν μεταβολάς τε τῆς τύχης.

Hæc verba et quæ sequenti fgm. continentur ab Œdipo vel ab Iocasta, postquam omnia detecta erant, pronuntiata videntur.

XII. (555.)

Stob. CV, 45.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Cf. fgm. XI.

XIII. (556.)

Stob. VII, 10.

Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμώτερον
συνετὸν ἄτολμον, ἢ θρασύν τε κἀμαθῆ;
τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν σκαιὸν, ἀλλ' ἀμύνεται,
τὸ δ' ἡσυχαῖον ἀργόν· ἐν δ' ἀμφοῖν νόσος.

In Gesn. et Schow. codd. lemma est Εὐρ. ἐν Ἡρακλεῖ, sed verum exhibet Paris. A. — Vs. 4 vulgo erat ἔργον, quod Musgr. in ἀργὸν mutavit, quæ correctio confirmatur locis Plut. De ser. num. vind. 16 (p. 559, E), Quæst. Conviv. V, 10, c. 4, 3 (p. 685, D), ubi ἡσυχαῖος et ἀργὸς similiter connectuntur.

XIV. (557.)

Stob. LXXIII, 28. Clem. Alex. Strom. IV, 8, § 64 (p. 592 P.) sine nom. fab.

Πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος,
κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

Chori verba esse de Iocasta, quippe quæ apud Euripidem mortem non consciverit sibi, pronuntiata verisimillimum est; cf. Schol. Eur. Phœn. 61.

552.

Deliciæ insperatæ, quum majores mortalibus
appareant, magis delectant quam quod exspecta-
[tum venit.

553.

Pestifera multis mentibus mortalium
invidia pariter meque et illum perdidit.

GROT.

554.

Multas vitæ conversiones numen nobis
præbuit et fortunæ commutationes.

555.

Mutationes una fert multas dies.

GROT.

556.

Estne melius viro, prudentem esse sine
fortitudine, an strenuum et consilii expertem?
Horum enim alterum temerarium, sed se tuetur:
at placidum illud ignavum: in utroque igitur
[morbus est.

557.

Quævis enim mulier viro deterior est,
licet pessimus ducat fama præstantem.

XV. (558.)

Stob. LXXIII, 5.

Ἄλλως δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή.

Vulgo legebatur ἄλλων, quod Gaisf. e Trinc. Paris. A, Voss. Arsen. in ἄλλως mutavit. Sed vulgatam tuitus est Pflugk. (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831, p. 26), hunc versum longioris orationis partem esse dicens. Pro δὲ Fr. Herm. correxit τὲ consentiente Meinekio. Versus ad eandem scenam cum fgm. XIV pertinere videtur.

XVI. (559.)

Stob. I, 3. Orion. Anthologn. (farrag. Eurip 20 post tit. VIII) p. 57 ed. Schneidewin. sine fabulæ titulo.

Οὔτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
καὶ χρυσός ἐστιν· ἀλλὰ χἀρετὴ βροτοῖς
νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.

Orionis testimonio refellitur simul Clem. Al. Strom. IV, 5, § 24 (p. 575 P.) hunc locum Sophocli tribuens. — Vs. 1 Orio μόνος. — Vs. 2 articulum ante ἀρετὴ bene tuentur Clem. et Orio, apud quem ceteroquin vitiose legitur: ἀλλὰ γ' ἡ ἀρετὴ μέγα νόμισμα κτλ. omisso βροτοῖς.

XVII. (560.)

Hesych. Ἄναρθρος· ἄτονος, ἀσθενής. Εὐριπίδης Οἰδίποδι.

Præterea ad hanc fabulam referuntur

primum a Grot. Exc. p. 394 et in not. ms. ad Stob. Ecl. p. 118 (ap. Gaisf. in Flor. V. 8) versus:

Εἱμαρμένον δὲ τῶν κακῶν βουλευμάτων
κακὰς ἀμοιβάς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς,

qui sine lemmate leguntur in Flor. V, 8 et apud Plut. De aud. poet. p 23, E, ubi γὰρ pro δέ.

Deinde a God. Hermanno et Welckero versus a Suet. Ner. 46 servatus. Ibi enim hæc leguntur: *Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum* (sc. Neronem) *publice OEdipum exsulem, atque in hoc desisse versu:*

οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος πατήρ·

ubi illud obstare Matthiæo videri miror, quod ex *OEdipode exsule* versus afferatur, quamquam ipse hæreo, sitne Euripidi an alii tragico adjudicandus.

Denique a Meinekio (Bergk. et Cæsar. Diar. Antiqu. 1843, p. 289) versus, qui sine auctoris et fabulæ nomine a Plut. Apophthegm. Cic. 12 (p. 205, C) citatur:

Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρεν τέκνα.

Eundem præbet Arsen. Viol. p. 464 ed. Walz., his verbis adjectis: ἐπὶ τῶν ἐχόντων θυγατέρας ἀμορφοτάτας. Quare nescio an versus ex comœdia fluxerit.

ΟΙΝΕΥΣ.

Tragœdiæ argumentum in universum descripsit Schol. Aristoph. Acharn. 417, Anton. Liberal. 37, ac paullo accuratius Apollod. I, 8, 6, et si exitum excipis Hygin. fab. CLXXV. Hinc discimus, Agrii filios, Thersitem, Onchestum, Prothoum, Celeutorem, Lycopeum, Melanippum non modo Œneo regnum eripuisse ereptumque patri suo tradidisse, sed eum etiam in vincula conjecisse et verberibus cecidisse. Deinde vero Diomedes cum Sthenelo, Capanei filio, ab Argis reversus clam Agrii filios præter Onchestum et Thersitem, qui in Peloponnesum antea fuga se receperant, clam interfecit; regnum vero, quum Œneus senex esset, Andræmoni, qui Œnei filiam in matrimonium duxerat, tradidit Œneumque ipsum in Peloponnesum abduxit. — At neque hæc neque fragmenta ipsa (pauca enim tantummodo supersunt) ad scenarum nexum cognoscendum sufficiunt. De tempore autem, quo tragœdia acta sit, si quæris, inde, quod Aristophanes ejus in Acharnensibus (vs. 417) mentionem injecit, consequitur, eam ante Ol. LXXXVIII, 3 scenæ esse commissam. At sitne jam Ol. LXXXIV, 3 acta, in qua sententia est Hartungus (vide quæ ad Meleagrum monuimus), valde incertum est.

I. (561.)

Schol. Aristot. Rhet. III, 16.

558
Ceterum vero omnium maxime indomitum est mulier.

559.
Nequaquam candidum argentum solum et aurum pro pecunia habendum est, sed etiam virtus omnibus mortalibus nummi instar est, qua uti oportet.

560.
Ἄναρθρος (h. e. sine membris), languidus, debilis.

Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον
Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν
Τυδεύς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμός,
ᾤκησεν Ἄργος, παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν
συνῆψε γένναν.

Prologi initium est quo, ut ex Aristotele ipso cognoscitur, Œnei, Tydei et Diomedis ipsius fata ac res gestæ exponebantur. Diomedem loqui facile intelligitur.

II. (562.)

Erot. v. Τιμωρέουσα p. 362: Τιμωρέουσα, βοηθοῦσα, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Οἴνῃ (sic) φησίν·

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην
σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλωλότων.

Ejusdem Diomedis verba esse (e prologo petita) liquet. — Vs. 2 Erot. post ἐφηβήσασι falso καὶ inseruit.

III. (563.)

Athen. XV, 3, p. 666, C: Κότταβος δ' ἐκαλεῖτο καὶ τὸ τιθέμενον ἆθλον πρὸς τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, ὡς Εὐριπίδης παρίστησιν ἐν Οἰνεῖ λέγων οὕτως·

Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι
κάρα γέροντος· τὸν βαλόντα δὲ στέφειν
ἐγὼ 'τετάγμην, ἆθλα κότταβον διδούς.

De Agrii filiis hæc ab famularum aliquo narrari suspicatus est Valck., quod probabilius mihi videtur, quam quod Welck. conjecit, ea ab Œneo ipso pronuntiata esse, ut superbiam Agrii filiorum patefaceret; nam plura Diomedem e servo quodam quæsivisse ac rescisse, etiam e sequente fgm. cognoscitur. — Vs. 2 codd. βάλλοντα, quod correxit Heath. Voce γέρων haud dubie Œneus ipse significatus est, qui pro servo habebatur, non Manes, ut Schweighæusero videtur.

IV. (564.)

Philostr. Heroic. p. 663 Olear. (p. 12 Boiss.): Νυνὶ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπέ· οἰκεῖα γεωργεῖς ταῦτα, ἢ δεσπότης μὲν αὐτῶν ἕτερος, σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον τρέφεις, ὥσπερ τὸν τοῦ Εὐριπίδου Οἰνέα; ubi Schol. τὶς τρέφει τὸν Οἰνέα τρέφοντα αὐτόν. Hinc Matth. versum expiscatus est: σὺ δὴ τρέφοντά νιν τρέφεις — —; Welck. σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον (νῦν) τρέφεις; Hartung. (I, p. 157) σὺ τὸν τρέφοντα νῦν τρέφεις. — Mihi autem Philostratus locum ad finem suum accommodasse, Euripides vero scripsisse videtur: — σὺ δὲ θρέψαντα τοῦτον (νῦν) τρέφεις; Manifesto ex hoc loco apparet, Œneum a famulo quodam fido haud dubie Agrio ejusque filiis invitis nutritum esse. — Bothius vero totum locum sic metro adstrinxit:

— νῦν ἐκεῖνο δ' εἰπέ μοι·
οἰκεῖα ταῦτα γηπονεῖς, ἢ δεσπότης
αὐτῶν μὲν ἕτερος, σὺ δὲ τρέφοντά νιν τρέφεις;

V. (565.)

Stob. CVI, 3.

Ὅταν κακοὶ πράξωσιν, ὦ ξένοι, καλῶς,
ἄγαν κρατοῦντες κοὐ νομίζοντες δίκην
δώσειν, ἔδρασαν πάντ' ἐφέντες ἡδονῇ.

Probabiliter Valckenario Œneus, qui nec ipse nepotem agnoverat nec ab illo cognitus habebatur, Diomedem cum socio itineris his verbis allocutus esse videtur.

VI. (566.)

Schol. Aristoph. Ran 72, Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν) Εὐριπίδου ἐξ Οἰνέως·

Α. Σὺ δ' ὧδ' ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι;
Β. Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

Priorem vs. a Diomede, alterum ab Œneo pronuntiatum esse jam Grot., Valck., alii viderunt. Diomedes igitur interrogando plura ex illo sci-

---

561.

O patria salve terra, pergratum solum
Calydonis, unde amicum sanguinem luens,
Tydeus, meus qui genitor, OEneo satus,
habitavit Argos, filiam Adrasti toro
jungens. GROT.

562.

Ego autem patris necem ultus sum cum
mortuorum filiis adultis.

563.

Frequentibus autem jactibus senis
caput impetebant. Ego autem jussus eram coronare
eum qui scopum tetigisset, cottabum præmio
[dispensans.

564.

Tu vero alentem hunc alis.

565.

Si improbi, hospites, prospere agunt, insolentes
nec se pœnas unquam luituros esse sperantes,
quidvis faciunt, libidini obsequentes.

566.

A. Tu autem adjutoribus adeo destitutus peris?
B. Alii non amplius vivunt, et qui vivunt, ignavi
[sunt.

scitatus esse, Œneus autem, qui tenuibus ac mendicis vestibus, ut ex Aristoph. Ach. 417 sq. coll. Schol. et Timocl. ap. Athen. VI, p. 223, C, Stob. CXXIV, 19 colligi licet, in scenam processit, pluribus miseram suam conditionem descripsisse videtur.

VII. (567.)

Stob. CXIII, 1.

Σχολὴ μὲν οὐχί· τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν.

Œneus loquitur. Cf. fgm. VI.

VIII. (568.)

Clem. Alex. Strom. VI, 1, § 7 (p. 739 P.).

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

Welck. hunc vs. Œneo assignat, quem de variis hominum moribus disseruisse opinatur, quum narraret, qua ratione ab Agrii filiis tractaretur.

IX. (569.)

Stob. LXXV, 3.

Ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιστὸν ἄλλο πλὴν τέκνων·
κέρδους δ' ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ.

Ex oratione Œnei cognatos incusantis verba fluxisse manifestum est, quibus perceptis Diomedes haud dubie Œneum interrogavit, quis ipse esset et ubinam essent ejus liberi, ut consanguineorum crudelitati eum non eriperent. Hinc factum esse ut Œneus nepotem, Diomedes avum cognosceret, consentaneum est. Welck. ad eandem scenam refert inc. fab. fgm. LVII, LXX, LXXIII.

X. (570.)

Suid. v. Ἡρακλείαν λίθον. Τινὲς τὴν Μαγνησίαν ἀπέδοσαν διὰ τὸ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Μαγνησίας εἶναι· ..οἱ δὲ ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον Ἡρακλειῶτις, ἡ δὲ Μαγνῆτις ἀργύρῳ ὁμοία ἐστίν, ὡς Εὐριπίδης ἐν Οἰνεῖ· τὰς βροτῶν γνώμας σκοπῶν, ὥστε Μαγνῆτις λίθος τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν. Οὐ λέγει νῦν ὑπὸ τῆς Μαγνήτιδος λίθου τὸν σίδηρον, ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμένων δόκησιν ἕλκεσθαι πλανωμένων ὡς ἐπὶ ἀργύρῳ. Ad hunc locum respexit Plato in Ione p. 533, D. Cf. Plat. Tim. p. 80, C, Lucret. VI, vs. 906 sq. Verissime Matth. contra Salmas. (in Exercit. Plin. p. 776) et Buttmannum (in F. A. Wolfii Mus. Antiq. Stud. II, p. 12. sq.) de hoc loco disputantes monuit, Μαγνῆτιν λίθον de eo lapide accipiendum esse, quem nos cum Latinis *magnetem* dicimus : id enim cum ex verbis ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν, tum e Platonis testimonio luculenter consequitur. Dubium igitur vix esse potest, quin Suidas, eo haud dubie falsus, quod Euripides argenti vim cum magnetis vi comparavit, ut infra apparebit, inepta tradiderit, quum poetam magnetem lapidem argento similem (*talci* speciem), de quo etiam agunt Theophr. Περὶ λίθ. 73, Hesych. vv. Μαγνῆτις λίθος et Λυδικὴ λίθος, dixisse referret. Verba ἕλκει καὶ μεθίστησιν, quæ offensioni Buttmanno fuere, bene explicuit Matth., *ostendens* dici de magnete posse μεθίστησιν, ubi ejus vis defecerit; cf. Matth. Gr. Gr. § 634, p. 1536. Jam vero, nisi mente præoccupata Suidæ verba spectaveris, concedes, Euripidem verba de argento fecisse idque cum magnete comparasse, quippe quod eodem modo hominum mentes ad se trahat, velut magnes ferrum. Haud inepte igitur locum restitueris, si scripseris :

(ὁρῶ τὸν ἄργυρον γὰρ ἀεί,) τὰς βροτῶν
γνώμας σκοπῶν, (ὃς vel ὡς) ὥστε Μαγνῆτις λίθος,
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν.

H. e. video enim, si mortalium sententias respicio, semper argentum esse (tale esse), quod, sicut magnes (sc. ferrum ad se trahit), opiniones attrahat ac (sc. ubi defecit) rursus repellat, vel brevius : video hominum opiniones maxime argento moveri. Similiter locum intellexerunt Hartung. et Bothius, nisi quod ille ἐπισπῶν pro σκοπῶν scribit, hic vero ἂν post σκοπῶν inserit.

XI. (571.)

Hesych. : Ἀκρίζων· ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος. Εὐριπίδης Οἰνεῖ. Welck. locum eo referat, ubi Œneus miseriam suam depinxit.

567.

Otium quidem nullum est : attamen miseros juvat enarrare iterum ac lugere mala.

568.

Sed alius aliis moribus magis delectatur.

569.

Quippe nihil aliud fidem homini præstat, nisi liberi : propter lucrum vero etiam cognati peccant.

570.

(Vides enim,) si mortalium sententias respicio, (argentum semper tale esse, quod,) sicut magnes (ferrum, ita) opinionem attrahat ac rursus (ubi defecit) repellat.

571.

Ἀκρίζων, suspenso gradu incedens.

XII. (572.)

Aristoph. Ach. 471.

Καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν
ὀχληρὸς οὖν δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν.

Ubi Schol. τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου· ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.

ΟΙΝΟΜΑΟΣ.

Œnomai historiam satis notam paucis memoriæ tradidit Hygin. fab. LXXXIV : *OEnomaus, Martis et Steropis, Atlantis filiæ, filius habuit in conjugio Euareten, Acrisii filiam, ex qua procreavit Hippodamiam virginem eximiæ formæ, quam nulli ideo dabat in conjugium, quod sibi responsum fuit, a genero mortem cavere. Itaque quum complures eam peterent in conjugium, simultatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset, victorque exisset, (quod is equos Aquilone velociores habuit,) victus autem interficeretur. Multis interfectis novissime Pelops Tantali filius quum venisset et capita humana super valvas fixa vidisset eorum, qui Hippodamiam in uxorem petierant, pœnitere eum cœpit, regis crudelitatem timens. Itaque Myrtilo aurigæ ejus persuasit, regnumque ei dimidium pollicetur, si se adjuvaret : fide data Myrtilus currum junxit et claves in rotas non conjecit : itaque equis incitatis currum defectum OEnomai equi distraxerunt. Pelops cum Hippodamia et Myrtilo domum victor quum rediret, cogitavit sibi opprobrium futurum, et Myrtilo fidem præstare noluit, cumque in mare præcipitavit : a quo Myrtoum pelagus est appellatum. Hippodamiam in patriam adduxit suam, (quod Peloponnesum appellatur). Ibi ex Hippodamia procreavit Hippalcum, Atreum, Thyesten.* Cf. Nonni narrat. ad Greg. Or. in Basil. 1, p. 61. Cr. (in Westerm. Script. Mythogr. p. 380), Eudoc. p. 332. Hoc argumentum, a Sophocle etiam tractatum, quo modo ab Euripide descriptum atque adornatum fuerit, cognosci ex fragmentis nequit. Nec tempus, quo acta sit fabula, alicunde concludi cum aliqua probabilitatis specie potest : nam sola conjecturæ innititur Hartungi sententia, qui (II, p. 104 sq.) Supplices, Œnomaum, Andromachen et Autolycum priorem conjunctim Ol. XC, 2 in scenam prodisse arbitratur.

I. (573.)

Stob. LXXVI, 2.

Ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε κοὐκ ἔχω μαθεῖν
εἴτ' οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
θνητοῖσιν, εἴτ' ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον.
Ὁρῶ γὰρ, οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους,
ὅσοισι δ' εἰσὶν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους.
Καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος,
κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα·
λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.

Œnomai fortasse verba sunt iis præmissa, quibus quantas curas atque sollicitudines sibi Hippodamia filia afferret, exponebat. — Vs. 7 Both. acute κακῶν μέτα pro κακὸν μέγα, et vs. 4 minus apte οἵ pro οἷς scribi mavult.

II. (574.)

Stob. LVIII, 4.

Ὁ πλεῖστα πράσσων πλεῖσθ' ἁμαρτάνει βροτῶν.

Welck. etiam hunc vs. ab Œnomao de semetipso pronuntiatum censet.

III. (575.)

Orion. Anthologn. V, 5, p. 47 ed. Schneidew.

Ἐγὼ μὲν, εὖτ' ἂν τοὺς κακοὺς ὁρῶ βροτῶν
πίπτοντας, εἶναί φημι δαιμόνων γένος.

Hi vss. a quo dicti sint vix explores.

IV. (576.)

Stob. XCIX, 8.

Ἕν ἐστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τόδε,

572.

Etenim perquam molestus
sum quippe principibus infensus habitus.

573.

Dubius hæreo equidem nec possum cognoscere,
utrum melius sit, liberos mortalibus nasci
an sine liberis vitam carpere.
Video enim eos, quibus nulli sunt, miseros,
quibus autem contigerunt, nihilo feliciores.
Nam si improbi fiunt, pestis teterrima est;
contra si honesti fuerint, magnum inde malum [sequitur.
patrem enim sollicitudine afficiunt, ne quid iis [accidat.

574.

Peccare quisque plus solet, quo plus agit.

575.

Equidem, si malos homines intereuntes
video, deorum esse genus dico

576.

Omnium primum hoc unum sciendum est,

φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως·
χοὖτός γ' ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
ἧσσον δάκνουσιν· ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει.

Welck. hos vss. Œnomao tribuit, eum aut hæc secum reputasse aut his Pelopem, qui, quum Hippodamia a patre sibi negata esset, ægerrime id tulerat, consolatum esse censens. — Vs. 1 vulgo erat ἔνεστι — εἰδέναι τουτί, sed recte Paris. B τόδε pro τουτί. ἔν ἐστι pro ἔνεστι restituit Erfurdt. — Vs. 3 in codd. est καὶ οὗτος ἀνήρ, in Trinc. et Paris. A καὶ οὗτός γε, Paris. B οὗτός γε sine καί. Hinc Heath. κ' οὗτός γ' ἀνήρ, sed rectius Gaisf. χοὖτός γ' ἀνήρ.

V. (577.)

Stob. CXVI, 5.

Ὅστις δὲ θνητῶν βούλεται δυσώνυμον
εἰς γῆρας ἐλθεῖν, οὐ λογίζεται καλῶς·
μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους.

Welck. hæc verba probabiliter Pelopi utpote certaminis cum Œnomao ineundi cupido nec periculum ullum extimescenti assignat. — Ad vs. 3 cf. Polyid. fgm. I, vs. 3.

VI. (578.)

Stob. CXXII, 8.

Ἀλλ' ἔστι γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ
θνητοῖς, ὀδυρμοὶ δακρύων τ' ἐπιρροαί.
ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν
καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Welckero hæc verba ab Hippodamia prolata videntur, quum Pelopem, quamvis certamen cum patre instituendum dissuasisset, tamen ad interitum, quem arbitrabatur inevitabilem, ruentem vidisset. Sed possunt etiam Chori esse velut in Troad. vs. 610 sq.

VII. (579.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 18 (p. 746 P.): Εὐριπίδου ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ γράφοντος·

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Cujus hæc verba sint non liquet. Nec ea Attium ante oculos habuisse, quum versum fingeret huncce: « *atque ea conjectura auguro* » Hartungum cuiquam credo persuasurum.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

Palamedis argumentum, de quo præter Welckerum (p. 500) *O. Jahn* in diss. de Palamede conscripta (Hamburgi, 1836 p. 8, sq.), *Ad. Schœll* (de Tetral. Trag. Att. p. 44. sq.), *H. Planck* (de Troica didascalia. Gotting. 1841, p. 14. sq.), J. A. *Hartung*. (Eurip. restitut. II, p. 250) egerunt, iis contineri videtur, quæ Hyginus, Euripidis in enarrandis fabulis studiosissimus, tradidit (fab. CV): *Ulysses, quod Palamedis, Nauplii filii, dolo erat deceptus, in dies machinabatur, ut eum interficeret. Tandem inito consilio ad Agamemnonem militem suum misit, qui diceret ei, in quiete vidisse, ut castra uno die moverentur. Id Agamemnon verum existimans castra uno die imperat moveri. Ulysses autem clam noctu solus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit: item epistolam Phrygi captivo ad Priamum dat perferendam, militemque suum priorem mittit, qui eum non longe a castris interficeret. Postero die quum exercitus in castra rediret, quidam miles epistolam, quam Ulysses scripserat, super cadaver Phrygis positam, ad Agamemnonem attulit: in qua scriptum fuit, Palamedi a Priamo missa, tantumque auri ei pollicetur, quantum Ulysses in tabernaculum obruerat, si castra Agamemnonis, ut ei convenerat, proderet. Itaque Palamedes quum ad regem esset productus, et factum negaret, in tabernaculum ejus ierunt et aurum effoderunt: quod Agamemnon ut vidit vere factum esse credidit. Quo facto Palamedes, dolo Ulyssis deceptus, ab exercitu universo innocens occisus est.* In universum idem narrant Ovid. Met. XIII, 56, Eudoc. p. 321, Schol. Eur. Or. 422 et copiosissime Philostr. Heroic. c. X (p. 708 Ol., p. 140 sq. Boiss.). Cur autem Hyginum potius Euripidis quam alius poetæ tragici fabulæ argumentum tradidisse credendum sit, caussas bene perspexit atque explicuit Planck. l. c. p. 15. Quarum princeps ea esse videtur, quod in enar-

---

accidentia haud gravate ferre.
Et talis quidem vir optimus est, et mala
minus mordent. Verum hæc dicere quidem
novimus, re vero præstare non possumus.

577.

Inominatam qui senectutem assequi
mortalis optat, non bene sibi consulit:
nam longa vita mille mœstitias parit. GROT.

578.

Interea etiam in rebus adversis dulce
quiddam est, lamenta et lacrimarum effusio.
Nam ista minuunt mentis dolores
et nimias animi sollicitudines levant.

579.

Ex rebus cognitis incerta colligimus.

ratione ista fabulæ ratio multo artificiosior est, quam apud ceteros auctores, et præcipue a genuina fabulæ forma, quam e Cypriis Paus. X, 31, 1, tradidit, longissime distat : Euripidem autem in componendis fabulis a simplici mythi natura, præcipue si eundem jam alii poetæ tractaverant, sæpe magnopere declinasse constat; cf. Antigonæ, Œdipi et al. fab. argum. Jam vero Palamedis summam tribus præcipue partibus expressam fuisse facile cognoscitur, quarum prima Ulixes dolum insidiasque Palamedi parabat. Nec tamen Ulixes propterea tantum infensus erat, quod ejus dolo bello Troico interesse coactus fuerat, sed procul dubio multo magis ei famam atque gloriam, quam Palamedes, maximarum rerum inventor (cf. fgm. II) sapientia ac mentis acumine nactus erat, invidebat. Accedebat quod Palamedes, ut ex Virg. Æn. II, 83 sq. liquet, eo quod Agamemnoni pacem suadebat, aliquam suspicionem præbebat, se cum hostę rem habere. Quas causas Ulixes in prologo explicuisse videtur, ut consilium suum sceleratum excusaret. Media fabulæ pars judicium continebat, in quo orationes summa arte ab Euripide, rhetore scenico, elaboratæ habebantur (cf. fgm. II. sq.), et Palamedes denique Ulixis artibus fallaciisque vincebatur capitisque damnabatur; cf. Polyæn. Procem. VI. Extrema denique fabula Palamedis necem simulque callidam rationem, qua is Nauplium patrem de morte sua certiorem fecit, continebat. Tradit enim Schol. Aristoph. Thesm. 777 coll. 780, 854, Palamedem Œaci fratri imperasse, ut mortem suam remis inscriberet eosque ita inscriptos in mare dejiceret, qui ad patrem Nauplium translati certiorem eum de Palamedis morte facerent. In fabulæ fine, postquam spectatoribus per nuntium ratio, qua Palamedes mortem obierat, innotuerat et Agamemno sepeliri eum vetuerat, Mercurius, ut probabiliter Welck. conjecit, in scenam prodiit, Palamedem necatum esse insontem ostendit, omniaque, quæ ex hoc facinore Agamemnoni et Ulixi aliquando eventura sint mala, paucis significavit. — De tempore quo fabula acta est, ad Alexandrum monuimus.

I. (580.)

Strab. X, p. 720, C Alm. : Τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδειχθέντων ἱερῶν νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις Εὐριπίδης τε ἐν ταῖς Βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ (vs. 124 sq.) .... καὶ ἐν Παλαμήδῃ φησὶν ὁ χορός· Οὐ σὺν Διονύσῳ κωμῶν, ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὸν ματρὶ φίλᾳ τυμπάνων ἰάκχοις. Quæ Meinek. (in Bergk. et Cæsar. Diar. Antiq. 1843. p. 289) sic in versus redegit :

Οὐ σὺν Διονύσῳ
κωμῶν, ὃς ἀν' Ἴδαν
τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
τυμπάνων (ἐπ') ἰάκχοις.

Vs. 2. ἀν' Ἴδαν Heath. scripsit pro vulg. ἂν Ἴδαν. — Hi vss. in primo carmine Chori haud dubie e Danais constantis (cf. fgm. X) locum habuisse videntur.

II. (581.) a. b.

Stob. LXXXI, 7.

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβάς τε θεὶς
ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι,
ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς,
παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
γράψαντα λείπειν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι·
ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ,
δέλτος διαιρεῖ, κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

Hos vs. ex oratione, qua Palamedes in judicio se defendit, petitos esse ad unum omnes perspexerunt. Palamedes inventis suis gloriatur, de quibus quæ veteres scriptores tradiderunt diligenter collegit atque inter se conciliavit *O. Jahn* l. c. p. 23 sq. — Vs. 1 μόνος pro vulg. μόνον Grot. restituit et sic Paris. B. — Vs. 2 vulgo erat συλλαβὰς τιθεὶς, quod correxerunt Hemsterh. et Heath. — Vs. 4 — 7 in Paris. A desunt. Vulgo legebatur πλοκὰς, sed πλακὸς recte Paris. B. Voss. Arsen.

580.

Non cum Baccho comissans, qui in Ida
cum matre dilecta tympanorum strepitu
se oblectat.

581.

Oblivionis remedia ordinavi solus muta
ac vocalia, et syllabas ostendens hominibus
literarum scientiam monstravi,
ut in transmarina terra pulchre sciret
quivis, quæ domi agerentur, etiam non præsens;
et moriens filiis descriptam relinquat
suam cuique divitiarum partem, accipiens vero
id ita se habere sciat. Quæ autem mala sunt hominibus in litem incidentibus, dirimit tabula neque mendaciis locum relinquit.

Vss. 6, 7, χρημάτων μέτρον γράψαντα λείπειν e Scaligeri correctione pro vulg. γραμμάτων μέτρον γράψαντας εἰπεῖν scriptum est, — Vs. 8 Both. κακὴν pro κακὰ, fortassis recte. — Cum hoc loco conjungit God. Herm. versus quosdam, qui apud Stob. Ecl. phys. I, 2, p. 4 ed. Heer. Æschyli versibus e Prometheo (454) ductis sine auctoris et fabulæ nomine subjecti leguntur, quique in neminem, nisi in Palamedem, quadrant :

Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
βίον διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
θηρσίν θ' ὅμοιον. Πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὕρηκ' ἔξοχον σοφισμάτων.

Euripideam in his dictionem agnovit Matth. comparans Suppl. 200, ex *Æschyli* contra *Palamede* deductos judicavit Blomf. ad Prom. p. 35 suffragante *O. Jahnio* l. c. p. 6. Ac profecto, quum idem argumentum tractassent Æschylus et Euripides, dubitari potest, quemnam ad auctorem versus isti referendi sint. Idem cadit in locum Platonis De rep. VII, p. 522, D, quamquam is potius ad Æschylum spectare videtur; cf. Æsch. ap. Athen. I, p. 11, D.

III. (582.)

Harpocr. v. Διεκωδώνισε. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας ἀντὶ τοῦ διεπείρασε καὶ ἐξήταζεν. Ἡ δὲ μεταφορὰ ἤτοι ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς φυλακὰς, Εὐριπίδης Παλαμήδει, ἢ ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας τῷ ἤχῳ τοῦ κώδωνος, ὡς Ἀρίσταρχος. Conf. Schol. Aristoph. Av. 843 : Κωδωνοφορῶν· οἱ περίπολοι οἱ τὰς φυλακὰς περισκοποῦντες ἐρχόμενοι ἐπὶ τοὺς φύλακας κώδωνας εἶχον, καὶ διὰ τούτων ἐψόφουν, πειράζοντες τὸν καθεύδοντα, καὶ ἵνα οἱ φυλάττοντες ἀντιφθέγγωνται. Μήποτε δὲ παρακωμῳδεῖ τὸν Εὐριπίδου Παλαμήδην οὐ πρὸ πολλοῦ δεδιδαγμένον. Inde Hartung. (II, p. 257) hunc effinxit versum : φυλακάς τε σὺν κώδωσι νυκτὶ περιπολεῖν. Optime Welck. hoc fgm. ad Palamedis defensionem transtulit : nam ejus inventis illud etiam adnumerandum est, quod vigiles per noctem cum tintinnabulis incedentes constituit; cf. Alcidam. C. Palam. p. 74, Gorg. Pro Palam. p. 117 sq. Reisk. Plin. N. H. VII. 56, 57, 202. O. Jahn. l. c. p. 53 sq.

IV. (583.)

Joann. Damasc. in Stobæi Append. Flor. p. 11 ed. Gaisf., vol .IV, p. 382 ed. Lips. Orion. Anthologn. I, 6, p. 41 ed. Schneidew.

Ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ', ἐφ' οἷς λέγει,
αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτέ.

Ab Ulysse de Palamede dicta videntur. — Vs. 2 Orio exquisitius : τὸ σοφὸν οὐκ αἰνῶ τόδε. — Huc fortasse referendum eidemque Ulyssi tribuendum est fgm. XCVIII.

V. (584.)

Eustath. ad Il. β', p. 179 (p. 236, 29) : Σολοικοφανῆ, οἷον τοῦ Εὐριπίδου τὸ

Πάλαι δέ σ' ἐξερωτῆσαι θέλων
σχολή μ' ἀπεῖργε.

E Palamede hæc fluxisse docet Schol. ad Il. β', 353 (e cod. Leid. primum a Valck. ad Phœn. 292 editus) : Ἀστράπτων· ὅτι ἀκαταλλήλως εἴρηται (ἔδει γὰρ ἀστράπτοντα καὶ φαίνοντα) ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδει·

Λάϊε, πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων
σχολή μ' ἀπεῖργε.

Pro Λάϊε Valck. l. c. legendum conjicit Αἶαν vel Αἴας, sed Ajacis in hac fabula partes fuisse parum credibile est : quare Theod. Bergk. Ναύπλιε scribi maluit, patris nomen pro patronymico Ναυπλιάδης adhibitum esse dicens. At Græcos pro patronymico patris nomen usurpasse, quamvis hoc Schol. Pind. Nem. IV, 32, et Shol. Aristoph. Ran. 1060, tradiderint, haud veri simile esse ad Alcmæon. fgm. IV ostendimus. Ob eandem causam etiam Hartungi conjectura Λαρτίου scribentis (II, p. 253) rejicienda est. Equidem Λάϊε illud errore nescio cujus irrepsisse, — nam qua ratione Laium aliquis alloqui potuerit haud facile intelligitur, — locum vero sic corrigendum censeo :

Πάλαι δὲ, Παλάμηδές, σ' ἐρωτῆσαι θέλων
σχολή μ' ἀπεῖργε.

Vel πάλαι, Παλάμηδές, σ' ἐξερωτῆσαι κτλ. Vocabulum Παλάμηδες enim facile propter similes voces πάλαι δέ σ' excidere potuit. Bothius Δάϊα, i. e.

582.

Διεκώδωνισε, Demosthenes De fals. leg. pro *tentavit* (διεπείρασε) atque *exploravit* (ἐξήτασεν). Imago deducta est sive ab iis qui noctu vigiles tintinnabulis circueunt, ut in Euripidis Palamede, sive, ab iis qui coturnices pugnaces tintinnabuli sono tentant.

583.

Qui bene quidem dicit, male autem in iis, de quibus dicit, agit, eum nunquam laudabo.

584.

Quum te, (Palamedes,) interrogare cupiverim otium non fuit.

hostilia, correxit, quod, quid sibi velit, non video. —Verba sunt hominis cujusdam Palamedem de proditione percunctantis atque explorantis, neque tamen, ut Welck. censet, Ulyssis, sed potius Agamemnonis, itaque ad initium hujus scenæ referenda.

VI. (585.)

Stob. XCI, 24.

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσι χρήματα
μορφὴν ἔχουσι· συντρέχει δ' εἰς ἓν τόδε.
Τούτων δὲ πάντες, οἵ τε μουσικῆς φίλοι,
ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων ὕπερ
μοχθοῦσιν· ὃς δ' ἂν πλεῖστ' ἔχῃ, σοφώτατος.

Ulyssis verba esse Palamedem criminantis jam vidit Valck. ad Phœn. 1331. — Vs. 1 vulgo erat: πᾶσιν αἱ τύχαι, et vs. 2 συντρέχει δ' εἰς χρήματα, sed verum hic et vs. 5 habent Paris. A et Gesn. in margine; quare virorum doctorum emendationes silentio prætermitto. Corrigendum tamen videtur συντρέχουσ' εἰς ἓν τόδε, nam non divitiæ, sed homines subjectum esse debent — Vs. 3 τούτων δὲ πάντες Paris. A. B, Gesn. marg. pro vulg. τούτου δὲ π. — Vs. 5 Paris. A. ἔχῃ, reliqui codd. solœce ἔχει.

VII. (586.)

Stob. LIV, 8.

Στρατηλάται τἂν μύριοι γενοίμεθα,
σοφὸς δ' ἂν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ.

Palamedem loqui perspicuum est. — Vs. 1 bene Gaisf. τἂν i. e. τοὶ ἂν pro vulg. δ' ἂν e cod. Voss. dedit.

VIII. (587.)

Polluc. Onom. X, 145 : Εὐριπίδης μὲν ἐν Παλαμήδει λέγει κώπην χρυσόκολλον. His verbis poetam illic usum esse probabile est, ubi Palamedem Œaci fratri præcipientem introduxit, ut mortem suam multis remis insculpat remosque ita insignitos in mare immittat, quorum uno saltem Nauplius pater de filii nece certior fiat. Utrum autem Palamedes fratri hoc tantum suaserit, an re vera Œax in tragœdia fecerit, dubitari potest. Certe ex Aristoph. Thesm. 768 nihil consequitur.

IX. (588.)

Stob. IX, 13.

Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.

Palamedes hæc verba ante, quam ad mortem abiret, pronuntiasse videtur.

X. (589.)

Philostr. Heroic. X, 12, p. 718 Olear., p. 168 ed. Boiss. : Ὅθεν καὶ τὸν θρῆνον τὸν παρ' Εὐριπίδῃ ἐπαινεῖ, ὁπότε Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδους μέλεσιν,

Ἐκάνετ', ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοί,
τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν·

καὶ τὰ ἐφεξῆς μᾶλλον, ἐν οἷς φησὶ καὶ ὅτι πεισθέντες ἀνθρώπῳ δεινῷ καὶ ἀναιδεῖ λόγῳ ταῦτα δράσειαν. Eosdem vss. citant Diog. Laert. II, 44, Tzetz. ad Lycophr. 384, Exeges. in Il. p. 44, Argum. Isocr. Busir. p. 247 Bekk., ubi legitur ἐκάνετ' ἐκάνετε — τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον, quæ ex grammatici mente profecta esse nemo diffitebitur. — Si quæris, a quo hæc verba pronuntiata sint, ne in aliorum sententiis refutandis longus sim, statim monebo, ea dici nec a Palamede nec a Choro potuisse, sed a Mercurio in fine fabulæ pronuntiata esse.

Ut autem ad ea etiam accedam, quæ Palamedes proxime ante mortem dixisse fertur, attulisse juvabit verba Philostr. l. c. 8 (p. 715 Ol., p. 158 Boiss.) : Οὐ γὰρ δὴ ἱκετεῦσαι ὁ Παλαμήδης, οὐδὲ οἰκτρόν τι εἰπεῖν, οὐδὲ ὀδύρασθαι, ἀλλ' εἰπὼν «ἐλεῶ σε, ἀλήθεια· σὺ γὰρ ἐμοῦ προαπόλωλας,» ὑπέσχε τὴν κεφαλὴν τοῖς λίθοις, οἷον ξυνιεὶς ὅτι ἡ Δίκη πρὸς αὐτοὺς ἔσται. Similia tradit Schol. Or. 422 : Ὃς ὅτε ἔθνησκεν ἔφη « χαῖρ' ἀλήθεια χυδρή· προέθανες γὰρ ἐμοῦ », quem pendere a Tzetz. Antehom. 385 perspicuum est, ubi hæc leguntur : Ὁ δ' (sc. Παλαμήδης) ἔστενε ταῦτα πιφαύ-

585.
Agamemno, omnibus hominibus divitiæ expetendæ videntur : in hoc uno fine (persequendo) conveniunt.
Omnes enim, et qui musicæ amici sunt,
et qui procul ab ea vivunt, divitiarum causa
laborant; qui autem plurimum possidet, sapientissimus est.

586.
Imperatores profecto sexcenti fiamus :
sapiens autem unus aut duo longo ævo.

587.
Euripides in Palamede *auro nitens remigium* dixit.

588.
Vir justus unus millia immensa improbûm
superat favente fretus et jure et deo.

GROT.

589.
Trucidastis, trucidastis, o Danai, doctissimam
Musarum lusciniam nullum lædentem.

σκων· χαῖρε, Ἀλήθεια κυδρή· πρόθανες γὰρ ἐμεῖο. Quapropter ad Jacobsii conjecturam, qui in Philostrati verbis senarii Euripidei vestigia latere dicit, accedere non possum, neque in iis Palamedis Euripidei verba, sed tantummodo sententiam, quam usibus suis accommodatam Philostratus verbis suis expresserit, agnosco.

XI. (590.)

Hesych. v. Ἔμβολα· Εὐριπίδης Παλαμήδη (sic) καὶ Σκίρωνι.

Valck. ad Phœn. 1331 præterea ad Palamedem sine causa rettulit versus quos ut Euripideos (post Archel. fgm. XXXII et inc. fab. fgm. LX) affert Plut. De aud. poet. 5 (p. 20 D):

Τί δῆτα οὖσι δεῖ σε κατθανεῖν
ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

Ita e libris Mss. edidit Dübnerus pro eo, quod vulgo edebatur: τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν; κατθανεῖν ἄμεινον κτλ. Versus sic correxit Grot. in edit. libri Plutarchei Stobæo præfixa p. 20 et in Exc. p. 429 et p. 467, suffragante Hartungo (II, p. 258):

A. Τί δεῖ θεοὺς σέβειν σε κατθανούμενον;
B. Ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

Valck. primum vs. Agamemnoni, alterum Palamedi tribuit, et vs. 2. Ἀγάμεμνον· οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς scribi jussit. At neque Grot. neque Valck. genuinam scripturam revocasse mihi videtur, quamquam ipse quid Euripides scripserit divinare non potui. Nam quod in mentem olim mihi venit: τί δῆτα θεοὺς σέβοντα δεῖ σε κατθανεῖν; vel τί δῆτα θεούς σε δεῖ σέβοντα κατθανεῖν; nunc parum mihi satisfacit. Illud autem recte ab utroque affirmatum censeo, versum alterum alteri personæ esse tribuendum.

ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.

Pirithoi historiam exponit Hygin. (fab. LXXIX) his verbis: *Theseus, Ægei et Æthræ, Pitthei filiæ, filius cum Pirithoo, Ixionis filio, Helenam, Tyndarei et Ledæ filiam virginem, de fano Dianæ sacrificantem rapuerunt et detulerunt Athenas in pagum Atticæ regionis. Quod Jovis eos quum vidisset tantam audaciam habere, ut se ipsi ad periculum offerrent, in quiete eis imperavit, ut peterent ambo a Plutone Pirithoo Proserpinam in conjugium. Qui quum per insulam Tænariam ad inferos descendissent, et de qua re venissent, indicarent Plutoni, a Furiis strati diuque lacerati sunt. Quo Hercules ad canem tricipitem ducendum quum venisset, illi fidem ejus implorarunt. Qui a Plutone impetravit eosque incolumes eduxit. Ob Helenam Castor et Pollux fratres belligeraverunt, et Æthram, Thesei matrem et Phisadicen, Pirithoi sororem, ceperunt et in servitutem sorori dederunt.* Cf. Mythogr. Vatic. V, 48; II, 143, Diod. Sic. IV. 26. Alii scriptores, velut Diod. l. c., Apollod. II, 5, 12, Schol. Apoll. Rhod. I, 102, Hor. Od. III, 4, 79; IV, 7, 27, Virg. Æn. VI, 601, 717, narrant, Pirithoum apud inferos relictum esse; apud Euripidem vero utrumque servatum iisque, quæ Hyginus tradiderit, Euripideæ fabulæ argumentum expressum esse, apertis verbis testatur Schol. Tzetz. Chil. in Welck. et Næk. Mus. Rhenan. IV, p. 24, et in Cram. Anecd. Gr. Ox. vol. III. p. 359, 19: Καὶ ἡ Κόρη, ἣν ὁ Πειρίθοός τε καὶ Θησεὺς ἁρπάζειν μέλλοντες συνεσχέθησαν· καὶ Πειρίθοος μὲν κατεβρώθη, ὁ δὲ Θησεὺς ἐσώθη παρ' Ἡρακλέους· κατ' Εὐριπίδην σώζονται καὶ οἱ δύο. Attamen qua ratione hoc argumentum ab Euripide dispositum ac descriptum fuerit, neque ex fragmentis neque aliunde concludere licet. Quin etiam fuisse qui dubitarent, utrum Euripidis an Critiæ esset fabula, docet Athenæus (fgm. VI), cui accedit scriptor Vitæ Eurip. ab Elmsleio ad calcem Baccharum editus (p. 174 ed. Lips.), Pirithoum, Tennem et Rhadamanthum inter dramata νοθευόμενα referens. Atqui inde, quod in fgm. V versus exstat, quem etiam in Melanippa (fgm. I) legimus, haud temere fabulam Euripidi tribuendam esse colliges, quum Euripidis maxime fuerit, suis versibus sæpius uti; cf. Æg. fgm. IX. Accedit quod Aristophanes, qui, quod sciam, nunquam Critiæ, sexcenties autem Euripidis versus in usum suum convertit atque irrisit, e Pirithoo versum (fgm. IV, vs. 5) in Avibus (179) respexisse videtur. Nam quæ Matth. monuit, ejusmodi argumentum et scenam deligere majoris esse audaciæ, quam Euripidis, et dictionem fragmentorum nervosiorem et adstrictiorem videri, quam pro Euripidis mollitie, vereor ut cuipiam probabilia videantur. Mihi certe nullum fgm. ita comparatum videtur, ut ab Euripide scriptum esse non possit, quamquam ipse omnia ab hoc poeta profecta esse non præfracte affirmaverim, et tragœdiam posse Euripidi suppositam esse nullo modo negaverim. Suspicor vero, et Euripidem et Critiam composuisse Pirithoum tragœdiam, utramque vero paullo post auctorum obitum paucis fragmentis exceptis interiisse, ut grammaticis Alexandrinis neutra integra innotuerit, itaque facile altera cum altera commutari atque etiam dubitari potuerit, essetne Pirithous Euripidis an Critiæ fabula. Ceterum eam in tetralogia dramatis satyrici locum obtinuisse persuasissimum mihi est.

I. (591.)

Plut. De amic. mult. c. 7 (p. 96, C) : Ὡς γὰρ τὸν Κρέοντα τῆς θυγατρὸς οὐδὲν ὁ χρυσὸς οὐδὲ ὁ πλοῦτος ὠφέλει, τὸ δὲ πῦρ ἀναφθὲν αἰφνιδίως προσδραμόντα καὶ περιπτύξοντα κατέκαυσε καὶ συναπώλεσεν· οὕτως ἔνιοι τῶν φίλων οὐδὲν ἀπολαύσαντες εὐτυχούντων συναπόλλυνται δυστυχοῦσι· καὶ τοῦτο μάλιστα πάσχουσιν οἱ φιλόσοφοι καὶ χαρίεντες, ὡς Θησεὺς τῷ Πειρίθῳ κολαζομένῳ καὶ δεδεμένῳ

Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πόδας.

Ad eundem vs. respexit etiam Plut. Amat. XVIII, 15 (p. 763, F), De frat. amor. 8 (p. 482 A), et De vitios. pud. 10 (p. 533, A). —Verba e priori fabulæ parte, fortasse e prologo, petita esse facile intelligitur.

II. (592.)

Stob. CXXI, 24, c. lem. Εὐριπίδου Πειρίθου.

Οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσόν ἐστ' ἢ ζῆν κακῶς.

Pirithoi sortem suam querentis verba esse videntur.

III. (593.)

Clem. Alex. Strom. V, 14, § 115 (p. 717 P.) : Ἐν δὲ τῷ Πειρίθῳ δράματι ὁ αὐτὸς (sc. Εὐριπίδης) καὶ τάδε τραγῳδεῖ·

Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',
ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
νὺξ, αἰολόχρως ἄκριτός τ' ἄστρων
ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει·

ἐνταῦθα γὰρ τὸν μὲν αὐτοφυῆ τὸν δημιοῦργον νοῦν εἴρηκεν, τὰ δ' ἑξῆς ἐπὶ τοῦ κόσμου τάσσεται, ἐν ᾧ καὶ ἐναντιότητες φωτός τε καὶ σκότους. — Eosdem vss. e Clemente petiit Euseb. Præp. Ev. XIII, p. 681, B. Vss. 1,2 citat Schol. Eur. Or. 970 — 76, ac depravate Schol. Apoll. Rhod. IV, 144, ut monuit Pors. ad Phœn. 5. Verba αἰθερίῳ ῥύμβῳ denique affert Eustath. in Dionys. Perieg. 1134 et Hesych. v. Αἰθέρος ῥύμβος. Totum locum egregie tractavit Valck. Diatr. p. 38 sq.

IV. (594.)

Clem. Alex. Strom. V, 6, § 37 (p. 666, P.) : Περὶ τούτων (sc. τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν φερομένου χρόνου) οἶμαι καὶ ἡ τραγῳδία φυσιολογοῦσά φησιν·

Ἀκάμας τε χρόνος περί γ' ἀενάῳ
ῥεύματι πλήρης φοιτᾷ τίκτων
αὐτὸς ἑαυτὸν, δίδυμοί τ' ἄρκτοι
ταῖς ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς
τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πόλον.

Hos vss. e Pirithoo deductos esse cognoscitur e Schol. Aristoph. Av. 179 : Ὀρνίθων πόλος· — — — πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ οὐχ ὡς νεώτεροι σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Εὐριπίδης Πειρίθῳ « καὶ τὸν Ἀτλάντιον φρουρῶν πόλον » ὡς αὐτοῦ τε περιπολουμένου καὶ δι' αὐτοῦ πάντων ἐρχομένων. Eadem tradit Suid. v. Πόλος. Scholiastam memoriter Euripidis verba citasse vix est quod moneamus. Neque dubitari potest quin hi vss. ad idem systema pertineant, ex quo fgm. III petitum est. Ad quod Musgr. etiam refert inc. fab. fgm. CXXXVIII et CLXVII.

V. (595.)

Greg. Corinth. Comment. ad Hermog. in Reisk. Or. t. VIII, p. 948 (in Walz. Rhett. t. VII, p. 1312) : Ἐν μὲν τῷ Πειρίθῳ παρεισάγεται Ἡρακλῆς ἐν ᾅδου κατελθὼν κατὰ κέλευσιν Εὐρυσθέως, καὶ ὑπὸ τοῦ Αἰακοῦ ἐρωτώμενος, ὅστις ἐστὶ, καὶ ἀποκρινόμενος·

Ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς
θεῶν δὲ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός·
ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος
Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο·
ἥκω δὲ δεῦρο πρὸς βίαν Εὐρυσθέως.

Vs. 3 vir doctus (in *Edinbourg Review* n. 37, p. 75.) et Both. μητρὶ πρὸς κεδνὸν λέχος, metri, ut dicit, causa.—Vs. 4. Greg. Cor. l. c. paullo ante : οὗτος ὁ στίχος ἐν δυσὶν εὕρηται δράμασιν Εὐριπίδου, ἐν

591.

Compedibus haud æneis vinctus est pedes.

592.

Ergo interire præstat quam inhoneste vivere.

593.

Te sponte ortum, qui in ætherio turbine
omnium naturam illigasti; circa quem
lux circaque obscura et varie colorata nox [agit.
et indiscreta stellarum caterva perpetuo choreas

594.

Et tempus indefessum circumvertitur
perenni et plano flumine,
se ipsum generans; et Ursæ geminæ
pernicibus alarum ictibus
polum Atlanti incumbentem custodiunt.

595.

Mihi patria quidem Argos est, nomen vero Hercules;
natus autem sum Jovis, deorum omnium patris.
Nam in dilectæ matris meæ torum venit
Juppiter, ut pro veritate narratur.
Huc autem veni ab Eurystheo coactus.

τῷ μὲν λεγομένῳ Πειρίθῳ καὶ ἐν τῇ σοφῇ Μελανίππῃ (fgm. I).

Ex eodem colloquio Æaci cum Hercule habito Welck. petita arbitratur inc. fab. fgm. CLXX et CXLVIII, ita quidem, ut Hercules Æaco ex eo quærenti, num ut reliqui mortuus huc venerit, illo versu responderit : *minime, sed adhuc vivum Orcus me recepit;* altero autem Æacus Herculis nomine percepto *ejus gloriam vel usque ad inferos pervenisse* significaverit. Sed prior etiam in Eurystheo locum habuisse potest.

VI. (596.)

Athen, XI, p. 496, B : Πλημοχόη· σκεῦος κεραμεοῦν βεμβικῶδες ἑδραῖον ἡσυχῇ, ὃ κοτύλισκον ἔνιοι προσαγορεύουσι, ὥς φησι Πάμφιλος. Χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσαγορεύουσι πλημοχόας· ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀντολάς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀνατρέπουσιν ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος ἢ Εὐριπίδης, λέγων οὕτως·

Ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον
χάσμ' εὐφήμως προχέωμεν.

Bene Matth. fgm. ad sacra ab Hercule ad placandos manes facta refert, quo etiam ducit Apollod. II, 5, 12. Welck. eodem pertinere dicit inc. fab. fgm. CCLIV.

VII. (597.)

Stob. Ecl. eth. II, 7, vol. II, p. 336 ed. Heer. c. lem. Εὐριπίδου Πειρίθου.

Ὁ πρῶτος εἰπὼν οὐκ ἀγυμνάστῳ φρενὶ
ἔρριψεν, ὅστις τόνδ' ἐκαίνισεν λόγον,
ὡς τοῖσιν εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

Welck. haud immerito, ut videtur, Herculi verba tribuit.

VIII. (598.)

Stob. Floril. XXXVII, 15, c. lem. Πειρίθου sine nomine auctoris.

Τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου.
τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
ῥήτωρ δύναιτο, τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
λόγοις ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

Locum ad Euripidis Pirithoum referendum esse ostendit Valck. Diatr. p. 198. — Vs. 1 Both. τρόπος νόμου 'στὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος dedit, quasi scriptura vulg. emendatione indigeret.

ΠΕΛΙΑΔΕΣ.

Peliadum argumentum servavit Moses Chorenensis in Progymnasmatis, quorum in libro tertio, qui erat « *de confutatione* » hæc scripsit (in Ang. Maii editione Eusebii Chron. p. 43, in adnot.) : [Medeæ confutatio.] *Si cuiquam liceret fructum victoriæ ex mendacio adipisci, aut laudis honorem apud omnes consequi, cunctis equidem Euripides tragicus antecelleret, qui fabulosæ orationis copia classem universam poetarum superavit. Hic tamen in iis, quæ de Medea refert, extremos mentiendi fines attingit. Ait enim ipsam, societate cum Iasone quodam inita, e Scythia in Thessaliam navigasse, atque artes magicas heic professam, regem, qui terræ imperabat, dolosis consiliis perdere decrevisse. Idcirco apud ejusdem filias commemoratis diu patris devexa senectute masculæque prolis defectu, quæ in paternum regnum succederet, ultro opem suam obtulisse, qua illum, siquidem ipsæ vellent, in juvenilem ætatem denuo restitueret. His dictis pergit porro singillatim narrare qua ratione res patrata fuerit : nempe ut Medea laniatum arietem in lebetem conjecerit ignemque subdiderit : utque fervente cum motibus lebete viventis arietis speciem ostenderit : eoque modo illusis filiabus Peliam laniandum curaverit. Eratque, inquit, in lebete, et præterea nihil.* Eadem fere sed ex parte paullo uberius tradit Hygin. (fab. XXIV.) : *Iason cum Peliæ patrui sui jussu tot pericula adisset, cogitare cœpit, quomodo eum sine suspicione interficeret. Hoc Medea facturam se pollicetur. Itaque quum jam non longe ab Iolco essent, navem jussit in occulto collocari, et ipsa ad Peliæ filias pro sacerdote Dianæ venit : eis pollicetur se patrem earum Pelian ex sene juvenem facturam. Idque Alcestis major filia negavit fieri posse. Medea quo facilius eam perduceret ad suam voluntatem, caliginem eis objecit, et ex venenis multa miracula fecit, quæ verisimilia esse viderentur, arietemque vetulum in aenum conjecit, unde agnus pulcherrimus prosiluisse visus est : eodemque modo inde Peliades, i. e. Alcestis, Pelopia, Medu-*

596.

Ut hæc pocula in terræ hiatum
cum bene ominatis verbis effundamus.

597.

Pectus subactum gessit experientia,
qui primus istam protulit sententiam :
sociam dat et fortuna se prudentibus. GROT.

598.

Boni mores lege tutiores sunt.
Hos enim nemo facundus unquam perverterit :
at illam sæpe, oratione huc et illuc
vellens, pessum dat.

sa, Phisidice, Hippothoe, Medeæ impulsu patrem suum occisum in aeno coxerunt. Quum se deceptas esse viderent, a patria profugerunt. At Iason signo a Medea accepto regia est potitus, Acastoque Peliæ filio, Peliadum, quod secum Colchos ierat, regnum paternum tradidit: ipse cum Medea Corinthum profectus est. Consentiunt in universum Paus. VIII, 11, Diod. IV, 50 sq., Apollod. I, 9, 27, Tzetz. ad Lycophr. 175, Ovid. Met. VII, 297 sq. Sed qua ratione fabula disposita fuerit, nec inde neque ex fragmentis concludi potest; neque de choro ex inscriptione fabulæ quidquam consequitur: Peliades enim non, ut alibi nomina pluralia in fabularum titulis velut Ἱκέτιδες, Δαναΐδες, etc. solent, chorum significant, sed Peliæ filias, quemadmodum Ἀλωάδαι Aloei, Ἡρακλεῖδαι Herculis posteros in fabula cognomini primas partes tenuisse indicant. Attamen ad Welckeri sententiam ab Euripide non plures quam duas Peliades introductas esse affirmantis accedere nequeo, sed omnes quinque in scenam prodiisse, at unam tantum, Alcestidem, vel duas verba fecisse suspicor. — Tempus denique, quo hæc tragœdia docta est, cognoscimus ex Vit. Eurip. e cod. Ambros. ab Elmsleio ad Baccharum calcem edita (p. 174 ed. Lips.): Ἤρξατο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, κατὰ Ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην· πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας ἔτει πρώτῳ, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο. Sed perquam dubium est, quod Hartung. (I, p. 61 sq.) statuit, Peliades, Phœnicem, Sthenebœam et Danaen eodem tempore conjunctas in scenam prodisse. — Euripides ipse ad hanc fabulam respexisse videtur in Med. vs. 504.

I. II. (599.)

Eur. Med. 688.

Τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

ad quem locum schol. adnotat: σεσημείωται ὁ στίχος, ὅτι καὶ ἐν Πελιάσιν ἐστὶν, ὧν ἡ ἀρχή·

Μήδεια, πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς —

in quo versu Both. προὔβην pro πρὸς μὲν scribendum esse sibi persuasit, quum Hartung. (I, p. 65) in antecedente versu δρώσας pro δράσας corrigeret. Haud dubie Welck. recte Medeæ prologum tribuit et ad eundem refert versum, quem sine auctoris et fabulæ nomine citat Chœrobosc. ad Theodos. in Bekk. An. Gr. p. 1309, b (a Bekkero etiam p. 1447 Euripidi vindicatum):

Αἴσωνος υἱὸς Κρηθέως ἀφ' αἵματος.

III. (600.)

Orion. Anthologn. (farrag. Eurip. nr. 5 post tit. VIII) p. 55 ed. Schneidew. Stob. Ecl. eth. II, p. 336 ed. Heer.

Οὐκ ἔστι τὰ θεῶν ἄδικ', ἐν ἀνθρώποισι δὲ
κακοῖς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει.

Vs. 1 erat apud Stob. οὐκ ἔστι τὰ τῶν θεῶν, quod nunc correctum ex Orione. — Vs. 2 Orio male ἔχει πολλήν. — Choro hæc verba tribuerim.

IV. (601.)

Stob. Floril. III, 22. Schol. Pind. Pyth. II, 173.

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου.

V. (602.)

Stob. XLIX, 7.

Τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο θαυμαστὸν βροτοῖς
τυραννίς· οὐχ εὕροις ἂν ἀθλιώτερον.
φίλους τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεών·
πλεῖστος φόβος πρόσεστι, μὴ δράσωσί τι.

Peliæ verba esse suspicor: at non optime inter se cohærent ac vitiis fortasse contaminata sunt. Quam ob rem God. Herm. in Sched. critt. conjecit: οὐχ εὕροις ἂν ἄθλιον τόδ', εἰ φίλους κτλ. et vs. 4, ἐπεὶ φόβος πρ. Sed versus 2 correctio contra poetæ mentem pugnare mihi videtur; commendabilior vero altera est a Pflugkio quoque accepta, quamvis ipse πλεῖστος φόβος γάρ ἐστι scribi malim.

VI. (603.)

Stob. LXXIV, 26.

Αἰνῶ· διδάξαι δ', ὦ τέκνον, σὲ βούλομαι,
ὅταν μὲν ᾖς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν,

599.

Quo facto? dic mihi apertius.
Medea, ad ædes quidem regias —

600.

Injusta non sunt, quæ diis placent; sed quæ in hominibus improbis ægrotant, magnam confusionem pariunt.

601.

Ne contra stimulos dominis calcitres.

602.

Supremum vero illud et mortalibus mirabile
tyrannis: nihil invenias infelicius.
Amici lædantur et interficiantur necesse est;
quum summum periculum adsit, ne quid illi moliantur.

603.

Laudo; unum vero, o filia, docere te cupio,
quam diu puella fueris, nihil supra puellam cogites,

ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν·
ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς,
. . . .
τὰ δ' ἄλλ' ἀφεῖναι μηχανήματ' ἀνδράσιν.

Peliæ verba esse mihi videntur petita ex colloquio cum filio vel potius cum Medea ipsa, quæ se Dianæ sacerdotem esse simulans variis artibus illi suadere studuit, ut se ab ipsa in ætatem juvenilem reduci sineret. — Vss. 1, 2 Both. correxit: αἰνῶ διδάξαι δ' κτλ., ὅταν μένῃς παῖς κτλ., ingeniosius quam verius. Post vs. 4 aliquid excidisse manifestum est.

VII. (604.)

Stob. XCII, 4.

Ὁρῶσι δ' οἱ διδόντες εἰς τὰ χρήματα.

In Paris. A est lemma Εὐριπίδου Πελόπισι, quod jam Grot. correxit. — Versus e scena ductus videtur, in qua de præmio Medeæ persolvendo agebatur, si Peliam in ætatem juvenilem reduxisset. Sed Welck. eum cum fgm. XI ex una eademque scena petitum censet.

VIII. (605.)

Æl. Hist. An. VII, 47: Τῶν δὲ ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται· καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος.

IX. (606.)

Joann. Damasc. in Gaisf. Append. ad Stob. vol. IV, p. 12 (p. 382. ed. Lips.). Εὐριπίδου Πελιάσι.

Φθείρου· τὸ γὰρ δρᾶν οὐκ ἔχων λόγους ἔχεις.

Hæc verba nescio a quo Peliæ dicta videntur, qui, quum admonitus esset, ut recoqui se sineret, quantum poterat cunctabatur.

X. (607.)

Ibid. p. 20 (p. 389) et p. 33 (p. 400).

Ὁ γὰρ ξυνὼν, κακὸς μὲν ἦν τύχῃ γεγὼς,
τοιούσδε τοὺς ξυνόντας ἐκπαιδεύεται,
χρηστοὺς δ' ὁ χρηστός· ἀλλὰ τὰς ὁμιλίας
ἐσθλὰς διώκειν, ὦ νέοι, σπουδάζετε.

Versus ad fabulæ exitum pertinere videntur; itaque haud improbabile est, quod Meinek. (in Bergk. et Cæs. Diar. Antiqu. 1843, p. 290) conjecit, poetam spectatores, et verbis quidem ὦ νέοι præcipue adolescentes alloquutum esse. Vs. 1 altero loco est γένος pro γεγώς. — Vs. 2 priori loco τοιούτους δὲ ξυνόντας ἐκπορίζεται, et vs. 3 χρηστοὺς δὲ χρηστός.

XI. (608.)

Ibid. p. 31 (p. 398).

Ἐν τοῖσι μὲν δεινοῖσιν ὡς φίλοι φίλων·
ὅταν δὲ πράξωσ' εὖ, διωθοῦνται χάριν,
αὐτοὶ δι' αὑτοὺς εὐτυχεῖν ἡγούμενοι.

Welck. hoc fgm. ad eam scenam retulit, in qua fgm. VII locum habuit, et utrumque de principum conditione pronuntiatum censet.

XII. (609.)

Hesych.: Ἀρταμεῖν, κατακόπτειν. Εὐριπίδης Πολιάσιν (sic). Idem: Ἀντεμμάσσασθαι, ἀνταποδοῦναι, ἐπιπλῆξαι. Εὐριπίδης Πολιάσιν (sic). In extrema voce vereor ne grave vitium lateat. Videtur enim Hesych. explicare ἀντεμμάσσεσθαι voluisse, hanc autem vocem cum alia, quæ ut Homericæ formæ μάσσασθαι, ἐπιμάσσασθαι, εἰσμάσσασθαι, ad inusitatam stirpem ΜΑΩ referenda esset, commutasse. Ἀντεμμάσσεσθαι vero a μάσσειν deducendum, et cum verbo ἀρταμεῖν ibi haud dubie adhibitum est, ubi Medea herbas commiscuit atque concoxit.

XIII. (610.)

Lexic. Sangerm. in Bekk. An. gr. p. 95, 23: Εὐστόχως. Εὐριπίδης Πελιάσιν.

---

sed inter virgines virgines mores habere.
Quum vero in viri nobilis torum veneris,
. . . .
reliquas autem subtilitates viris relinquas.

604.

Qui dono aliquid dant ad divitias spectant.

605.

Hystricum et similium ferarum fœtus ὄβρια vocantur.

606.

Pereas; agere enim nolens verba facis.

607.

Nam commilito, si forte malus est,
commilitones etiam tales conformat,
bonos vero bonus. Quare consuetudines,
o adolescentes, proborum sectari studete.

608.

In rebus adversis quanti æstimant amicos!
In secundis autem gratias detrectant,
ipsi per se ipsos secunda uti fortuna censentes.

609.

Ἀρταμεῖν, dissecare. Ἀντεμάσσασθαι (?), remunerari, mulctare.

XIV. (611.)

Ibid. p. 106, 29 : Λύσιμον θηλυκῶς λέγει Εὐριπίδης Πελιάσιν.

XV. (612.)

Schol. Plat. p. 137 Ruhnk. : Κατηβολή, τὸ ἐπιβάλλον. Εὐριπίδης Τημένῳ καὶ Πελιάσι.

Ad Peliades fortassis etiam referenda sunt inc. fab. fgm. L et CXCIII.

Elmsl. (ad Med. 1019. 20.) porro huc pertinere dicit glossam Hesychii : Κάκη, πελία· ἡ κακία, ἀλλὰ τῆς κακῆς ἐμῆς κάκης· κακουχίας. Quam sic corrigit : Κάκη, κακία. Πελιάσιν. Ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης· κακουχίας. Probabilius Meinek. (in Bergk. et Cæs. Diar. Antiqu. 1843. p. 240) monuit duas glossas coaluisse videri in hunc morem disjungendas : Κακηπελία· ἡ κακία. Κάκη· ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης (Med. 1040)· κακουχίας.

ΠΗΛΕΥΣ.

Hujus fabulæ quale fuerit argumentum neque ex fragmentis cognosci potest nec aliunde constat : recte tamen Musgr. ex Horatii (Ep. ad Pis. 96) verbis *Telephus et Peleus, quum pauper et exsul uterque Projicit ampullas*, etc. collegisse videtur, Peleum ab Euripide exsulem introductum esse. Nam aliam fuisse fabulæ Sophocleæ Pelei vel Phthiotidum rationem, suo loco expositum est : itaque in hac fabula ea expressa fuisse veri est simile, quæ tradidit Apollod. III, 12, 6 : « . . . coivit autem iterum Æacus cum Psamathe, Nerei filia . . . . et genuit filium, Phocum. . . . . . Quoniam vero Phocus in certaminibus præstare videbatur, Peleus et Telamo fratres insidias ei parasse feruntur, et quum forte convenisset ut cum eo Telamo pari in ludo decertaret, disco caput ejus ferit et occidit, et sublatum eum Pelei ope in silva quadam occultavit. Cæde vero detecta ambo ex Ægina ab Æaco fuga abire coguntur. » Ibid. III, 13, 1 : « Peleus autem Phthiam ad Eurytionem, Actoris filium, fugiens, ab hoc expiatur, ejusque filiam, Antigonam, in matrimonium ducit et tertiam regni partem accipit. Hinc nata ei est filia Polydora, quam Borus, Perieris filius, matrimonio sibi collocavit. Deinde ad Calydonii apri venationem simul cum Eurytione egressus misso in aprum telo Eurytionem ferit eumque invitus occidit. E Phthia igitur rursus fugiens Iolcum ad Acastum pervenit, et ab eo expiatur. Ibi etiam cum Atalanta in ludis ad Peliæ regis honorem institutis palæstrica pugna certavit. Astydamia vero, Acasti uxor, Pelei amore correpta ad eum literas de concubitu misit : sed quum persuadere ei hoc non posset, ad ejus uxorem misit qui dicerent, Peleum Acasti filiam Steropen ducere in matrimonium velle. Quæ ubi illa percepit, laqueo se suspendit Præterea (Astydamia) Peleum, quasi eam de stupro interpellasset, Acasto calumniatur. Quæ quum Acastus audiret, interficere eum, quem lustrarat, nolebat; at eum ad Pelium montem venatum abducebat. Exorta ibi de venatione controversia Peleus interfectarum a se bestiarum linguas excidit et in pera posuit; at Acasti comites has capientes irridebant Peleum, quod nihil cepisset. Is autem, quotquot habebat, linguis propositis, tot bestias se cepisse dixit. Deinde vero quum somno oppressus obdormisset, Acastus eum reliquit, ensemque ejus in boum fimo celavit et abiit. Is autem postea expergefactus, dum ensem quærit, a Centauris comprehensus jam in eo erat, ut moreretur, quum Chiron eum servavit, qui etiam ensem ei quæsivit ac reddidit. » Eadem tradit Anton. Liberal. XXXVIII. Inde fabulæ argumentum haud dissimile Stheneboeæ fuisse probabile fit, sed qualis exitus fuerit, non liquet. Acastum vero et Astydamiam propter perfidiam pœnas dedisse credibile est. Pariter ea, quæ facta erant ante quam Peleus Iolcum veniret, prologo exposita fuisse, vix est quod moneam. Longe aliter vero de argumento hujus dramatis Hartungus (I, p. 397) : judicat, summam iis contineri dicens, quæ memoriæ tradiderit Dictys Cretensis (VI, 7 sq) : « Dum hæc apud Ithacam aguntur, Neoptolemus apud Molossos naves quassatas tempestatibus reficit, atque inde, postquam cognitum, ab Acasto expulsum regno Pelea, ultum ire injurias avi cupiens, primo exploratum duos quam fidissimos et incognitos illis locis, Chrysippum et Aratum, Thessaliam mittit, hique cuncta, quæ gerebantur, insidiasque ei paratas per Acastum et ab Assandro, non alieno Pelei, cognoscunt. Is namque Assandrus, iniquitatem tyranni evitans, ad agrum Pelei concesserat. Itaque ubi cuncta, quæ voluerant, cognovere, ad regem redeunt et singula per ordinem narrant. Ob quæ coactus Neoptolemus, adverso mari et multis regionis ejus prohibentibus, classem exornat ascenditque ipse. Dein sævitia hiemis mari fatigatus appulsusque ad Sepiadum littus quod propter saxorum difficultatem nomen ejusmodi quæsierat, omnes fere naves amittit, vix ipse cum his, qui in eodem navigio

611.
Λύσιμον genere feminino dixit Eur.

612.
Κατηβολή, quod in aliquem incidit.

erant, liberatus. Ibi Pelea avum reperit, occultatum spelunca abdita et tenebricosa, ubi senex, vim atque insidias Acasti evitans, assidue nepotis desiderio navigantes et si qui forte eo appulsi essent speculari consuerat. Dein ubi cuncta domus fortunarumque edoctus est, consilium aggrediendi hostis inire cœpit, quum forte cognoscit filios Acasti, Menalippum et Plisthenem, venatum profectos, devenisse ad ea loca. Itaque mutata veste Iolcium simulans juvenibus offert sese, iisque cupitum sui interitum refert. Ob quæ junctus his in venando, ubi seorsum ab ceteris Menalippum videt, eumque et paullo post fratrem ejus insecutus interficit. In quorum inquisitionem servus quidam, Cinyras nomine, perquam fidus, profectus in manus juvenis devenit comprehensusque Acastum affore nuntiat, atque ita occiditur. Itaque Neoptolemus mutata Phrygia veste, tanquam filius Priami Mestor, qui captivus cum Pyrrho ad ea loca navigaverat, Acasto obviam venit, eique, quinam esset, indicat, et Neoptolemum in spelunca fatigatum navigio somnoque jacere. Ob quæ anxius Acastus, opprimere quam inimicissimum cupiens, ad speluncam pergit, atque in ipso aditu a Thetide, quæ ad ea loca inquisitum Pelea venerat, re cognita reprimitur. Dein cunctis quæ adversum domum Achilles inique et adversum fas gesserat, enumeratis increpatisque, ad postremum intercessu suo manibus juvenis liberat, persuadens nepoti, ut ne sanguine ulterius ulcisci cuperet ea, quæ antecesserant. Itaque Acastus, ubi se præter spem liberatum animadvertit, sponte et illico cuncta regni Neoptolemo tradit. Inde juvenis cum avo ac Thetide reliquisque, qui secum navigaverant, summam regni adeptus, in civitatem venit. Ibi a cunctis popularibus quique juxta inhabitantes sub imperio ejus agebant, benigne et cum gratulatione exceptus, amorem sui brevi confirmat. » Ad quæ respexerit Euripides ipse Troad. 1113 sq., ubi cf. Schol. Hartungi sententiam equidem falsam esse neutiquam dicam, sed rem in medio relinquo, quum ex fragmentis neque de argumento neque de structura dramatis aliquid concludi possit. Nec tempus, quo fabula acta sit, accurate definiri potest, nam in conjectura tantum posita est Hartungi sententia, cujus ad Ægeum mentionem fecimus; attamen drama ante Ol. LXXXIX, 2 actum esse inde concludi licet, quod Aristophanes ejus in Nubibus (cf. fgm. I) respectum habuit.

I. (613.)

Aristoph. Nub. 1153.

Βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν.

Ubi Schol. παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου· ἐπιφέρει γάρ,

ἰώ, πύλαισιν ἤ τις ἐν δόμοις;

Loco priori βοάσομαι τἄρα e cod. Rav. pro vulg. βοάσομ' ἄρα exhibuimus, quam scripturam Schol. etiam in sequentibus versu e Phrynichi Satyris allato confirmat. Altero loco legebatur : ἥτις ἐν δόμοις, quod quum aptam sententiam non præberet, bene correctum est a God. Hermanno. Ceterum ἐν in cod. Rav. deest. — Hartung. (I, p. 292) locum corruptum esse ratus dedit : ἰὼ βοαῖσιν ἤπυσ' ἐντόνοις. Item Both. utroque versu connexo : βοάσομαί τ' ἂν τὰν ὑπέρτονον βοάν. Ἰὼ πύλαις ἴη τις, ὅστις ἐν δόμοις.

II. (614.)

Stob. Ecl. Phys. I, 6, 10, p. 170 ed. Heer.

Κλύετ' ὦ Μοῖραι, Διὸς αἵτε παρὰ
θρόνον ἀγχόταται θεῶν ἑζόμεναι.

In codd. est : κλῦτε Μοῖραι Διός, ἅτε παρὰ θρόνον ἀγχόταται θεῶν ἑζόμεναι. Sed locum correxit et metricam rationem restituit Seidler. De vers. dochm. p. 21, not.

III. (615.)

Stob. XC, 7.

Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος,
οὐ δῶμα γαίας κλειστόν, ἔνθα τὴν φύσιν
ὁ δυσγενὴς κρύψας ἂν οὐκ εἴη σαφής.

Vs. 3 legebatur : κρύψας ἂν * εἴη σοφός. Lacunam viri docti vario modo explere studuerunt, quorum correctiones tamen silentio prætermitto, quum omnes non animadverterint, σοφὸς ferri nullo modo posse. Quidni enim etiam qui pessima indole præditus est, sapiens sit et habeatur? Poeta dicere voluit, malum hominem indolem suam occultare nusquam posse. Hinc intelligitur,

613.

Itaque exclamabo alte intenta voce :
Io, si quis ad fores aut in ædibus.

614.

Audite, Parcæ, quæ Jovis solio
proximæ deorum sedetis.

615.

Nulla inter homines caligo tanta est,
nec antrum terræ ita clausum, ubi, qui mala
indole est, se occultans non reperiatur.

pro σοφὸς corrigendum esse σαφὴς, quæ vocabula sæpius confusa esse constat; cf. Valck. ad Hipp. 1076. Illud σαφὴς autem ubi primum restitueris, jam non amplius οὐκ post ἂν inserere dubitabis, quod quam facile omitti vel potuerit vel debuerit extrema voce in σοφὸς depravata sponte intelligitur.

IV. (616.)

Stob. XCIII, 10.

Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς,
ὅν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον, ἢ γράφει, θεός.

Vs. 2 bene correxit Meinek. (in Bergk. et Cæs. Diar. Antiqu. 1843. p. 290) ἢ γραφὴν, h e. *deus opulentiam facilius quam picturam* (vel *scripturam*) *obliterat.*

V. (617.)

Stob. CXV, 6.

Τὸ γῆρας, ὦ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν
σοφώτερον πέφυκε κἀσφαλέστερον,
ἐμπειρία τε τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

Vs. 3 est etiam in Stob. Gesn. tit. III inter γνώμας μονοστίχους a Gesnero insertas, et inter Menandri sententias singulares vs. 169 (p. 319 ed. Meinek.). In eodem cum Porsono ad Æsch. Sept. 556 legi potest: ἡμπειρία pro ἐμπειρία.

VI. (618.)

Jo. Laur. Lyd. De magistr. III, 26, p. 192.:

—— Τὰ δ' ἔνθεν οὐκέτ' ἂν φράσαι λόγῳ
δακρύων δυναίμην χωρὶς —

κατὰ τὸν Εὐριπίδου Πηλέα. — Vulgo erat φράσας, quod correxit Boisson.

ΠΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

De Plisthenis argumento nihil compertum habemus neque ex fragmentis quicquam colligi potest: non mirum igitur est quod viri docti in varias conjecturas abierunt, alii primarias partes in hac tragœdia tenuisse dicentes Plisthenem, Agamemnonis et Menelai patrem, qui moriens Atreo fratri liberos educandos tradiderit (cf. Apollod. III, 2, 2, Schol. Eurip. Or. 5), alii contra Musgravio auctore pro argumento habentes, quæ Hygin. (fab. LXXXVI) narrat: *Thyestes, Pelopis et Hippodamiæ filius, quod cum Aeropa Atrei uxore concubuit, a fratre Atreo de regno est ejectus. At is Atrei filium Pleisthenem, quem pro suo educaverat, ad Atreum interficiendum misit: quem Atreus credens fratris filium esse, imprudens filium suum occidit.* Huic argumento convenire videtur fgm. I nec refragari ei cum Matthiæo dixerim fgm. II, quippe quo oratio patris filio regnum tradentis contineatur. De verbis enim e sermonis continuitate erutis recte judicare difficile est; quis igitur exploret, utrum illo fgm. oratio patris filio imperium committentis an nescio cujus alius quum multa alia tum suam de republica administranda sententiam exponentis sermo exhibeatur? — De tempore, quo Hartung. (I, p. 542) fabulam actam esse suspicatur, ad Alcmenam verba fecimus.

I. (619.)

Schol. Ven. Hom. Il. δ', 319.

Οὐ τὸν σὸν ἔκταν πατέρα πολέμιόν γε μήν.

Atrei verba esse possunt Plistheni dicta, quum scelerum in Thyesten ab illo commissorum rationem reposceret.

II. (620.)

Stob. XLVIII, 1.

Δήμῳ δὲ μήτε πᾶν ἀναρτήσῃς κρατος,
μήτ' αὖ κακώσῃς, πλοῦτον ἔντιμον τιθεὶς,
μηδ' ἄνδρα δήμῳ πιστὸν ἐκβάλῃς ποτὲ,
μηδ' αὖξε καιροῦ μεῖζον· οὐ γὰρ ἀσφαλὲς,
μή σοι τύραννος λαμπρὸς ἐξ αὐτοῦ φανῇ.
Κώλυε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον·
πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοὶ νόσος.

616.

Opulentiam hominum nihili æstimo,
quippe quam deus facilius, quam picturam, exstinguat.

617.

Senectus, o fili, sapientius aliquid
ac tutius est juniorum consiliis,
et experientia inscitiam vincit.

618.

Reliqua autem vix sine lacrimis
enarrare possim.

619.

Patrem tuum non interfeci licet mihi infestum.

620.

Nec omnem potentiam plebi tradas,
nec eam deprimas divites honorans,
nec virum plebi carum unquam expellas,
nec nimium amplifices; minime enim tutum est:
ne forte tyrannus splendidus tibi ex eo evadat.
Virum præter jus fasque honoratum minue:
improbi enim felices urbi sunt pestis.

Vide ea, quæ de hoc fgm. sub finem argumenti monuimus. — Vs. 5 pro αὐτοῦ Pierson. Verisim. p. 38 conjecit ἀστοῦ haud inepte; item vs. 6 adstipulante Wakefieldo κόλουε pro κώλυε.

III. (621.)

Stob. XCIII, 17.

Ὦ πλοῦθ', ὅσῳ μὲν ῥᾷστον εἶ βάρος φέρειν·
πόνοι δὲ κἀν σοὶ καὶ φθοραὶ πολλαὶ βίου
ἔνεισ'· ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενὴς αἰὼν βροτοῖς.

Vs. 1 a Stob. XCI, 12, ex Euripidis Phœnice citatur.

Huic fragm. in edit. Gesn. versus præcedit (XCIII, 16) c. lem. Εὐρ. Πλεισθένει·

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν,

sed is in Paris. A. B. deest: itaque metuendum ne illud lemma e subsequentibus versibus exortum sit, versus ipse autem ne ab Euripide quidem originem duxerit, sed a librario, quum totus ille Stobæi titulus in hoc argumento tractando versetur, divitias multorum caussam esse malorum.

IV. (622.)

Ammon. v. Βωμός: Παρὰ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει·

Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις.

Eustath. ad Il. ζ', p. 1564, 30: Λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης· μηλοσφαγεῖ τε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις. Utrum rectius se habeat, nunc vix discernas.

V. (623.)

Steph. Byz. v. Ἄργος: Λέγεται δὲ καὶ Ἀργόλας.... Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει·

— Ἐγὼ δὲ Σαρδιανὸς, οὐ γὰρ οὐκέτ' Ἀργόλας.

Barnes. in Add. p. 522 omisit οὐ γὰρ, ut iambicus pro troch. versu evaderet. Valck. pro Σαρδιανὸς vocem disyllabam requiri censuit: itaque Matth. proposuit: ἐγὼ δὲ Λυδὸς, οὐ γὰρ κτλ. Hartung. et Both. ejiciunt οὐκέτ'. At nihil mutandum, sed initio fortasse addendum est: εἴμ'. Welck. recte Plistheni hunc vs. tribuit; is enim educatus a Thyesta haud dubie longum tempus Sardibus commoratus est, quod concludi potest ex Hyg. fab. LXXXVIII med.

VI. (624.)

Athen. XV. p. 668, B: .... τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα· « ξανθὴ δ' Ἀφροδισία λάταξ παισὶν ἐπεισκύπτει δόμοις· » καὶ Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει·

Πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς
Κύπριδος προσῳδὸν
ἀχεῖ μέλος ἐν δόμοισιν.

Hunc locum respexisse videntur Hesych. v. Κότταβος, λάταξ. Εὐριπίδης Πλεισθένει· et Eustath. ad Il. τ', p. 1170, 53, et ad υ', 57.

VII. (625.)

Schol. Tzetz. Hist. XII, 341 a Dübnero in Welck. et Næk. Mus. Rhenan. editus 1835, p. 26, et in Cram. An. Gr. Ox. vol. III, p. 378, 18: ... ληροῦσιν οἷς ἐπείσθην ἐν τούτοις. Εὐριπίδης γὰρ μέμνηται διφθερῶν, λέγων ἐν Πλεισθένει·

Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶ διφθέραι μελαγγραφεῖς
πολλῶν γέμουσαι Λοξίου γηρυμάτων.

Vs. 1 scribendum esse μελαγγραφεῖς pro eo quod vulgo edebatur μελεγγραφεῖς, satis luculenter analogia docet. Ceterum locus est gravissimus, quippe ex quo Euripidis tempore oraculorum Pythiorum collectiones exstitisse appareat.

VIII. (626.)

Lex. Sangerm. in Bekk. An. Gr. 107, 10: Μόμφον· τὴν μέμψιν. Εὐριπίδης Πλεισθένει.

ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ.

In Polyido fabula Glauci historia expressa fuit, quam copiose narrant Apollod. III, 3, 1, Schol. Lycophr. 811, Palæph. 27, Hygin. fab. CXXXVI. Quorum, ut sæpius, ita præcipue hoc loco Hyginus Euripidem ante oculos habuit, id quod ex

---

621.

O copia auri, facile onus gestantibus;
sed cura te comitatur et durus labor
Adeo a dolore nulla pars vitæ vacat. GROT.

622.

Ad deorum focos oves mactatis.

623.

Ego vero Sardianus, non amplius Argivus.

624.

Multus autem cottaborum strepitus
musicam edit Veneri convenientem in ædibus.

625.

Sunt enim, sunt libri literis nigris exarati,
multorum Apollinis edictorum pleni.

626.

Μόμφον, vituperium.

Æliani et Schol. Aristid. locis infra subjectis veri simile fit; quare integra ejus verba attulisse juvabit. Dicit vero : *Glaucus, Minois et Pasiphaes filius, dum ludit pila* (Apollod. μυῖαν διώκων), *cecidit in dolium melle plenum; quem quum parentes quærerent, Apollinem sciscitati sunt de puero. Quibus Apollo respondit : monstrum vobis natum est* (Apollod. τὸν δὲ τὴν ταύτης τῆς βοὸς θέαν ἄριστα εἰκάσαι δυναθέντα καὶ ζῶντα τὸν παῖδα ἀποδώσειν), *quod si quis solverit, puerum vobis restituet. Minos sorte audita cœpit monstrum a suis quærere; cui dixerunt, natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, primum album, secundo rubeum, deinde nigrum. Minos autem ad monstrum explicandum augures convocavit, qui quum non invenirent, Polyidus Cœrani filius Byzanti monstrum demonstravit, eum arbori moro similem esse : nam primum album est, deinde rubrum, quum permaturuerit, nigrum : tunc Minos ait ei, ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas. Quod Polyidus dum auguratur, vidit noctuam super cellam vinariam sedentem atque apes fugantem. Augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit. Cui Minos ait, corpore invento nunc spiritum restitue. Quod Polyidus quum negaret posse fieri, Minos jubet eum cum puero in monumento includi et gladium poni. Qui quum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit, quod Polyidus æstimans eum velle consumere, gladio repente percussit et occidit* (Apollod. τοῦτον λίθῳ βαλὼν ἀπέκτεινε). *Altera serpens parem quærens vidit eam interfectam et progressa herbam attulit, atque ejus tactu serpenti spiritum restituit. Idemque Polyidus fecit. Qui quum intus vociferarentur, quidam præteriens Minoi nunciavit, qui monumentum jussit aperiri, et filium incolumem recuperavit, Polyidum multis muneribus in patriam remisit.* » Quæ Hyginus de strige narrat, ea in Euripidis dramate locum habuisse, luculenter demonstrat Æl. H. An. V, 2 : Ἔοικεν ὁ Εὐριπίδης ἀβασανίστως πεποιηκέναι τὸν Πολύϊδον ὁρῶντα (γλαῦκα) καὶ ἐξ αὐτῆς τεκμηράμενον ὅτι εὑρήσει καὶ τὸν Γλαῦκον τὸν τεθνεῶτα τοῦ Μίνω τὸν υἱόν. Item de bove tricolore testis est Schol. Aristid. tom. II, p. 307 ed. Jebb. : Τραγικῆς βοός· Πολύειδος δρᾶμα πεποίηται Εὐριπίδου, ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον ποιεῖ εὑρῆσθαί τισι κτλ. Quum igitur summa fabulæ in eo versaretur, ut Glaucus reperiretur, repertus in vitam restitueretur, itaque Glaucus dramatis tanquam cardo esset, non mirum poterit videri, quod ejus nomine etiam nonnumquam fabula signata est, quemadmodum Hecubam interdum Polydori, Hippolytum Phædræ, Bacchas Penthei nomine citatas esse constat. Tametsi igitur Glaucus fabula a Polyido non diversa est, tamen Matth. et Dindorf. eam non « *Polyidus seu Glaucus* » inscribere debebant; nam hæc duplex inscriptio apud nullum antiquitatis scriptorem reperitur. Simpliciter vero tragœdia duodecies *Polyidus*, ter tantummodo *Glaucus* appellatur, unde *Polyidi* nomine eam ab Euripide inscriptam fuisse recte conjicies : id quod probabile hinc etiam fit, quod Polyidus vates, Apollinis oraculo ad incitas redactus, sua autem divinandi arte servatus, primas in ea partes egit. Utrum vero poeta nominis forma Πολύειδος an altera Πολύϊδος sit usus, ambigi potest : certe ex eo, quod Sophocles et Aristophanes (cf. Etym. ms. apud Valck. Diatr. p. 200, C, et Cyrill. Lex. in Cram. An. Gr. Paris. vol. IV, p. 188, 29, unde hauserunt Etym. M. p. 681, 24, Etym. Gud. p. 474) Πολύϊδος penultima correpta scripserunt, non liquido concludi potest, Euripidem hujus vocis penultimam longam adhibuisse, quamvis ipse vix credam, grammaticum, si Æschylus quoque (in Cressis) et Euripides Polyidi nomine penultima correpta usi essent, de Sophocle et Aristophane solummodo dicturum fuisse. Si autem Euripides penultimam longam usurpavit, facere id potuit, etiamsi Πολύϊδος scripsit, velut Hom. Il. V, 148; XIII, 663. Verumtamen Atticis forma Πολύειδος usitatior fuisse videtur, quam etiam Paus. I, 43, 5, Schol. Hom. et Erotian. (cf. fgm. XI, XIV), Suid. v. Ἀνάριστος et v. Ἔρημον ἐμβλέπειν, Poll. IX, 31, 130, Mœris. p. 286 ed. Piers. adhibuerunt; cf. Heyn. ad Il. VI, p. 483, ad Apollod. tom. II, p. 545. Quamobrem cum Valck. l. c. tragœdiam hac nominis forma inscripsi, quamquam Th. Bergkio (Aristoph. fgm. p. 244) contrarium probari me non fugit. — Fragmenta paucis exceptis ad compositionem fabulæ cognoscendam atque dijudicandam parum valent. Nec certi quidquam de anno, quo fabula docta sit, innotuit; Hartungi autem (II, p. 209 sq.) sententia Phaethontem, Polyidum et Scyllam simul in scenam prodisse dicentis soli conjecturæ innititur.

I. (627.)

Stob. CXVI, 2, c. lem. Εὐριπίδης Γλαύκῳ.

Φεῦ φεῦ· τὸ γῆρας ὡς ἔχει πολλὰς νόσους·
γέροντι δ' οὐχ οἷόν τε μηκύνειν χρόνον·
μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.

Welck. Minoem his verbis de misera sua condi-

627.

Heu, heu, senectus quam multa secum fert mala;
seni vero vitæ terminum prorogare non licet :
longa enim vita multa habet incommoda.

tione questum esse censet. — Vs. 1 citatur etiam inter gnomas, quas e cod. Monac. Walzius (ad calcem Arsenii. p. 501), e cod. Leid. Voss. R. Beynen (Lugd. Bat. 1837 n. 122) edidit. — Versum 3 Grot. recte a præcedentibus, quibuscum non cohæret, disjunxit; coaluerunt enim, ut sæpius apud Stob. factum est (cf. Belleroph. fgm. XV) duo diversa fragmenta. Ac ne optime quidem vs. 1 cum secundo conspirat, quare videndum ne forte hic tria fragmenta concurrerint. Ceterum vs. 3 fere non diversus est ab Œnom. fgm. V, vs. 3.

II. (628.)

Stob. III, 20.

Ὅστις νέμει κάλλιστα τὴν αὑτοῦ φύσιν,
οὗτος σοφὸς πέφυκεν εἰς τὸ συμφέρον.

Egregie jam Valck. monuit, Minoem hæc Polyido dixisse neganti fieri ea posse, quæ ille postulaverit. — Vs. 1 vulgo legebatur : καλλίστα τοῖς αὐτοῦ φίλοις, sed Paris. A et Gesn. marg. ap. Gaisf. optime τὴν αὐτοῦ φύσιν, in quo αὐτοῦ pro αὑτοῦ jure correxit Matth.—Vs. 2 Par. A πέφυκε πρὸς τὸ συμφέρον, quod prætulit Gaisf. Bothius autem transpositis verbis : σοφὸς πέφυκεν οὗτος κτλ.

III. (629.)

Stob. XCV, 7.

Πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλα μὴ δόκει ξυνιέναι·
ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεστί τις,
πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.

Verba haud dubie Polyidi sunt Minoi dicta, qui maximas opes vati obtulerat, ut filium in vitam sibi revocaret. — Vs. 1 erat δόκεις, pro quo δοκῇς vel δόκει scribendum esse facile intelligitur. In eandem correctionem inciderunt Pflugkius (in Zimmermanni Diar. Schol 1831, p. 27), Meinekius, alii. — Versum 3 in proverbium abiisse testantur Clem. Alex. Strom. IV, 6 § 23 (p. 574 P.), Zenob. V. 72, Greg. Cypr. III, 54, Apost. XVI, 17, Arsen. p. 406 ed. Walz.

IV. (630.)

Stob. LXI, 4.

Οἱ τὰς τέχνας δ' ἔχοντες ἀθλιώτεροι
τῆς φαυλότητος· τό τε γὰρ ἐν κοινῷ ψέγειν
ἅπασι κεῖσθαι δυστυχὲς, οὐκ εὐτυχές.

Polyidi verba esse videntur ex eodem colloquio cum Minoe petita. — Vs. 2 erat : τῆς φαυλότητός τε γὰρ, quod Grot. metri causa in τοιγὰρ mutavit. Bene vero perspexit Musgr. τοιγὰρ propter sententiam ferri non posse, itaque correxit καὶ γὰρ, quod probarunt Matth., Dindorf., Hartung, Bothius. Sed manifesto scribendum est τό τε γὰρ κτλ. Τό ante τε facile excidere potuit.

V. (631.)

Schol. ad Hermog. Περὶ ἰδεῶν in Walz. Rhett. Gr. III, p. 327 (ad verba rhetoris τὸ Εὐριπίδου ἐν Πολυείδῳ adnotat) : οὕτως ἔχουσι τὰ τοῦ Πολυΐδου ῥήματα·

Ἔα ἔα·
Ὁρῶ γ' ἐπ' ἀκταῖς νομάδα κυματοφθόρον
ἁλιαίετον· τὸν παῖδα χερσεύει μόρος.
Εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἔπτατο
ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, ἡρμήνευσεν ἂν
τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασιν τεθνηκέναι·
νῦν δ' ἐκλιπὼν ἤθη τε καὶ νόμον βίου
δεῦρ' ἔπτατ'· οὔκουν ἔσθ' ὁ παῖς ἐν οἴδμασιν.

Polyidi verba esse auguria agentis nemo non videt. —Vs. 2 Ruhnk. apud Valck. κυματότροφον, quod recepit Hartung. Bothius vero scribi maluit κυματόπτερον, sed nulla opus est correctione. — Vs. 4 legebatur ἵπτατο, quod bene correxit Matth.; cf. Pors. ad Eur. Med. 1, Seidl. ad Eur. El. 938, Lobeck. ad Soph. Aj. 280, Herm. ad Soph. OR. 17. — Vss. 4-6 affert Hermog. l. c.

628.

Qui optime naturam suam moderatur,
is ad commoda sua sapiens est.

629.

Dives es; reliqua autem te scire noli putare :
nam inscitiæ quiddam divitiis inesse solet,
paupertas autem propter res angustas sapientiam [sortita est.

630.

Qui artes callent et tractant insciis
infeliciores sunt : etenim omnium reprehensioni obnoxium esse minime optabile est.

631.

Ea!
Video in litore vagantem, fluctibus verberatum
Haliaetum. Puerum in sicco abstulit mors.
Si quidem enim ales undas habitans in mare
e terra volasset, id puerum in undis exstinctum [significaret.
Nunc loca consueta, quibus escam quærit,
relinquens huc advolavit : non est ergo puer in [fluctibus.

VI. (632.)

Stob. XXII, 1, c. lem. Εὐριπίδης Γλαύκῳ.

Βαρὺ τὸ φόρημ᾽ οἴησις ἀνθρώπου κακοῦ·
ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον ἔχειν πέφυκ᾽ ἀνὴρ,
φίλοις τ᾽ ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Welck. probabiliter hoc et sequens fgm. ea ex scena ducta censet, in qua Minos admodum temere atque inconsulto Polyidum munera detrectantem minis gravissimis eo adducere conabatur, ut filium auguriis tandem feliciter inventum in vitam restitueret, ac postremo, quum vates mortuum revocari in vitam posse pertinaciter negaret, simul cum Glauco sepulcro includi jubebat. — Vs. 1 in codd. est φρόνημ᾽, quod Salmasius correxit. Equidem scribi etiam malim : βαρύ τι φόρημ᾽, Bothius βαρύ τοι, et reliquos vss. a primo discerni jubet.

VII. (633.)

Stob. XLV, 3, c. lem. Εὐριπίδης Γλαύκῳ.

Ὅταν κακός τις ἐν πόλει πράσσῃ καλῶς,
νοσεῖν τίθησι τῶν ἀμεινόνων φρένας,
παράδειγμ᾽ ἔχοντας τῶν κακῶν ἐξουσίαν.

Cf. fgm. VI. — Vs. 2 Bothius, ut constructioni succurreret, correxit τοὺς ἀμείνονας φρενῶν, at equidem obscuritatis aliquid in scriptura vulg. detegere non possum.

VIII. (634.)

Sext. Empiric. Pyrrh. Hypotyp. III, 229, p. 185 (p. 175 ed. Bekk.). Diog. Laert. IX, 83. Schol. Plat. p. 119 Ruhnk.

Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται.

Bene Welck. Polyidum his verbis in scenæ fine se ipsum consolatum esse perspexit. — Vs. 2 pro κάτω νομίζεται Diog. Laert. præbet νομίζεται βροτοῖς. Præterea hos vss. afferunt omissis vero extremis verbis (κάτω νομίζεται) Plat. Gorg. p. 492, E, Clem. Alex. Strom. III, 3, § 15 (p. 517 P.), Origen. In Cels. VII, p. 366, Schol. Aristoph. Ran. 1114 et 1526, et Schol. Eur. Hippol. 191. Schol. Aristoph. tamen priori loco hunc locum cum alio hujus simillimo e Phrixo (fgm. XI) fabula ducto confundens ad Phrixum refert, altero autem, ubi eum ἐξ Ἱππολύτου (quod Dindorf. recte e Schol. Eur. Hippol. 191 in Πολυΐδου commutavit) citat, post ζῆν verba ὕπνουν δὲ τὸ κατθανεῖν, quæ ne comici quidem, sed librarii cujusdam verba esse videntur, addit.

Cum hoc fgm. Th. Bergkius aptissime comparavit Aristoph. Polyid. fgm. I :

Τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον λῆρος πολύς·
πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ᾽ ὀφείλεται παθεῖν·

utrumque versum ex Euripidis fabula expressum esse judicans.

IX. (635.)

Eratosth. Epist. de cubi duplicatione in Eutoc. Comment. in Archim. De sphæra et cyl. p. 20 : Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδοποιῶν φασὶν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πυθόμενον δὲ, ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν,

Μικρόν γ᾽ ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
διπλάσιος ἔστω· τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.

Sic hos vss. ed. Valck., quum antea legeretur βασιλεικοῦ — διπλάσιον — τοῦ δὲ τοῦ κύβου. — Verba Minois esse Eratosth. ipse aperuit.

X. (636.)

Plut. Non posse suav. vivi sec. Epic. 26, 3 (p. 1104, D) : Ἐκ δὲ τούτου παρατροπῆς γενομένης, καὶ ὅπλα καὶ σκεύη καὶ ἱμάτια τοῖς τεθνηκόσι, καὶ ὡς Μίνως τῷ Γλαύκῳ

Κρητικοὺς
αὐλοὺς θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ

συνθάπτοντες, ἥδιον ἔχουσι. — Hinc fgm. IX collato Minoem Glauco filio non modo sepulcrum satis amplum atque magnificum exstruxisse, sed id ipsum quovis ornatu regio exornasse intelligitur. Ceterum Minoem, quum filium sepulcro condi juberet, tibiarum cantum interdixisse testantur

632.
Grave onus est viri improbi fastus.
Nam qui natura lucri cupidine imbutus est,
et amicis et universæ patriæ est insociabilis.

633.
Si improbus aliquis prospere in civitate agit,
meliorum animos morbis afficit,
quum malorum licentiam pro exemplo intueantur.

634.
Quis scit, num vivere revera sit mori,
mors autem vita apud inferos habeatur?

635.
Exiguum est, quod dixisti, regii sepulcri fanum.
Duplex esto : a cubo vero ne aberres.

636.
Tibias Creticas, mortui hinnuli maculosi ossa —

Plut. De sanit. præc. 19 (p. 132, F), Suet. Aug. c. 70.

XI. (637.)

Schol. Ven. ad Hom. Il. κ', 56, et Schol. Paris. ad h. l. (in Cram. Anecd. Gr. Paris. vol. III, p. 78, 56, et p. 284, 17): Τὸ τέλος ἐξαχῶς, τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα, τὸ τῶν πραγμάτων πέρας, καὶ τῆς πόλεως τὴν πρόσοδον, καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ δαπάνημα, ὡς Εὐριπίδης ἐν Πολυείδῳ·

Μάτην γὰρ οἴκῳ σὸν τόδ' ἐκβαίη τέλος·

καὶ τὴν τελειοποιὸν ἑορτὴν, ὅθεν καὶ τελοῦμεν. Eundem vs. dramatis nomine omisso citant Eustath. ad Il. κ', p. 789, 14, et Schol. Aristoph. Ran. 371, ubi, sicut apud Schol. Paris. utroque loco citato, apud Schol. cod. Lips. et Philem. Gramm. p. 161 ed. Osann. legitur: μάτην εἰκοστὸν τόδ' ἐκβαίη (Schol. Paris. ἐκβαίνει) τέλος. Locum primus indicaverat Valck. Diatr. p. 202 e cod. Leidens. sic exhibens: μάτην ἄρ' οἴκῳ σῷ τόδ' ἐκβαίη (sic Valck. pro ἐκκαίει in cod.) τέλος, sed genuinam scripturam præbet Schol. Ven. Both. γ' ἂν οἴκων σῶν κτλ. dedit, Hartung. vulgatam retinuit, sed hoc fragm. cum sequente conjunxit. Fortassis recte, nam Matth. egregie de hoc et sequente fgm. monuit, ea prolata videri nescio a quo Minoem dehortante, ne tantum sumtum in sepulcrum illud impendat, quippe cujus mortuo nullus usus sit.

XII. (638.)

Stob. CXXIII, 1.

——— Ἀνθρώπων δὲ μαίνονται φρένες,
δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσιν κενάς.

Cf. fgm. XI fin.

XIII. (639.)

Stob. XCI, 8.

Οὐ γὰρ παρὰ κρατῆρα καὶ θοίνην μόνον
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν ἡδονὰς ἔχει,
ἀλλ' ἐν κακοῖσι δύναμιν οὐ μικρὰν φέρει.

Welckero Minos his verbis ad ea respondisse videtur, quæ ille (cf. fgm. XI — XII) contra sepulcri magnitudinem obloquutus erat.

XIV. (640.)

Cf. Hippol. fgm. XV.

XV. (641.)

Gregor. Cor. p. 17 sq.: Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν Πολυΐδῳ τῷ δράματι,

οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;

ἀντὶ τοῦ δράσεις ἐξήνεγκε. Eundem locum habet in Schol. Aristoph. Thesm. 870. Euripides etiam in Hec. 255 eadem locutione usus est.

ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ.

Argumentum paucis adumbravit Schol. Aristid. II, p. 228 ed. Jebb. (III, p. 671 Dindf.): Ὁ Πρωτεσίλαος δρᾶμα γέγραπται τῷ Εὐριπίδῃ... Λέγεται δὲ ὅτι γαμήσας καὶ μίαν ἡμέραν (consentiunt Tzetz. Chil. II, 52, Lucian. Dial. mort. 23) μόνον συγγενόμενος τῇ γυναικὶ ἠναγκάσθη μετὰ τῶν Ἑλλήνων κατὰ Τροίας ἀπελθεῖν, καὶ πρῶτος ἐπιβὰς τῆς Τροίας ἐτελεύτησε· καὶ φασὶν ὅτι τοὺς κάτω δαίμονας ᾐτήσατο καὶ ἀφείθη μίαν ἡμέραν καὶ συνεγένετο τῇ ἑαυτοῦ γυναικί. Cf. Tzetz. Chil. II, 760 sq. Rem accuratius cognoscimus ex Hygino, quem, ut sæpissime, ita hoc loco ex Euripide hausisse veri eo similius est, quod neque Æschylus neque Sophocles Protesilai fata tractarunt. (Cf. etiam fgm. X.) Dicit vero (fab. CIII sq.): *Achivis fuit responsum, qui primus litora Trojanorum attigisset, periturum. Quum Achivi classes applicuissent, ceteris cunctantibus, Iolaus, Iphicli et Deidamiæ filius, primus e navi prosilivit, qui ab Hectore confestim est interfectus, quem cuncti appellarunt Protesilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. Quod uxor Laodamia, Acasti filia, quum audisset eum perisse, flens petit a diis, ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret: quo impetrato a Mercurio reductus tres horas cum eo colloquuta est. Quod iterum quum obisset Protesilaus, dolorem pati non potuit.* (Fab. CIV.) *Laodamia, Acasti filia, amisso conjuge, quum tres horas consumpsisset, quas a diis petierat, fletum et dolorem pati non potuit. Itaque fecit simulacrum æreum* (corrige *cereum*) *simile Protesilai conjugis, et in thalamis posuit sub simulatione sacrorum, et eum colere cœpit. Quod quum famulus matutino tempore poma ei attulisset ad sacrificium, per rimam adspexit, viditque eam ab amplexu Protesilai simulacrum tenentem atque osculantem: æstimans eam adulterum habere,*

637.
Frustra enim domui hæc impendia tua evadant.

638.
Nihil vero sapiunt homines,
qui in mortuos sumtus inanes faciunt.

639.
Non enim inter pocula tantum et in convivio
divitiæ hominibus voluptates præbent,
sed in malis quoque subsidium haud leve afferunt.

641.
Scis igitur, quid facere te velim.

Acasto patri nuntiavit. Qui quum venisset et in thalamos irrupisset, vidit effigiem Protesilai : quæ ne diutius torqueretur, jussit signum et sacra, pyra facta, comburi : quo se Laodamia, dolorem non sustinens, immisit atque usta est. » Fragmenta pauciora supersunt, quam ut colligi ex iis possit, quo modo tragœdia composita atque conformata fuerit; quo accedit quod fere omnia sententias generales continent; at fortassis Euripideum drama Ovidio (Heroid. XIII) obversatum est, ut eo ad describendum argumentum accuratius uti possis. Itaque hinc rem Phylacæ actam esse Chorumque e mulieribus constitisse Phylaceiis (Ovid. l. c. 35) probabile fit. — Hartungi de tempore, quo drama actum sit, sententiam jam ad Æolum attigimus.

I. (642.)

Diod. Sic. XX, 41 : Ὅτι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην γέγονεν αὕτη (ἡ Λάμια), καὶ τὸν Εὐριπίδην δε ξαι τις ἂν μαρτυροῦντα· λέγει γάρ,

Τίς τοὔνομα τὸ* ἐπονείδιστον βροτοῖς
οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος.

Hunc locum ab omnibus ad Lamiam fabulam relatum cur huc rettulerimus jam initio hujus libri exposuimus; quare conferas velim quæ ibi disputavimus. Versui primo quomodo medendum sit, doctiores videant : nam nec ipse habeo medelam nec ab alio allatam video tolerabilem.

II. (643.)

Stob. LXV, 7.

Ὦ παῖδες, οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φρενός.

Welck. hunc vs. ad eundem prologum refert eoque Laodamiam dolorem, quod liberis careat, patefecisse censet. Similiter queritur Dido apud Virg. Æn. IV, 328.

III. (644.)

Clem. Al. Strom. VI, 2, § 24 (p. 751 P.) : Πλάτωνός τε ἐν Πολιτείᾳ εἰπόντος κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας, Εὐριπίδης ἐν Πρωτεσιλάῳ γράφει·

Κοινὸν γὰρ εἶναι καὶ γυναικεῖον λέχος.

Sic edidit Sylburg. pro vulg. κοινὸν γὰρ εἶν' ἄρα καὶ κτλ. Possis tamen etiam cum Matth. scribere κοινόν γ' ἄρ' εἶναι καὶ κτλ. — Jure Welck. hunc quoque versum Laodamiæ tribuit, utpote timenti ne Protesilaus aliquando e bello redux captivam quandam mulierem secum ducat tori consortem.

IV. (645.)

Phot. (p. 300 ed. Herm., p. 410 Pors.) et Suid. v. Πενθερά : Πενθερὰ τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ, καὶ πενθερὸς ὁ πατήρ. Εὐριπίδης δὲ γαμβρὸν παρὰ τάξιν λέγει· ὁ γοῦν Ἀλκμαίων φησί (cf. Alcmæon. fgm. VI) . . . καὶ ὁ Πρωτεσίλαος τῷ Ἀλκάθῳ φησίν·

—— Ἄξιος δ' ἐμὸς
γαμβρὸς κέκλησαι, παῖδά μοι ξυνοικίσας.

In codd. est ἄξιος, quod quum ferri vix possit servato κέκλησαι, Valck. ad. Phœn. 431 correxit κεκλῆσθαι, sed rectius Musgr. ἀξίως — κέκλησαι. Cf. Herm. ad Soph. Antig. 634. — Protesilaus loqui videtur τῷ Ἀκάστῳ, Laodamiæ patri. Sic enim potius corrigenda scriptura vitiosa ap. Phot. τῷ Ἀλκάστῳ, cum Elmsleio ad Heracl. 279.

V. (646.)

Stob. CXXIV, 8.

Πέπονθεν, οἷα καὶ σὲ καὶ πάντας μένει.

Acasti Laodamiam consolantis verba videntur.

VI. (647.)

Stob. CXI, 4.

Πόλλ' ἐλπίδες ψεύδουσι καὶ λόγοι βροτούς.

Vulgo erat αἱ ἄλογοι, Paris. A καὶ ἄλογοι, unde Musgr. κἄλογοι male. Matth. igitur scribi voluit ἄλογοι i. e. αἱ ἄλογοι crasi inaudita. Quare Dindorfii correctionem καὶ λόγοι ascivimus. — Cujus hæc verba sint vix explores.

VII. (648.

Stob. XCVIII, 47.

Οὐ θαῦμ' ἔλεξας, θνητὸν ὄντα δυστυχεῖν.

Welckero Laodamiæ verba esse videntur, quibus illa animum bene compositum atque validum ostenderit.

642.
Ecquis nomen inter homines odiosum
non audivit Lamiæ genere Libycæ?

643.
O nati, quantum hominibus animo lenimen estis!

644.
Communem igitur esse etiam muliebrem torum.

645.
Merito socer
meus appellaris, quum filiam mihi in matrimonium dederis.

646.
Passus sum talia, quæ et te et omnes manent.

647.
Sæpe spes ac verba decipiunt homines.

648.
Non mira dicebas, homo qui sit, infelicem esse.

VIII. (649.)

Schol. Soph. OC. 10, et hinc Suid. v. Βέβηλος : Βέβηλος τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος, καὶ βατὸς πᾶσι· καὶ βέβηλος ἀνὴρ, ὁ μιαρός. Εὐριπίδης Πρωτεσιλάῳ·

Οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἅπτεσθαι δόμων.

Welck. aptissime hæc verba Mercurio tribuit, qui Protesilao ab inferis reducto in domus aditu excubuerit, ut eum, si tempus a Jove concessum præterlapsum esset, reduceret, et id spectaverit, ne quis profanus ædes intraret.

IX. (650.)

Plut. De educ. puer. 14 (p. 10, A) : Οὐ γὰρ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλὸν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν· ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ νίκη Καδμεία. Ἔγω δὲ μάρτυρα τούτου Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ἐπαγαγέσθαι, λέγοντα,

Δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου,
ὁ μὴ ἀντιτείνων, τοῖς λόγοις σοφώτερος.

Eosdem vss. citat Stob. V, 18, et XIX, 3, unde eos e Protesilao ductos esse cognovimus, quum antea a Barnesio ad Hippolytum priorem referrentur. Sed utrum, ut Welckero visum est, ad disceptationem inter Mercurium et Protesilaum exortam, quum hic redire ad inferos nollet, an ad controversiam inter Protesilaum et Acastum, ut mihi videtur, pertineant, perquam dubium est.

X. (651.)

Dio Chrysost. Or. XXXVII, p. 467, B : Φασὶ Περσῶν τοὺς ὁμοτίμους λαμβάνειν πληγὰς, ἀντὶ τοῦ σώματος τὸν κάνδυν. Πέρσαι μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτο δυσφοροῦσιν, Ἕλλην δ' ἀνὴρ παρεῖχε τύπτειν τὸ σῶμα, ὡς κάνδυν [ὡς ἱμάτιον]· ἡμεῖς δ' οὐ παρέχωμεν τὸν ἀνδριάντα χωνεύειν, κἂν αἰσθάνηται; νῦν δ' ὁ μὲν κρείσσων αἰσθήσεως, ἐγὼ δὲ καὶ (recte Gatak. Advers. posth. p. 518 sq. κατὰ) τὴν Εὐριπίδου Λαοδάμειαν

οὐκ ἂν προδοίην καίπερ ἄψυχον φίλον.

Βούλομαι οὖν αὐτὸν ὡς αἰσθανόμενον παραμυθήσασθαι. ὦ λόγων ἐμῶν σιγηλὸν εἴδωλον, οὐ φαίνῃ*. In extremis manifesto latent Euripidis versus fortasse sic restituendi :

Ὦ τῶν ἐμῶν σιγηλὸν εἴδωλον λόγων,
οὔπω φανεῖ;

Eandem sententiam amplexus est Hartung., nisi quod hosce elicuit versus :

Ὦ λόγων ἐμῶν
σιγηλὸν ὡς εἴδωλον, οὐ φαίνῃ κλύειν.

XI. (652.)

Stob. LXIX, 9.

Ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας ἑξῆς, σκαιός ἐστι κοὐ σοφός·
πολλῶν γὰρ οὐσῶν τὴν μὲν εὑρήσεις κακὴν,
τὴν δ' ὥσπερ αὕτη, λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές.

Chori Laodamiam in fabulæ fine collaudantis verba esse manifestum est.

ΡΑΔΑΜΑΝΘΥΣ.

Rhadamanthi quale fuerit argumentum nemo adhuc exploravit nec quisquam conjectura enucleabit. Omnia enim, quæ veteres de Rhadamantho narrant, quæque diligentissime Prellerus (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1838, p. 1077 sq.) congessit, non ejusmodi sunt, ut toti tragœdiæ argumentum præbere potuerint, licet singula locum in ea habuerint. Dubium igitur est num in hac Rhadamanthus, ut vulgo fertur (cf. Apollod. II, 4, 11; III, 1, 2, Tzetz. ad Lycophr. 50, Schol. Theocr. XIII, 5, Plut. Lys. 25, De dæm. Socr. 5, Pherecyd. ap. Ant. Liberal. 33), Alcmenam matrimonio sibi collocaverit, quod Welck., Alcmenam et Rhadamanthum unam eandemque fabulam effecisse judicans, etiam in Alcmena repræsentatum fuisse dicit. Jam vero ad Alcmenam ipsam monuimus, hanc fabulam a Rhadamantho longe diversam fuisse et prorsus aliud argumentum complexam esse, ut Rhadamanthum in ea partes egisse vix credibile esset; sed quale utriusque fabulæ argumentum re vera fuerit, definire adhuc non licuit. Attamen in hac fabula

649.
Nefas profano limen est attingere. GROT.

650.
Loquentium duorum, si alter iratus est,
sapientior est, qui verbis non reluctatur.

651.
Nunquam deseram amicum licet vitæ expertem.

652.
Quicunque autem omnes deinceps mulieres confundens
oratione sua reprehendit, fatuus est, non sapiens.
Nam multæ quum sint, aliam invenies improbam,
aliam, ut hæcce, nobiles spiritus gerentem.

Rhadamanthum Alcmenam uxorem duxisse Prellerus quoque (l. c. p. 1079) censet, utpote quod ex opere quodam cælato templi Cyziceni concludit, in quo et Hercules conspicitur matrem in Elysium ducens, ubi Rhadamantho connubio conjungatur, et hæc verba subjecta leguntur :

Ἀλκίδας ὁ θρασὺς Ῥαδαμάνθυϊ ματέρα τάνδε,
Ἀλκμήναν, ὅσιον πρὸς λέχος ἐξέδοτο.

Tametsi templi Cyziceni opera cælata ex tragœdiis (maxime Euripidis) scenas sculptoris arte expressas continuerint, tamen admodum dubium atque incertum est, num ea quoque, quæ opere isto repræsentata erant, in tragœdia quapiam ac potissimum in Euripidis Rhadamantho locum habuerint. De qua re videant doctiores. Fabulam vero nostram jam a veteribus inter subditicias relatam esse initio hujus libri monuimus.

I. (653.)

Strab. VIII, p. 546, A : Εὐριπίδης ἐν Ῥαδαμάνθυϊ (καλεῖ πόλιν τὴν χώραν)

Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοῖδα πρόσχωρον πόλιν.

Matth. haud improbabiliter colligi ex hoc fgm. posse dicit, scenam fabulæ in Bœotia fuisse.

II. (654.)

Stob. Ecl. Eth. II, p. 342 ed. Heer., Floril. LXIV, 24.

Ἔρωτες ἡμῖν εἰσὶ παντοῖοι βίου.
Ὁ μὲν γὰρ εὐγένειαν ἱμείρει λαβεῖν·
τῷ δ' οὐχὶ τούτου φροντὶς, ἀλλὰ χρημάτων
πολλῶν κεκλῆσθαι βούλεται πατὴρ δόμοις·
ἄλλῳ δ' ἀρέσκει μηδὲν ὑγιὲς ἐκ φρενῶν
λέγοντι πείθειν τοὺς πέλας τόλμῃ κακῇ·
οἱ δ' αἰσχρὰ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν
ζητοῦσιν· οὕτω βίοτος ἀνθρώπων πλάνη.
Ἐγὼ δὲ τούτων οὐδενὸς χρῄζω τυχεῖν,
δόξαν δὲ βουλοίμην ἂν εὐκλείας ἔχειν.

In Floril. cod. Paris. A lemma est Εὐρ. Ῥαδάμανθυς, in Trinc. simpliciter Ῥαδαμάνθυος, in Ecl. est tantum Εὐριπίδου. — Si Herculis in hac fabula partes fuisse constaret, equidem hæc verba ei assignare non dubitarem.

III. (655.)

Gramm. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 93 sq. Ἐξαίρειν, ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν (ἀφαιρεῖν correxit Piers.). Εὐριπίδης δὲ Ῥαδαμάνθυϊ·

Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς * ἐξαιρήσεται.

Locus manifesto sic corrigendus est : ἐξαιρεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεῖν, nisi coaluisse duas diversas glossas statuere malis, nam ἐξαίρειν re vera nonnunquam pro ἀπαίρειν usurpatur; cf. Monk. ad Eur. Hipp. 322. Scripserat igitur grammaticus :

ἐξαίρειν. ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν.
ἐξαιρεῖν. ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεῖν. Εὐριπίδης κτλ.,

quæ quam facile concrescere potuerint, nemo est quin videat. Ad versum supplendum Piers. post ἡμᾶς inseruit αὐτὸν, constructione satis frequenti apud Euripidem; cf. Alc. 70.

ΣΘΕΝΕΒΟΙΑ.

Argumentum fabulæ in scholio cod. Medic. Greg. Corinth. ad Hermog. Περὶ μεθόδου δεινότητος XXX, 13 (in Walz. Rhett. Gr. t. VII, p. 1321) ex parte a Walzio, plene vero a Welckero (Trag. Græc. p. 777) edito his verbis descriptum est. « Prœtus erat Acamantis filius, Acrisii frater, Tirynthis rex, qui Sthenebœam matrimonio sibi collocavit, ex qua liberos procreavit. Ad eum pervenit Bellerophon Corintho propter cædem relicta, quem Prœtus ipse a scelere expiabat, uxor autem amore prosequebatur : mox tamen, quum id, quod volebat, nancisci non posset, Corinthium calumniabatur, quasi ille sibi insidiatus esset. Prœtus uxori confisus misit eum in Cariam, ubi per literas, quas ei ad Iobaten perferendas tradiderat, interiret. Iobates vero literis obsequens hæc fecit : jussit Bellerophontem certamen cum Chimæra periclitari. Is pugnam pugnavit feramque interfecit; quo facto Tiryn-

653.
Qui Euboicam terram incolunt, finitimam regionem.

654.
Varia nobis in vita cupidinum genera sunt.
Hic enim nobilitatem consequi studet;
alii non hujus cura est, sed magnarum divitiarum
auctor domui suæ nominari mavult;
alii sani nihil ex mente proferenti placet
ceteros improba audacia sibi conciliare;
alii magis lucrum turpe, quam honestatem, sectantur.
Sic error est universa hominum vita.
Ego vero horum nihil consequi cupio,
Sed clarum nomen potius nancisci velim.

655.
Nemo enim (hunc) nobis eripiet.

them rediit et cum Prœto expostulavit, Sthenebœam vero se ad supplicium abducturum esse minitatus est. Quum vero comperisset Prœtum auxilio venisse, Sthenebœam in Pegasum imposuit et cum ea ad mare sursum se extulit; mox autem ad Melum insulam in mare eam præcipitavit. Quam ibi mortuam piscatores sustulerunt et Tirynthem retulerunt. Bellerophon deinde iterum ad Prœtum se contulit, eique se hoc fecisse (h. e. se Sthenebœam in mare dejecisse) aperuit : nam quum uterque bis insidias (δὶς γὰρ ἐπιβουλευθέντα ὑπ' ἀμφοτέρων) ipsi parassent, de utroque se par supplicium sumsisse : de illa, quod vitam ei abstulerit; de hoc, quod ægritudine eum affecerit. » In quibus verba δὶς γὰρ ἐπιβουλευθέντα sic intelligenda esse censeo, ut Prœtus, quum ad eum Bellerophon venisset de Sthenebœa supplicium sumturus, eum primum dolis fallacibusque argumentis, deinde vero insidiis clam paratis de medio tollere conatus sit. — Narrationem istam confirmant Schol. Ven. Aristoph. Pac. 140 et hinc Suid. v. Τραγικώτερος· Ἡ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα μετὰ τὴν τῆς Χιμαίρας ἀναίρεσιν ἐπανελθὼν εἰς Κόρινθον ἀπατῆσαι, ὡς ἕξων γυναῖκα, καὶ ἐπιβιβάσας τοῦ Πηγάσου εἰς μέσην ῥίψαι τὴν θάλασσαν. Hinc simul cognoscimus, Bellerophontem artibus dolisque effecisse ut se Sthenebœa persequeretur, eo nimirum, quod ei persuaserit, se pro uxore eam esse habiturum. Præterea cf. Jo. Malal. Chron. IV, p. 102 sq., Apollod. II, 3, 1 sq., Hygin. fab. LVII. Euripides igitur paullulum deflexit a Homero (Il. ζ', 160 sq., ubi cf. Eustath. et Schol.), ubi Prœti uxor Ἄντεια, non Σθενέβοια, vocatur (cf. Apoll. II, 2. 1). Neque hanc tragœdiam respexisse possunt Hygin. l. c. et Schol. Aristoph. Ran. 1075, Sthenebœam ipsam sibi mortem conscisse tradentes. Fragmenta pauciora supersunt, quam ut certi quidquam de fabulæ dispositione proferri queat. Nec facile tempus, quo acta sit, accurate definias : attamen eam ante Ol. LXXXIX, 2 scenæ commissam esse inde colligi potest, quod in Aristophanis Vespis (111, 1069) irrisa fuit (cf. fgm. IX, X). — Hartung. (I, p. 78) fabulam in eadem cum Peliadibus tetralogia fuisse opinatur.

I. (656.)

Aristoph. Ran. 1250 sq. (1217.)

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ·
ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον,
ἢ δυσγενὴς ὢν πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.

Schol. ἐκ Σθενεβοίας δὲ ἡ ἀρχή. — Walck. probabiliter hos vss. Bellerophonti tribuit, quem modo Tirynthem reversum esse probabile est, ut pœnas a Prœto ac Sthenebœa persequeretur. — Vs. 1. afferunt etiam Fragm. poet. græc. e papyr. Mus. Paris. ed. Letronn. p. 3 (nr. 3), Plut. Consol. ad Apoll. 4 (p. 103, B), et Arsen. Viol. p. 372 ed. Walz, eumque in usum suum converterunt Nicostrat. com. ap. Stob. CV, 48 et Philippides ibid. CVIII, 10.

II. (657.)

Stob. LXVIII, 15.

Πολλοὺς δὲ πλούτῳ καὶ γένει γαυρουμένους
γυνὴ κατήσχυν' ἐν δόμοισι νηπία.

Ejusdem Bellerophontis verba sunt e prologo petita, quibus ad Prœtum respexisse videtur. — Iidem versus apud Stob. LXXII, 6 iterum exstant c. lemm. Εὐριπίδου Βελλεροφόντης, ut dubitari possit, sintne e Bellerophonte an e Sthenebœa ducti. Videntur tamen huc potius pertinere.

III. (658.)

Stob. XXIX, 36. Apostol. III, 42. Arsen. Viol. p. 62 ed. Walz. sine nom. fab.

Ἄνευ τύχης γάρ, ὥσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθεὶς οὐκέτ' ἀλγύνει βροτούς.

Etiam hæc verba e prologo deducta esse et ad pericula spectare videntur, quæ Bellerophon deorum auxilio feliciter superavit. — Vs. 2 Musgr. bene correxit ἀλδαίνει βροτούς, quod sententia requiritur. Both. ἀλδύνει, quod, sitne græcum, dubitari potest.

IV. (659.)

Athen. X, p. 427, E : Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν· διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησίν, ἐπειδὴ νομίζει τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι·

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός·
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

656.

Felix ab omni parte nusquam est homo :
aut gente clarus vivit in re paupere,
aut vilis ortu divites campos arat.

GROT.

657.

Multos autem opibus et origine claros
mulier vecors domi dedecore affecit.

658.

Sine fortunæ ope, ut proverbium fert,
labor solus mortales non auget.

659.

Nihil autem ipsi improviso e manibus excidit,
quin statim dixerit : « advenæ Corinthio ».

Locum ridet Aristoph. Thesm. 410 sq., ubi cf. Schol. Eodem haud dubie respexit Cratin. ap. Athen. XI, p. 782, D (T. II, p. 1038 ed. Dind.)

Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσα * (— ζουσ' ἀεὶ Jacobs.)

ἵηόι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει·

in quibus πέει jocose pro ξένῳ positum esse vix est quod moneam. Num vero Cratinus Euripidis verba hoc loco exhibuerit, in qua sententia Valck. et Welck. sunt, et præter ξένῳ nihil mutarit, ut hic locus cum antecedente conjungendus esset, perquam incertum est. Neque lucis quidquam affert corruptissima Hesychii glossa v. Κορίνθιος ξένος. — Bene vero Welck. hæc verba nutrici vindicavit. Ea enim, ut Bellerophontem iratum atque ardore Sthenebœæ puniendæ flagrantem mulceret, narrabat ei, quanto amore Sthenebœa ipsum, quem defunctum crediderit, amplexa sit: inter signa amoris autem illud quoque commemorabat, quod regina amico frusta de mensa decidentia consecraverit. Ac fortassis ea, quæ narrantem Euripides nutricem introduxerat, ne commentitia quidem erant, sed Sthenebœa ipsa facinoris pœnitentia ac novo amore capta conspiciebatur.

V. (660.)

Schol. Ven. Aristoph. Pac. 124: Ὁ λόγος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου· τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι. Ἔστι δὲ ἐν Σθενεβοίᾳ παρὰ τραγικῷ οὕτως· «πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται κράτος (cod. κρατ) ἔνθηρος ἢ λῃστὴς φρουρεῖται κλύδωνι δεινῷ καὶ βροτοστόνῳ βρέμει πτηνὸς πορεύσει.» Euripidis verba miserandum in modum mutilata ac depravata esse nemo non videt. Attamen bene Matth. perspexit, designari iis locum monstris ac periculis plenum, quibus nescio quis Sthenebœam a consilio Bellerophontem in Lyciam sequendi deterrere conatus fuerit. Sed videntur potius Bellerophontis verba esse ipsius Sthenebœæ Pegasum ascendere nolenti pericula describentis, quibus expositi essent, si aliud itineris genus eligerent; nam amantem amore simulato eo perducere conabatur, ut se sequeretur. — Euripidis versus sic videntur corrigend atque redintegrandi :

Πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται πάτος (vel τόπος),
ἔνθηρος ἢ λῃσταῖσι φρουρεῖται [πόρος],
κλύδωνι δεινῷ [καὶ] βροτοκτόνῳ βρέμων.
Πτηνὸς πορεύσει [πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι.]

Vs. 1 κράτος sententiam non præbet; quare scribendum πάτος vel τόπος vel simile quid videtur. Sed κρότος quod Hartung. exhibuit, non magis probare possum, quam quod Both. servato κράτος dedit δεινὸν — ἔνθηρον κτλ. — Vs. 2 πόρος supplendum esse verisimile fit ex Aristoph. Pac. 124. Both. male : ἔνθηρον, ἢ λῃσταῖσι φρουρεῖται βίᾳ κτλ. — Vs. 3 pro βροτοστόνῳ, quod in βροτοκτόνῳ mutavi, etiam scribere possis βροτοστυγεῖ. Both. καὶ βροτοκτόνον βρέμει πτηνὸν πυραυγές. — Vs. 4 ex Aristophane (Pac. 126) ipso restituimus. — Ex eadem scena petiti fuere, si quidem in hac fabula locum habuernnt, versus quos, ubi de Cretensium argumento egimus, attulimus.

VI. (661.)

Athen. X, p. 421 F. sq.: Ἐν Σθενεβοίᾳ δ' ὁ Εὐριπίδης περὶ εὐτελείας λέγων,

Βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος
οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι·
ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφός,
θάλασσα· τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος
βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἴκαδ' ἔρχεται.

Piscatorum vel nautarum verba sunt, qui (cf. argum.) mortuum Sthenebœæ corpus invenerant et Tirynthem pertulerant. Narraturi enim, quomodo corpus illud repererint, suam vivendi rationem describunt. Iisdem Welck. tribuendum esse censet inc. fab. fgm. CLXIV. — Bothius vs. 1 dedit : ἡμῖν βίος δ' ἐν πορφύραις θαλασσίοις, oratione poetica turbata.

VII. (662.)

Stob. LXXXV, 6.

Κομίζετ' εἴσω τήνδε· πιστεύειν δὲ χρὴ
γυναικὶ μηδέν', ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.

660.
Prope ab illa terribilis est locus
ferarum plenus, ubi via a latronibus custoditur,
gravi ac letifero tumultu resonans.
Alatus vehet me pullus; non navigabo.

661.
Vita autem (nobis est) purpurea marina,
non lautæ epulæ, sed in litoribus præsepia.
Mater autem nobis est humida, non nutrix, quæ pedibus calcatur, sed mare, quam : ex hac nobis victus retibus ac laqueis domum venit.

662.
Intro auferte istam; oportet autem neminem
mortalium, qui quidem sapit, mulieri confidere.

Prœti Sthenebœæ corpus in ædes inferri jubentis verba esse neminem fugit.

VIII. (663.)

Æschin. In Timarch. c. 61, p. 21 (p. 154 Reisk.; p. 355 Bekk.) et Greg. Corinth. in Walz. Rhett. Gr. t. VII, p. 1322 : Ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης, ἕν τι καλλίστων ὑπολαμβάνων εἶναι τὸ σωφρόνως ἐρᾶν ἐν εὐχῆς μέρει τὸν ἔρωτα ποιούμενος λέγει που,

Ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

Ad quem locum Schol. adnotat : ταῦτα λέγει Εὐριπίδης ἐν Σθενεβοίᾳ τῷ δράματι, εἰσάγων τὸν Βελλεροφόντην γνωμολογοῦντα. Quo ex scholiastæ testimonio manifesto consequitur, hos vss., qui vulgo cum duobus aliis ex Œdipode (fgm. VII) ductis conjuncti legebantur, nisi forte in utraque fabula locum habebant, non ad Œdipum, sed huc referendos esse.

IX. (664.)

Plut. Quæst. Sympos. I, 5, 1 (p. 622, C) : Πῶς εἴρηται τὸ

Μουσικὸν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Euripidis versus esse idem docet De Pyth. orac. 23 (p. 405, F), et Amator. XVII, 25 (p. 762, B) collat. Aristid. t. I, p. 30 et 198 (ed. Jebb. p. 55 et 345.), quos e Sthenebœa deductos esse tradit Schol. Aristoph. Vesp. 1069, errans tamen, quod totum Aristophanis versum « ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν » e Sthenebœa petitum et τὸ ᾖ ἀντὶ τοῦ ἦν (Cf. schol. ad 1086) positum esse dicit. Hunc errorem jam notavit Bentl. Epist. ad Mill. p. 469 ed. Lips., simul μουσικὸν pro vulg. μουσικὴν legendum esse docens, quæ correctio duobis illis Plutarchi locis, ubi est ποιητὴν pro μουσικὴν, et Platonis testimonio confirmatur, qui (Conviv. p. 196, E) huc respexit : πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, οὗ ἂν Ἔρως ἅψηται. Hanc ob causam Valck. Diatr. p. 206 ποιητὴν pro μουσικὴν legi mavult. Sed eundem locum sine auctoris et fabulæ nomine et paullulum corrupte citat Arsen. Viol. p. 358 ed. Walz. μουσικῆς δ' ἔρως διδάσκει, κτλ. — Verba ejusdem Bellerophontis γνωμολογοῦντος esse facile intelligitur.

X. (665.)

Aristoph. Vesp. 111 : « Τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἀεὶ Μᾶλλον δικάζει· » ubi Schol., παρὰ τὰ Εὐριπίδου ἐκ Σθενεβοίας,

Τοιαῦτ' ἀλύει νουθετούμενος ἔρως.

Gatak. Advers. posth. p. 524 ad sententiam explendam addit μᾶλλον πιέζει, haud dubie recte; nam sic locum exhibent Plut. De discern. adul. et amic. 32 (p. 71, A) et Galen. De dogm. Hippocr. et Plat. IV, 7, p. 282, 45 (t. V, p. 411 ed. Kühn.). Hinc Bellerophontem dixisse liquet :

Τοιαῦτ' ἀλύει, νουθετούμενος δ' ἔρως
μᾶλλον πιέζει.

Nam hæc verba ad eandem Bellerophontis orationem cum fgm. VIII, IX, pertinuisse nemo opinor negabit. — Ante ἔρως cum Hartungo δ' inseruimus, sed cur ἔρως in ἀεὶ mutaremus, non invenimus causam.

XI. (666.)

Phot. v. Ξεναπάτας· ἰδίως ἐπὶ τῶν (lacunæ signum posuit Bentl. Epist. ad Mill. p. 469 ed. Lips.) ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι ἐν τοῖς πελάγεσιν ὁποῖοι ἐν τοῖς λιμέσιν. Εὐριπίδης Σθενεβοίᾳ·

Τίς ἄνδρα τιμᾷ ξεναπάτην;

Cf. Pollux. III, 58. — Verba Bellerophontis esse mihi videntur in Prœtum invehentis.

Ad Sthenebœam nescio an referendam sit Beleroph. fgm. XXVI, quod conferas velim.

De alio fragmento jam antiquitus, ut videtur, huc relato, vide quæ ad Cretensium argumentum (sub fin.) disputavi.

ΣΙΣΥΦΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Sisyphum, fabulam satyricam, cum Alexandro, Palamede et Troadibus Ol. XCI, 1 ab Euripide scenæ commissam esse testatur Ælian. V. H. II, 8. Sed qui a Pseudo-Plutarcho De placit. phil. I, 6, 7 (p. 879, E, F); I, 7, 2 et 3 (p. 880, E, F) ex Euripidis Sisypho afferuntur versus, a Sexto Empirico quoque (Adv. Mathem. IX, 54, p. 562) simul cum multis aliis exhibiti, minime colorem habent fabularum sat. proprium et apertis verbis

---

663.

Amor autem, qui ad castitatem et virtutem ducit, optabilis est hominibus, quorum ipse semper unus [sim.

664.

Poetam (aliquem) Amor reddit, etiamsi Musarum rudis antea fuerit.

665.

Ita æstuat : amor autem castigatus magis premit.

666.

Quis hominem hospiti insidiatorem honorat?

a Sexto Emp. *Critiæ* tyranno tribuuntur. Quare Valck., Porsonus, Dindorfius, Bachius (Critiæ fragm. p. 65 sq.) eos Critiæ assignare non dubitarunt, et nos quoque iisdem rationibus victi inter Critiæ reliquias exhibemus. Euripideæ autem fabulæ tam exigua hodie notitia est — nam vix duo supersunt fragmina — ut quale ejus argumentum fuerit, prorsus ignoretur. Welckero (Trag. Græc. p 559, Append. p. 865) ab Euripide idem argumentum, quod Æschylus in *Sisypho Fugitivo* expresserit, tractatum fuisse suspicanti oblcquutus est Ad. Schœll. (De tetral. trag. Att. p. 122. adnott.), Sisyphum dicens astutia sua peregrinos in domum pellexisse, pellectos bonis ac libertate defraudasse et fortassis etiam vita privasse. Tandem pervenisse Herculem et interfecisse illum. Ac profecto Herculis in ea, ut in plerisque fabulis satyricis, partes fuisse, e fgm. I elucet. Ita argumentum simile fit Theristarum et Sylei. Utra sententia probabilior sit dignoscant alii.

I. (667.)

Suid. v. Χαιρω : Δοτικῇ τὸ εὐφραίνομαι, καὶ χαίρω σὲ ἐληλυθότα. Ὀρωπικοὶ οὕτω λέγουσιν. Εὐριπίδης Σισύφῳ·

Χαίρω γέ σ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος
— — — τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

Ita Gaisf. e codd. ABCE dedit, reliqui χαίρω τέ γε, omnes autem βέλτιστε præbent, quod primus correxit Valck. ad Phœn. 711. Antea legebatur : χαίρω τέ γέ σ', unde Valck. l. c. primum hos vss. effinxit : χαίρω μὲν, ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος Σ' ἐλθόντα τόν τε κτλ., deinde in Diatr. p. 209 : χαίρω σέ γ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος Ἐλθόντα κτλ. — Chori verba esse videntur e fabulæ fine petita, postquam Hercules Sisyphum interfecerat.

II. (668.)

Hesych. v. Ἑλίσσων· πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐθείας λέγων ἢ κινῶν. Εὐριπίδης Σισύφῳ. Bene conjecit Matth., Euripidem ἑλίσσων non per se solum, sed addito vocabulo λόγους ea, quam Hesychius tradiderit, significatione adhibuisse.

ΣΚΙΡΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Scironis historiam narrant Plut. Vit. Thes. c. 10, Paus. I, 44, 12, p. 108, Ovid. Metam. VII, 443 sq., Schol. Eur. Hipp. 976. Hygin. fab XXXVIII : *Procrustem, Neptuni filium : ad hunc hospes quum venisset, si longior erat, minori lecto proposito, reliquam corporis partem præcidebat; sin autem brevior statura erat, lecto longiori dato incudibus suppositis extendebat eum, usque dum lecti longitudinem æquaret : hunc interfecit* (*Theseus*). *Scironem, qui ad mare loco quodam prærupto sedebat, et qui iter gradiebatur, cogebat eum sibi pedes lavare, et ita in mare præcipitabat : hunc Theseus pari leto in mare dejecit, ex quo Scironis petræ sunt dictæ.* » — Bœttigeri (*Vasengemæld.* II, p. 147) sententia, qui e fragm. I, ubi de aliquo (Theseo) sermo est, qui in scena ipsa in lecto decubuit, Euripidem in hac fabula ea, quæ alii de Procruste tradant, ad Scironem transtulisse concludit, speciosior quam verior est; nam Sciro optime brevem Thesei staturam irridere poterat, quum ad cœnam decubuerant. De tempore, quo fabula acta est, quid sentiat Hartungus, ad Inonem commemoravimus.

I. (669.)

Pollux On. X, 35· Τῶν ἀδοξοτέρων ἡ χαμεύνη καὶ τὸ χαμεύνιον· ἐν γοῦν τῷ Σατυρικῷ Σκίρωνι Εὐριπίδης φησί·

Σχεδὸν χαμεύνη σύμμετρος Κορινθίας
παιδὸς, κναφάλου δ' οὐχ ὑπερτείνεις πόδα.

Scironis haud dubie sunt verba Theseum, qui ad epulas decubuerat, propter figuram irridentis. Lecti enim, quibus ad cœnam utebantur, propter ingentem Scironis staturam longissimi fuisse videntur. — Vs. 1 correxi χαμεύνη pro vulg. χαμευνή.

II. (670.)

Pollux On. IX, 75 : Τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρουσῶν·

Καὶ τὰς μὲν ἄξει, πῶλον ἢν διδῷς ἕνα,
τὰς δὲ ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεσσάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ

667.
Gaudeo quidem, o præstantissime Alcmenæ fili, quod (huc venisti) et nefarium illum exstinxisti.

668.
Ἑλίσσων, plectens, mentiens.

669.
Lectulus propemodum convenit puellæ Corinthiacæ : spondam enim pedibus non superas.

670.
Et has quidem abduces, si unum pullum dederis; illas, si par pullorum : aliæ quattuor equis argenteis copiam sui facient. Amant etiam

τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅταν φέρῃς
πολλὰς — —

Τὰς μὲν οὖν παρθένους λέγοι ἂν τὰς κόρας, αἷς ἐνεκεχάρακτο Ἀθηνᾶς πρόσωπον (§ 74, κόρη νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἦν), ὅθεν τὸ νόμισμα τοῦτ' Εὔβουλος ἐν Ἀγχίσῃ καλεῖ Παλλάδας· πῶλον δὲ τὸ νόμισμα τὸ Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον. — Hæc verba utrum a Scirone an a Theseo inter epulas picta sint hæreo. — Vs. 1 ἦν ex tragicorum more pro vulg. ἂν scripsi. — Vs. 2 correxerim : τὰς δ', ἦν ξυνωρίδ' (sc. διδῷς).

III. (671.)

Athen. IX, p. 368, D : Εὐριπίδης Σκείρωνι (sic)·

Οὐδὲ κωλῆνες νεβρῶν.

Νεβρῶν e conjectura Casauboni scriptum est pro vulg. νεκρῶν.

IV. (672.)

Athen. III, p. 76, C : Τῶν δ' ἐρινῶν συκῶν (μνημονεύει) Εὐριπίδης ἐν Σκίρωνι·

Ἢ προσπηγνύναι
κραδαῖς ἐριναῖς —

Ἐριναῖς bene Schweigh. pro vulg. ἐρίναις. Cf. Arcad. p. 65, 18. — Thesei verba esse videntur secum reputantis, qua ratione Scironem puniat.

V. (673.)

Stob. XLVI, 10.

— — Ἔστι τοι καλὸν
(τοὺς) κακοὺς κολάζειν.

Verba haud dubie Thesei sunt. Similiter de se loquitur Hercules in Syl. fgm. VI. — Τοὺς, quod metro officit, ejecit Grot. Boisson. edidit : ἔστι τοι καλὸν κολάζειν τοὺς κακούς. Sed Theseum versibus troch. usum esse parum probabile est. Bothius dedit : κακοὺς κολάζειν ἐστί τοι καλὸν καλῶν.

VI. (674.)

Cf. Palamed. fgm. XI.

ΣΚΥΡΙΑΙ.

Scyriarum vix aliud argumentum fuisse potest, quam quod Sophocles in ejusdem nominis fabula tractavit, ex parte iis servatum, quæ tradit Hygin. fab. XCVI : *Thetis Nereis, quum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Trojam expugnandam exisset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem. Quem ille inter virgines filias habitu femineo servabat nomine mutato : nam virgines Pyrrham nominarunt, quoniam capillis flavis fuit, et Græce rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem quum rescissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores* (Ulixem, Phœnicem et Nestorem) *miserunt, qui rogarent ut eum adjutorium Danais mitteret. Rex quum negaret apud se esse, potestatem iis fecit, ut in regia quærerent. Qui quum intelligere non possent, quis esset eorum, Ulysses in regio vestibulo munera feminea posuit, in quibus clypeum et hastam, et subito tubicinem canere, armorumque crepitum et clamorem fieri jussit. Achilles hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit, atque clypeum et hastam arripuit. Ex hoc est cognitus, suasque operas Argivis misit et milites Myrmidones.* Cf. Ovid. Met. XIII, 162 sq., Nicephor. Progymn. 2 in Walz. Rhett. Gr. I, p. 428. Apollod. III, 13, 8, ex quo haud dubie huc referenda sunt, quæ Hyginus omisit : — κἀκεῖ τρεφόμενος τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται, καὶ γίγνεται αὐτῷ (h. e. post discessum) ὁ κληθεὶς Νεοπτόλεμος κτλ. Nam Deidamiæ ille morbus, de quo in fgm. I sermo est, nonnisi in ejus graviditate positus fuisse videtur. Reliqua fragmenta ad cognoscendum fabulæ argumentum nihil valent, in qua quin Chorus e virginibus Scyriis constiterit, propter titulum dubium esse nequit. Atque hanc ob caussam, cui facile aliæ adjici possunt, drama satyricum fuisse cum Valck. Diatr. p. 204, 209, Elsml. ad Heracl. 418, Matthiæo, Hartungo I, p. 277 (cujus sententiam jam ad Æolum paucis significavimus), Bothio persuadere mihi non possum, quamvis quartum in tetralogia locum ei fuisse non negaverim.

I. (675.)

Sext. Empir. Adv. Mathem. I, § 308 (p. 671 ed. Bekk.) : Ἢ τὸ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἐπὶ τοῦ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ λεγόμενον·

A. Ἡ παῖς νοσεῖ σου κἀπικινδύνως ἔχει.
B. Πρὸς τοῦ; τίς αὐτὴν πημονὴ δαμάζεται;
μῶν κρυμὸς αὐτῆς πλευρὰ γυμνάζει χολῆς;

---

virgines Athenienses, si multas afferas.

671.

Neque hinnulorum pernæ.

672.

Vel affigere caprifici ramis.

673.

Pulchrum profecto est improbos pœna afficere.

675.

A. Filia tua ægrotat et in vitæ discrimine versatur.
B. Qua de causa? quis dolor eam occupavit?
An frigus e bili excitum ejus latera vexat?

πυνθάνεται γάρ, μήτι πλευριτικὴ γέγονε διὰ τὸ τοὺς πλευριτικοὺς βήσσοντας ὑπόχολον ἀνάγειν. — Perquam probabiliter conjecit Welck., hos vss. e colloquio inter Lycomedem et Deidamiæ nutricem petitos esse, quo nutrix regi morbum (i. e. graviditatem) filiæ patefecerit, ut Achillem retineret; vs. 1 igitur nutricis, reliqui regis sunt. — Huic fragmento subjecerunt Barnesius et alii inc. fab. fgm. LXXXIX, quasi ad hanc fabulam pertineret; sed ea de re valde dubitandum est.

II. (676.)

Stob. CIX, 8. Orion. Anthologn. I, 10, p. 42 ed. Schneidew.

Σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.

Nutrix his verbis regi consuluisse videtur, ut filiæ graviditatem occultaret.

III. (677.)

Stob. CV, 16.

Φεῦ, τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι·
οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσι, τοῖς δὲ συμφοραὶ
σκληραὶ πάρεισιν εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς,
καὶ πάντ' ἀκριβῶς κἀπὶ φροντίδων βίον
οὕτω δικαίως ζῶσιν αἰσχύνης ἄτερ.

Tres priores vss. exhibet etiam Anthol. Palat. t. II, p. 311, et Jo. Laur. Lyd. De mens. p. 60 (IV, 7, p. 55 ed. Bekk.) et p. 108 (IV, 62, p. 94, ed. Bekk.), qui priori loco versum præfigit : θεοῦ γὰρ ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτῶν, quem, quum conjunctus fuisse cum his nullo modo possit, inter inc. fab. fgm. (CLXXX) relegavimus. — Vs. 5 vulgo erat οὐ τῷ δικαίῳ, quod Gesn. correxit in σὺν τῷ δικαίῳ, receptum id a Matth. et aliis; sed Paris. A. B οὕτω δικαίως, quod asciscere non dubitavimus.

IV. (678.)

Hesych. : Ζεύγλας, ζυγοί, ἢ μέρη τοῦ ζυγοῦ. Καὶ ζευκτῆρες ἱμαντόδεσμοι· καὶ τροπωτῆρες μεταφορικῶς. Εὐριπίδης Σκυρίαις.

ΣΥΛΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Sylei historiam paucis attigit Apollod. II, 6, 3 : « Interim Hercules Omphalæ serviens non procul ab Epheso Cercopas captos in vincula conjecit. Syleum vero, qui in Lydia peregrinos iter ibi facientes terram fodere cogebat, vitibus cum radicibus effossis eum una cum Xenodice filia interfecit. » Cf. Diod. Sic, IV, 31, Tzetz. Chil. II, 432. At hæc parum ad cognoscendum fabulæ argumentum valent, quod accuratius descripsit Anon. gramm. De comœd. in Cram. Anecd. Gr. Paris. I, p. 7, 25, ex quo simul fabulam fuisse satyricam, De qua re nonnulli dubitarunt, discimus. Narrat vero : « Hercules (a Mercurio) Syleo pro servo rustico venditus mittebatur in agros, ut vineam coleret. Is autem ligone vites cum radicibus eruit easque in ædes agrorum domini intulit, deinde magnos panes fecit, e bubus majorem quendam immolavit, cellam vinariam effregit optimumque dolium aperuit, postremo januam ut mensam apposuit, comedit ac bibit canens, et agri dominum ægre id ferentem atque iratum fructus et placentas afferre jussit. In fine vero fluvium ad villam direxit omniaque inundavit. » Hanc narrationem confirmant atque ex parte explicant Philonis verba infra subjecta (cf. maxime fgm. V). Attamen quæ singularum partium dispositio fuerit, ex neutrius verbis accurate cognoscitur. — Quod ad tempus attinet, quo drama actum sit, satis erit Hartungi (I, p. 160) conjecturam commemorasse, qui Chrysippum, Meleagrum, Œneum et Syleum conjunctim Ol. LXXXIV, 3 scenæ commissas esse dicit.

I. (679.)

Philo Jud. Quod omn. prob. lib. sit § 15 (p. 461 ed. Mang., p. 880 ed. Pfeiff.) : Πάλιν τὸν αὐτὸν σπουδαῖον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι οὐδὲ πωλούμενος θεράπων εἶναι δοκεῖ (sc. Ἡρακλῆς, cujus verba Philo antea attulit; cf. fgm. IV), καταπλήττων τοὺς δρῶντας, ὡς οὐ μόνον ἐλεύθερος ὤν, ἀλλὰ καὶ δεσπότης ἐσόμενος τοῦ πριαμένου. Ὁ γοῦν Ἑρμῆς πυνθανομένῳ (sc. Συλεῖ), εἰ φαῦλός ἐστιν, ἀποκρίνεται·

Ἥκιστα φαῦλος, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον

676.

Sapientes vero mala domestica tegunt.

677.

Eheu, quam incertæ sunt mortalium fortunæ!
Alii enim prospere rem gerunt, aliis sors
dura adest licet pie deos colentibus,
et totam vitam accurate et anxie
vivunt, sic juste sine ullo dedecore.

678.

Ζεύγλας, juga vel pars jugi.

679.

Minime vilis est, sed omne contrarium,

πρόσχημα σεμνὸς, κοὐ ταπεινὸς, οὐδ' ἄγαν
εὔογκος ὡς ἂν δοῦλος, ἀλλὰ καὶ στολὴν
ἰδόντι λαμπρὸς, καὶ ξύλῳ δραστήριος.

Facile perspicitur, a Mercurio hæc dicta esse, quum Herculem Syleo venditaret.

II. III. (680.)

Pergit Philo l. c. :

Οὐδεὶς δ' ἐς οἴκους δεσπότας ἀμείνονας
αὐτοῦ πρίασθαι βούλεται· σὲ δ' εἰσορῶν
πᾶς τις δέδοικεν. Ὄμμα γὰρ πυρὸς γέμεις,
ταῦρος λέοντος ὡς βλέπων πρὸς ἐμβολήν.

Εἶτ' ἐπιλέγει τὸ ἦθος αὐτοῦ·

Σοῦ κατηγορῶ
σιγῶντος, ὡς ἂν εἴης οὐχ ὑπήκοος,
τάσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτάσσεσθαι θέλοις.

Recte viri docti, qui Euripidis fragmenta ediderunt, hos versus a Philone cum antecedentibus (fgm I.) continuo ordine tanquam unius sermonem citatos, in duo fragmenta disjunxerunt, quorum alterum quattuor priores versus (fgm. I), alterum reliquos quattuor complectitur : nam prioribus laudatur, posterioribus reprehenditur Hercules. Inde a versu οὐδεὶς δ' ἐς κτλ. utrum Syleus an Mercurius loquatur, dubitari potest; si vero Hercules locutus est, verba e scena petita sint oportet, quæ ei, in qua Mercurius Herculem vendidit, præcessit.

IV. (681.)

Philo Jud. Judic. de Joseph. § 14 (p. 53 M., p. 537 P.), Leg. allegor. III, 71 (p. 127 M., p. 98 P.), Quod omn. prob. lib. sit §. 4 (p. 449 M., p. 869 P.) et § 15 (p. 461 M., p. 880 P.). Euseb. Præp. Ev. VI, p. 242. Artemid. Onir. IV, 59.

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανον,
πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε γὰρ κάτω
γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ δ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα,
πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

Versus 1, qui simul est Phœnissarum vs. 531, a Philone tantummodo loco primo citatus est. Euseb. omittit verba πρὸς ταῦτ' posteaque exhibet consentiente Philone φάσγανον, pro quo editores sine ratione φάσγανα. — Vs. 2 πίμπρη scriptum est ex emendatione Piersoni ad Mœr. p. 209 pro vulg. πίμπρα, cujus loco Euseb. τέμνε, Artemid. ὄπτα præbet; cf. Pors. Adv. p. 216 et ad Phœn. 531. — Vs. 4 Euseb. γαίης ἴασιν, Philo loco secundo et tertio γῆ δ' ἄνω εἰς αἰθ. pro γῆ δ' ἄνεισ' εἰς αἰθ. — Verba Herculis esse Philo ipse loco quarto dicit, idque facile quisque conjiciat. Haud dubie enim Syleus Herculem minis eo adducere conatus fuerat, ut ille ferociam atque superbiam, quam servo parum convenienter præ se tulerat, deponeret.

V. (682.)

Philo Jud. l. c. (p. 461 M., p. 880 P.) pergit· Ἐπεὶ δὲ καὶ πριαμένου Συλέως εἰς ἀγρὸν ἐπέμφθη, διέδειξεν ἔργοις τὸ τῆς φύσεως ἀδούλωτον· τὸν μὲν γὰρ ἄριστον τῶν ἐκεῖ ταύρων καταθύσας Διῒ πρόφασιν εὐωχεῖτο· πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας ἀθρόον, εὖ μάλα κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο. Συλεῖ δὲ ἀφικομένῳ καὶ δυσανασχετοῦντι ἐπί τε τῇ βλάβῃ καὶ τῇ τοῦ θεράποντος ῥαθυμίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ περιττῇ καταφρονήσει, μηδὲν μήτε τῆς χρόας, μήτε ὧν ἔπραττε καταβαλὼν εὐτολμότατα φησί·

Κλίθητι καὶ πίωμεν· ἐν τούτῳ δέ μου
τὴν πεῖραν εὐθὺς λάμβαν', εἰ κρείσσων ἔσῃ.

Vs. 2 bene Matth. εὐθὺς pro vulg. εὐθὺ correxit.

VI. (683.)

Stob. XLVI, 1.

Τοῖς μὲν δικαίοις ἔνδικος, τοῖς δ' αὖ κακοῖς

---

specie reverendus neque humilis, nec nimis
demissus, ut servus, sed vel habitum
intuenti splendidus et clava strenuus.

680.

Nemo autem dominos se ipso meliores in
ædibus recipiendos emere vult; te vero aspiciens
quisque timet : oculos enim flammatos geris,
tanquam taurus leonis incursum exspectans.
Te culpo,
qui taces, quasi non esses servus,
et imperare quam imperio parere mavis.

681.

Proinde veniat ignis, veniat ensis,
incende, combure carnes; satia te bibendo
nigrum meum sanguinem. Prius enim sub
terram ibunt astra, terra in cœlum ascendet,
quam ex me sermonem adulatorium erga te percipias.

682.

Accumbe, compotemus, extemplo mei
hinc fac periclum, sisne me præstantior. GROT.

683.

Justis quidem æquus, improbis autem

πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χθόνα.

Matthiæo Hercules de se ipso loqui videtur, quod admodum probabile est.

VII. (684.)

Lex. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 85, 10: Βαυβᾶν ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ·

Βαυβῶμεν εἰσελθόντες· ἀπόμορξαι σέθεν
τὰ δάκρυα.

Recte Matth. conjecit, Herculem hos versiculos Xenodicæ dixisse : mulieri enim maxime conveniebant lacrimæ. Eam vero in matrimonium duxit Hercules, si fides habenda Cononi Narrat. XVII; quam de patris morte flentem his verbis abduxisse videtur.

VIII. (685.)

Eustath. in Iliad. α', p. 107, 45. Etym. M. p. 294, 45. Apollon. Dysc. de pronom. p. 353. C. Joann. Alex. Τονικ. παραγγέλμ. ed. Dindorf. p. 25, 5.

Εἶα δή, φίλον ξύλον,
ἔγειρέ μοι σεαυτὸ, καὶ γίγνου θρασύ.

Eustath., qui e Syleo locum esse docet, φίλον ante ξύλον adjicit a reliquis omissum.—Vs. 2 ἔγειρε recte habet Apollon. pro ἄγειρε, quod Etym. habet, cujus loco Eustath. ἔκτεινε præbet; sed ἔγειρε etiam confirmat Joan. Alex. — De ambiguitate, quæ voci ξύλον inest, vide Valck. Diatr. p. 204. — Verba Herculis esse facile intelligitur.

Ad Syleum præterea referuntur primum a Grot., Barnes., aliis versus quidam a Philone citati, sed sine caussa vel caussæ specie; quos igitur ad inc. fab. fgm. (CXLVI) relegavi.

Deinde a Bachmanno et Fritzschio (ad Aristoph. Thesm. 425) versus, qui sine auctoris nomine afferuntur in Scholiis Lips. ad Il. β', 269 :

Ὡς αἰσχρόν ἐστι καὶ καλῶν ἀπ' ὀμμάτων
κλαῖον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν,

respecto fabulæ fragmento VII.

Equidem denique huc rettulerim inc. fab. fgm. CXXIX.

ΤΕΝΝΗΣ.

Tennen fabulam num Euripides scripserit, plures ob rationes dubitari potest : primum ea semel tantum a Stobæo citatur, ubi præterea in nonnullis codd. ἐν Τημένῳ legitur; deinde Vitæ Eurip. scriptor, quem Elmsl. e cod. Mediol. ad calcem Baccharum edidit (p. 174 ed. Lips.), eam inter subditicias Euripidis tragœdias rettulit. Sed Tennæ historiam aptam præbere tragœdiæ materiam potuisse non negaverim. Vide quæ narrant Diod. Sic. V, 83, Paus. X, 14, 2, Tzetz. ad Lycophr. 234, Strabo VIII, p. 380; XIII, p. 604, Schol. Hom. Il. α', 38, Conon. Narrat. 28, Plut. Quæst. Græc. 28 (p. 297, D sq.), Ovid. Met. XII, 581, Steph. Byz., Phot., Suid., Phavorin. v. Τένεδος, Zenob. VI, 9, Eudoc. p. 392.

I. (686.)

Stob. II, 17.

Φεῦ·
οὐδὲν δίκαιον ἐν τῷ νῦν γένει.

Apud Gesn. legitur : *in Tenne;* ap. Grot. : *in Tenye;* in Paris. A Τενῦ, sed abscissa in fine nominis fabulæ litera; in Schowii codd. B. C. ἐν Τημένῳ.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Telephi historia qua ratione ab Euripide in ejusdem nominis tragœdia expressa fuerit, dictu difficillimum est, quum plures poetæ tragici idem argumentum sibi sumpserint tractandum. Quare mirum non potest videri, quod rem disquisitione sane dignissimam explorare præter *Welckerum* (Trag. Græc. p. 477) conati fuere *Geelius* (in Annall. Instit. Belg. a. 1830), *Ad. Schœllius* (De tetral. trag. Gr. I, p. 134 sq.), O. *Jahnius* (*Telephus und Troilus*. Kiliæ, 1841, p. 16 sq.), *Hartungus* (Eurip. restitut. I. p. 196 sq.) : quorum sententias ob easdem rationes, quas ad Œdipi argumentum attulimus, singillatim percensere noluimus. Attamen eas haudquaquam neglеximus, quamvis potius ex fragmentis ipsis atque ex iis, quæ veteres scriptores de Euripideæ fabulæ compositione memoriæ tradiderunt, co-

---

omnibus, quotquot in terra sunt, hostis infestissimus.

684.

Domum ingressi concubemus; absterge tuas lacrimas —

685.

Age nunc, carum telum,
extende te mihi et audax sis, cura.

686.

Eheu! nil justi hac in ætate est.

gnoscere atque explicare studuerimus, quo modo ea conformata ac disposita fuerit. Primum vero huc facere videtur, quem sæpissime ex Euripide hausisse vidimus, Hyginus (fab. CI) : *Telephus, Herculis et Augæ filius, ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur. Ex quo vulnere, quum in dies tetro cruciatu angeretur, petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. Responsum est, ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam, qua vulneratus erat.* (Rectius Apostol. XIII, 36, consentiente Schol. Aristoph. Nub. 921., Eustathio et Is. Tzetze ad Lycophr., Ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται.) *Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit et monitis Clytæmnestræ Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem, quod responsum erat, sine Telephi ductu Trojam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt, et ab Achille petierunt, ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse. Nunc Ulysses ait : Non te dicit Apollo, sed auctorem vulneris hastam nominat. Quam quum rasissent, remediatus est. A quo quum peterent, ut secum ad Trojam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam uxorem habebat, sed ob beneficium, quod eum sanarunt, eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit; inde in Mysiam est profectus.* Cf. Liban. Ἀχιλλ. ἀντιλ. t. IV, p. 50, Dict. Cret. II, 1, Schol. Aristoph. Nub. 921 sq., qui ad Aristophanis verba : « Καίτοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες, Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων, ἐκ πηριδίου γνώμας τρώγων Πανδελετείους » adnotat : Διαβάλλει Εὐριπίδην, ὡς πτωχὸν εἰσενεγκόντα τὸν Τήλεφον, περὶ οὗ καὶ κωμῳδεῖται. Ἄλλως. Ὁ Τήλεφος βασιλεὺς ἦν Μυσίας, ὃν πλανηθέντων, ὅτε εἰς Τροίαν ἀπήρχοντο, καὶ δῃούντων τὴν αὐτοῦ γῆν ἀντὶ τῆς Τροίας, Ἀχιλλεὺς ἔτρωσεν· καὶ πάλιν ἀποροῦντα τοῦ θεραπεύσοντος, τῆς Πυθίας, ὁ τρώσας ἰάσεται, ἀνελούσης, παραγενόμενον εἰς Θετταλίαν τῷ χρησμῷ πεισθεὶς θεραπείας ἠξίωσε· δυστυχήσαντα δὲ ὕστερον πεποίηκεν Εὐριπίδης ἐν δράματι πήραν ἔχοντα καὶ προσαιτοῦντα. Totum apparatum, quo exstructus Euripideus Telephus, ne cognosceretur, ad Græcorum principes pervenit, Aristophanes in Acharnensibus (vss. 438-75) ante oculos posuit, nisi forte ipse delectationis caussa aliquid adjecit. Gestabat igitur Telephus Mysium pileolum, baculum, sportellam lucerna perustam, caliculum, cui labrum præfractum erat, ollulam spongia obturatam, tenuia olerum folia in sportella (cf. Diog. Laert. VI, 87), præterea propter vulnus claudicabat. Cf. Schol. Ach. 428, Ran. 890. — Dramatis scenam Argis fuisse probabiliter jam Musgr. conjecerat : id enim consequitur ex fgm. I, vs. 1, fgm. VII et Liban. l. c., nec refragatur fgm. IX, quum inde, quod Agamemno se Mycenas sortitum esse dicit, non sequatur rem Mycenis actam esse. Præter Mycenas enim Argos quoque acceperat, quæ urbs fortasse (fgm. IX) vs. 3 commemorata erat, ut exciderint verba Ἄργους τε. Itaque probari nequit Matthiæi sententia, qui miro errore obcæcatus cum Heathio scenam in castris Græcorum ad Trojam ponens, fgm. I e Telepho expulit, quod in nulla Euripidis fabula nisi in Telepho locum habuisse potest. Nam a Telepho illud pronuntiatum esse ne Matth. ipse quidem infitiatus est; at ubi, quæso, Telephus talia dicere potuit, nisi in cognominata fabula? In Auge, ad quam Heath. verba rettulit, vix natus fuit ac profecto loquens non introductus est; in alia autem fabula omnino partes tenere nullas potuit. Quæ quum ita sint, recte nos scenam Argis, ubi Euripides haud dubie Græcorum principes de bello consultaturos convenisse finxerat, ante Agamemnonis ædes fuisse putamus. Non pauca hujus tragœdiæ supersunt fragmenta, tamen ea ad dispositionem fabulæ accurate cognoscendam non sufficiunt, neque multum juvat, quod Aristophanes ejusdem partem in Acharnensibus (vs. 430 sq.) imitatione expressit et permultis aliis locis eam irrisit. Acta est Ol. LXXXV, 2 cum Cressis, Alcmæone in Psophide et Alcestide (cf. argum. Vatic. ad Alcest. ed. Dindorf.). Eam Latine Ennius expressit, cujus imitationis quæ supersunt fragmenta consuluisse non pœnitebit.

I. (687.)

Dion. Hal. De comp. verb. p. 426 ed. Schæf. Ἐκ δὲ τῆς ποιήσεως τῆς ἰαμβικῆς τὰ Εὐριπίδου ταυτί·

Ὦ γαῖα πατρὶς, ἣν Πέλοψ ὁρίζεται,
χαῖρ',

τὸ πρῶτον ἄχρι τούτων κῶλον

ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων
[Πὰν] ἐμβατεύεις,

τὸ δεύτερον μέχρι τοῦδε·

ἔνθεν εὔχομαι γένος,

τοῦτο τρίτον. Τὰ μὲν πρότερα μείζονα στίχου, τοῦτο δὲ ἔλαττον·

Αὔγη μὲν Ἀλέου παῖς με τῷ Τιρυνθίῳ

687.
O terra patria, quam Pelops sibi vindicavit,
salve, tuque, o Pan, qui in hiberno Arcadum
scopulo incedis; unde genus meum ortum esse [dico,
Auge enim, Alei filia clam me peperit

τίκτει λαθραίως Ἡρακλεῖ·

μετὰ τοῦτο,

ξύνοιδ' ὄρος

Παρθένιον,

οὐδετέρων αὐτῶν στίχῳ συμμετρούμενον. εἶτ' αὖθις ἕτερον στίχου τε ἔλαττον καὶ στίχου μεῖζον·

ἔνθα μητέρ' ὠδίνων ἐμὴν
ἔλυσεν Εἰλείθυια.

καὶ τὰ ἑξῆς τούτων παραπλήσια. — Telephum loqui sponte intelligitur. Is enim eo, quem supra jam descripsimus (cf. argum. fab.), apparatu ornatus jam initio fabulæ in scenam prodibat, et προλογίζων fata sua inde ab origine ad hunc diem usque narrabat consiliumque, quo huc venerat, detegebat. Omnia igitur, quæ in Auge fabula in scena fiebant, in hujus tragœdiæ prologo narrabantur. Ad eundem prologum sine dubio pertinent fgm. II, III, IV. — Vs. 3 initio probabiliter Musgr. Πὰν supplevit.

II. (688.)

Locum e Diogen. Epist. 5 in *Notic. et Extr. des Mss.* vol. X, p. 241 probabiliter huc rettulit Boissonadius.

Πτώχ' ἀμφίβλητα σώματος λαβὼν ῥάκη
ἀρκτήρια ψύχους.

Telephi verba esse facile intelligitur; cf. fgm. II. — Vs. 2 e correctione Dobræi scripsimus ψύχους pro τύχης, quod vix tolerabilem sententiam præbet.

III. (689.)

Schol. Plat. p. 50 Ruhnk.: Ψυκτήρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια· ἢ ποτηρίου εἶδος, ὡς Εὐριπίδης Τηλέφῳ. Hoc vocabulo Telephus in prologo usus esse videtur, ubi apparatum suum descripsit et causam, cur eo usus esset, exposuit.

IV. (690.)

Aristoph. Ach. 439 sq.

Δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμερον,
εἶναι μέν, ὅσπερ εἰμί, φαίνεσθαι δὲ μή.

Eundem locum affert Suid. v. Εἶναι et Φαινόμενα, ubi addit: τουτέστι μὴ ἀλλάξαι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν μορφήν. Versu Meinek. (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiq. 1843, n. 4) ut metro consuleret, proposuit: εἰς τὸ pro εἶναι, Both. ἕνα τὸ, quod multo minus placet. Omnino vero correctione non opus est, quum Porso ipse canonis sui læsi exempla haud pauca exstare concesserit. — Telephum loqui primo aspectu apparet; cf. fgm. I, III.

Prologum haud dubie Telephi cum regina colloquium excipiebat, quo advena Clytæmnestræ verum suum nomen itinerisque finem detegebat, et ejus tutelam atque auxilium implorabat, Clytæmnestra autem Telepho non modo opem promittebat, sed etiam viam et rationem patefaciebat, qua ad finem suum pervenire posset. Ex hac scena superest, nisi forte ad fabulæ finem pertinet, fgm. V.

V. (691.)

Stob. XXIX. 9.

Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Cf. fgm. IV fin. Eundem vs. Stob. XXIX, 25 subjecit alii e Sophoclis Polyido petito, Hesiodo tribuit anon. Gramm. in Boiss. An. Gr. I, p. 115. Idem exstat sine fabulæ et auctoris nomine inter gnomas quas e cod. Monac. ad calcem Arsenii (p. 501) Walzius, e cod. Voss. (Lugd. Bat. 1837, n. 120.) R. Beynen edidit.

Hoc colloquium Chori πάροδος sequebatur, quam, ni fallor, scena excipiebat, in qua duces Agamemno, Menelaus, Achilles, Ulixes et fortassis alii primum tesseris ludentes (fgm. VI), deinde inter se rixantes (fgm. VII sq.) conspiciebantur.

VI. (692.)

Eustath. ad Il. π', p. 1084, 2.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα·

ἤγουν δύο μονάδας καὶ τέτταρα· ὃν στίχον Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ θεὶς, ὅπου κυβεύοντας ἥρωας εἰσήγαγε, καὶ μαθὼν ἐπ' αὐτῷ χλευασθῆναι ὡς εὐτελεῖ, καθὰ σκώπτει καὶ ὁ κωμικὸς, αἰδεσθεὶς περιεῖλεν ὅλον τὸ ἐπεισόδιον. Eadem fere habet ad Od. α', p. 1397,

---

5 Herculi Tirynthio. Hæc scit mons Parthenius, ubi Ilithyia matrem meam a partus doloribus liberavit.

688.

Pannis sumptis et corpori circumdatis frigoris præsidiis (huc veni).

689.

Ψυκτήρ, vas, in quo pocula eluunt, vel poculi species.

690.

Hodie necesse est quippe mendicus puter,
et sim quidem, qui sum ipse, non credar tamen.

691. GROT.

Laborent necesse est, qui felices esse cupiunt

692.

Jecit Achilles duas monadas et quaternionem.

20. Eodem versu usus est Aristoph. Ran. 1447 (1400), quem ad locum schol. : Ἀρίσταρχός φησιν ἀδεσπότως τοῦτο προφέρεσθαι, ὡς Εὐριπίδου πεποιηκότος κυβεύοντας ἐν τῷ Τηλέφῳ, οὓς καὶ περιεῖλε· μήποτ' οὖν ἐκεῖθεν ἦν· μᾶλλον δὲ ἐσχεδιακῶς ἂν εἴη Ἀριστοφάνης· οὐδὲ γὰρ τὸν Εὐριπίδην τοῦτο προφερόμενον, ἀλλὰ τὸν Διόνυσον χλευάζοντα. Τινὲς δὲ ὅτι ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἦν ὁ τόπος· οἱ δὲ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. Similiter Zenob. II, 85, et Append. Vatic. I, 29, Suid. et Phot. (p. 602, 8) v. Τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι. — Versiculum non ab Aristophane ipso fictum esse, ut quibusdam visum est, inde etiam probabile fit, quod eodem parum mutato etiam Eupolis (ap. schol. Aristoph. Ran. l. c.) usus est. Neque est cur negemus, duces ab Euripide tesseris ludentes introductos esse, quum etiam in Iphig. Aul. 195 sq. otio dato principes hoc ludo delectati sint : quo cum Iphigeniæ loco nonnullos hunc Telephi locum confudisse Schol. l. c. testis est. Accedit quod in pictura vasis cujusdam (cf. Jahn. Teleph. etc. p. 26 sq.) Achilles et Ajax tesseris ludentes conspiciuntur eorumque jactibus numeri τρία et τέτταρα ascripti sunt, qui mirum in modum cum nostro loco consentiunt, ut Jahnius hanc picturam ad Telephum referre non dubitaverit. Per machinam igitur, quæ ἐκκύκλημα appellabatur, interior Agamemnonis ædium pars spectanda proponebatur, in qua principes Græcorum tesseris ludentes conspiciebantur. Mox autem Agamemno et Menelaus ludo dimisso in scenam processisse videntur inter se litigantes, ut apertis verbis testatur Dictys II, 7. Menelaus enim bellum primo quoque die continuari volebat, ac non modo Agamemnonis ignaviam reprehendebat, sed immolatam Iphigeniam quoque ei exprobrabat. Quamobrem Agamemno vehementer in fratrem invehebatur (fgm. VII, VIII, IX). Chori verba ex hac scena petita contineri videntur inc. fab. fgmto LXXXII.

VII. (693.)

Aristoph. Eq. 806.

Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει.

ubi Schol. ὦ πόλις Ἄργους· ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου· τὸ δὲ κλύεθ' οἷα λέγει ἀπὸ Μηδείας (vs. 170). Hoc non recte dictum videbatur Elmsleio ad Med. 165, qui totum illum vs. e Telepho ductum esse affirmabat. Cujus sententiam Schol. ipse confirmat ad Plut. 601, ubi Aristophanes eundem vs. adhibuit, adnotans : ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου τραγικεύεται. Quare totum versum Euripidi tribuere non dubitavi astipulante Fritzschio (ad Arist. Thesm. p. 380.), qui præterea e verbis in Aristophanis Pluto locum istum subsequentibus alium expiscatus est versum,

Τί πάθω τλήμων; εἶμι δὲ ποῖ γῆς;

quem ex Telepho ductum et cum illo conjunctum fuisse opinatur. Quod si verum est, versus Choro assignandi erunt; sin autem ille solus huc pertinet, etiam ab Agamemnone proferri potuit. Cf. fgm. VI fin.

VIII. (694.)

Schol. Aristoph. Nub. 888 : « Ἴθ' ὅποι χρῄζεις· » πάντα δὲ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·

Ἴθ' ὅποι χρῄζεις· οὐκ ἀπολοῦμαι
τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκα.

Cf. fgm. VI fin. — Vs. 2 Both. in fine supplet πάντως.

IX. (695.)

Stob. XXXIX, 10.

Σπάρτην ἔλαχες· κείνην κόσμει,
τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.

Agamemnonem loqui liquet; cf. fgm. VI. — Primum vs., qui in proverbium abiit, præbent etiam Plut. De tranqu. an. 13, (p. 472, D, E), De exsil. 8 (p. 602, B), Cic. Ad Att. IV, 6, 1 sq. et Diogenian. VIII, 18, sed præter Diogenianum ταύταν pro κείνην habent.

Discordia fratrum sive eo finita est, ut Menelaus iratus abiret, sive potius famuli introitu interpellata, qui regem de peregrini cujusdam (Telephi) adventu ejusque conditione certiorem faciebat (fgm. X).

X. (696.)

Aristot. Rhet. III, 2, 10 : Τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησί, κώπας ἀνάσσειν καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν. Reliqua supplet Schol. :

Κώπης ἀνάσσει κἀποβὰς εἰς Μυσίαν
ἐτραυματίσθη πολεμίῳ βραχίονι.

693.
O cives Argivi, audite, qualia dicat.

694.
Quo libet ito : Helenæ tuæ causa
non peribo.

695.
Spartam sortitus es; hanc regas;
Mycenæ autem nobis ipsis curæ sunt.

696.
Remis moderatur, et in Mysiam descendens
vulneratus est hostili brachio.

Optime hunc locum primus Welck. explicuit, a famulo eum de Telepho pronuntiatum esse monens. Haud dubie enim Telephus in Agamemnonis domo a Clytæmnestra receptus, ejus monitu se mercatorem esse simulaverat, qui in Mysiam profecturus (cf. fgm. XII) vulneratus esset. Itaque non opus est correctione Bothii ἀνάσσων et vs. 2 ἐτραυματίσθην. —

Paullo post Telephus ipse in medium processit, ducibus fictam quandam historiam a famulo jam significatam enarravit ac præcipue, ne, quis esset, conjicerent, in Telephum ipsum tanquam sibi infestum acerbe invectus est (fgm. XII). Huc pertinent fgm. XI-XIII, et Welckero auctore inc. fab. fgm. XIV.

XI. (697.)

Schol. Aristoph. Ach. 496.

Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

Cf. fgm. X fin.

XII. (698.)

Aristoph. Ach. 445: « Εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἀγὼ φρονῶ· » ubi Schol. παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·

Καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἀγὼ φρονῶ.

Cf. fgm. X fin. — Paullo aliter hunc vs. affert Athen. V, p. 186, C, siquidem Euripidem, neque potius Comici versum, quo Euripideus locus irridebatur, ante oculos habuit, scribens : « εὖ σοι γένοιτο· Τηλέφῳ δ' ἀγὼ νοῶ. »

XIII. (699.)

Sext. Empir. Adv. Eth. p. 702 (p. 557 ed. Bekk). Stob. XCIII, 19; XCVII, 11.

Τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;
σμίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

Cf. fgm. X fin. — Apud Stob. utroque loco vs. 1 deest. — Vs. 2 Stob. priori loco habet : σμικρὰν θέλοιμ' ἂν καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων Τροφὴν ἐνοικεῖν μᾶλλον, altero : μίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν Ἄλυπος οἰκεῖν μᾶλλον ἢ κτλ.

In fine hujus scenæ Telephus id consecutus esse videtur, ut Agamemno se cum Achille de sanatione acturum esse promitteret. Post Telephi abitum vero haud dubie Ulixes, sive nunc demum in scenam processit sive Telephi orationi interfuit, nescio quo casu in suspicionem incidit, in peregrino illo Telephum ipsum latere (fgm. XIV), cui suspicioni tantam probabilitatem apud regem conciliare conatus est, ut Agamemno dolo quodam Telepho potiri decerneret. Quo consilio capto duces in domum abeunt, Chorus autem stasimum canit.

XIV. (700.)

Plat. Gorg. p. 521, B: Εἴσοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν κτλ., ad quem locum Olymp. in cod. Cizensi ap. Stallb.: Ἡ παροιμία αὕτη ἐκ τοῦ Τηλέφου ἐστὶν Εὐριπίδου· ἐκεῖ γὰρ ἐρωτᾷ τις περὶ τοῦ Τηλέφου, καί φησι τὸ Μυσὸν Τήλεφον. εἴτε δὲ Μυσὸς ἦν, εἴτε ἄλλοθέν ποθεν, πῶς ὅτι ὁ Τήλεφος γνωρίζεται. Hinc bene Euripideos versus refinxit vir doctus in Diar. Lit. Halens. 1843, p. 57 :

Ὁ δ' εἴτε Μυσὸς εἴτε κἄλλοθέν ποθεν,
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Τήλεφος γνωρίζεται·

in quibus facile Ulixem loquentem cognoscas; cf. fgm. XIII fin.

Post Chori canticum Clytæmnestra simulque aut certo paullo post Telephus in scenam prodeunt, illa quidem terrorem metumque vultu prodens, quum Telephum a ducibus cognitum esse comperisset.

XV. (701.)

Aristoph. Lys. 707.

Ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος,
τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;

ubi Schol. ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου. — Telephum his verbis e Clytæmnestra de tristitiæ causa quæsivisse manifestum est. Nec tacuit Clytæmnestra causam, sed summum ei periculum imminere aperuit, simulque consuluit ut, si forte in vitæ

697.
Ne mihi indignemini, o Græcorum principes,
quod, quum mendicus sim, inter nobiles loqui [suscipio.

698.
Bene mihi eveniant, quæ equidem Telepho cogito.

699.
Quid autem divitiæ me juvant ægrotantem?
Parva sane et in diem tantum sufficientia habens
doloris expers vivere, quam dives ægrotare ma- [lim.

700.
Is sive Mysus sive aliunde sit,
fieri non potest quin Telephus agnoscatur.

701.
Dux hujus facinoris atque consilii,
cur mihi tristis ex ædibus venisti?

discrimen adduceretur, parvulum Orestem arriperet, ad aram confugeret et arrepto se mortem paraturum esse declararet, nisi fidem publicam accepisset. In hunc usum Orestem secum in scenam afferri jussit. Ex eadem scena Matth. haud improbabiliter duos alios Lysistratæ versus ductos opinatur utpote tragicum colorem prodentes : vs. 714 (cf. inc. fab. fgm. CXCIX) et vs. 717 : « Ἰὼ Ζεῦ. — Τί Ζῆν' ἀϋτεῖς; »

XVI. (702.)

Stob. LI, 8.

Τόλμα ἀεί, κἄν τι τρηχὺ νέμωσι θεοί.

Chori verba esse videntur Clytæmnestræ consilium confirmantis, si quidem versus huc pertinet, de qua re dubitari potest, ac vehementer a viris doctis dubitatum est. Nam primum scrupulum injicit pentametri in tragœdia usus, deinde offensioni est Ionica forma τρηχύ. Quare videndum, an versus potius poetæ cuidam elegiaco tribuendus sit. Attamen etiam in Andromache (vs. 103 sq.) versus elegiacus adhibitus est, quare rem in medio relinquo. Bothius correxit : τολμᾶν ἀεί, κἂν τραχὺ νείμωσιν θεοί.

Mox Agamemno, Ulixes ac reliqui duces eo consilio in scenam redeunt, ut Telephum interficiant. Telephus igitur cum parvulo Oreste ad aram confugit et puerulo mortem minitatur : duces constrictis gladiis eum persequuntur interveniente Clytæmnestra, quæ marito propter immolatam Iphigeniam irascens Telephum defendit atque illud saltem consequitur, ut principes Telephum se defendere patiantur. Hæc scena, in qua totius tragœdiæ tanquam cardo positus est, egregie expressa est opere quodam cælato cistæ Etruricæ, quod accuratissime nuper descripsit atque explicuit O. Jahn. l. c.

XVII. (703.)

Aristoph. Eq. 1237.

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε, τί ποτέ μ' ἐργάσει;

ubi Schol. ὁ στίχος ἐκ τοῦ Τηλέφου Εὐριπίδου. Aut Telephi ipsius ad aram confugientis verba sunt, aut Orestis, ut bene conjecit Jahn., siquidem ille non infans, sed jam puer erat.

XVIII. (704.)

Schol. Venet. ad Aristoph. Pac. 527 : Ἐσχημάτισται ὡς ἀπὸ τοῦ βλέπω βλεπτός καὶ Ἀττικῶς βλέπος, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ῥέω ῥέος· ἔστι δὲ Εὐριπίδου ἐκ Τηλέφου ἢ Τληπολέμου τὸ

Ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον τέκος.

Versus, si huc neque ad Licymnium pertinet, a Clytæmnestra pronuntiatus est, quæ totius consilii se auctorem esse declarans, odium suum Agamemnonis ingenue oratione patefecit.

XIX. (705.)

Ammon. De diff. voc. v. Πρόξενος : Πρόξενος πόλεως καὶ ἔθνους, ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ, ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνός· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἰδιόξενος. Οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ πρόξενον εἴρηκε τὸν ἰδιόξενον·

Κακός τίς ἐστι προξένῳ σοι χρώμενος.

Ulixis haud dubie sunt verba Clytæmnestræ dicta.

XX. (706.)

Stob. XIII, 10.

Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων
μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμόν,
σιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.

Ab his verbis Telephi defensio incipiebat, qua se hostem quidem Græcis visum, neque tamen re vera fuisse ostendit : nam necessitate quadam coactum hostiliter se egisse, quum Græci tanquam hostes in fines suos impetum fecissent. Huc pertinent fgmm. XXI-XXV.—Vs. 1 Both. mavult ἑλών, ne ἔχων in tribus versibus bis legatur.

XXI. (707.

Aristoph. Ach. 470.

— —Καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν
ὄχληρος οὐν δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν.

Ubi Schol. : Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως

702.

Aude semper, etiamsi asperum quid dii immittant.

703.

O Phœbe Apollo Lycie, quid tandem mihi facies?

704.

Abominata sum odiosissimum odiosissimi viri filium.

705.

Malus est qui hospitio tuo utitur.

706.

Agamemno, vel si quis securim manu tenens
in cervicem meam immittere minitetur, ne sic quidem
tacebo, quum justa contra dicenda habeam.

707.

Molestus sum,
quum principes viros odio habere videor.

Εὐριπίδου· ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό. Satis probabilis hæc est Symmachi opinio : nam tota fere Acharnensium scena, in qua hi vss. leguntur, ludicra imitatione e Telepho Euripidis expressa est. Cf. Script. argum. Acharn. : Δικαιόπολις ... ἐλθὼν ὡς Εὐριπίδην πτωχικὴν στολὴν αἰτεῖ, καὶ στολισθεὶς τοῖς Τηλέφου ῥακώμασιν παρῳδεῖ τὸν ἐκείνου λόγον. Hinc probabiliter Ed. Müllerus (Theor. art. vett. I, p. 259.) multo plura e Telephi oratione in Aristophaneis latere suspicatur, velut vss. 593, 578, 1078. — Telephum loqui perspicuum est; cf. fgm. XX.

XXII. (708.)

Aristoph. Ach. 539.

Ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν· ἀλλά, τί χρῆν, εἴπατε.

Schol. καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου. — Cf. fgm. XX. Telephus quærit, quid aliud agendum sibi fuerit, quam Græcos, quum agros suos vastarent, propulsare.

XXIII. (709.)

Aristoph. Ach. 542.

Καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἦ πολλοῦ γε δεῖ.

Schol. ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου. Cf. fgm. XX.

XXIV. (710.)

Aristoph. Ach. 554.

Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἐδρᾶτε· τὸν δὲ Τήλεφον
οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι.

Schol. ad verba « τὸν δὲ Τήλεφον » : καὶ ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου. — Priora non esse Euripidis monstrat hiatus ὅτι ἄν, quem tolli Heath. et Boisson. voluerunt scripto ὅτι γ' ἄν. Commode ad hunc locum contulit Valck. (Diatr. p. 211) Aristid. t. II. p. 16 ed. Jebb. et Schol. ad h. l. : Τὶς τῶν ποιητῶν εἰσάγει τὸν Τήλεφον ἐλέγχοντα τὸν Ὀδυσσέα ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων, οὓς πρὸς τὸν Τήλεφον εἶπε. Cf. fgm. XX.

XXV. (711.)

Schol. Rav. Aristoph. Ach. 576 : Κακορροθεῖ· κακῶς ἀγορεύει· καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου. — Cf. fgm. XX.

XXVI. (712.)

Aristoph. Thesm. 517 : « Ταῦτ' οὐ ποιοῦμεν τὰ κακά; νὴ τὴν Ἄρτεμιν Ἡμεῖς γε· κᾆτ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα Οὐδὲν παθοῦσαι μᾶλλον ἢ δεδράκαμεν; » quos ad vss. Schol. Rav. adnotat : παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου

Εἶτα δὴ θυμούμεθα
παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες.

Vs. 1 εἶτα δὴ Matth. correxit pro vulg. εἰ δή. Nec minus commendabilis est vs. 2 Fritzschii (ad Thesm. l. c.) verborum transpositio : οὐδὲν παθόντες μᾶλλον κτλ., quippe et ab Aristophane servata et per se multum gravior. At haud scio an non rectius judicaverint Jahn., Fritzsch., Welck. hæc verba Telepho vindicantes, quam Matth., qui unum e Græcorum ducibus (Agamemnonem equidem opinor) iis Telepho patrocinatum esse censet.

XXVII. (713.)

Stob. XXIX, 55.

Οὐκ ἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνος.
Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.

Chorum post auditam Telephi orationem hæc verba pronuntiasse jam Matth. perspexit. — Vs. 1 vulgo erat : οὐ γάρ τ' Ὀδ. sed τ' omittunt Paris. A, Voss. Trinc. Hinc correxit Valck. Diatr. p. 206, οὐκ ἄρ' Ὀδ., quam correctionem Plut. Vit. Lys. c. 20 confirmat. — Vs. 2 Both. κἄν τις ᾖ βραδύς. Telephi defensione Græcorum duces præter unum Achillem placantur, qui Telephum interfici vult (fgm. XXVIII), et regem inconstantiæ arguit (fgm. XXIX sq.).

XXVIII. (714.)

Schol. Aristoph. Ach. 8 : « Ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι· » τοῦτο παρῳδία καλεῖται, ὅταν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ· ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, ἔχον οὕτως·

Κακῶς ὄλοιτ' ἄν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Cf. fgm. XXVII fin. — Jahn. l. c. scribi maluit ὄλοιτ' οὖν, probabiliter.

708.
Dicet aliquis, Non oportuit; verum, quid oportuerit, dicite.

709.
Sedissetisne domi? multum profecto abest.

710.
(Scio vos hæc facturos fuisse :) de Telepho vero non putemus? mens igitur nobis non inest.

711.
Κακορροθεῖ, maledicit.

712.
Quid amplius irascimur,
quum non pejus passi simus quam fecimus?

713.
Non igitur Ulixes solus facundus est.
Necessitas, etiam si qui hebes est, disertum reddit.

714.
Male pereat : Græciæ enim interest.

XXIX. (715.)

Aristoph. Ach. 453 : « Τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρέος; » ubi Schol. καὶ τοῦτο δὲ παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·

Τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις;

Cf. fgm. XXVII fin. — Valck. Diatr. p. 210 correxit θέλεις pro vulg. μέλλεις. Bothius : ὦ τάλας, μέλλεις σὺ πείθεσθαι τόδε;

XXX. (716.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 16 (p. 746 P.) : Καὶ μὴν ἐν Τηλέφῳ εἰπόντος Εὐριπίδου,

Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

Etiam in his Achillis indignantis verba cognoveris; cf. fgm. XXVII fin.

XXXI. (717.)

Stob. XX, 37. Arsen. Viol. p. 489 ed. Walz. sine nom. auct. et fab.

Ὥρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν.

Agamemno hoc versu Achillem cohortatus esse videtur, ut tandem aliquando ab ira discederet.

XXXII. (718.)

Stob. XXII, 32.

Σὺ δ' εἶκ' ἀνάγκῃ, καὶ θεοῖσι μὴ μάχου·
τόλμα δὲ προσβλέπειν με, καὶ φρονήματος
χάλα. Τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς
ταπείν' ἔθηκε καὶ συνέστειλεν πάλιν.

Hæc quoque ad Achillem mitigandum sive ab Agamemnone sive a Telepho ipso pronuntiata esse videntur.

Postea Telephus Achillem rogavit, ut sibi ex Apollinis oraculo mederetur. Quod quum recusasset Achilles, quippe medendi artis non peritus, Ulixes oraculum interpretatus est, eoque vulneris auctorem non Achillem, sed hastam dici ostendit. Huc spectat fgm. sq.

XXXIII. (719.)

Plut. de aud. 16 (p. 46, E fin.) : Οὐ γὰρ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα

πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν.

Cf. fgm. XXXII fin.

In fine denique fabulæ Telephus sanatus est Græcisque ex oraculi decreto itineris dux exstitit. Ad hanc fabulam præterea, ut ex Attii loco apparet, inc. fab. fgm. LVII. pertinet, et haud improbabiliter a Th. Bergk. inc. fab. fgm. CXLV refertur.

ΤΗΜΕΝΙΔΑΙ.

Triplice nomine hæc tragœdia citatur, Τημεμενιδῶν, Τημενίδων et Τημένου, verus autem titulus fuisse videtur Τημενίδαι, ut bene Musgr. e Dioscoridis epigrammate (in Anthol. Pal. t. II, p. 377, n. 193) collegit. Attamen is ter tantum affertur, ab Æliano (fgm. XVIII), Polluce (fgm. XII) et Schol. Aristoph. (fgm. XIX), si ibi vera est Dobræi correctio; apud Stobæum contra quinque locis exceptis constanter invenitur Τημενίδες. Nec mirum potest esse, quod inter se commutatæ sint formæ Τημενίδαι et Τημενίδες, dubitationem vero movet forma Τήμενος, quæ quinque illis locis (fgm. IV. V. VII. X. XIII), apud Hesych. (fgm. XX-XXIII) et Clem. Alex. (fgm. XI) exstat, præsertim quum apud Stob. LI, 3 sq. post duos locos ἐκ Τημενίδων citatos reperiatur. Atqui hanc quoque errori originem debere existimo, fortasse compendio vocis Τημενιδῶν male intellecto : itaque amplecti non possum Matthiæi sententiam, qui duas Euripidis fabulas inter se diversas fuisse conjecit, alteram Τήμενον, alteram Τημενίδας inscriptam. Nam quod ad opinionem suam firmandam adjecit, fragmentorum, quæ e Temeno citentur, pleraque admonitiones ad fortitudinem et belli gerendi scientiam spectantes continere, quæ vix dicas, quomodo in Temenidis locum habere potuerint, vereor ut multum valeat. Primum enim omnino temerarium est dicere, fragmenta quædam in tragœdia legi non potuisse, cujus argumentum non prorsus cognitum habemus — novimus autem Temenidarum vix argumenti summam —; deinde etiam ex *Temenidis* afferuntur fragmenta ad bellum gerendum pertinentia; denique difficile est ad intelligendum, quale Temeni tragœdiæ, quam Matth. finxit, argumentum esse potuerit. Nihil enim ejusmodi Temenus perpessus esse videtur, quod tragœdiæ aptam materiam præbuisset : certe omnes de eo

715

Cur vero tu, o miser, huic auscultare vis?

716.

An barbaris nos Græci serviemus?

717.

Tempus est te mentem habere ira potiorem.

718.

Tu vero necessitati cede, neque contra deos pugna.
Ad me respicere suscipe, et de fastu aliquid
remitte. Maxima profecto deus sæpe
humilia reddidit iterumque contraxit.

719.

Cuspidis scobe delimata lenitur.

mythographi tacent. Temenidarum vero argumenti summam iis contineri, quæ Pausan. (II, 19, 1) memoriæ tradidit, epigramma supra allatum luculenter docet. Narrat autem consentiente Apollodoro (II, 8, 5) Pausanias : « Temenus Argivorum regno potitus Deiphonta, Antimachi filio, Thrasyanoris nepote, pronepote Ctesippi, abnepote Herculis, suis ipsius filiis præteritis, quum ad bella omnia tum ad res ceteras gerendas socio et consiliario utebatur. Quem quum sibi etiam generum ante ascivisset, atque Hyrnethoni filiæ plus multo quam ceteris liberis studeret, in suspicionem venit, ne remotum a filiis regnum in ipsam et Deiphonten transferret... » Deinde (II, 28, 3) : « Cisus et reliqui Temeni filii intelligebant, non mediocri dolore Deiphonten affectum iri, si quo modo ab eo possent Hyrnethonem abducere. Venerunt igitur Epidaurum Cerynes et Phalces; nam minimo eorum natu Agræo fratrum consilium minime probatum est. Constiterunt illi cum curru ante muros, evocata per caduceatorem ad colloquium sorore : quæ quum venisset, primum omnium adolescentes Deiphonten criminari, deinde illam obnixe orare, ut Argos reverti vellet, pollicentes quum alia multa, tum viro se eam nuptum daturos, et rebus omnibus multo, quam Deiphontes esset, meliori et quum hominum numero, tum agri felicitate longe superiori. Quæ audiens Hyrnetho indignissime tulit, ac, ut par pari referret, Deiphonten respondit sibi merito placere plurimum, fuisseque eum Temeno generum minime pœnitendum : at illos Temeni percussores potius quam filios appellari posse. Ad hæc illi nihil respondentes feminam comprehensam atque in currum impositam abduxere. Quum vero Epidauriorum quidam ad Deiphonten detulisset, a Ceryne et Phalce invitam abduci Hyrnethonem, et ille quam potuit celerrime fugientes est insecutus, et Epidaurii, re audita, præsto fuere. Deiphontes illos assecutus Cerynen jaculo transfixit : at Phalcen, quum Hyrnethonem arcte complexam teneret, jaculari veritus, ne illam, si forte aberrasset, interimeret, cominus cum eo congressus, abstrahere a muliere conabatur. At Phalces pertinacius ac vehementius retinens ac trahens facile mulierem, quum gravida esset, exanimavit. Atque ille quidem, quum se in sororem tam impium facinus commisisse animadvertisset, incitato vehementius curru sese in fugam dedit, priusquam Epidauriorum concursu opprimeretur. Deiphontes cum liberis (ex illa enim mares susceperat Antimenem, Xanthippum, et Argeum, filiam vero Orsobiam, quam postea Pamphylus Ægimii filius uxorem duxisse fertur) sublatum Hyrnethonis cadaver in eum locum deportarunt, qui ab ea Hyrnethium vocatur. » Fragmenta fere nullam ad cognoscendum fabulæ argumentum vim habent, ac præcipue difficile est explicatu, quomodo ea, quæ ad bellum gerendum imperatorisque scientiam spectant, locum hic habere potuerint. Conjicio autem Euripidem Hyrnethonis fratres introduxisse cum Deiphonte belligerantes et Epidaurum oppugnantes, quia ab eo regno privati erant. (Cf. Apollod. II, 8, 5 : Γενομένου δὲ τοῦ φόνου [sc. Τημένου] τὴν βασιλείαν ὁ στρατὸς ἔχειν ἐδικαίωσεν Ὑρνηθοῖ καὶ Δηϊφόντῃ.) Quod si verum est, facile inseri poterant de bello ipso deque imperatoris prudentia sermones. Quum nihil autem bello atque oppugnatione se proficere intelligerent fratres Cerynes et Phalces, ad dolum istum confugerunt, quo Deiphontæ Hyrnethonem eriperent (fgm. IV), repugnante tertio fratre Agræo (fgm. V). Ad colloquium inter fratres sororemque habitum rettulerim fgm. VI–IX. Hartungus vero (II, p. 22 sq.), qui fabulam secundo loco cum Hercule furente, Cresphonte et Cercyone Ol. LXXXIX, 2 scenæ commissam esse dicit, divisionem Peloponnesi et cædem Cresphontis ea expressam fuisse suspicatur, quum fragmenta cum argumento supra exposito ei conciliari non posse videantur. Divisionem illam narrant Paus. IV, 3, 3, p. 285, Apollodor. II, 8, 4, Cresphontis mortem Apollod. II, 8, 5, Hygin. fab. 137 (cf. Cresphont. fgm. II—VIII, et Cresphont. argum. init.). At quis est, quæso, qui persuaderi sibi patiatur, fabulam, in qua nec Temenus nec Temenidæ partes egerint, *Temenidarum* nomine inscribi potuisse? Introduxit quidem Hartungus Temenum, sed non nisi in divisione ista Peloponnesi agentem ; atque etiam divisionem ipsam tantummodo machinatione ac fraude quadam in hanc tragœdiam transtulit, quum Cresphontis fgm. II—VIII et Ennii versus ad Cresphont. fgm. XVII a nobis allatos illinc eriperet et huic dramati inferciret. Quæ ratio quam audax atque arbitraria sit, vix est quod exponamus. Itaque in argumento supra a nobis adumbrato acquiescemus, donec probabiliora ab aliis prolata erunt.

I. (720.)

Stob. LI, 2, c. lemm. Εὐρ. Τημενίδων.

Οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο πλὴν κρατεῖν δορί.

720.

Nihil præstantius est quam armis vincere.

II. (721.)

Stob. L, 1, c. lemm. Εὐρ. Τημενίδων.

— — Φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν,
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν,
κακοὺς δὲ μισεῖ. Τῇ πόλει μὲν οὖν νόσος
τόδ' ἐστὶ, τοῖς δὲ κατθανοῦσιν εὐκλεές.

Barnes. ad vs. 1 explendum scripsit φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ τὰ πάντα γ' εὐτυχεῖν, Valck. initio καὶ γὰρ adjecit. — Vs. 3 Both. κακούς τε.

III. (722.)

Stob. I, 4, c. lemm. Εὐρ. Τημενίδων.

Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται,
ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

Vs. 1 exstat etiam apud Sext. Empir. Adv. gramm. p. 271 (p. 660 ed. Bekk.).

IV. (723.)

Stob. LIV, 15, c. lemm. Εὐρ. Τημένῳ.

Τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κρίνω, καλῶς
γνῶναι τὸν ἐχθρὸν, ᾗ μάλισθ' ἁλώσιμος.

Phalcis vel Cerynis verba esse videntur ad sororis raptum respicientis.

V. (724.)

Stob. LIV, 16, c. lemm. ἐν τῷ αὐτῷ.

Ἄρξεις ἄρ' οὕτω· χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην
ὁμῶς δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν.

Vs. 1 Paris. A. B γὰρ pro ἄρ'. — Vs. 2 Valck. conjecit νόμῳ pro ὁμῶς, probante Matth.

VI. (725.)

Stob. XIII, 8, c. lemm. Εὐρ. Τημενίσιν.

Καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παρρησία.

Non dubito quin hic vs. initio colloquii inter Hyrnethonem fratresque habiti locum tenuerit.

VII. (726.)

Stob. XXXI, 1, c. lemm. *Euripidis in Timæo* (sic) ap. Gesn., *Euripidis* ap. Grot., qui in adnot. ms. *Temenisin* scribendum dicit.

Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτούς.

Alteruter fratrum Hyrnethoni hæc dixisse videtur.

VIII. (727.)

Stob. XXXIX, 1 c. lemm. Εὐρ. Τημενίσι.

Εἰκὸς δὲ παντὶ καὶ λόγῳ καὶ μηχανῇ
πατρίδος ἐρῶντας ἐκπονεῖν σωτηρίαν.

Welck. his verbis Deiphonten ut patriæ perniciosum ab alterutro fratre incusatum esse censet.

IX. (728.)

Stob. CVI, 7, c. lemm. Εὐρ. Τημενίσι.

Πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες οὐκ ἔχουσ' ὅπως
δείξωσιν αὑτοὺς, τῶν κακῶν ἐξουσίᾳ.

Vs. 2, Matth. scribi maluit δείξουσιν, recte opinor; cf. Ellendt. Lex. Soph. II, p. 335 sq. Etiam αὑτοὺς pro αὐτοὺς bene correxisse videtur Musgr.

X. (729.)

Stob. LI, 3, c. lemm. Εὐρ. Τημένῳ

Τολμᾶν δὲ χρεών· ὁ γὰρ ἐν καιρῷ
μόχθος πολλὴν εὐδαιμονίαν
τίκτει θνητοῖσι τελευτῶν.

Hæc verba mihi a fratre altero alterum cohortante, ne sororem vi arreptam secum abducere dubitet, non a Choro, ut Welck. opinatur, pronuntiata vi-

---

721.
Solet bellum non in omnibus prosperum esse,
sed gaudet juvenum fortium cæde,
ignavos vero odit. Civitati quidem hoc
detrimento est, mortuis autem gloriosum.

722.
Virtus, etiamsi quis moriatur, non interit,
sed vivit corpore exstincto; malis autem
omnia simul morientia sub terram eunt.

723.
Ars imperantis prima nosse hostem suum,
et scire, qua sit parte concessus capi. GROT.

724.
Sic imperabis ergo. Dux autem bonus
æquo necesse est jure reget exercitum. GROT.

725.
Pulchrum est vera libere et constanter loqui.

726.
Pudor enim plus hominibus, quam ira, prodest.

727.
Omnes amantes patriæ pro publica
salute verbis reque conniti decet.
GROT.

728.
Multi, qui virili ingenio sunt, nullam rationem
sui ostendendi inveniunt propter malorum domi-
[natum.

729.
Audere autem oportet. Labor enim tempestivus
magnam in fine felicitatem hominibus creat.

dentur. Nemini autem offensioni erit, quod ille anapæstis usus est: nam oratione sororis, quæ utrique patris necem crimini dederat, iratus animo concitato loquitur.

XI. (730.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 10 (p. 741 P.): Πάλιν Εὐριπίδης μὲν ἐν Κτιμένῳ (leg. Τημένῳ)·

Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς ξυλλαμβάνει.

Eundem vs. cum alio conjunctum affert Schol. Ven. ad. Il. δ', 249:

Αὐτός τι νῦν δρᾶ, χοὔτω δαίμονας κάλει·
τῷ γὰρ πονοῦντι χὼ θεὸς συλλαμβάνει.

Priorem vs. præbet etiam Suid. v. Αὐτός τι et Σὺν Ἀθήνῃ sic scriptum: αὐτός τι νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει, quam scripturam Pors. Suppl. præf. ad Hec. p. XXXVIII probare non debebat. Alter versus citatur etiam sine auctoris et fabulæ nomine a Gramm. in Cram. Anecd. Gr. Ox. vol. IV, p. 255, 11, ubi δ' αὖ pro γὰρ et καὶ pro χὼ legitur, Apostol. XIX, 75, et Arsen. Viol. p. 453. ed. Walz., ubi pariter καὶ pro χὼ est, idemque in Hippolyto (fgm. VI) exstitit. — Chori verba in his versibus agnoscere mihi videor Deiphonten ad agendum incitantis, quum is per nuntium de uxoris raptu certior factus lamentaretur et deos invocaret.

XII. (731.)

Pollux IX, 27: Τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις οὐ προσεκτέον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ... ἐν Τημενίδαις·

Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.

XIII. (732.)

Stob. LVI, 14, c. lemm. Εὐρ. Βουτημένῳ (sic),

Ἄλλη πρὸς ἄλλο γαῖα χρησιμώτερα.

XIV. (733).

Stob. IV, 10, c. lemm. Εὐρ. Τημενίσιν.

Ἀσύνετος, ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενής,
λαβὼν δὲ μικρὸν τῆς τύχης φρονεῖ μέγα.

XV. (734.)

Stob. LXXXVIII, 2, c. lemm. Εὐρ. Τημενίσι.

Φεῦ φεῦ· τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε.
κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγὼς
τιμήν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δέ πως
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Idem fgm. præbet auctor libelli Περὶ εὐγενείας, qui inter Plutarcheos circumfertur ed. Wyttenb. vol. V, p. 965.

XVI. (735.)

Stob. LIV, 17, c. lemm. Εὐρ. Τημενίσι.

Ῥώμη δέ γ' ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην.

Bene correxit Matth. δέ γ' pro vulg. δέ τ'. — Hic versiculus sub fabulæ finem a Choro pronuntiatus esse videtur, quum Phalces sororem nimis violento amplexu occidisset.

XVII. (736.)

Stob. CXXIV, 29, c. lemm. Εὐρ. Τημενίσι.

Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει·
κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν
πάντες· τὸ γὰρ χρεὼν μεῖζον ἢ τὸ μὴ χρεών.

Chori Deiphonten consolantis verba esse videntur.

XVIII. (737.)

Ælian. N. A. VII, 39: Ἐν δὲ τοῖς Τημενίδαις τὸν Ἡράκλειον ἆθλον ἔλαφον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησὶ τὸν τρόπον τόνδε ᾄδων· Ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσοκέρων ἔλαφον μεγάλων ἄθλων ἕνα δεινὸν ὑποστὰς κατ' ἐναύ-

---

730.
Ipse nunc aliquid fac ac sic deos invoca:
laborantem enim deus adjuvat.

731.
Omnis terra Peloponnesiaca prospere agit.

732.
Alios ad usus alia tellus aptior. GROT.

733.
Qui consilio caret, in metu imbecillus est,
sed secunda fortuna vel minima usus superbit.

734.
Eheu, quantum animum quantamque dignitatem
præbet patre nobili natum esse!
Nam etsi egenus sit qui honesto patre ortus est,
tamen honorem aliquem habet, et animo versans
genitoris laudes in majus promovet moribus.

735
Robur autem inconsultum sæpe noxam parit.

736.
Omnibus hominibus mors constituta est:
hoc commune habentes communia patimur
omnes; nam plus valet, quod fatale est, quam [quod non fatale.

λων ὀρέων ἀβάτους ἐπί τε λειμῶνας ποίμνιά τ' ἄλση. Sic Jacobs. e codd. edidit pro vulg. ἵνα et ἐναύλους. Inde vir eximius hos versus elicuit :

Ἦλθεν δ' ἐπὶ χρυσοκέρων ἔλαφον
μεγάλων ἄθλων ἕνα δεινὸν ὑποστὰς
(τὰς) κατ' ἐναύλων (κορυφὰς) ὀρέων ἀβάτους
ἐπί τ' αὖ λειμῶνας ποίμνιά τ' ἄλση.

Ad vs. 3, in quo κορυφὰς excidisse putat, conferri jubet Ion. 89 : Παρνησσιάδες δ' ἄβατοι κορυφαί. — Chori verba esse manifestum est.

XIX. (738.)

Aristoph. Ran. 1376 (1338).

Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε κτλ.

Ubi Schol. ἀλλά μοι ἀμφίπολοι· Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Τημενιδῶν (sic Dobr. pro vulg. Εὐμενίδων). Sed vereor ne hic vs. ex *Cratini Eunidis* ductus sit, quæ comœdia frequenti errore *Eumenidum* nomine citatur; cf. Meinck. Poet. com. II, p. 57, 60.

XX. (739.)

Hesych. : Αἰσίως, καλῶς, δεξιῶς. Εὐρ. Τημένῳ.

XXI. (740.)

Hesych. Ἀνανομήν, ἀναδασμόν· ἀνανέμειν γὰρ τὸ μερίζειν. Εὐρ. Τημένῳ.

XXII. (741.)

Hesych. Ἄπυργος, ἀτείχιστος. Εὐρ. Τημένῳ.

XXIII. (742.)

Cf. Peliad. fgm. XV.

Huc fortassis etiam pertinet Hypsip. fgm. XVI.

ΥΨΙΠΥΛΗ.

Hypsipyles historiam tradunt Apollod. III, 6, 4, coll. I, 9, 17. Hygin. fab. LXXIV : *Septem ductores qui Thebas oppugnatum ibant, devenerunt in Nemeam, ubi Hypsipyle, Thoantis filia, in servitute puerum Archemorum sive Opheltem, Lyci regis filium, nutriebat. Cui responsum erat, ne in terra puerum deponeret, antequam posset ambulare. Ergo ductores septem, qui Thebas ibant, aquam quærentes, devenerunt ad Hypsipylen : eamque rogaverunt, ut eis aquam demonstraret. Illa timens puerum in terram deponere, apium altissimum erat ad fontem, in quo puerum deposuit: quæ dum aquam eis tradit, draco fontis custos puerum exedit. At draconem Adrastus et ceteri occiderunt, et Lycum* (corrige *Lycurgum*) *pro Hypsipyle deprecati sunt, ludosque puero funebres instituerunt, qui quinto quoque anno fiunt, in quibus victores apiaciam coronam accipiunt.* Cf. Hygin. fab. XV, CCLIV, Stat. Theb. IV, V. Sed qua ratione fabula conformata ac disposita fuerit, nec inde neque ex fragmentis cognosci potest, nisi forte ex fgm. XII colligendum est, Hypsipylen, quam propter Archemori mortem Lycurgus supplicio (mortis) affecturus erat, a filiis Euneo ac Thoante servatam esse. In hac autem tragœdia Euripides frigida et contorta Chori carmina exhibuisse videtur, si quidem fides habenda est scholiastæ Aristoph., qui ad Comici (Ran. 1340) verba : « Καίτοι τί δεῖ λύρας ἐπὶ τοῦτον; ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο Μοῦσ' Εὐριπίδου » κτλ. adnotat : ὅτι φαίνονταί τινες ἀγοραῖοι κρούοντες τοῖς ὀστράκοις καὶ προσᾴδοντες τῷ κρούματι τῷ διὰ τούτων· λέγεται δὲ εἰς Ὑψιπύλην ταῦτα, ἢ καθόλου τὴν Μοῦσαν αὐτοῦ· ἐπιλέγει γάρ, δεῦρο Μοῦσ' Εὐριπίδου. Aristophanem re vera hoc loco Hypsipyles Euripideæ respectum habuisse docent ejus verba ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα, collata cum Photii loco (fgm. XVIII), unde probabile fit, Hypsipylen crotalorum sonos cum cantu conjungentem fuisse introductam. — Acta est fabula simul cum Phœnissis et Antiopa Ol. XCII, 2.

I. (743.)

Aristoph. Ran. 1242 (1213). Macrob. Sat. I, 18. Schol. Aristoph. Nub. 604.

Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

Schol. ad Ran. 1242 : Ὑψιπύλης ἡ ἀρχή· et ad vs. 1244 : τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἰάμβου « παρθένοις σὺν Δελφ. » nam et Aristoph. et Macrob. hæc verba omittunt.

737.

Venabatur autem aureis cornibus cervam,
magnorum certaminum unum grave subiens,
per juga montium inaccessa, et
in pratis pastorumque lucis.

738.

Sed mihi, o famuli, lucernam accendite.

739.

Αἰσίως, pulchre, scite.

740.

Ἀνανομήν, partitionem

741.

Ἄπυργος mœnibus carens.

743.

Dionysus, qui thyrsis et hinnulorum pellibus
instructus inter tædas ad Parnassum
saltat, choreas agens cum puellis Delphicis.

— Vs. 2 verba καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασοῦ ex Euripide citant Etym. M. p. 1, 38, Phavorin. Ecl. p. 74, 5 ed. Dindf., et Hesych. v. Καθαπτός. — Dionysum loqui bene monuit Welck. initium Baccharum comparans. Is enim, Thoantis pater, Hypsipylen adjuverat, quum in eo esset, ut patrem servaret (cf. Stat. Theb. V, 265), itaque initio fabulæ in scenam prodiens ejus fata enarrabat, et se calamitatis, in quam Hypsipyle inciderat, quodammodo auctorem esse significabat. Welck. ad prologum etiam refert fgm. XVII. — Bothius non improbabiliter primum prologi versum in hunc modum supplet : Ἥκω, Διὸς παῖς, Ἄργος, ἀρχαίαν χθόνα —

II. (744.)

Macrob. Sat. V, 18 : *Licet abunde ista sufficiant ad probationem moris antiqui, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquæ nomen haberetur, tamen his quoque Euripidis nobilissimi tragœdiarum scriptoris additur auctoritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris, quos* τραγῳδουμένης λέξεως *scripsit, posuit his verbis :* Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ· λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόρρω τῆς Ἀκαρνανίας (ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῷος) φησί·

Δείξω μὲν Ἀργείοισιν Ἀχελῴου ῥόον.

Legebatur ἀργεννοῖσιν, quod correxit Barnes. — Hypsipylen loqui perspicuum est.

III. (745.)

Aristoph. Ran. 1375 (1322).

Περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.

Ubi Schol. καὶ τὸ περίβαλλ' ὦ τέκνον ἐξ Ὑψιπύλης. Recte Matth. hæc verba Hypsipylæ tribuisse videtur, quæ Ophelten ulnis fovens inducebatur. Eodem spectat seq. fgm.

IV. (746.)

Plut. De amic. mult. 2 (p. 93, D) : . . . ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος,

εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ αἱρόμενος
ἄγρευμ' ἀνθέων ἡδομένᾳ ψυχᾷ,
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Sic versus disposuit Seidl. De vers. dochm. p. 69. Eundem locum ante oculos habuit Plut. Quæst. conviv. IV, 1, c. 2, 10 (p. 661, F). — Verba Hypsipyles esse videntur (cf. fgm. III), attamen non negaverim, ea posse etiam ex Chori carmine ducta esse.

V. (747.)

Orion. Anthologn. VII, 5, p. 51 ed. Schneidew.

Πρὸς τὰς δὲ χρήσεις καὶ τὰ πράγματα σκοπεῖν,
καὶ τὰς δίαιτας τῶν κακῶν τε κἀγαθῶν,
πειθὼ δὲ τοῖς μὲν σώφροσιν πολλὴν ἔχειν,
τοῖς μὴ δικαίοις δ' οὐδὲ συμβάλλειν χρεών.

Vs. 1 legebatur πρὸς τὰς χρήσεις χρὴ, quod correxit Schneidewinus. Lachmann. et Meinek. scripserunt πρὸς τὰς χρίσεις χρὴ, minus probabiliter. Hartung. (II, p. 438) infelicissime :

(Ἰδόντα) — — — —.—
πρὸς τάσδε χρήσει κτλ.

— Vs. 4 erat οὐδὲν, quod Schneidewinus emendavit. — Recte Welck. conjecisse videtur, hoc et sequente fgm. Lycurgi vel Eurydices verba contineri, quum hi de filii morte per nuntium certiores facti haud dubie accuratius in rem inquirerent atque ex Hypsipyla sciscitarentur, num forte muneribus corrupta hoc facinus commisisset.

VI. (748.)

Stob. X, 26.

Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον,

Cf. fgm. V fin.

VII. (749.)

Schol. Aristoph. Ran. 1363 (1327) ad Comici verba : « ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον Κυρήνης μελοποιῶν » ascripsit : Κυρήνη ἑταίρα τις ἐπίσημος, δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη, διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. Ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου

Ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον.

744.
Ostendam quidem Argivis aquæ rivum.

745.
Circumda, o fili, brachia.

746.
In prato considens (et) flores venans
alium ex alio læta mente decerpsit,
infantium more insatiabilis.

747.
Ad consuetudines et actiones spectandum est
et ad vivendi rationem malorum ac bonorum :
apud prudentes autem magnam suadam habere,
cum injustis vero ne convenire quidem oportet.

748.
Apud malos lucrum plus quam justitia valet.

749.
Per antrum duodecim anfractuum.

Eadem habet Suid. v. Δωδεκαμήχανος, nisi quod ἄστρον pro ἄντρον præbet. Egregie Welck. de dracone sermonem esse monuit. Verba e carmine ducta videntur, quo Chorus Adrasti victoriam a dracone reportatam celebravit.

VIII. (750.)

Stob. XX, 31.

Ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.

Idem vs. a Stob. XX, 11 inter duos alios affertur, quorum prior ex Archelao (fgm. XXXV), alter ex inc. fab. (fgm. XX) petitus est; cum neutro vero cohæret. — Verba Amphiarai esse videntur Lycurgum placantis.

IX. (751.)

Eustath. ad Il. ν', p. 959, 42. Philem. Gramm. p. 147 ed. Osann.

Εὔσημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

Εὔσημα ex emendatione Valck. Diatr. p. 214 pro vulg. εὔφημα scriptum est. — Welck. hunc vs. Amphiarao assignat, quem Græcis prodigia interpretatum esse suspicatur; at nescio an rectius Zirndorfer (Chronol. fab. Eurip. p. 84) eum ad signa, ex quibus facta esset filiorum Hypsipyles cognitio, rettulerit; cf. fgm. XII.

X. (752.)

Stob. CXVIII, 11. Plut. Consol. ad Apoll. 16 (p. 110, F) : Οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα δυσχεραίνουσαν, ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε· φησὶ γὰρ οὕτως·

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅστις οὐ πονεῖ, βροτῶν,
θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

His solus Clem. Alex. Strom. IV, 7, § 54 (p. 587 P. fin.), qui tres primos et duos postremos versus affert, hunc vs. præfixit :

Ἅ γ' οὖν παραινῶ, ταῦτά μου δέξαι, γύναι.

In quo cum Matth. γ' οὖν pro vulg. γοῦν scripsi, quod ex verbis apud Clementem proxime antecedentibus exortum videtur. Deinde pro ταῦτά μοι Pors. ad Hec. 539 scribi maluit ταῦτά μοι, quod nescio an accipiendum sit. — Vs. 1 Stob. ὅστις οὐκ ἀεὶ πονεῖ, sed Plutarchi scripturam firmat Cic. Tusc. III, 25, 59, qui locum Latine reddidit. — Vs. 2 Stob. θάπτειν τε τέκνα χἄτερα κτᾶσθαι πάλιν. Clem. σπείρει pro κτᾶσθαι, quod etiam Cic. legisse videtur. — Vs. 3 Stob. αὐτοὺς δὲ θνήσκειν· κατὰ δ' ἄχθ. Plut. et Clem. rectius καὶ τάδ'. — Vs. 4 apud Stob. et Plut. legebatur — φέροντες· τὴν δ' (δ' omittit Stob.), quod Grot. e Cicerone correxit. — Vs. 7 Clemens στέγειν. — Vs. 8 deest apud Stob., citatur vero iterum a Plut. Consol. ad Apoll. 31 (p. 117, D) sic : οὐδὲν γὰρ δεινὸν κτλ. Apud Clem. est οὖ (corrige οὐ) δεινὸν οὐδὲν κτλ. Cum hoc versu ad verbum fere conspirat inc. fab. fgm. XXVIII.

XI. (753.)

Galen. vol. V, p. 615 ed. Basil. (vol. XII, p. 397 Chart.) de voce ἀέτωμα οἴκου s. ἀετός : Καὶ Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ φησίν·

Ἰδού, πρὸς αἰθέρ' ἐξαμίλλησαι κόραις
γραπτοὺς [ἐν αἰετ]οῖσι προσβλέπων τύπους.

Sic egregie Musgr. locum restituit atque supplevit antea sic lectum : ἰδοὺ πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλῆσαι κόραι γραπτοὺς * οἷσι προσβλέπον τύπους. — Amphiarai verba ad Lycurgum dicta esse videntur.

XII. (754.)

Schol. Aristoph. Ran. 1355 (1320) ad verba « οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου » κτλ. adnotat : παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου·

Οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν.

Ἡ πρώτη δὲ ἔκφυσις τῆς ἀμπέλου οἰνάνθη λέγεται. —

750.

Plus quisque semper positus extra iram sapit.

751. GROT.

Fausta ac salva et sigillis signata.

752.

Quæ autem moneo, ea a me accipias, mulier.
Nemo mortalium est, quam dolor non attingat,
liberos et sepelit, et alios iterum gignit,
et ipse moritur : et propter hæc indignantur,
quod terram terræ reddunt. Verum necesse est
vitam demeti ut aristas frugiferas,
et hunc quidem esse, illum interire. Quid hæc
lugere opus est, quæ secundum naturam obeunda [sunt?
Nihil enim grave esse mortalibus debet, quod ne- [cessarium est.

753.

Adspice : ad cœlum contende oculis,
pictas in fastigiis figuras contemplans.

754.

Pampinum fert, illum sacrum racemum.

Welck. probabiliter hoc fgm. ad fabulæ finem refert propter opus cælatum in columna decima templi Cyziceni (cf. Epigr. Cyzic. ed. Jacobs. in Anth. Gr. t. XIII, p. 630) : Ἐν δὲ τῷ κατὰ δύσιν πλευρῷ ἐστιν ἐν ἀρχῇ τοῦ δεκάτου πίνακος Εὔνοος (leg. Εὐνέως) γεγλυμμένος καὶ Θόας, οὓς ἐγέννησεν Ὑψιπύλη, ἀναγνωριζόμενοι τῇ μητρὶ καὶ τὴν χρυσῆν δεικνύντες ἄμπελον, ὅπερ ἦν αὐτοῖς τοῦ γένους σύμβολον, καὶ ῥυόμενοι αὐτὴν διὰ τὴν Ἀρχεμόρου θάνατον τῆς παρ' Εὐρυδίκῃ τιμωρίας. Epigrammate, quod sculpturæ subjectum erat, significatur : Thoantem simul cum fratre Euneo matrem pampino aurea monstrata e Lycurgi Eurydicesque ira et a morte ereptum esse. Cum hoc artificio Welck. aliud quoddam comparavit (cf. Gerhard, *Archemoros und die Hesperiden*. Berol. 1838) in vase expressum, ubi Hypsipyle conspicitur contra Eurydicen se defendens astantibus filiis et Amphiarao. Ac profecto, si hæc artificia ad Euripidis fabulas spectarunt, de qua re dubitari vix potest, sub fabulæ finem Dionyso auctore Hypsipyles filii ad matrem servandam advenerunt pampini aureæ insigne ferentes; cf. fgm. IX.

XIII. (755.)

Stob. XC, 16.

Ἄελπτον οὐδὲν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών.

Hæc verba nescio a quo Hypsipylæ dicta esse videntur, quum sibi nullam salutis spem relictam esse censeret.

XIV. (756.)

Schol. Aristoph. Ran. 64 : Ἢ 'τέρᾳ φράσω· ἀντὶ τοῦ ἄλλῳ τινὶ ὑποδείγματι, οἷον ἄλλῳ τρόπῳ· ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου.

XV. (757.)

Harpocr. v. Ἀρκτεῦσαι.... ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ. Eodem haud dubie respexit gramm. in Bekk. An. Gr. p. 444, 32 et in Bachm. An. Gr. I, p. 143, 25 : Αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, ὡς Εὐριπίδης.

XVI. (758.)

Hesych. : Ἀναδρομαί, αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν (fortasse corrigendum est Τημενίσιν, nam in Supplicibus hæc vox non exstat), Ὑψιπύλῃ.

XVII. (759.)

Lexic. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 93, 26 : Ἐκδημία, οὐ μόνον ἀποδημία. Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ.

XVIII. (760.)

Phot. p. 180, 12 : Κροταλίζειν· οὐ διὰ τῶν χειρῶν κροτεῖν, ἀλλὰ διὰ κροτάλου τῆς κροταλισάσης, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ὁ κωμικὸς (sic) περὶ τῆς Ὑψιπύλης λέγων.

XIX. (761)

Lexic. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 109, 15. Νεαρός, ἀντὶ τοῦ νέος. Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ.

ΦΑΕΘΩΝ.

Infelix Phaethontis fortuna, quæ sane tragœdiæ commodissimam materiam præbere potuit, ex præclara Ovidii narratione (Met. I fin., II init.) tam nota est, ut denuo eam exponi vix necesse sit. Itaque tantummodo superest ut quæramus, qua ratione tam splendidum argumentum ab Euripide tractatum fuerit, præcipue quum eodem Æschylus in Heliadibus usus esset. Quod ut cum aliqua probabilitatis specie explorari possit, efficitur maxime duobus longioribus iisque venustissimis fragmentis (V, XV), quæ e codice olim Claremontano (2245) nunc Parisino (107) primus H. Hasius, deinde Im. Bekkerus descripsit et cum God. Hermanno communicavit, qui, quum etiam Hasianum apographum a F. A. Wolfio accepisset, his subsidiis exstructus eo quo excellit ingenii acumine fragmenta illa felicissime restituit, restitutaque primum in Seebodii Misc. crit. vol. I, p. 1 sq., deinde in Opusculis suis (vol. III) edidit. Atqui neque hæc neque quæ præterea supersunt fabulæ fragmenta ad compositionem fabulæ indagandam sufficiunt : quam ob rem plures viri

755.

Nihil est supra spem, sed omnia sperare oportet.

756.

An alio modo dicam?

757.

Virgines Dianæ (Brauroniæ) dicatæ ἄρκτοι appellabantur.

758.

Ἀνδρομαί, incrementa.

759.

Ἐκδημία quoque, non solum ἀποδημία (commoratio extra patriam) dicebatur.

760.

Κροταλίζειν, non manibus increpare, sed per crotalum « ejus quæ increpuit », ut Euripides dicit verba de Hypsipyle faciens.

761.

Νεαρός, pro νέος (juvenis).

docti conjecturis ea supplere conati fuerunt, quæ ad artificium conficiendum necesse videbantur. Quorum e numero ante omnes qui nominetur dignus est *Goethius*, summus Germanorum poeta, qui in libello *Kunst und Altherthum* inscripto (IV, 2, p. 26; VI, 1, p. 749) primus tragœdiam e fragmentis restituere suscepit; at vero, ut ingenio et facultate poetica Euripidem longe superat, ita fabulam potius ex sua quam ex Euripidis mente composuit. Post *Goethium* eandem in rem inquisiverunt *Welckerus* in libro, cui titulus est *Æschylische Trilogie* (p. 575 sq.) et in Trag. Græc. p. 594 sq., J. Ev. *Rau*, de Euripidis Phaethonte epistola ad v. cl. v. Assen. Lugd. Bat. 1832, et J. A. *Hartungus* in Welckeri et Nækii Mus. Rhenan. philol. 1837, V, p. 573 sq. et in Eurip. Restituto II, p. 191. Quorum sententias quod hoc loco singillatim percensere nolui, nemo vitio mihi vertet, qui ea meminerit, quæ eadem de re ad Œdipi argumentum monui; attamen eorum cujusque commentationem diligenter perlegi et in aliis alius aut nullius opinionem amplexus sum, prout cum fragmentis cumque ingenio Euripidis maxime consentire mihi visum est. — De tempore, quo fabula Hartungo acta videtur, conferas Polyidum.

I. (762.)

Strab. I, p. 33 ed. Casaub. (p. 58 sq. ed. Alm.) : Ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην φησὶ

— δοθῆναι Μέροπι, τῆσδ' ἄνακτι γῆς,
ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί·
καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἕω φαεννὰν Ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τ' Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέροπος· καὶ ὅλῃ γε τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται, οὐ δήπου τῆς κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας ἴδιον ὄν, μᾶλλον δὲ τῆς παρ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα διηκούσης παραλίας. — Ex hoc loco pariter atque ex fgm. V, vs. 34 sq., vs. 66 sq., intelligitur, dramatis scenam in Æthiopia ad Oceanum fuisse, ubi Merops, Æthiopum rex, haud procul a Solis ædibus habitabat (cf. fgm. V, vs. 5 et 17). Nec dubium esse potest quin versus a Strabone allati (et fortassis etiam fgm. VIII) e prologo petiti sint; at sintne a Clymena, Meropis uxore, Phaethontis matre, an a Phaethonte ipso pronuntiati, non liquet. Ravius l. c. p. 9 primum versum sic immutans : Αἰθιοπίδος δοθεῖσα τῆσδ' ἄνακτι γῆς κτλ., prologum Clymenæ tribuit : ac sane mihi quoque probabilius videtur, Clymenen jam initio fabulæ suam et domus suæ historiam exposuisse simulque metum prodidisse, ne Phaethon, juvenis acer ac fervidus, Meropi, cujus filius esse perhibebatur, deam ei in matrimonium daturo vehementer obsisteret.

Prologum, quisquis eum pronuntiaverit, haud dubie excepit colloquium inter matrem et filium, cujus vestigia in sequentibus fragmentis servata sunt. Eo enim Phaethon connubii et divitiarum (fgm. II, III) odium patefacit, illo virum libertate privari, his vero ad inertiam atque inscitiam perduci docens. Ut igitur hæc mala evitaret, patriam relinquere constituit (fgm. IV) : quo consilio Clymene ita perterrita est, ut filio, quem a proposito revocare cupiebat, ipsum non Meropis, sed Solis filium esse aperiret simulque, quum ille verbis suis fidem habere non videretur, suaderet, ut Solis palatia accederet et aliquod munus sibi olim a patre promissum peteret (fgm. V).

II. (763.)

Eustath. ad Od. ν', p. 1731, 54 : Ἡ δὲ τοιαύτη προὶξ ὅτι καὶ φερνὴ λέγεται, δηλοῖ, φασὶν, ἐν Φαέθοντι Εὐριπίδης, εἰπών·

Ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Cf. fgm. I fin. — Eodem respexit Plut. An vitios. ad infelicit. suff. 1 (p. 498, B).

III. (764.)

Stob. XCIII, 2.

Δεινόν γε τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον
σκαιοῖσιν εἶναι. Τί ποτε τούτου ταἴτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρεφεῖ,
τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης;

762.

Datam esse (Clymenen) Meropi, regi hujus terræ,
quam Sol oriens primam aureo igni
ex quadrijugo curru ferit;
vocant autem eam nigri vicini
Auroram lucidam et Solis stabula.

763.

Quum liber esset, factus est servus tori
pretioque dotis ipse sese vendidit.

GROT.

764.

Grave id quidem, sed divitibus hoc insitum est,
ut stulti sint. Quid tandem ejus caussa est?
An quod Fortuna, quippe cæca ipsa, eos opacat
cæcam habent mentem atque sortem?

Cf. fgm. I fin. — Vs. 1 Paris. B τοῦτό γ', quod Matth. recipi volebat. — Vs. 2 vulgo erat τούτου αἴτιον. Paris. A, Voss. τοῦτό τ' αἴτιον. B τούτου τ' αἴτιον. Gaisf. τοῦδε ταἴτιον propter canonem Porsonianum. — Vs. 3 pro συνηρεφεῖ fortasse corrigendum est συνηρετεῖ: cf. Lobeck. ad Soph. Aj. 1329. — Vs. 4 Heath. pro τῆς τύχης scribi τὴν τύχην vel τὰς τύχας voluit, haud improbabiliter, nisi forte vera est Musgravii opinio, verba καὶ τῆς τύχης ab antecedentibus secernenda esse dicentis. Bothius correxit: χαὐτοὶ τύχῃ, quod languet; probabilius Halm. (Lectt. Stob. II, p. 56) καὶ δυστυχεῖς, quod haud scio an recipiendum sit.

IV. (765.)

Stob. XL, 2.

Ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

Cf. fgm. I fin. — Idem vs. legitur inter gnomas, quas e cod. Monac. ad calcem Arsenii (p. 502) Walzius, e cod. Voss. Leid. E. R. Beynen (Lugd. Bat. 1837, p. 21, nr. 139) ediderunt.

V. (766.)

In codice Parisino 107 (cf. argum. fab.), cujus apographum Hasianum diligenter arte typographica expressum Matth. vulgavit, fol. 162, hoc fgm. exstat, quod, uti legendum mihi videbatur, edidi, in plerisque cum Hermanno consentiens. A quo viro ingeniossimo ubi discessi, diligenter adnotavi; de codicis scriptura autem tacui, quippe quæ ab Hermanno accuratissime exhibita sit.

ΚΛΥΜ.

Μνησθεῖσ', ὅ μοι ποτ' εἶφ', ὅτ' εὐνάσθην θεῷ,
αἰτοῦ· τί χρῄζεις ἕν· πέρα γὰρ οὐ καλὸν
λαβεῖν σε. χἂν μὲν τυγχάνῃς, ...
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.

ΦΑΕΘ.

Πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα θερμὸν Ἡλίου;

ΚΛΥΜ.

Κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.

ΦΑΕΘ.

Ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν, οὐ κακῶς λέγεις.

ΚΛΥΜ.

Σάφ' ἴσθι, πεύσῃ δ' αὐτὸς σὺ χρόνῳ βραχεῖ.

ΦΑΕΘ.

Ἀρκεῖ· πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
Ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ' ἔξω δόμων
δμωαὶ περῶσιν, αἳ πατρὸς κοιμωμένου
σαίρουσι δῶμα καὶ (θεῶν ἀγάλματα)
καθ' ἡμέραν φοιβῶσι, κἀπιχωρίοις
ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰσόδους δόμων·
ὅταν δ' ὕπνου γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ, καὶ λόγους (γάμων πέρι)
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, Ἡλίου μολὼν δόμους
τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ ψευδεῖς λόγοι.

ΧΟΡΟΣ.

. . . . Στροφ. α',
. . . . κατὰ γᾶν .
. . . . . . α . . . .
. . . .
μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν
ἀηδὼν ἁρμονίαν
ὀρθρευομένα γόοις
Ἴτυν Ἴτυν πολύθρηνον,
σύριγγας δ' οὐριβάται Ἀντιστρ α'.

765.

Quippe ubique patria est, ubi terra victum præbet.

766.

Clym. Memor ejus, quod deus mihi dixit, quum rem [cum eo habui,
pete, si quid cupis, unum; nam te plus accipere
parum decet. Quod si acceperis, (bene scies,)
deo te originem debere; sin minus, me esse men-[titam.
Ph. Qua ratione accedam ad calidas Solis ædes?
Cl. Illius intererit corpus tuum nullo detrimento af-[ficere,
Ph. Quum pater mihi sit, haud male loqueris.
Cl. Scito, te ipsum brevi tempore interjecto hoc co-[gniturum esse.
Ph. Sufficit; jam enim persuasum mihi est, te haud falsa loqui.
Sed in domum redeas; nam ex ædibus illæ
prodeunt famulæ, quæ patris dormientis
domum purgant, ac (deorum simulacra)
quotidie mundant, odoribusque
solitis ædium aditus suffiunt;
si vero senex pater e somno expergefactus
domum reliquerit et verba ad vos (de nuptiis)
fecerit, equidem Solis ædes ingressus
explorabo, o mater, num falsa sint tua verba.
Chor. . . . .
. . . . in terra . . . .
. . . .
. . . .
Canit vero arboribus luscinia dulcem
harmoniam, querelis mane lugens Ityn,
flebilem Ityn: gregum vero actores,
montium habitatores, fistulam inflant.

κινοῦσιν ποίμνας ἐλαταί·
ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν
ξανθᾶν πώλων συνζυγίαι.
Ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ
στείχουσιν θηροφόνοι,
πηγαῖς τ' ἐπ' Ὠκεανοῦ
μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.
Ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας Στρ. β'.
ἀνέμων τ' εὐκέσιν ῥοθίοις·
ἀνὰ δ' ιστι . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
σινδὼν δὲ πρότονον ἐπὶ μέσον πελάσσει·
Τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα πέλει· Ἀντιστρ.
κοσμεῖν δ' ὑμεναίῳ δεσπόσυνον
ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἄγει καὶ ἔρως
ὑμνεῖν· δμωσὶν γὰρ ἀνάκτων
εὐάμεροι προσιοῦσαι
μολπαὶ θράσος ἄγουσ'
ἐπὶ χάρματ'· εἰ δὲ τύχα τι τέκοι,
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.
Ὁρίζεται δὲ τὸ φάος γάμων τέλος Ἐπῳδ.
τὸ δή ποτ' εὐχαῖς ἐγὼ
λισσομένα προσέβαν
ὑμέναιον ἀεῖσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
Θεὸς ἔδωκε, χρόνος ἔκραν
λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέταις.
Ἴτω τέλεια γάμων ἀοιδά.
Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς πρὸ δόμων
κήρυξ θ' ἱερὸς καὶ παῖς Φαέθων
βαίνουσι, τριπλοῦν ζεῦγος, ἔχειν χρὴ
στόμ' ἐν ἡσυχίᾳ·
περὶ γὰρ μεγάλων γνώμας δείξει,
παῖδ' ὑμεναίοις, ὥς φησι, θέλων
ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.

ΚΗΡΥΞ.

Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες,
εὐφαμεῖτ', ὦ,
ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε,
ὦ ἴτε λαοί.
Κηρύσσω δ' ὁσίαν βασιλήϊον,
αἰτῶ δ' αὐγὰν
εὐτεκνίαν τε γάμοις, ὧν ἔξοδος
ἅδ' ἕνεχ' ἥκει,
παιδὸς πατρός τε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ λέχη
κρᾶναι θελόντων. Ἀλλὰ σῖγ' ἔστω λεώς.

ΜΕΡΟΨ.

. . . .
. . . . εἰ γὰρ εὖ λέγω,

Vs. 1 Herm. μνησθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ', ὅτ' εὐνάσθη θεός, in quibus et μνησθεὶς male ad Solem refertur et extrema vix aptam sententiam præbent. Quare initio cum Hartungo (Mus. Rhenan. l. c.) μνησθεῖσ', in fine cum Ravio ὅτ' εὐνάσθην θεῷ scrips

Ad pascendum expergefiunt bijugi candidi;
jamque ad officia sua exeunt venatores,
ferarum interfectores, et in Oceani
fluctibus dulce canens olor insonat.
Cymbæ advehuntur remigatione et
fluctibus a ventis bene afflatis,
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Sindon vero (*velum sindonium*) ad medium rudentem
appropinquabit. Illa igitur aliis curæ sunt:
me autem filium herilem nuptiali
carmine celebrare et æquitas et amor
adducit. Nam dominorum fausta si accedunt
festa, servorum animos ad lætitiam trahunt.
Si quid autem fortuna pariat, gravis
gravem ædibus miserit timorem.
Suboritur vero lux, nuptiarum finis,
quam equidem votis accessi precans,
suavem hymenæum caris heris cantatura.
Deus dedit, tempus perfecit connubium
dominis meis. Incipiat ergo perfectum epithalamium.
Jam vero rex ille atque præco sacer et
Phaethon filius, triplex jugum, e domo
proveniunt, quare linguæ favere oportet.
Nam de gravibus rebus sententiam aperiet,
filium, ut dicit, connubio et puellæ
vinculis vincturus.
Præco. Oceani arvorum habitatores, o favete
linguis, et remoti ab ædibus abscedite,
abite, o populi. Indico enim sacrificia regia,
precorque splendorem bonamque prolem
connubio, cujus causa huc venerunt et
pater et filius hoc die connubium perfecturi
sed tacite populus astet.
Merops. . . . .
. . . . nam si bene loquor,

(cf. Ion. 17, 1484; Med. 18, etc.), præcipue quum codex in fine mutilus sit. In Eurip. Restit. vero Hartung. vulgatam retinuit, nisi quod εὐνάσθην scripsit; Both. vero dedit : μνησθεῖσ' ὅ μοί ποτ' εἶπεν οὐ μάτην θεός. — Vs. 2 Herm. αἰτοῦ τί χρήζεις ἕν, quod Matth. interserta interpunctione correxit. Sed nescio an scribendum sit : αἰτοῦ τι χρήζων ἕν. Rav. et Hartung. λέγ' εἴ τι κτλ. Both. αἰτοῦ γ' ὃ κτλ. In fine vs. Herm. γὰρ οὐ θέμις, quamquam in literarum ductibus potius latere videtur οὐ καλόν. Both. πέραν γὰρ τοῦ καλόν. — Vs. 3 in fine Herm. σάφ' ἴσθ' ὅτι, Bekk. ἐτητύμως. Both. ὧν εἶ δέων. Sed fortassis erat : τόδ' ἴσθ' ὅτι. — Vs. 7 Herm. κοὐχ ἄλλως λέγεις, licet codex manifesto κακῶς et nullum particulæ καὶ vestigium præbeat. Ceterum haud scio an verba ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν, ut Welck. voluit, cum antecedentibus conjungenda et tantummodo verba οὐ κακῶς λέγεις Phaethonti tribuenda sint. — Vs. 8 Herm. αὐτὸν τῷ χρόνῳ σαφῶς, sed probabilius, Welck., ut exhibuimus. [Αὐτὸς ἐν χρ. scribendum erat.] Both. ἐν χρόνῳ τορῶς. — Vs. 10 Ravius pro δόμων malit πόδα. — Vs. 11 πελῶσιν, αἳ πατρὸς τό τ' ὄβριμον Both. — Vs. 12 in fine codex lacunam habet, quam Herm. explevit scribendo καὶ νεῶν (Hartung. δόμων) κειμήλια. Both. λιθοβλήτους θρόνους. — Vs. 13 Both. καὶ πανιμέροις pro κἀπιχωρίοις. — Vs. 15 Both. οὔταν ὑπνώσω, πρὶν δὲ βασιλείου πατήρ. — Vs. 18 Herm. pro ψευδεῖς dedit σαφεῖς, quod sententiæ minus convenit. Both. τοὺς σοὺς ἐνάξω, μῆτερ, εἰ σαφεῖς, λόγους. — Vs. 35 ἄκατοι bene Dobr. et Matth. pro eo, quod in codice est, ἄκοντοι. — Vs. 44 Herm. κῶμον δ' ὑμενικίων δεσποσύνων. Bekk. κοσμεῖν ὑμεναίῳ δὲ δεσποσύνων. Rav. et Welck. κοσμεῖν δ' ὑμεναίῳ δεσπόσυνον, ad literarum ductus et ad sententiam accommodate. Hartung. κόσμον δ' ὑμεναίων δεσποσύνων. — Vs. 48 Herm. μολπαὶ θράσος αὔξουσ'. Bekk. μολπαὶ θράσος αἴουσ'. Burges. μολπ. θρ. ἄγουσ' ἐπὶ χάρμα τ', unde ἄγουσ' utpote ad literarum ductus proxime accedens recepi. — Vs. 50 non respondet strophico. — Vs. 51 sic Bekk.; Herm. et Hartung. ὁρ. δὲ τόδε φάος. — Vs. 52 Hartung. post ἐγὼ addit βωμούς. — Vs. 53 et 54 Herm. in unum conjunxit. — Vs. 61 Herm. στείχουσι τριπλ. quamvis in codice manifesto legatur βαίνουσι. — Bothius hoc carmen metro et verbis pro arbitrio constitutis sic dedit :

Μέλπει δὲ δένδρῳ κλεινὰν ἀηδὼν
ἁρμονίαν ἑτερευομέναν
αὐτῶν, Ἴτυν Ἴτυν ὀδυρομένα.
Συρίγγεσσι δ' ἀφ' ἑστίας — Ἀντιστρ. α'.
κινοῦσιν ποίμνας ἐλαταί·
ἐξέγρονται δ' εἰς βοτάνας
ξανθᾶν πώλων συζυγίαι·
ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ στείχουσιν θηροφόνοι·
παγαῖσίν τ' ἐπ' ὠκεανοῦ μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.
Ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας, — Στρ. β'.
ἀνέμων τ' εὐαέσσιν ῥοθίοις,
ἀνὰ δ' ἱστί.......
Σινδὼν δὲ προτόνων ἐπὶ μέσον πέλασε.
Τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα μέλει, — Ἀντιστρ. β'.
κοσμεῖν δ' ὑμέναιον δεσπόσυνον ἐμὲ καὶ
τὸ δίκαιον ἐλᾷ, καὶ ἔρως ὕμνων.
Δώμασιν γὰρ ἀνάκτων εὐαμέροισιν προσιοῦσαι
μολπαὶ θρασέ' ἀνύουσ' ἐπιχάρματα·
εἰ δὲ τύχα τι τέκοι βαρὺ βαρεῖα,
φόβον ἔπεμψεν ᾠδαῖς.
Ὁρίζει δ' ἀρχὴν τὸ φάος γάμων τελείων· — Ἐπῳδ.
τὸ δὴ πόνου τε καὶ ἔργων
λησμοσύνᾳ προσέβαν ὑμέναιον ἀεῖσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
Θεὸς ἔδωκ' εὖ χρόνος, ἔκρανε λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέ-[ταις
Ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.

Vs. 71. Herm. αἰτῶ δ' αἶσαν. Sed voce αἶσα, quippe quæ *felicitatem* significare nequeat, jam offensus est Burgess. et post eum plures, qui scribi maluit : ἀΰτῶ δ' αὐδὰν, quod parum hic aptum est. Equidem igitur scripsi αὐγάν.

Post præconis sermonem (vs. 76) Merops populum alloquitur suamque de multis iisque gravissimis rebus sententiam patefacit. Cujus ex oratione superesse videntur fgm. VI. et VII.

VI. (767.)

Stob. XLIII,

Ἐν τοῖσι μωροῖς τοῦτ' ἐγὼ κρίνω βροτῶν,
ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
ἢ καὶ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.

E vs. 3 apparet, regem loqui potestatem suam alii traditurum vel cum aliquo communicaturum. Merops igitur populo declarasse videtur, se filio nunc non modo deam nuptui daturum, sed etiam regni partem commissurum, quum multo præstantius sit, navem (h. e. civitatem) pluribus quam una ancora teneri (fgm. VII). — Vs. 1 vulgo erat : τοῦτον ἐγκρίνω, sed Paris. A τοῦτ' ἐγὼ κρίνω. — Vs. 2 legebatur ὅστις τῶν πατέρων, quod Grot. correxit.

767.
Animi ille vecors est mea sententia,
quicumque natis mente non pollentibus
popularibusve frena tradit imperî. GROT.

VII. (768.)

Stob. XLIII, 3. Apost. XIII, 56. Arsen. Viol. p. 365 ed. Walz.

Ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμοῦ σώζειν φιλεῖ,
ὡς τρεῖς ἀφέντι, προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
σφαλερὸς, ὑπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πόλει.

Cf. fgm. VI. Apud Stob. et Arsen. lemma deest, apud Apost. legitur Εὐριπίδου. Gesn. versus fortasse propterea tantum ad Phaethontem retulit, quia antecedentes ex hac fabula petiti sunt. — Both. p. 307. pro πόλει in fine vs. 3 haud male correxit πέλει.

Post hanc scenam Phaethon ipse sive μονολογίᾳ quadam sive colloquio cum famulo (educatore) Solem patrem adeundi consilium prodebat, ut connubium illud effugeret, ac re vera statim cum famulo eo se conferebat. Ejus abitu Chori canticum sequebatur, cujus in fine repente fulminis ictus omnes maximo terrore afficiebat; Clymene perterrita e domo accurrit tanti miraculi causam quærens. Nec diu eam causa latebat: famulus enim ille, qui simul cum Phaethonte ad Solis palatia profectus erat, inde reversus copiose infelicem Phaethontis fortunam referebat. Huc pertinent fgm. VIII—XII et fortasse inc. fab. fgm. CXI. (CXIX) CLIV, ac ni fallor, in eadem nuntii narratione locum habuerunt, quæ tradit Plut. De tranqu. anim. 4 (p. 466, E) : Ὁ δὲ Φαέθων ἀναβὰς εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔκλαιεν, εἰ μηδεὶς αὐτῷ τοὺς τοῦ πατρὸς ἵππους καὶ τὰ ἅρματα παραδίδωσιν.

VIII. (769.)

Stob. Ecl. phys. I, 22, p. 530 ed. Heer. Vitruv. IX, 4 (IX, 1, 13 ed. Schneid.).

Θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ ὑπερτέλλουσα γῆς
καίει τὰ πόρρω, τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

Hos vss., quorum alter apud Stob., alter apud Vitruv. solus exstat, conjungendos esse vidit jam Barnes. et post eum Valck. Diatr. p. 32, qui alterum simul optime restituit. — Verba, nisi e nuntii narratione ducta sunt (cf. fgm. VII fin.), quod admodum probabile mihi videtur, ad prologum sunt referenda.

IX. (770.)

Clem. Alex. Pæd. III, 2, § 14 (p. 460 P.) sine auctoris et fabulæ nomine affert verba : μὴ θίγῃς ἡνιῶν, παιδίον, ἄπειρος ὢν μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών. Inde probabiliter Musgr. hos vss. elicuit :

— — Μὴ θίγῃς οὖν ἡνιῶν,
ἄπειρος ὢν, ὦ παιδίον, μηδ' ἐς δίφρον
ἀναβῇς, ἐλαύνειν μὴ μαθών·

nisi quod vs. 1 scribi maluerim μή μοι θίγῃς τῶν ἡνιῶν. Hartung. dedit : μὴ, παῖ, θίγῃς ποθ' ἡνίων, ἄπειρος ὢν, μηδ' ἐν δίφροισι βῇς κτλ. — Solis sunt verba a nuntio ita tradita, ut a Sole pronuntiata erant. Idem valet de sequente fgm.

X. XI. (771.)

Longin. De subl. 18 : Τῷ γοῦν Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος,

Ἔλα δὲ μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ' ἐμβαλών·
κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἁψῖδα σὴν
κάτω διήσει —

φησίν· εἶθ' ἑξῆς·

Ἵει δ' ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.
Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας,
κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων
μεθῆκεν· αἱ δ' ἔπταντ' ἐπ' αἰθέρος πτύχας.
Πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς
ἵππευε, παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ' ἔλα,
τῇ ῥα στρέφ' ἅρμα, τῇδε.

768.

Navem una ancora haudquaquam ita salvam
præstare solet, quam si tres demiseris : atque [unus
urbis moderator facile potest falli : alius vero suc-[cedens urbi non detrimento est.

769.

Calida autem dei flamma, super terram exoriens,
longinqua urit, vicina temperata facit.

770.

Ne mihi frena attingas,
quum inassuetus sis, o fili, neque in currum
ascendas, quum (equos) regere non didiceris.

771.

Agita, neque vero Libycum aerem ingrediens,
quippe qui humidi nil admixtum habens rotas [tuas
infra demittat.
Mitte vero (equos) versus septem Pleiadas cursum [dirigens.
His perceptis frena ille arripuit, et
lateribus equarum aligerarum stimulatis
ire concessit : hæ vero per ætheris spatia volabant.
Pater autem, equi funalis terga ascendens,
equitabat filium monens : Illuc age,
huc flecte currum, huc.

Ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται; οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῖς οὐρανίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδρομοῦσα ἐφέρετο, τοιαῦτ' ἄν ποτε ἐφαντάσθη. — Cf. fgm. IX. — In fgm. XI vs. 5 vulgo legebatur : σειρίου βεβὼς, quod optime correxit Rutgers. Var. Lect. I, 10, p. 47, Longino ipso suffragante, qui omnium solus locum recte intellexit scribens : ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ συνεπιβαίνει κτλ. e cujus verbis Solis animum tantummodo filii tanquam comitem fuisse facile intelligitur. Both. ὄπισθ' ἐν νῶτα κτλ., ut videtur, recte. — Vs. 7 in particula ῥὰ haud scio an recte viri docti hæserint, quamvis Phot. (p. 480, 18) scripserit: ῥά· ἀντὶ τοῦ δέ· οὕτως Πλάτων », ut accipienda sit elegans Th. Bergkii (De reliqu. com. Att. p. 397) correctio : τήρει, στρέφ' ἅρμα τῇδε, aut simplicius scribendum τῇδε, στρέφ' ἅρμα τῇδε. Cf. Soph. OC. 1547 : Τῇδ', ὧδε βᾶτε, τῇδε. Both. τῇ ῥα dedit. * Hartung. utramque vocem omisit.

XII. (772.)

Theon. Smyrn. Schol. in Arati Phæn. 169 : Οὐκ ἀνωνύμως, φησὶ, φέρονται αἱ Ὑάδες ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ ταύρου. Θαλῆς μὲν οὖν δύο αὐτὰς εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον· Εὐριπίδης δ' ἐν τῷ Φαέθοντι τρεῖς. Cf. fgm. VII fin. Hyades haud dubie in eadem itineris, quod Phaethonti ingrediendum erat, descriptione commemorabantur, ex qua fgm. X et XI ducta sunt.

Hac nuntii narratione percepta Clymene querelis lamentationibusque se commisit, non modo propterea, quod filium carissimum amiserat, sed quod ne corpus quidem ejus sepeliendum ipsi relictum erat (fgm. XIII).

XIII. (773.)

Plut. Quæst. Symp. IV, 3, 5 (p. 665, C) de fulminibus dicit : Πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὐδὲ κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί· τὴν Εὐριπίδου Κλυμένην ἐλέγχοντας, ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος εἰποῦσαν,

Φίλος δέ μοι
ἄλουτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς.

Cf. fgm. XII fin. — Vs. 2 vulgo erat ἀλλ' οὗτος, quod correxit Musgr.

XIV. (774.)

Plut. Consol. ad uxor. 3 (p. 608, D, E) : Ἀλλὰ δέδια πάλιν, μὴ συνεκβάλωμεν τῷ λυποῦντι τὴν μνήμην, ὥσπερ ἡ Κλυμένη λέγουσα,

Μισῶ δ' εὐάγκαλον
τόξον κρανείας, γυμνάσια δ' οἰχοίατο·

ἀεὶ φεύγουσα καὶ τρέμουσα τὴν ὑπόμνησιν τοῦ παιδὸς, ὅτι συμπαροῦσαν αὐτὴν εἶχεν· πᾶν γὰρ ἡ φύσις φεύγει τὸ δυσχεραινόμενον. — E Plutarchi verbis consequitur, Clymenen Phaethontis arcus (quem fortassis aut famulus iste e Solis regia utpote ibi a Phaethonte relictum ad matrem reportaverat, aut quem mater more temporum heroicorum ante ædes affixum et deo cuidam a filio consecratum intuebatur) adspectu denuo filii memorem factam et arcum illum et gymnasia exsecratam esse, quippe quibus Phaethon ad tanta ausa perductus esset. Itaque haud improbabiliter Ravius in vs. 1, quem vitio contaminatum esse metrum prodit, scribi jussit : μισῶ δὲ τοῦτ' εὐάγκαλον κτλ. Heath. correxerat : μισῶ δὲ τοῦδ' εὐάγκαλον κτλ. Boisson. (Anecd. Gr. t. V, p. 425, adnot.) : στυγῶ δ' εὐάγκαλον. — Vs. 2 vulgo erat : οἴχοιτο, hinc versum explevit Heath. adjecto μοὶ, Dübner. vero haud dubie e codd. dedit οἰχοίατο, quod servandum esse duximus.

Multo magis, quam earum rerum aspectu, quæ Phaethontis memoriam matri revocant, Clymenes mœror augetur, quum corpus filii mortuum in scenam infertur : nam quum corpus fumi odorem edere non desinat, metuit Clymene, ne marito se cum deo rem habuisse patefiat; cf. fgm. sq.

XV. (775.)

In codice Parisino 107, fol. 163 (cf. fgm. V) legitur :

Πυρός τ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θερήϊον
ζῶσ' ἥδ' ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ...
Ἀπωλόμην· οὐκ οἴσετ' εἰς δόμους νέκυν;
ἴθ', ὡς πόσις μοι πλησίον γαμηλίους
μολπὰς ἀϋτεῖ, παρθένοις ἡγούμενος·
Οὐ θᾶσσον; οὐ σταλαγμὸν ἐξομόρξετε,

772.

Euripides tres esse Hyadas dicit.

773.

Carus autem mihi
nunc in fovea putrescit, cadaver illotum.

774.

Odi habilem arcum corneum; gymnasia pereant.

775.

Cl. Ignisque hæc ultrix vis, quæ in mortui pectore
adhuc spirat, emittit vaporem manifestum indicem [(fulminis).
Perii; nonne cadaver in domum inferetis?
Abite, quum maritus prope me carmina
nuptialia cum virginum choro canat.

εἴ πού τίς ἐστιν αἵματος χαμαὶ πεσών;
Ἐπείγετ', εἶα, δμωΐδες· κρύψω δέ νιν
ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ' ἐμῷ κεῖται πόσει
χρυσός· μόνη δὲ κλῇθρ' ἐγὼ σφραγίζομαι.
Ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
καὶ τόνδ'. Ἀπόλλω δ' ἐν βροτοῖς σ' ὀρθῶς καλεῖ
ὅστις τὰ σιγῶντ' ὀνόματ' οἶδε δαιμόνων.

ΧΟΡΟΣ.

Ὑμὴν, Ὑμὴν, Στροφή.
τὰν Διὸς οὐρανίαν ἀείδομεν
τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοις
γαμήλιον Ἀφροδίταν.
Πότνια, σοὶ τάδ' ἐγὼ νυμφεῖ' ὀφείλω,
Κύπρι, θεῶν καλλίστα,
τῷ τε νεόζυγι σῷ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις
σῶν γάμων γένναν.
Ἃ τὸν μέγαν Ἀντιστρ.
τᾶσδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύετε,
ἀστερωποῖσιν δόμοισι χρυσέοις
ἀρχὸν, φίλον Ἀφροδίτᾳ.
Ὦ μάκαρ, ὦ βασιλέως μείζων ἔτ' ὄλβον,
ὃς θεὰν κηδεύσεις,
καὶ μόνος ἀθανάτοις
γαμβρὸς δι' ἀπείρονα γαῖαν
θνατὸς ὑμνήσῃ.

ΜΕΡΟΨ.

Χώρει σὺ καὶ τάσδ' εἰς δόμους ἄγων κόρας
γυναῖκ' ἄνωχθι πᾶσι τοῖς κατὰ στ(έγας)
θεοῖς χορεῦσαι καὶ κυκλώσασθαι δόμους
σεμνοῖσιν ὑμεναίοισιν, Ἑστίας θ' ἕδος,
ἀφ' ἧς γε σώφρων πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι,
εὐχὰς π[οιεῖσθαι]. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
θεᾶς προσέλθῃ τέμενος ἐξ ἐμῶν δόμων.

ΘΕΡΑΠ.

Ὦ δέσποτ', ἔστρεψ' ἐκ δόμων ταχὺν πόδα·
οὗ γὰρ σὺ σώζῃ σεμνὰ θησαυρίσματα
χρυσοῦ, δι' ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης
καπνοῦ μέλαινα λιγνὺς ἔνδοθεν [στέγης].
Προσθεὶς πρόσωπον, φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρὸς,
γέμοντα δ' οἶκον μέλανος ἔνδον αἰθάλου.
Ἀλλ' ἔσιθ' ἐς οἶκον, μή τιν' Ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπεισφρεὶς μέλαθρα συμπλέξῃ πυρὶ
ἐν τοῖσιν ἡδίστοισι Φαέθοντος γάμοις.

ΜΕΡ.

Πῶς φῄς; ὅρα μὴ θυμάτων πυρουμένων
κατ' οἶκον ἀτμὸν κεῖσ' ἀποσταλέντ' ἴδῃς.

Nonne celerius venietis? non stillam abstergetis sanguinis, si quis alicubi in solum deciderit? Agite, accelerate rem, famulæ; condam eum in nitido cubiculo, ubi marito meo aurum jacet. Equidem sola claustra obsero. O Sol lucide, quantopere me et hunc perdidisti! Apollinem inter mortales recte te vocat quisquis secreta deorum nomina novit.

Chor. Hymen, Hymen, Jovis cœlestem celebramus augustam Cupidinum deam, Venerem, virginibus nuptias conciliantem. Augusta, tibi hæc ego debeo nuptialia, Cypri, dearum pulcherrima, et matrimonio recens conjuncto puero tuo, quem in æthere condis, connubii tui prolem. Ah, magnum hujus urbis regem in matrimonium date, ædium aurearum stellis micantium principem, Veneri carum. O felix, o felicitas vel major regis felicitate, qui deam in matrimonium duces, ac solus per immensam terram immortalium gener mortalis celebraberis.

Mer. Abi tu et hasce virgines in domum inducens conjugem jube omnibus intra ædes diis choreas agere ac domum peragrare sacris hymenæis, et Vestæ sedem, unde prudens quisque incipere non dubitet, precari . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
ex ædibus meis in deæ lucum prodeat.

Fam. O domine, e domo celerem pedem verti: ubi enim tu præclaros auri thesauros servas, per commissuras januæ provenit fumi nigri nidor intra domum. Admovens faciem, ignis flammam non conspexi, sed domum intus nigræ fuliginis plenam. At te confer in domum, ne Vulcanus iram ædibus inferens ædificia igni cingat in lætissimis Phaethontis nuptiis.

Mer. Quid dicis? Vide ne suffimentorum in domo incensorum fumum huc provenientem conspexeris.

ΘΕΡΑΠ.

Ἅπαντα ταῦτ' αἴθρη τ' ἀκάπνωτοί θ' ὁδοί.

ΜΕΡ.

Οἶδεν δ' ἐμὴ τάδ' ἢ οὐκ ἐπίσταται δάμαρ;

ΘΕΡΑΠ.

Θυηπολοῦσα θεοῖς ἐκεῖσ' ἔχει φρένας.

ΜΕΡ.

Ἀλλ' εἶμ', ἐπεί τοι καὶ φιλεῖ τὰ τοιάδε
ληφθέντα φαύλως ἐς μέγαν χειμῶν' ἄγειν.
Σὺ δ', ὦ πυρὸς δέσποινα, Δήμητρος κόρη,
Ἥφαιστέ τ', εἴητ' εὐμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Τάλαιν' ἐγὼ, τάλαινα, ποῖ πόδα
πτερόεντα καταστάσω;
τίν' αἰθέρ' ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαν-
τον ἐξαμαυρώσω;
Ἰώ μοί μοι, καταφανήσεται
βασίλεια τάλαινα, παῖς τ' ἔσω
κρυφαῖος νέκυς.
Ὀτοτοῖ, κεραύνιοί τ' ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαὶ λέχεά θ' Ἁλίου
Ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν
Ὠκεανοῦ κόρα,
πατρὸς, ἴθι, πρόσπεσε
γόνυ λιταῖς, σφαγὰς,
σφαγὰς οἰκτρά τ' ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς.

ΜΕΡ.

Ἰώ μοί μοι.

ΧΟΡ.

Ἀκούσατ' ἀρχὰς δεσπότου στεναγμάτων;

ΜΕΡ.

Ἰὼ τέκνον.

ΧΟΡ.

Καλεῖ τὸν οὐ κλύοντα δυστυχῆ γόνον
. . . . ὀμμάτων ὁρᾶν σαφῆ.

Inde a vs. 1 usque ad vs. 14 Clymenen loqui manifestum est. — Vs. 1. Herm. πυροῦσσ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θερήϊον κτλ. Sed initio in literarum ductibus latere videtur πυρός τ' Ἐριννὺς (de qua locutione vid. Welck. *Æschyl. Tril.* p. 579); in fine autem de voce θερήϊον Herm. ipse dubitavit. Quam quum aptam sententiam non præberet, viri docti ad unum omnes improbarunt, Ravius ingeniose corrigens : πυρός τ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῦ στέρνοις ἔτι ζῶσ' ἧδ' ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ (φλογός), Hartung. in Mus. Rhenan. πυρὸς κεραυνὸς ἐν νεκρῷ θειήϊον (i. e. *sulphureum* a θεῖον, sulphur) ζέοντ' ἀνίησ' κτλ., in quibus θειήϊον pariter inusitatum est quam θερήϊον, licet ad sententiam magis commendetur; in Eurip. Restit. vero : πυρὸς θερίζουσ' ἐν νεκροῖς θερμὴν φλόγα, ξέσαντ' ἀνίησ' κτλ. Both. πυρὸς δ' ἐριννὺς ἐν νεκρῷ 'στηρίζετ' οὖν ζῶσ', εἶτ' ἀνιεῖσ' ἀτμὸν οἷον ἐξ ἰπνοῦ. — V. 3 sq. Both. τί δ', εἰ πόσις μὲν νῷν ἔπεισ', ὃς αἰόλα λίαν ἀϋτεῖ, παρθένων ἡγούμενος. — Vs. 6 Herm. οὐκ ἄμολγον ἐξομόρξετε, in quibus ἄμολγον, *quidquid turbidum sit*, significare dicit. At hujus significationis nullum reperitur exemplum. Ipse igitur e literis ab inscio librario, ut vs. 44 falso collocatis elicui σταλαγμόν. Hartung. οὐ θᾶσσον ὑγρὸν πέλανον. — Vss. 11, 12 afferunt etiam Macrob. Sat. I, 17, et Schol. Eur. Or. 1373, ille vero vs. 12, præbet : ὅθεν σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλῄζει βροτός, hic vs. 11 Ἴλιον pro Ἥλιε, et vs. 12 καὶ τοῦδ' Ἀπόλλων οὕτως εἰ κλῄζει βροτοῖς. Sed utrumque memoriter citasse manifestum est, quare Herm. ad literarum ductus proxime se accommodans scripsit ut supra exhibitum est. — Vs. 18 Both. ἐρῶ pro ὀφείλῳ. — Vs. 20 Herm. τῷ τε μονόζυγι σῷ, quamvis in codice manifesto id legatur, quod edidimus. — Vs. 21 sqq. Bothius : τόν τε Λυαῖον ἐρίηρον αὔω |(σῶν γάμων ταμίαν Διόνυσον).| τᾶς δὴ πόλεως ἰᾷ |ἤδη νυμφεύετ' ἀστέρ' οἷον δόμοισι χρύσεον,| ἀρχηγὸν, φίλον Ἀφροδίτᾳ. |Ὦ μάκαρ, ὅστε θεὰν κηδεύεις| δαίμονος ἀθανάτου σὺ |γαμβρὸς, reliqua ut nos. — Vs.

Fam. Sed hæc omnia pura viæque sine fumo sunt.
Mer. Scitne uxor mea an ignorat hæc?
Fam. Diis sacrificans illuc animum vertit.
Mer. Jam vero abibo, quum sane etiam talia
male deprehensa in magnam calamitatem inducere [soleant.
Tu vero, ignis patrona, Cereris filia,
et tu, Vulcane, propitii ædibus meis sitis.
Chor. O miseram me, miseram, quonam pedem
celerem convertam? in quem ætherem aut
in quod obscurum terræ antrum (eum) condam?
Væ mihi! invenietur infelix regina
et filius mortuus intus absconditus. —
Væ, væ! vos fulminis Jovis ictus
flammas eructantes et connubia Solis,
O tu immensorum malorum miserrima Oceani
filia, accede, prosternas te ad patris genua
precibus, ut cædem, cædem
et misera a vita tua removeat.
Mer. Væ mihi!
Chor. Percepistisne principis gemituum initia?
Mer. Eheu, mi fili.
Chor. Vocat infelicem filium haud (amplius) au- [dientem
. . . . . . oculorum videre clara.

23 Herm. ἃ τὸν μέγαν κτλ. Welck. probabiliter ἅ. Cf. Eur. Or. 145, 162, etc. Hartung. σῶν γενεὰν γάμων, αἳ κτλ. — Vs. 33 fin. Herm. κατὰ στόμα, quod egregie Ravius in κατὰ στέγας mutavit. Both. ἄνωχθ' ἅπασιν, ὡς καὶ δείελος. — Vs. 34 sq. Both. θ. χ. κἀντισυμφωνεῖν ἐμοὶ σ. ὑμ. Ἑστίαν τε δεῖ. — V. 36 Herm. ἀφ' ἧς τὸ σῶφρον πᾶς ἂν κτλ., rectius autem Hartung. et Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 300, ἀφ' ἧς γε σώφρων πᾶς κτλ. Both. ἀφῇσιν εὐφρᾶναί τε, πᾶσ' ἀρχηγέτιν, εὐχαῖς τε. — Post vs. 37 Hermannus quattuor versus excidisse dicit, sed ex observatione Hasii, ut Matth. monet, tota altera paginæ columna, quam vocant, deest. Hermannianos tamen numeros, quum eum in plerisque secuti simus, servavimus. — Vs. 42 Both. προσελθεῖν. — Vs. 43 Both. ὦ πάτερ, ἐπέστρεψ' ἐκ κτλ. — Vs. 45 Both. δι' ἀρθμῶν εἰσι πετρήρους πύλης. — Vs. 46 in fin. Both. πόθεν. — Vs. 49 Both. ἀλλ' ἔλθ'. — Vs. 54 Hartung. ἅπαντα ταῦτ' αἴθρης ἀκαπνώτου σέλας. Both. ἅπαντα, πάτερ, ἤθρησα κἀντώπησ' ὁδῷ. — Vs. 64 Herm. ἐξαμαυρωθῶ.

XVI. (776.)

Plut. De tranqu. an. 1 (p. 465, A) : Τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος οὐ πέπονθας, οὐδ' ὡς ἐκεῖνον εὐδαιμονίζων ὁ ὄχλος ἐξέπληξέ (σε) τῶν φυσικῶν παθῶν, — Hinc Merops dixisse videtur

Εὐδαιμονίζων ὄχλος ἐξέπληξέ με.

Hæc verba quin huc pertineant vix potest dubium esse.

XVII (777.)

Ad hanc fabulam procul dubio recte retulit Ruhnk. (ap. Luzac. Exerc. acad. p. 52) quæ leguntur apud Plin. H. N. XXXVII, 2 : *Phaethontis fulmine ictas sorores fletu mutatas in arbores populos lacrimis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus, et electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit* ἠλέκτωρ, *plurimi poetæ dixere, primique, ut arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus.* Et paullo post : *Nam quod Æschylus in Iberia, hoc est in Hispania, Eridanum esse dixit eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus et Apollonius in Adriatico litore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati succini in tanta orbis ignorantia.* Nam in fabulæ fine deum quendam, aut Oceanum aut Solem ipsum, in scenam processisse ac difficultatem expedivisse, ut omnium animi placarentur, facile perspicitur. Is vero oratione sua etiam locum ad Eridanum situm describebat, quo Phaethontem sepeliendum curaturus erat. Eodem pertinet fgm. seq.

XVIII. (778.)

Athen. XI, p. 503, D : Εὐριπίδης Φαέθοντι·

Ψυκτήρια
δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

Cf. fgm. XVI fin. — Cum Dobræo δένδρων scribendum videtur.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Argumentum nec e Dionis Chrys. Or. LII, ubi rhetor de Philoctetæ arcu disputans Euripideæ fabulæ partem exposuit, quanquam inde permultum lucramur, nec e fragmentis ipsis *totum* cognoscimus, sed ut in reliquis fabulis, ita in hac nonnulla incerta relinquuntur. Neque ad ea enucleanda sufficiunt, quæ Hyginus (fab. CII) narrat, quem hanc tragœdiam ante oculos habuisse inde sequitur, quod in nonnullis, quæ Dio l. c. Euripidis propria fuisse tradit, cum Dione consentit. Dicit vero : *Philoctetes, Pœantis et Demonassæ filius, quum in insula Lemno esset, coluber ejus pedem percussit, quem serpentem Juno miserat, irata ei ob id, quia solus præter ceteros ausus fuit Herculis pyram construere, quum humanum corpus est exustum et ad immortalitatem traditum. Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed quum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, jussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis. Quem expositum pastor regis Actoris, nomine Phimachus, Dolophionis filius, nutrivit. Quibus postea responsum est, sine Herculis sagittis Trojam capi non posse. Tunc Agamemnon Ulyssem et Diomedem exploratores ad eum misit. Cui persuaserunt, ut in gratiam rediret, et ad expugnandam Trojam auxilio esset, eumque secum sustulerunt* — Recentiorum de hac tragœdia, quæ una cum Medea, Dictye et Theristis Ol. LXXXVII, 1 scenæ commissa est, præter *Welck.* egerunt *Valck.* Diatr. p. 114. sq., *Gruppius* (*Ariadn.* p. 443, sq.), *Ad. Schœll.* (Tretral. Trag. Græc. p. 142 sq.), et *Hartung.* (Eurip. Restitut. I, p. 348 sq.)

776.
Populus beatum me prædicans terrorem mihi injecit.

778.
Arbores refrigerantes (eum) amice amplectentur.

I. (779.)

Fabulae initium e Dionis paraphrasi (Or. LIX) cognoscimus, quam totam apposuisse haud inutile erit. In scenam prodit Ulixes (προλογίζων: cf. Dio. Or. LII, p. 551, 8 ed. Morell. sqq. Schol. Soph. Phil. vs. 1.), ac sic loquitur (p. 574 fin. ed. Morell.): Φοβοῦμαι μή ποτε μάτην κατ' ἐμοῦ φανῶσι ταύτην οἱ σύμμαχοι τὴν δόξαν εἰληφότες, ὡς ἀρίστου δὴ καὶ σοφωτάτου τῶν Ἑλλήνων· καίτοι ποία τις ἡ τοσαύτη σοφία καὶ φρόνησις, δι' ἣν τις ἀναγκάζεται πλείω τῶν ἄλλων (sic Valck. pro vulg. Ἑλλήνων) πονεῖν ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης· ἐξὸν ἕνα δοκοῦντα τοῦ πλήθους, μηδενὸς ἔλαττον ἐν τούτοις ἔχειν τῶν ἀρίστων. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως εὑρεῖν οὕτω μεγαλόφρον ἅμα καὶ φιλότιμον (sic Heath. e Wolfii An. Gr. t. I, p. 280, pro vulg. μεγαλόφρονα καὶ φιλότιμον) ὁτιοῦν, ὃς ἀνὴρ πέφυκε· τοὺς γὰρ φανεροὺς καὶ πλειόνων ἅπτεσθαι τολμῶντας, σχεδὸν τούτους ἅπαντας (ἅπαντες Gatak. et Valck.) θαυμάζομεν, καὶ τῷ ὄντι ἄνδρας ἡγούμεθα. Cum sententia verbis inde a καίτοι allatis expressa conveniunt vss., quorum tres priores affert Aristot. Ethic. Nicom. VI, 8, Eudem. V, 8, Plut. Qua quis rat. se ipse sine inv. laud. 14 (p. 544, C) sine auct. et fab. nomine; quartum Schol. Aristoph. Ran. 284, quintum et sextum Stob. XXIX, 15 ex Euripidis Philocteta.

Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ
ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης;
οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνήρ, ἔφυ.
Τοὺς μὲν περισσοὺς, καί τι πράσσοντας πλέον
τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

Vs. 2 Aristot. Eth. Nic. l. c. ἠριθμημένον. — Vs. 3 Both. τῷ 'ξοχωτάτῳ. — Vs. 4 Valck. dedit ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον, sed repugnant Plut. Ad princ. inerudit. 1 (p. 779, D), ubi idem vs. legitur, locus Dionis Or. LII, p. 551, 22 ed. Morell., Hesych. v. Γαῦρος et imitatio Aristophanis in Ran. 284.

II. (780.)

Pergit Dio l. c.: Ὑφ' ἧς φιλοτιμίας κἀγὼ προάγομαι πλεῖστα πράγματα ἔχειν καὶ ζῆν ἐπιπόνως παρ' ὁντινοῦν· ἀεί τινα προσδεχόμενος καινὸν κίνδυνον, ὀκνῶν διαφθεῖραι τὴν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθε γεγονόσιν εὔκλειαν. Extremorum verborum sententiam versibus expressam servavit Plut. Qua quis rat. se ipse laud. 14 (p. 544, C):

Ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν,
καὶ τοὺς παρόντας οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.

Vs. 1 habet etiam Stob. XXIX, 16, ubi tamen vulgo male erat ἐκχέας, quod nunc e Paris. B consentiente Plut. correctum est.

III. (781.)

Pergit Dio l. c.: Νῦν οὖν κατὰ πρᾶξιν πάνυ ἐπισφαλῆ καὶ χαλεπὴν δεῦρο ἐλήλυθα εἰς Λῆμνον, ὅπως Φιλοκτήτην καὶ τὰ Ἡρακλέους τόξα κομίζοιμι τοῖς συμμάχοις· ὁ γὰρ δὴ μαντικώτατος Φρυγῶν Ἕλενος ὁ Πριάμου κατεμήνυσεν, ὃς ἔτυχεν αἰχμάλωτος λειφθεὶς, ἄνευ τούτων μήποτ' ἂν ἁλῶναι τὴν πόλιν. Πρὸς μὲν δὴ τοὺς βασιλέας οὐχ ὡμολόγησα τὴν πρᾶξιν, ἐπι-

---

779.

Vereor ne quando frustra de me socii hanc opinionem videantur suscepisse, quasi optimus sim ac sapientissimus Græcorum. Atqui qualis est ista tanta sapientia atque prudentia, propter quam aliquis plus quam alii laboris pro communi salute ac victoria suscipere cogatur, quum liceat unum existimatum e vulgo, nullo optimatum minus in his obtinere? At difficile sit invenire virum aliquem adeo magnanimum simulque gloriæ cupidum, qui re vera vir sit. Claros enim inque rebus magnis suscipiendis audaces, fere omnes admiramur et re vera viros existimamus. —

Quomodo autem sapiens sim, cui licuit sine molestia,
inter ignobiles exercitus numerato,
eadem fortuna cum sapientissimo frui?
Sed nihil tam superbum, quam vir, est.
Nam eminentes, quique plus aliis agunt,
honoramus et viros in urbe existimamus.

780.

Qua gloriæ cupiditate ego quoque adducor, ut plura habeam negotia vivamque laboriosius, quam quivis alius; semper novum aliquod subeo periculum cunctans, ne gloriam rebus ante gestis comparatam disperdam. —

Nolo autem priorum ærumnarum gratiam perdere,
et labores, qui occurrunt, non detrecto.

781.

Nunc igitur ob rem plenam periculorum ac difficilem huc in Lemnum veni, ut Philoctetam Herculisque arcum sociis arcessam. Nam divinandi artis inter Phryges peritissimus Helenus, Priami filius, qui prehensus captivus detinetur, aperuit, sine his urbem capi nunquam posse. Regibus sane hoc me facturum esse non promisi, sciens hominis inimicitias, cui ipse auctor fui, ut relinqueretur, quum difficili et immedicabili viperæ morsu tactus esset. Quare non credebam me talem invenire suadam posse, qua ille unquam commoveretur, ut mansuetus erga me foret; sed continuo existimabam, me ab eo interfectum iri. Postea vero, quum me hortaretur Minerva, per somnum, ut solet, ut confidenter virum adirem: (se enim mihi faciem ac vocem immutaturam, ne cum illo

στάμενος τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔχθραν, ᾧ γε αὐτὸς αἴτιος ἐγενόμην καταλειφθῆναι, ὅτε δηχθεὶς ἔτυχεν ὑπὸ χαλεπῆς καὶ ἀνιάτου ἐχίδνης. Οὐκ ἂν οὖν ᾤμην οὐδὲ πειθὼ τοιαύτην ἐξευρεῖν, ὑφ' ἧς ἄν ποτε ἐκεῖνος ἐμοὶ πρᾴως ἔχῃ· ἀλλ' εὐθὺς ἀποθανεῖσθαι ᾤμην ὑπ' αὐτοῦ. Ὕστερον δὲ, τῆς Ἀθηνᾶς μοι παρακελευσαμένης καθ' ὕπνους, ὥσπερ εἴωθε, θαρροῦντα ἐπὶ τὸν ἄνδρα ἰέναι· αὐτὴ γὰρ ἀλλάξειν μου τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνὴν, ὥστε λαθεῖν αὐτῷ ξυγγενόμενον· οὕτως δὴ ἀφῖγμαι θαρρήσας. Πυνθάνομαι δὲ καὶ παρὰ τῶν Φρυγῶν πρέσβεις ἀπεστάλθαι κρύφα, ἐάν πως δύνωνται, τὸν Φιλοκτήτην πείσαντες δώροις, ἅμα καὶ διὰ τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἀναλαβεῖν εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν καὶ τὰ τόξα. Τούτου οὖν προκειμένου ἄθλου (sic Heath. e Wolfii An. l. c. pro vulg. τὰ τόξα τοῦ προκειμένου ἄθλου) πῶς οὐ πάντα χρὴ ἄνδρα γίγνεσθαι πρόθυμον; ὡς διαμαρτάνοντι τῆς πράξεως ταύτης, πάντα τὰ πρότερον εἰργασμένα μάτην πεπονῆσθαι ἔοικε. Παπαί· πρόσεισιν ὁ ἀνὴρ, αὐτὸς ὅδε ὁ Ποίαντος παῖς, οὐκ ἄδηλος τῆς ξυμφορᾶς, μόλις καὶ χαλεπῶς προβαίνων. Ὢ τοῦ χαλεποῦ καὶ δεινοῦ δράματος· οὕτως τό τε γὰρ εἶδος ὑπὸ τῆς νόσου φοβερόν· ἥ τε στολὴ ἀήθης, δοραὶ θηρίων καλύπτουσιν αὐτόν· ἀλλὰ σὺ ἄμυνον, ὦ δέσποινα Ἀθηνᾶ, καὶ μὴ μάτην φανῇς ἡμῖν ὑποσχομένη τὴν σωτηρίαν.

IV. (782.)

Pergit Dio l. c.: ΦΙΛ. Τί δὴ βουλόμενος, ὅστις εἶ ποτὲ σὺ, ἢ τίνα τόλμαν λαβὼν, πότερον ἁρπαγῆς χάριν ἥκεις ἐπὶ τήνδε τὴν ἄπορον στέγην, ἢ κατάσκοπος τῆς ἡμετέρας δυστυχίας;

ΟΔ. Οὔτοι γε δρᾷς ἄνδρα ὑβριστήν.

ΦΙΛ. Οὐ μὴν εἰωθώς γε πρότερον δεῦρο ἥκεις.

ΟΔ. Οὐ γὰρ εἰωθώς· εἴη δὲ καὶ νῦν ἐν καιρῷ ἀφῖχθαι.

ΦΙΛ. Πολλὴν ἔοικας φράζειν ἀλογίαν τῆς δεῦρο ὁδοῦ.

ΟΔ. Ἓν τοίνυν ἴσθι, οὐ χωρὶς αἰτίας με ἥκοντα, καὶ σοί γε οὐκ ἀλλότριον φανησόμενον.

ΦΙΛ. Πόθεν δή; τοῦτο γὰρ πρῶτον εἰκός με εἰδέναι.

ΟΔ. Ἀλλ' εἰμὶ Ἀργεῖος τῶν ἐπὶ Τροίαν πλευσάντων.

ΦΙΛ. Πόθεν; εἰπὲ πάλιν, ὡς εἰδῶ σαφέστερον.

ΟΔ. Οὐκοῦν ἔτι δεύτερον ἀκούεις, τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἀχαιῶν εἶναί φημι.

ΦΙΛ. Καλῶς δῆτα ἔφης ἐμὸς εἶναι φίλος, ὁπότε γε τῶν ἐμοὶ πολεμιωτάτων Ἀργείων πέφηνας· τούτων δὴ τῆς ἀδικίας αὐτίκα μάλιστα ὑφέξεις δίκην.

ΟΔ. Ἀλλ', ὦ πρὸς θεῶν, ἐπίσχες ἀφεῖναι τὸ βέλος.

ΦΙΛ. Οὐ δυνατὸν, εἴπερ Ἕλλην ὢν τυγχάνεις, τὸ μὴ ἀπολωλέναι σε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ.

ΟΔ. Ἀλλὰ πέπονθά γε ὑπ' αὐτῶν τοιαῦτα, ἐξ ὧν δικαίως σοὶ μὲν ἂν φίλος εἴην, ἐκείνων δὲ ἐχθρός.

ΦΙΛ. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ὃ πέπονθας οὕτω χαλεπόν;

ΟΔ. Φυγάδα με ἤλασεν ἐκ τοῦ στρατοῦ Ὀδυσσεύς.

ΦΙΛ. Τί δὲ ἔδρας, ἐφ' ὅτῳ ταύτης τῆς τύχης ἔτυχες;

ΟΔ. Οἶμαί σε εἰδέναι τοῦ Ναυπλίου παῖδα Παλαμήδην.

ΦΙΛ. Οὐ γὰρ δὴ τῶν ἐπιτυχόντων οὐδὲ ὀλίγου ἄξιος συνέπλει οὔτε τῷ στρατῷ οὔτε τοῖς ἡγεμόσι.

---

loquens agnoscar), confidenter huc veni. Comperior autem, a Phrygibus quoque legatos clam esse missos, qui, si qua ratione possent, Philoctetam donis persuasum, simulque propter inimicitiam adversus nos, in urbem reciperent et ipsum et arcum. Quum igitur tale certaminis præmium propositum sit, quidni virum ad omnia promptum esse oporteat? Quippe hac re frustra suscepta omnia prius gesta irrita esse manifestum sit. Papæ! accedit vir ipse, ille Pœantis filius, ex calamitate haud ignotus, ægre ac difficulter progrediens. O sævum atque atrocem aspectum! Sic enim species morbo facta est terribilis et vestitus insolitus, quum ferarum pelles eum tegant. At tu, o patrona Minerva, fer auxilium, nec frustra salutem nobis pollicita videaris.

782.

Phil. Quid tu spectans, quisquis es, aut qua sumpta audacia ad hoc invium tugurium venisti, raptusne causa an explorator nostri infortunii?

Ul. Haudquaquam vides hominem violentum.

Phil. Profecto haud consuetus ante huc venisti.

Ul. Sane non consuetus; at utinam mihi nunc opportuno tempore venisse contingat.

Phil. Proferre mihi videris aliquid valde ineptum de eo quod huc venisti.

Ul. Unum igitur scias, me non sine causa huc venisse, nec tibi alienum visum iri.

Phil. Unde vero? nam hoc primum scire me convenit.

Ul. Argivus sum ex iis, qui adversus Trojam navigarunt.

Phil. Unde? dic iterum, ut accuratius sciam.

Ul. Hoc igitur alterum audi: dico me ex Achæis esse adversus Ilium profectis.

Phil. Bene nempe te mihi amicum esse dicis, quoniam ex Argivis es mihi invisissimis. Horum igitur injuriæ mihi confestim pœnas dabis.

Ul. At o per deos quæso, ne dimittas sagittam.

Phil. Non potest fieri quin hoc die, quum Græcus sis, pereas.

Ul. At ego talia ab illis passus sum, ex quibus jure tibi amicus, illis vero hostis sim.

Phil. Et quid est illud, quod passus es, tam grave?

Ul. In exilium ex exercitu me egit Ulysses.

Phil. Quid autem fecisti, cujus causa hanc fortunam sortitus es?

Ul. Credo nosse te Palamedem, Nauplii filium.

Phil. Non sane unus de multis atque exigui pretii erat inter eos, qui ad Trojam navigabant, nec exercitui nec ducibus.

ΟΔ. Τὸν δὴ τοιοῦτον ἄνδρα ὁ κοινὸς τῶν Ἑλλήνων λυμεὼν διέφθειρε.

ΦΙΛ. Πότερον ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχῃ κρατήσας ἢ μετὰ δόλου τινός;

ΟΔ. Προδοσίαν ἐπενεγκὼν τοῦ στρατοῦ τοῖς Πριαμίδαις.

ΦΙΛ. Ἦν δὲ κατὰ ἀλήθειαν οὕτως ἔχον, ἢ ἐπεπόνθει κατεψευσμένος;

ΟΔ. Πῶς δ' ἂν δικαίως γένοιτο τῶν ὑπ' ἐκείνου γιγνομένων ὁτιοῦν, τοῦ μηδενὸς ἀποσχομένου τῶν χαλεπωτάτων;

ΦΙΛ. Ὦ λόγῳ τε καὶ ἔργῳ πανουργότατε ἀνθρώπων Ὀδυσσεῦ, οἷον αὖ τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀνῄρηκας, ὃς οὐδενὸς ἧττον ὠφέλιμος ἦν τοῖς ξυμμάχοις, ἧπερ, οἶμαι, τὰ κάλλιστα καὶ σοφώτατα ἀνευρίσκων καὶ συντιθείς; ὥσπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμὸν, οὗ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων· εἰ δὲ μὴ, μάτην ἐγίγνετο ἡ στρατεία. Ἀλλὰ τί δή σοι προσῆκον τῆς Παλαμήδους τύχης;

ΟΔ. Εὖ ἴσθι, ὅτι ἐπὶ πάντας τοὺς ἐκείνου φίλους ἦλθε τὸ κακὸν καὶ πάντες ἀπολώλασιν, ὅστις μὴ φυγεῖν ἠδυνήθη. Οὕτως δὲ κἀγὼ τῆς παροιχομένης νυκτὸς διαπλεύσας μόνος δεῦρο ἐσώθην. Σχεδὸν μὲν οὖν ἔγωγε, ἐν ὅσῃ χρείᾳ κατέστηκας αὐτὸς (οἶδα bene adjecit Wyttenb. Bibl. crit. III, 1, p. 53). Εἰ δ' οὖν ἔχων τινὰ μηχανὴν ξυμπροθυμηθείης ἡμῖν περὶ τὸν οἴκαδε ἀπόπλουν, ἡμᾶς τε εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ καὶ ἅμα ἄγγελον ἀποπέμψεις πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ οἴκαδε τῶν σοι παρόντων κακῶν.

ΦΙΛ. Ἀλλ', ὦ δύστηνε, πρὸς τοιοῦτον ἕτερον ἥκεις ξύμμαχον, αὐτόν τε ἄπορον καὶ ἔρημον φίλων, ἐπὶ τῆσδε τῆς ἀκτῆς ἐρριμμένον, γλίσχρως καὶ μόλις ἀπὸ τῶνδε τῶν τόξων πορίζοντα καὶ τροφὴν καὶ ἐσθῆτα, ὡς ὁρᾷς· ἡ γὰρ ἦν ἡμῖν ἐσθὴς πρότερον ἀπὸ τοῦ χρόνου ἠνάλωται. Εἰ δὲ δὴ τοῦδ' ἐθελήσεις κοινωνεῖν τοῦ βίου μεθ' ἡμῶν ἐνθάδε ἕως ἂν ἑτέρα σοι παραπέσῃ σωτηρία ποθὲν, οὐκ ἂν φθονοῖμεν. Δυσχερῆ γε μὴν τἄνδον ὁράματα, ὦ ξένε, τελαμῶνές τε (λύθρου supplet Reisk.) ἀνάπλεοι, καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς νόσου· αὐτός τε οὐχ ἡδὺς ξυγγενέσθαι, ὅταν ἡ ὀδύνη προσπέσῃ· καίτοι λελώφηκε τῷ χρόνῳ τὸ πολὺ τῆς νόσου,

κατ' ἀρχὰς δ' οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.

Sententiam verborum Δυσχερῆ κτλ. expressam esse versu, quem sine auctoris et fabulæ nomine Plut. De curios. 12 (p. 521, A) servavit,

Δύσμορφα μέντοι τἄνδον εἰσιδεῖν, ξένε·

jam vidit Gatak. ad Marc. Antonin. IV, 3, p. 92, qui primus eum huc rettulit.

V. (783.)

Postquam ambo in Philoctetæ speluncam abierunt, in scenam prodiit Lemniorum chorus sese excusans, quod tam diu Philoctetam neglexerit; cf. Dio Chrys. LII, p. 549, 34. Cujus e cantico superesse videntur versus quos servavit Stob. CXX, 10.

Ἅλις, ὦ βιοτά· πέραινε, πρίν τινα συντυχίαν

Ul. Talem igitur virum communis Græcorum pestis perdidit.

Phil. Apertane pugna victum an aliquo dolo?

Ul. Incusabat eum Priamidis exercitum prodidisse.

Phil. Verumne erat hoc crimen, an falsis testimoniis oppressus est?

Ul. Sed quomodo jure ab illo fiat quidquam ex omnibus quæ facit, qui nulla re gravissima abstinuit?

Phil. O verbis et factis scelestisssime hominum Ulysses, qualem rursus hunc virum perdidisti? qui sociis longe utilissimus erat ratione, qua, opinor, honestissima atque sapientissima invenit et composuit: quemadmodum videlicet me quoque exposuit, qui pro salute communi atque victoria in hanc calamitatem incideram, quum Chryses aram ostenderem, ubi si sacrificarent, victoriam ab hostibus reportaturi erant; sin minus, irrita expeditio erat futura. Sed quid ad te pertinuit Palamedis infortunium?

Ul. Bene scito, ad omnes illius amicos pervenisse malum, et omnes perierunt, nisi qui fugæ mandare se potuit. Sic ego quoque præterita nocte clam navi conscensa solus huc salvus perveni. Propemodum vero equidem intelligo, quanta in necessitate ipse constitutus sis. Si quam igitur nobiscum machinationem cooperare velis, ut domum hinc navigemus, nobis certe benefeceris, simulque nuntium domum ad amicos tuos de malis te prementibus miseris.

Phil. At, o infelix, ad alium talem pervenisti socium, qui et ipse inops est et desertus ab amicis, in hoc litore projectus, parce atque ægre hoc arcu comparans et victum et vestitum, ut vides; nam qui ante nobis fuit vestitus, tempore consumptus est. Si igitur hujus vitæ particeps nobiscum hic esse volueris, donec alia alicunde contingat salus, non refragabimur. Turpia vero, o hospes, intus sunt spectacula, fasciæ cruoris plenæ et alia morbi indicia; atque ego ipse non jucundus sum ad convivendum, si morbus incidit. Attamen maxima morbi vis tempore cessavit,

initio vero nullo modo tolerabilis fuit.

783.

Satis est, o vita: desine ante, quam aliquod in-[fortunium

ἢ κτεάτεσσιν ἐμοῖς, ἢ σώματι τῷδε γενέσθαι.

Post parodum haud dubie Phrygum legati in scenam progressi primum Chorum de Philocteta multa sciscitati sunt, deinde vero Philoctetæ ipsi consilium suum (cf. Dio Chrys. LII, p. 551, 33) patefecerunt; cf. fgm. VI.

VI. (784.)

Justin. Mart. De monarch. p. 109 ed. Col. (p. 41, F ed. Hag. Com. 1742).

Ὅρα δέ γ' ὡς κἀν θεοῖσι κερδαίνειν καλὸν,
θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
χρυσόν· τί δῆτα καὶ σὲ κωλύει λαβεῖν
κέρδος παρόν γε, κἀξομοιοῦσθαι θεοῖς;

Legatos Phrygios Philoctetæ munera atque imperium offerentes loqui jam perspexit Valck. Diatr. p. 115. Quamobrem vs. 1 ὁρᾶτε, quod vulgo legebatur, ferri nequit, jamque a Valck. in ὁρᾷς γ' ὅπως, a Welck. in ὅρα δέ γ' ὡς, a Bothio in ὅρα τόδ', ὡς mutatum est. — Vs. 3 λαβεῖν, quod vulgo deerat, adjecit Grot. —

Opportuno tempore, ne legati Philoctetam in suas partes trahant, intervenit Ulixes et oratione callidissime instituta (cf. Dio Chrys. LII, p. 551, 41) tantum in illo patriæ amorem excitat, ut Phrygum conditiones rejiciat.

VII. (785.)

Plut. Adv. Colot. 3 (p. 1108, B): Ἀλλ' ἴσως ἂν ἐπὶ τούτοις καὶ γελάσειέ τις ἐννοήσας τὴν Σωκράτους πραότητα καὶ χάριν

Ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
τῶν ἄλλων φιλοσόφων — — οὐ μόνον
. αἰσχρὸν σιωπᾶν —

Alterum versum præbent Diog. Laert. V, 3, Quint. Inst. Or. III, 1, 14, sed ille post σιωπᾶν: Ξενοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν, hic: καὶ Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν. Scripsisse vero Euripidem

αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν,

apparet e Cic. De orat. III, 35, 141; unde simul intelligitur, qua ratione scriptura Ἰσοκράτην vel Ξενοκράτην originem duxerit. Ex eodem loco apparet, et hunc versum et illum a Plut. citatum ad Euripidis Philoctetam pertinere. Quod autem Matth. e Ciceronis verbis consequi dicit, a Philocteta versus istos pronuntiatos esse, id falsum esse dudum monuerunt Schütz. ad Cic. Ep. 281, et Welck.; loquitur enim Ulixes, ac fortassis orationem suam a verbis illis incepit.

Troum legati infecta re discedunt. Quorum post abitum Chorus Philoctetæ magnanimitatem carmine laudasse eumque in consilio suo confirmasse videtur. Huc fortasse pertinent quæ de Chori canticis monuit Dio Chrys. LII, p. 551, 47: Καὶ τὰ μέλη οὐ μόνον ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν πρὸς ἀρετὴν παράκλησιν (ἔχοντα). — Carmine finito, ni egregie fallor, in medium prodiit Actor, Philoctetæ amicus (cf. Dio l. c. p. 550, 14); nam nisi nunc in scenam processit, omnino ejus persona otiosa fuit. Advenisse autem videtur, ut Philoctetæ, cujus morbus certo quodam tempore redire solebat, auxilio esset. Ac profecto mox Philoctetes summis doloribus vexatus conspiciebatur, quos ipse describens spectatores in maximam sui commiserationem rapiebat (fgm. VIII); postremo autem morbi vi fractus in somnum incidebat.

VIII. (786.)

Aristot. Poet. 22, 13: Οἷον, τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου καὶ Εὐριπίδου, ἓν δὲ μόνον μετατιθέντος, ἀντὶ κυρίου εἰωθότος γλῶτταν, τὸ μὲν φαίνεται καλὸν, τὸ δ' εὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε « φαγέδαινα, ἥ μου σάρκας ἐσθίει πόδος », ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ ἐσθίει τὸ θοινᾶται μετέθηκε. Hinc Euripidem scripsisse consentaneum est:

φαγέδαινα, ἥ μοι σάρκας θοινᾶται ποδός.

Philoctetam loqui nemo non videt. Cf. fgm. VI fin. — Hiatum sustulit Barnes. scribendo φαγέδαινά γ' ἥ, Herm. ad Aristot. l. c. φαγέδαιναν, ἥ, Bœckh. φαγέδαινα δή μου κτλ., quorum qui proxime ad verum accesserit, nunc vix discernas.

IX. (787.)

Hesych. v. Αἰών: Εὐριπίδης δὲ Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει·

ἀνέπνευσεν αἰῶνα.

---

aut facultatibus meis aut huic corpori contingat.

784.

Hoc specta, lucrum etiam inter deos honestum celebratur, qui in templis plurimum habet [esse; auri. Quid igitur etiam te lucrum accipere oblatum impediat, et pari cum diis esse conditione?

785.

Turpe sane est, de universo Græcorum exercitu tacere ac pati, ut barbari loquantur.

786.

Phægedæna, quæ mihi pedis carnes comedit.

787.

Animam exhalavit.

Chori videntur esse, qui Philoctetam morbi vi oppressum conspiciens mortem obiisse putabat. —

Hac opportunitate quin Ulixes ita usus sit, ut Actori patefaceret, quis esset et quo consilio huc venisset, utque eum oratione vaferrima in partes suas raperet, dubitari nequit. Itaque factum est ut, dum Philoctetes morbo superatus jaceret, Actoris auxilio Philoctetæ arcu sagittisque potiretur. Nam Philoctetam re vera armis orbatum esse docet Dio Chr. LII, p. 548, 16. Scena haud dubie Chori carmine finita est, quo absoluto Philoctetes expergefiebat. Paullo post Diomedes (quem simul cum Ulixe in Lemnum venisse testantur Hygin l. c. et Dio l. c. p. 551, 39) in scenam prodibat et Philoctetæ aperiebat, se a Græcis missum esse, ut et illum ipsum et Herculis arma Trojam reduceret, quippe quum Heleni vaticinio prædictum sit, Trojam sine Herculis arcu capi haudquaquam posse.

X. (788.)

Stob. Ecl. eth. t. II, p. 4 ed. Heer.

Τί δῆτα, θάκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι
σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὸ δαιμόνων
οἱ τῶνδε χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων;
Ὅστις γὰρ αὐχεῖ θεῶν ἐπίστασθαι πέρι
οὐδέν τι μᾶλλον οἶδεν, ἢ πείθει λέγειν.

Manifesto hi vss. a Philocteta Heleni illud vaticinium respiciente Diomedi dicti sunt. — Vs. 1 legebatur ἀργικοῖς, vox ne Græca quidem, quam correxit Valck. Diatr. p. 116.

Mox autem, quum Diomedes Philoctetam ad reditum commovere non posset, iterum in scenam prodiit Ulixes, at non amplius aliena forma personatus, sed sua usus, et primum hostem infestissimum diserta ac versuta oratione permulcere, deinde ad id adducere conabatur, cujus causa huc venit. Ac profecto ad consilium suum consequendum multum juvabat, quod antea Philoctetæ armis potitus erat.

XI. (789.)

Aristot. Rhet. ad Alex. c. 18 (al. 19), ubi de προςκαταλήψεσιν agit : κέχρηται δὲ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φιλοκτήτῃ τούτῳ τῷ εἴδει διὰ τοῦδε·

Λέξω δ' ἐγὼ, κἂν μου διαφθείρας δοκῇ
λόγους ὑποστὰς αὐτὸς ἠδικηκέναι·
ἀλλ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ τἀμὰ μαθήσῃ κλύων·
ὁ δ' αὐτὸς αὑτὸν ἐμφανίζει σοι λέγων.

Ulixen his verbis ad Philoctetæ criminationes respondere videtur, quibus is Laertis filio ejus pristinam in se agendi rationem exprobrarit, ut bene Welck. intellexit. — Vs. 3 metro ut mederentur Grot. et Boiss. ediderunt : τἀμὰ σὺ μαθήσῃ, Musgr. τἀμὰ φρασθήσῃ, Pflugk. τἄμ' ἐπιστήσει, Matth. τἀμ' ἀκούσεται vel τἀμὰ γνώσεται, parum recte tertia persona offensus, Hartung. τἀμὰ νῦν γνώσῃ κλύων, Both. denique : ἐξ ἐμοῦ τἄμ' οὐχ ἁμαρτήσεις κλύων. — Vs. 4 erat ἐμφανιεῖ, quod emendavit Heath. Musgr. ἐμφανῆ στήσει, Boiss. ἐμφανῆ θήσει λέγων, Both. ἐμφάνιζέ τοι.

XII. (790.)

Stob. XX, 17.

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,
οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Ad hunc locum respexit auct. Epist. Phalarid. 24. — Ulixem his verbis persuadere Philoctetæ voluisse, ut cum Græcis in gratiam rediret, jam bene Matth. monuit.

XIII. (791.)

Stob. XL, 1.

Πατρὶς καλῶς πράσσουσα τὸν ἀτυχοῦντ' ἀεὶ
μείζω τίθησι, δυστυχοῦσα δ' ἀσθενῆ.

Ulixes loquitur. — Vs. 1 erat εὐτυχοῦντα, quod bene correxit Boisson. — Vs. 2, e Paris. B recepi δυστυχοῦσα pro inepta vulg. δυστυχοῦντα. Consentiunt Hartung. et Bothius, nisi quod Both. τὸν τυχόντ' dedit.

788.

Quid vos, sedentes regiis in sedibus
jactatis omnes nosse res cœlestium,
temerarii rumoris audaces fabri?
Divina qui se scire profitetur, nihil
scit ille plus, quam credulis persuaserit. GROT.

789.

Dicam equidem, quanquam ipse injuriam mihi
fecisse videtur eo quod orationem meam evertere [conatus est:
verum mea ex me ipso audiens intelliges,
ille autem ipse se tibi dicendo manifestabit.

790

Quemadmodum vero corpus nostrum mortale est,
sic iram etiam haud immortalem
habere decet, quisquis sapere scit.

791.

Patria fortuna secunda utens miserum semper
altius tollit, ipsa infelix vero eum deprimit.

XIV. (792.)

Stob. LIX, 18.

Μακάριος, ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει·
ἐν γῇ δ' ὁ φόρτος, καὶ πάλιν ναυτίλλεται.

Manifesto hi vss. sub fabulæ finem a Philocteta pronuntiati sunt. Dicit enim, se (quamvis perfidiam Græcorum satis expertum) iis tamen nunc denuo commissurum esse, quemadmodum mercator, licet antea inter procellam juraverit, nunquam rursus mari sese traditurum, tamen, ubi primum merces in terram exposuerit, lucri cupiditate victus iterum in navem redeat. — Vs. 1 exstat etiam ap. Clem. Alex. Strom. VI, 1, § 7 (p. 739 P.) et Stob. XXXIX, 13.

XV. (793.)

Himer. Orat. XIV, 1 : Ἐπόθησάν ποτε καὶ Φιλοκτήτην μετὰ τὴν νόσον οἱ Ἕλληνες καὶ πολλὰ τοῖς θεοῖς ηὔξαντο· ὁ δὲ λωφήσαντος αὐτῷ τοῦ πάθους λαβὼν εἰς χεῖρας τὰ τόξα ἐζήτει μαθεῖν, εἰ πέμπει πάλιν φιλόσκοπος. Φιλοκτήτην μὲν οὖν ἐκεῖνον καὶ ἐπὶ τὸν ἆθλον ἤγειρεν Ὀδυσσεὺς παρὼν καὶ διδοὺς τῆς τέχνης τὸ σύνθημα. Egregie hunc locum ad Euripidis fabulam primus rettulit Wernsdorfius monens verba λωφήσαντος τοῦ πάθους consentire cum verbis Dionis paraphraseos (cf. fgm. IV fin.) καίτοι λελώφηκε κτλ., ac sine dubio fabulæ exitum designari videmus. Ulixis enim oratione Philoctetes mentis alacritate ac pugnandi cupidine impletur, ut arcum sibi poscat, experturus num ut antea etiam nunc a scopo nunquam aberret. Nec improbabile est, Philoctetæ Euripidei ipsius verba fuisse

εἰ πέμπω πάλιν φιλόσκοπος,

in quibus φιλόσκοπος ratione *Philoctetæ* nominis habita dictum sit.

XVI. (794.)

Orion. Anthologn. V, 4, p. 47, et post tit. VIII, p. 55. ed. Schneidew.

Φεῦ, μήποτ' εἴην ἄλλο πλὴν θεοῖς φίλος,
ὡς πάντ' ἔχουσι, κἂν βραδύνωσιν χρόνῳ.

Vs. 1 Both. μήποτ' ἄλλῳ πλὴν κτλ. — Hæc verba ad fabulæ exitum pertinere manifestum est, sed sintne a Choro an ab Ulixe pronuntiata vix discernes. Neque hoc explores, num postremo Minerva in scenam progressa Ulixis conatus adjuverit et Philoctetæ morbi curationem promiserit.

XVII. (795.)

Hesych : Αἴρειν νοεῖς, δοξάζειν ἡγῇ· Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ· ubi Toup. Emend. in Suid. t. III, p. 300, legendum esse conjicit : αἱρεῖς, νοεῖς, δοξάζεις, ἡγῇ, et sic fere habet Lexic. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 359, 22 : αἱρεῖς, δοξάζεις, ἡγῇ. At t. IV, p. 89, idem emendat : αἴρειν νόον, δοξάζειν, quod probandum videtur. Nam similiter dicit Soph. OR. 914, θυμὸν αἴρειν· Aj. 75, δειλίαν αἴρειν· Eur. Iph. A. 1598, θάρσος αἴρειν. Improbabiliter Hartung. αἱρεῖς νόον, δοξάζεις, ἡγῇ.

XVIII. (796.)

Hesych. : Ἀκριβές, ἄκρον. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ.

ΦΟΙΝΙΞ.

Phœnicis fabulam paucis narrat Apollod. III, 13, 8 : « Phœnix, Amyntoris filius, quum a Phthia, patris pellice, falso stupri accusatus esset, a patre oculorum lumine privatus est. Quem Peleus ad Chironem deduxit et ab eo curatum Dolopum regem constituit. » cf. Schol. Plat. Legg. XI, p. 682, F, Schol. Lycophr. 421. Epigr Cyzic. III (in Jacobs. Anth. Gr. t. XIII, p. 623) : « In tertia columna conspicitur Phœnix, qui a patre obcæcatur, et Alcimeda maritum prohibens. »

Ἀλκιμέδη ξύνευνον Ἀμύντορα παιδὸς ἐρύκει
Φοίνικος ἠδ' ἐθέλει παῦσαι χόλον γενέτου·
ὅττι περ ἤχθετο πατρὶ σαόφρονος εἵνεκα ματρὸς
παλλακίδος δούλης λέκτρα προσιεμένῳ,
Κεῖνος δ' αὖ δολίοις ψιθυρίσμασιν ἤχθετο κούρῳ,
ἦγε δ' ἐς ὀφθαλμοὺς λαμπάδα παιδολέτιν.

Cum his compara Suid. v. Ἀναγυράσιος, Apostol. XI, 41, Arsen. Viol. p. 319 ed. Walz. : Κινεῖς τὸν ἀνάγυρον. dictum « de iis qui sibi ipsi mala arcessunt. Est vero Anagyrus. . . etiam he-

---

792.

Beatus ille, qui domi felix manet :
sed in terra si sunt merces, iterum quoque navigat.

793.

(Experiar) num telum dimissurus sim a scopo non aberrans.

794.

Heu, nunquam aliud quoddam quam amicus esse diis velim, quippe quum omnia valeant, etiamsi morentur.

795.

Αἴρειν νόον, mentem concitare.

796.

Ἀκριβές, summum.

rois, cujus lucum aliquis evertit. Ille vero effecit ut pellex ejus filium deperiret. Quæ quum frustra juvenem sollicitaret, ut impudicum apud patrem criminata est; qui oculis eum privatum in domo inclusit. Postea vero pater se suspendit, pellex autem in puteum se præcipitavit. Historiam refert Hieronymus in libro de tragœdiarum scriptoribus, cum his comparans Euripidis Phœnicem. » Euripides igitur longe recessit ab Homeri narratione, quum ab omni culpa vacuum Phœnicem introduceret. Cf. Schol. Hom. Il. IX, 153 : Καὶ Εὐριπίδης δὲ ἀναμάρτητον εἰσάγει τὸν ἥρωα ἐν τῷ Φοίνικι. Homeri narrationem ex parte repetiit Arsen. Viol. p. 472 ed. W., ubi Phœnicis historiam descripsit, cum Eustathio pellicem Κλυτίαν appellans. Fragmenta multo pauciora supersunt, quam ut ex his de dramatis structura quidquam colligi possit; nec multum juvant fabulæ Ennianæ de Euripidis exemplari expressæ reliquiæ. Tragœdiam vero ante Ol. LXXXVIII, 3 scenæ commissam esse inde cognoscitur, quod ejus Aristophanes in Acharnensibus (vs. 420) mentionem fecit. Attamen eam jam Ol. LXXXI, 1, in qua sententia est Hartungus (vide ad Peliades), actam esse perquam dubium est.

I. (797.)

Gramm. in Cram. An. Gr. Paris. I, p. 403, 9 : Περὶ εἴδους· φησὶν ὁ Εὐριπίδης περὶ Φοίνικός τινος,

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Recte hunc versum a nobis huc relatum esse apparet etiam e Philoponi Ἐξηγήσ. εἰς τὰς πέντε φωνὰς Πορφυρίου (Schol. in Aristot. ed. Brandis. p. 11. ad 1, b, 34), ubi hæc leguntur : λέγεται γὰρ εἶδος καὶ ἡ μορφή, ὥσπερ καὶ ἐν Φοινίσσαις (corrige Φοίνικι, velut fgm. X et XII) Εὐριπίδης φησί· πρῶτον μὲν κτλ. Eundem consentientem fere cum Æol. fgm. II, vs. 2, etiam plures alii scriptores citant, quos illic attuli. — Verba pellicis esse videntur Phœnicis formam laudantis, quippe cujus pulchritudine capta esset.

II. (798.)

Stob. LXXI, 1.

Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
δίδωσιν ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ·
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή·

Cf. fgm. III. — Vss. 1 et 2. Locus est vexatissimus, cui sanando vel interpretando certatim viri docti operam dederunt. Ne autem longus sim et multorum multas conjecturas afferam inutiles, hoc statim monebo, ad verum proxime accessisse videri Boiss., Fritzsch. et Welck. versu 2 corrigentes : ὡραίῳ γαμεῖν, quæ correctio ex parte vel codd. Paris. A. B auctoritate firmatur, qui γαμεῖν præbent. Atqui non possum, quin mihi verborum collocationem parum placere fatear, præsertim quum ὅστις post verbum suum positum sit; quare equidem scribi malim : μοχθηρὸν, εἴ τις ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα δίδωσιν, ὅσπερ οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖν. — Versu 3 Aristophanes in Thesm. 411 usus est.

III. (799.)

Stob. LXXI, 8.

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.

Hunc versiculum et antecedens fgm. Valckenario pellex juvencula eo consilio pronuntiasse videtur, ut Phœnicem sibi conciliaret; sed possunt etiam ab aliquo prolata esse, qui Amyntorem, quum in eo esset ut pellicis insusurrationibus obsequens supplicium de filio sumeret, dehortabatur (cf. fgm. V fin.), monens ne nimis mulierculæ isti confideret, quippe quum senes amatores puellis parum grati esse solerent.

IV. (800.)

Stob. CXVI, 36.

Ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἶ κακόν.

De hoc fragm. idem atque de antecedente valet, nisi forte Amyntoris ipsius verba sunt. — Markl. ad Eur. Suppl. 1108 correxit τοῖς σ' ἔχουσιν, probante Valck. Diatr. p. 271.

V. (801.)

Erotian. p. 132 : Διηπέτης (corrige Διιπετὴς coll. Rhes. 43, Bacch. 1266) ἀντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι λέγων· Δμωσὶ δ' ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς καυτηρίαις πυρίδες καὶ διηπέτη κτεῖναι. Quæ Valck. Diatr. p. 274 sic in versus redegit :

Δμωσὶν δ' ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς καυτήρια

797.
Primum quidem facies regno digna.

798.
Ærumnosum est, si quis filiam viro seni matrimonio collocet, qui non amplius conjugio aptus [est.
Domina enim marito senescenti conjux fit

799.
Amarum uxori juvenili est senex maritus.

800.
O senectus, quantum malum iis es, qui te possi- [dent.

801.
Famulis meis dixi, cauteria

ἐς πῦρ ἔδει καὶ [ταῦτα] δὴ διιπετῆ
θεῖναι.

Hartung. vero (I, p. 72) versum 2 in hunc modum constituit : εἰς πῦρ τιθῶσι καὶ διιπετῆ, θενεῖν, a quo recessit Both. scribens : ἐς πῦρ ἔδει διιπετῆ θεῖναί τινας. — Amyntorem loqui manifestum est. Is enim pellicis sermonibus in filium exacerbatus ac furibundus Choro et nescio cui amico (Phœnicis pædagogo, si recte Welck. conjecit) filii delictum aperiebat jamque paratum esse supplicium dicebat; amicus vero ille (fgm. VI) Phœnicis defensione suscepta hujus culpam non satis in aprico esse monebat. Cui igitur tribuenda erunt fgm. VI, VII et fortasse inc. fab. fgm. LVIII.

VI. (802.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 18 (p. 746 P.) : Εὐριπίδου δὲ ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ (fgm. VII) γράφοντος. . . ἐν δὲ τῷ Φοίνικι,

Τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται.

A Clemente locum sumsit Theodoret. Therap. VI, p. 102, 12. — Grot. et Musgr., fortasse rectius metro iambico dederunt : τἀφανῆ Τεκμηρίοισιν κτλ. — Hoc versiculo nescio quis regi suasisse videtur ut certiora culpæ indicia exspectaret, antequam filium crudelissimo supplicio afficeret.

VII. (803.)

Æschin. In Tim. c. 61 (p. 154 ed. Reisk., p. 355 ed. Bekk.) Καὶ πάλιν (præcesssit Stheneb. fgm. VIII) ὁ αὐτὸς ποιητὴς ἀποφαίνεται ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα διαβολῆς ἀπολογούμενος, καὶ ἀπεθίζων τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἐξ ὑποψίας μηδὲ ἐκ διαβολῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι·

Ἤδη δὲ πολλῶν ᾑρέθην λόγων κριτής,
καὶ πόλλ' ἁμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο
τἀναντί' ἔγνων συμφορᾶς μιᾶς πέρι.
Κἀγὼ μὲν οὕτω χὤστις ἔστ' ἀνὴρ σοφὸς
λογίζομαι τἀληθὲς εἰς ἀνδρὸς φύσιν
σκοπῶν, δίαιταν ἥνπερ ἐμπορεύεται·
ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων ὅτι
τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.
Καὶ τῷδε δηλώσαιμ' ἄν, εἰ βούλαιο σύ,
τἀληθὲς, ὡς ἔγωγε καὐτὸς ἄχθομαι,
ὅστις λέγειν μὲν εὐπρεπῶς ἐπίσταται,
τὰ δ' ἔργα χείρω τῶν λόγων παρέσχετο.

Vss. 1—6, 10—13 habet etiam Stob. Append. Flor. vol. IV, p. 12 ed. Gaisf., p. 383 ed. Lips.) —Locum explicuit Æschines ipse his verbis : Ἤδη πολλῶν πραγμάτων φησὶ γεγενῆσθαι κριτής, καὶ τὰς κρίσεις οὐκ ἐκ τῶν μαρτύρων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ὁμιλιῶν φησι ποιεῖσθαι, ἐκεῖσε ἀποβλέπων, πῶς τὸν καθ' ἡμέραν βίον ζῇ ὁ κρινόμενος καὶ ὄντινα τρόπον διοικεῖ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ὡς παραπλησίως αὐτὸν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικήσοντα, καὶ τίσι χαίρει πλησιάζων· καὶ τελευτῶν οὐκ ὤκνησεν ἀποφήνασθαι τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Hinc eos falli manifestum est, qui post vs. 6 aliquid excidisse censent. Ac profecto nihil desideratur. — Hos versus ab amico pro Phœnice dictos esse dudum Valck. Diatr. p. 270 ex Æschinis verbis monuit. — Vs. 6 Stob. Append. Flor. βλέπων pro σκοπῶν, et ἱμερεύεται pro ἐμπορεύεται. — Vss. 7 — 9 Stob. Append. Flor. omissos citant etiam Diod. Sic. XII, 14, Hermog. Progymn. in Walz. Rhett. I, p. 25, Doxopater ibid. II, p. 288, Greg. Corinth. ibid. VIII, p. 739. Ad eosdem respexit Hermog. ibid. III, p. 437, et Demosth. De fals. leg. p. 417, 17 ed. Reisk., qui eos in Æschinem retorsit. — Vs. 9 solum Hermog. in Walz. Rhett. I, p. 67; III, p. 738, et Aphthon. ibid. IV, p. 67, Plin. Epist. IV, 28.

VIII. (804.)

Stob. Append. Flor. p. 11 vol. IV. ed. Gaisf., p. 382 ed. Lips.

Οἱ πεῖραν οὐ δεδωκότες
μᾶλλον δοκοῦντες ἢ πεφυκότες σοφοί.

Hoc et sequente fgm. Amyntor amico Phœnicem defendenti respondisse videtur.

---

igni immitti oportere et candentia reddi.

802.

Incerta ratiocinationibus probabiliter cognoscuntur.

803.

Jam vero in multis disceptationibus judex electus sum,
et quum multa disputata essent
a testibus, contraria de eodem casu cognovi.
Nam et equidem, et quisquis vir est sapiens,
sic verum investigo, ut hominis indolem
considerem, et vitæ, quam instituit, rationem:
quisquis autem malorum societate gaudet,
in hunc non inquisivi, quippe intelligens, eum
talem esse, quales sint quibuscum versari gaudeat.
Atque huic quoque, si velis, patefaciam
verum, quoniam equidem ipse ægre fero,
quisquis speciose dicere scit,
res dictis inferiores perficere solet.

804.

Qui specimen non dederunt (Sapientiæ),
sapientes videntur potius quam sunt.

IX. (805.)

Stob. XC, 6.

Μέγιστον ἆρ' ἦν ἡ φύσις· τὸ γὰρ κακὸν
οὐδεὶς τρέφων εὖ χρηστὸν ἂν θείη ποτέ.

Cf. fgm. VIII. — Vs. 1 τὸν γὰρ κακὸν scribi malim.

X. (806.)

Stob. XXXVIII, 14.

Φθόνον οὐ σέβω, φθονεῖ-
σθαι δ' ἐθέλοιμ' ἂν ἐπ' ἐσθλοῖς.

Chori hæc verba esse vix est quod moneamus. — In cod. Leid. Valckenario (Diatr. p. 270) teste lemma est Εὐριπίδου Φοινίσσαις.

XI. (807.)

Stob. LXXIII, 57.

Γυνὴ δὲ πάντων ἀγριώτατον κακόν.

Phœnix pellicis fraudulentia a patre oculorum lumine privatus loqui videtur. Cujus ad orationem fortassis etiam pertinuit inc. fab. fgm. XLVI. — Vulgo erat πάντως, sed codd. Paris. A. B et Grot. πάντων.

XII. (808.)

Stob. CXXI, 12.

Καίτοι ποτ' εἴ τιν' εἰσίδοιμ' ἀνὰ πτόλιν
τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον,
ἀδημονοῦντα συμφοραῖς ἐλοιδόρουν,
ὡς δειλὸς εἴη θάνατον ἐκποδὼν ἔχων·
καὶ νῦν λόγοισι τοῖς ἐμοῖς ἐναντίως
πέπτωχ' ὁ τλήμων. Ὦ φιλόζωοι βροτοὶ,
οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν
ποθεῖτ', ἔχοντες μυρίων ἄχθος κακῶν.
Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου.
Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ
πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου.

Phœnicem loqui e versibus ipsis facile cognoscitur. — Octo priores vss. in Paris. A desunt, reliquis autem satis manifesto errore præfixum est lemma Εὐριπίδου Φοινίσσαις. (Cf. fgm. I.) — Vs. 2 erat προηγήτορες, quod correxit Grot. — Vs. 3 vulgo legebatur ἃ δαιμονῶν ταῖς συμφοραῖς, unde Grot. κακοδαίμονος, Valck. ad Phœn. 841 et Diatr. p. 231 εὐδαιμονῶν, Salmas. ἀδημονῶν, sed rectius Wyttenbach. ad Plut. De ser. num. vind. p. 138 ἀδημονοῦντα συμφοραῖς, quod cum Musgr., qui hoc fgm. inter inc. fab. fgm. (LXXXI) rettulit, recepi. — Vs. 8 in codd. est πόθον, quod Grot. in ποθοῦσ', Musgr. autem probabilius in ποθεῖτ' mutavit.

XIII. (809.)

Stob. XXXIX, 9.

Σὺ δ', ὦ πατρῴα χθὼν ἐμῶν γεννητόρων,
χαῖρ'· ἀνδρὶ γάρ τοι, κἂν ὑπερβάλλῃ κακοῖς,
οὐκ ἔστι τοῦ θρέψαντος ἥδιον πέδον.

Verba quin Phœnicis sint Phthiam ad Peleum profecturi vix dubium esse potest. Ad ea fortasse respondit Phœnicis comes inc. fab. fragmento XXXI, quod huc rettulit Barnes. — Vs. 3 exstat etiam inter fgm. e Papyr. Græc. Paris. ed. Letronn. p. 4, n. VI.

XIV. (810.)

Hesych. : Ἀμνήστευστος γυνή, ἡ παλλακή· Εὐριπίδης Φοίνικι.

Præterea Stob. XCI, 12 haud dubie errore versum ex Phœnice citavit, quem alio loco (XCIII, 17) cum duobus aliis e Plisthene attulit. Cf. Plisth. fgm. III, vs. 1. Th. Bergk. huc etiam pertinere dicit inc. fab. fgm. LXXIV.

805.

Potentissimum sane est natura : nam malum
nemo bene educando bonum unquam reddiderit.

806.

Invidiam non veneror; tamen ut mihi
invideatur ob bona opto.

807.

Mulier malorum est omnium immanissimum.

GROT.

808.

Atqui olim, si quem in urbe cæcum aspiciebam
duci adjunctum, infortunia impatienter ferentem,
male dicebam ei utpote timido, quod morte abstineret.
Atque nunc in contrariam a priori oratione
partem peccavi miser. O vitæ cupidi mortales,
qui posterum diem intueri cupitis
immenso malorum onere oppressi!
Adeo vitæ amor hominibus est insitus.
Nam quid sit vita scimus; propter mortis vero ignorantiam
quisque metuit hanc solis lucem relinquere.

809.

At tu, o genitorum meorum patria, salve :
homini enim profecto, etsi malis obruitur,
nulla regio altrice jucundior est.

810.

Ἀμνήστευτος γυνή, pellex.

ΦΡΙΞΟΣ.

Argumenti summa iis contineri videtur, quæ Hygin. (fab. II et III) narrat; nam in enarranda Inonis fortuna eum maxime ex Euripidis fabulis hausisse, et fab. IV docet *Ino Euripidis* inscripta et nos ad *Inonis* argumentum monuimus. Dicit vero: *Ino, Cadmi et Harmoniæ filia, quum Phrixum et Hellen ex Nebula natos interficere voluisset, iniit consilium cum totius generis matronis et conjuravit, ut fruges in sementem quas darent torrerent, ne nascerentur: ita ut, quum sterilitas et penuria frugum esset, civitas tota partim fame, partim morbo interiret. De ea re Delphos mittit Athamas satellitem: cui Ino præcepit, ut falsum responsum ita referret: « si Phrixum immolasset Jovi, pestilentiæ fore finem. » Quod quum Athamas se facturum abnuisset, Phrixus ultro ac libens pollicetur se unum civitatem ærumna liberaturum. Itaque quum ad aram cum infulis esset adductus, et pater Jovem comprecari vellet, satelles misericordia adolescentis, Inus Athamanti consilium patefecit. Rex, facinore cognito, uxorem suam Ino et filium ejus Melicerten Phrixo dedit necandos. Quos quum ad supplicium duceret, Liber pater ei caliginem injecit et Ino suam nutricem eripuit....* Deinde (fab. III): *Phrixus et Helle, insania a Libero objecta, quum in silva errarent, Nebula mater eo dicitur venisse et arietem inauratum adduxisse Neptuni et Theophanes filium, cumque natos suos ascendere iussit, et Colchos ad regem Æetam, Solis filium, transire, ibique arietem Marti immolare. Ita dicitur esse factum.* Hæc extrema etiam in fabula Euripidea locum habuisse probabile fit e Schol. Apoll. Rhod. II, 382: Ὅτι δὲ ἡ νῆσος αὕτη ὄρνιθας ἔχει τοξευούσας τοῖς πτεροῖς ὡς βέλεσιν, ἱστορεῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ. Vix autem alio fabulæ loco insula ista cum avibus suis mirabilibus commemorari poterat, quam in descriptione viæ, quæ e Nebulæ præcepto Phrixo peragranda erat; is enim aves illas vitare debebat, ne aries, quo vehebatur, ab iis interficeretur. Itaque in fabulæ fine, quum Ino a Libero morti erepta esset, Phrixus et Helle autem insania obstricti tenerentur, Nebula in scenam prodiit liberisque arietem dedit, quo vecti Thebas relinquerent, et viam simul descripsit, quæ iis esset pervolanda. Paullo aliter Phrixi historiam narrant Pind. Pyth. IV, 159-162, et Schol. ad h. l., Apollod. I, 9, 1. Sed Euripides more suo aliquid narrasse videtur, neque cum tragœdiæ detrimento (si quidem hoc Euripidis inventum est), Phrixum ultro pro patria se immolaturum introduxit. Fragmenta ad perspiciendam fabulæ compositionem nihil fere valent. Bis hanc tragœdiam recensitam esse e Schol. Aristophanis Ran. 1256 (fgm. I) liquet, nec tamen simul duplicis illius recensionis causam cognoscimus. Itaque in ea refingenda multo cautiores quam in reliquis simus necesse est, ne fragmenta e duabus diversis recensionibus petita connectamus. — Hartung. (II, p. 143 sq.) fabulam cum Iphigenia in Tauris, Epopeo et Alopa Ol. LXXXIX, 4, in scenam ¦ rodisse conjecit.

I. (811.)

Aristoph. Ran. 1256 (1225).

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν
Ἀγήνορος παῖς·

ubi Schol. τοῦ δευτέρου Φρίξου Εὐριπίδου ἡ ἀρχή· τὸ λοιπὸν δὲ τοῦ στίχου,

ἵκετ' ἐς Θήβης πέδον.

Vs. 1 habent etiam Lucian. Macrob. 23, Plut. X oratt. vit. IV, 14 (p. 837, E), Hesych. v. Γλυκερῷ Σιδωνίῳ. — Non dubium esse potest quin et hoc et sequentia fragmenta (II, III, IV) e prologo deducta sint, quo Ino, Cadmi filia, de Agenoris stirpe, de Europa virgine a Jove rapta, de Cadmi in Bœotiam migratione, deinde de semet ipsa et odio suo Phrixi Hellesque, quod insidiis clandestinis, quam aperta duritie, ne reprehenderetur, patefacere mallet, copiose verba fecerit. Simul ex hoc fgm. scenam Thebis fuisse intelligitur.

II. (812.)

Schol. Eur. Phœn. 6: Ἐν γοῦν τῷ Φρίξῳ φησίν·

Ἦσαν γάρ, [ὡς λέγουσιν,] Ἀγήνορος κόροι
Κίλιξ, ἀφ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται,
Φοῖνιξ, ὅθεν περ τοὔνομ' ἡ χώρα φέρει,
καὶ Θάσος —

Cf. fgm. I. — Vs. 1 verba ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες (sic enim, non κόροι apud Schol. est) vulgo pro scholiastæ verbis edebantur, ea vero a Scho-

---

811.

Cadmus, Agenoris filius, Sidonia urbe
olim relicta in terram Thebanam pervenit.

812.

Erant enim, (ut perhibent) Agenoris filii
Cilix, a quo Cilicia cognominata est,
Phœnix, unde terra nomen traxit,
et Thasus —

liasta tantum pro genuinis ἦσαν γὰρ —— Ἀγήνορος χόροι posita esse optime monuit Valck. ad Schol. l. c., ac probabiliter Musgr. versum explevit voculis insertis ὥς λέγουσιν. — Valck. l. c. præterea huc referri voluit versum qui sine auctoris nomine legitur apud Plut. De exil. 17, (p. 607, B): Καὶ ὁ τοῦ Διονύσου πάππος (sc. φυγὰς ἦν), ὡς ἐξεπέμφθη τὴν Εὐρώπην ἀνευρεῖν, οὐδ' αὐτὸς ἐπανῆλθε,

Φοῖνιξ πεφυκὼς, ἐκ δ' ὁρίζεται γένος

εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος κτλ. In quo Valck. pro γένος legendum conjecit χθονός.

III. (813.)

Eratosth. Catast. 14 : Ταῦρος. Οὗτος λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι διὰ τὸ Εὐρώπην ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην διὰ τοῦ πελάγους, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ἐν τῷ Φρίξῳ. Idem tradunt Schol. German. et Eudoc. p. 392, collat. Malal. Chron. 35. — Cf. fgm. I.

IV. (814.)

Stob. LXXIII, 35.

Ὡς οὐδὲν ὑγιές φασι μητρυιὰς φρονεῖν
νόθοισι παισίν· ὧν φυλάξομαι ψόγον.

Inonem, Phrixi Hellesque novercam, loqui consentaneum est. Cf. fgm. I. — Vs. 1 in Paris. A est ὑγιὲς οὐδέν.

Prologum haud dubie Chori parodus, parodum colloquium inter Athamantem et Inonem habitum excepit, in quo Ino maximum mariti ac privignorum amorem simulabat, Athamas autem, ut Œdipus Euripidis, tali uxore gaudebat. Cf. fgm. V. (Fortassis etiam huc pertinet inc. fab. fgm. XLII.) Deinde de sublevanda frugum inopia sermo fuisse videtur.

V. (815.)

Stob. LXVII, 15.

Γυνὴ γὰρ ἐν κακοῖσι καὶ νόσοις πόσει
ἥδιστόν ἐστι, δώματ' ἢν οἰκῇ καλῶς,
ὀργήν τε πραΰνουσα καὶ δυσθυμίας
ψυχὴν μεθιστᾶσ'· ἡδὺ κἀπάται φίλων.

Verba manifesto Athamantis sunt. Cf. fgm. IV. — Eosdem vss. præbet Antipater apud Stob. LXVII, 25, ubi est : ἐν νόσοισι καὶ κακοῖς. — Vs. 4 κἀπάται recte Paris. B; vulgo erat καὶ ἀπάται. Voss. Trinc. ἡδὺν καὶ ἀπαντᾶ. Paris. A ἡδὺν καὶ ἅπαντα.

VI. (816.)

Stob. LXXIV, 31.

Δίκαι' ἔλεξε· χρὴ γὰρ εὐναίῳ πόσει
γυναῖκα κοινῇ τὰς τύχας φέρειν ἀεί.

Facile in his quisque Chori verba Inonis orationem comprobantis agnoscet.

VII. (817.)

Etym. M. p. 714, 17 : Σιροί, τὸ ἐπιτήδειον ἀγγεῖον εἰς ἀπόθεσιν πυρῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀσπρίων. Ἀμμώνιος δὲ ἱστορεῖ, ὡς οἱ Ἀττικοὶ ὀξύνοντες τὸ ὄνομα τὸ ι βραχύνουσι, καὶ ἡ τριβὴ τῆς ἀναγνώσεως ἐκτείνεται· εὑρίσκεται δὲ καὶ βραχὺ, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ Φρίξῳ·

Ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

Cf. Draco Straton. De metr. p. 82. — Locum cod. ms. Etymologici Leidens. ap. Valck. Diatr. p. 217 sic explet : καὶ μῶν ἀνοῖξαι, pro quo Valck. l. c. sine causa, ut mihi videtur, correxit :

Καὶ νῷν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

Hartung. II, p. 145 dedit : κοινωνὸς οἶξαι μὲν κτλ. Both. χἠμῶν ἀνοῖξαι κτλ. — Athamantem vel Inonem de responso, quod servus ex oraculo Delphico tulisset, loqui manifestum est.

VIII. (818.)

Stob. VIII, 7.

Ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῄς, ἀνέρος οὐκ ἄξιον
δειλὸν κεκλῆσθαι καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.

Verba Inonis esse videntur vehementer ab Athamante contendentis ut Phrixum pro patria immolari patiatur. Eodem pertinere Welckero videntur fgm. IX et X. — Vs. 1 Paris. A et Trinc. ἀνδρὸς, ac sane forma ἀνέρος aliquid mirifici ha-

---

813.

Taurus inter sidera collocatus esse dicitur, quia Europam e Phœnice per mare in Cretam transtulerat, ut Euripides in Phrixo dicit.

814.

Quippe novercas aiunt nunquam bene velle spuriæ suboli; quarum opprobrium vitabo.

815.

Uxor enim in ærumnis ac morbis marito [nistrat, suavissimum est, si res domesticas bene admiiramque leniens et mœrorem a mente avertens. Dulces etiam sunt amicorum fraudes.

816.

Recte dixit; oportet enim uxorem calamitates semper una cum marito ferre.

817.

Et nobis quidem granaria aperire recusabat.

818.

Qui virum te esse ais, viro parum dignum est timidum vocari et turpi morbo laborare.

bet, quippe quæ alibi in diverbiis non reperiatur, in melicis autem, si adhibetur, α producat; cf. Soph. Phil. 701, OR. 869, Trach. 1007. Propterea Both. correxit : φῄς, ἀνάξι' ἀνδρὸς ἦν κτλ.

IX. (819.)

Etym. M. p. 410, 13 : Ζῆθι· το παραστατικὸν ζῇ, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἰφιγενείᾳ (Taur. 682) καὶ ἐν Φρίξῳ·

Δι' ἐλπίδος ζῇ καὶ δι' ἐλπίδος τρέφου.

Cf. fgm. VIII. Possunt tamen etiam Chori verba esse.

X. (820.)

Stob. XLIII, 4.

Αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.

Cf. fgm. VIII. Ino hoc versu Athamantem cohortari videtur, ne rei frumentariæ inopia patriam viris orbam fieri sinat.

XI. (821.)

Stob. CXX, 18.

Τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Cum alio loco e Polyido fabula petito hoc fgm. confuderunt Schol. Aristoph. Ran. 1114 et 1526, et Schol. Plat. p. 119; cf. Polyid. fgm. VIII. Priori autem loco scribit Schol. Aristoph. : — ἀλλ' ὁ λέγων ἐστὶ Φρίξος κτλ., quod si verum est — nam Scholiastæ, qui duos locos inter se diversos commutaverit, non magnopere confidendum esse quisque videt — Phrixus hos vss. viro sane dignissimos pronuntiavit, quum morti ultro se offerret.

XII. (822.)

Athen. VI, p. 264, B sq. Οὗτοι οὖν οἱ κατὰ τὰς ὁμολογίας καταμείναντες καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς ἐκλήθησαν τότε μὲν μενέσται, νῦν δὲ πενέσται· καὶ πολλοὶ τῶν κυρίων ἑαυτῶν εἰσιν εὐπορώτεροι· καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν Φρίξῳ λάτριας αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τούτων·

Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.

Hinc sumsit Eustath. ad Hom. Il. π', p. 1090, 50. — Versiculus ex oratione Athamantis servum, qui Inonis consilium ei prodiderat, collaudantis petitus esse videtur.

XIII. (823.)

Stob. LXII, 39.

Πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν, ἡ δὲ φρὴν
τῶν οὐχὶ δούλων ἐστ' ἐλευθερωτέρα.

Item de hoc fgm. atque de antecedente valet.

XIV. (824.)

Justin. Mart. De mon. p. 109 ed. Col. (p. 41, F ed. Hag. Com. 1742.)

Εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
εἰς ταὔτ' ἔπρασσον, πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι,
εἰ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ;

Manifesto hæc Athamas cognito Inonis facinore locutus est. — Vs. 2 Grot., Barnes, Both. ἔπρασσεν.

XV. (825.)

Sext. Empiric. Adv. math. I, 13, p. 274 et 287 (p. 661 et 665 ed. Bekk.) : Οἷόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ Εὐριπίδῃ λεχθὲν ἐν Φρίξῳ.

Ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται καθ' ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη,
τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.

De Inone hos vss. pronuntiatos esse facile intelli-

819.
Spe vivas ac spe nutriaris.

820.
Non solitudo, sed viri sunt civitas.

821.
Quis autem scit, sitne hoc vivere, quod mori dicitur,
quod vivere vero, mori? nisi quod mortalium
qui lucem vident, laborant; qui periere vero,
nihil laborant, neque mala patiuntur.

822.
Colonus meus, antiquæ domus famulus.

823.
Multis quidem servis nomen inhonestum est,
mens autem ingenuorum mente liberalior.

824.
Quodsi pius cum sceleratissimis eandem
sortem paterer, quomodo hæc bene se haberent,
si Jupiter optimus nil justi sentiret?

825.
Quisquis vero mortalium putat deos se latere,
quum quotidie mali quid patret, prave sentit,
ac sentiens convincitur; (nam) ubi primum vacare
cœpit Justitia, supplicium sumit ob mala quæ commisit.

gitur, sed a quo non itidem. — Quattuor priores exhibent etiam Clem. Alex. Strom. V, 11, § 122 (p. 722 P.), Euseb. Præp. Ev. XIII, 13, p. 684, sed tanquam Diphili; Justin. Mart. De mon. p. 106, B ed. Colon. (p. 38, E ed. Hag. Com. 1742), et Stob. Ecl. phys. I, 4, 15, p. 110 ed. Heer. ut Euripidis. Apud Justinum hic versus præmittitur vitiosus :

Ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν,

apud Clementem vero hic :

Ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίου
δίδωσιν· εἴ τις οἴεται καθ' ἡμέραν κτλ.

Vs. 1 Sext. Empir. posteriori loco τοὐφημέρον, Clem. et Stob. τοὐφημέραν. — Vs. 3 Bothius acute quidem, sed sine idonea causa scripsit κἀδικῶν pro καὶ δοκῶν. — Versum 5 solus habet Stobæus, quem alienum ab hoc loco censet Musgr., quum nulla copula cum præcedentibus cohæreat; ferri tamen posse eum fatetur, si modo particula quædam adjiciatur; itaque scribi jubet : τιμωρίαν τ'. Egregie vero monet Matth., in asyndeto non esse hærendum, ubi primum plena interpunctio post Δίκη, quæ vulgo inveniebatur, sublata sit : nam vss. 4 et 5 explicationem ejus, quod processerit, continere. Hunc sententiarum nexum non intellexisse videntur qui hos versus citarunt; quare extremum versum utpote a proposito suo alienum omiserunt. — Post quartum versum quinque alios subjiciunt Justin. et Clem. :

Ὁρᾶθ' ὅσοι δοκεῖτε οὐκ εἶναι θεόν
(δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως).
Ἔστιν γάρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράττει κακῶς,
κακὸς πεφυκώς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

Hos vss. non ab Euripide profectos, sed a Christiano quodam homine subditos esse pluribus rationibus ostendit Valck. De Aristobulo c. I, II (cf. etiam Luzac. Exerc. p. 143. sq., Bœckh. Trag. Gr. princ. p. 158), cujus argumentationem ii, quorum menti scrupulus insideat, inspiciant. Similiter idem Justin. Mart. Ad Græc. cohort. p. 10, et De Monarch. p. 37 (ed. Hag. Com. 1742) Sophocli versus quosdam tribuit, qui manifesto nescio cujus versificatoris Christiani sunt; cf. Soph. inc. fab. fgm. LI ed. Brunck. — Versum 2, quem uncis inclusi, omittit Clemens (ed. R. Klotz.), idemque vs. 4 præbet κερδανάτω.

XVI. (826.)

Stob. CXXII, 9.

Καὶ γὰρ πέφυκε τοῦτ' ἐν ἀνθρώπων φύσει·
ἢν καὶ δίκῃ θνήσκῃ τις, οὐχ ἧσσον ποθεῖ
πᾶς τις δακρύειν τοὺς προσήκοντας φίλους.

Chori Inonis sortem commiserantis verba esse videntur.

XVII. (827.)

Stob. XCIV, 2.

Κρείσσων δὲ βαιὸς ὄλβος ἀβλαβὴς βροτοῖς,
ἢ δῶμα πλούτῳ δυσσεβῶς ὠγκωμένον.

Hæc quoque Chorus pronuntiasse videtur. — Vs. 1 vulgo erat βίος, quod correxit Scalig.

XVIII. (828.)

Phot. : Πώγωνα πυρός, τὴν ἀναφορὰν τοῦ πυρός. Εὐριπίδης Φρίξῳ. Huc procul dubio respexit Pollux On. II, 88. : Ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πώγων πυρός, ἡ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τῆς φλογός.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

Fabulæ argumentum iis contineri videtur, quæ tradit Pseudo-Plut. in Parall. c. 33 (p. 313. D) : « Pelops, Tantali et Euryanassæ filius, in matrimonium duxit Hippodamiam, ex qua Atreum et Thyesten genuit; e Danaide nympha vero Chrysippum, quem majore quam genuinos amore est prosecutus. Laius autem Thebanus cupidine impulsus rapuit eum, comprehensusque ab Atreo et Thyeste, venia a Pelope dignatus est, quum amor raptus causa fuisset. Hippodamia vero Atreo ac Thyestæ persuasit, ut Chrysippum interficerent, sciens eum regni successorem fore. Qui quum hoc detrectarent, ipsa flagitio manus polluit. Nocte intempesta, dum Laius dormiret, stricto ejus gladio Chrysippum sauciavit, gladio in eum defixo. Laius quum in necis suspicionem venisset propter gladium, liberatus est ab ipso Chrysippo, qui jam semimortuus veritati tulit testimonium. Pelops filio sepulto Hippodamiam terram relinquere coegit. Sic narrat Dositheus in

826.

Hoc enim hominum naturæ insitum est,
ut, etiamsi quis jure interemtus sit, non minus
quisque cognatos amicos lugere cuperet.

827.

Præstantior enim est hominibus mediocris opulentia sine fraude acquisita, quam domus divitiis impie amplificata.

828.

Πώγωνα πυρός, ignis sursum nisus et in culmen exsurgens.

Pelopidis. » Cf. Pausan. VI, 20, 4, Apollod. III, 5, 5. Athen. XIII, p. 602, F: Ἄλλοι δέ φασι τῶν τοιούτων ἐρώτων (sc. τοῦ παιδεραστεῖν) κατάρξασθαι Λάϊον ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν. Idem ex *Euripide* tradit Ælian. N. An. VI, 15. Cic. Tusc. IV, 33, 71: *Atque, ut muliebres amores omittam, quibus majorem licentiam natura concessit: quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poetæ velint? aut non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius?* Exitum paullo aliter narrant Schol. Eur. Phœn. 1760: Ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχρήσατο τῷ ξίφει, et Hygin. fab. LXXXV: *Hunc* (Chrysippum) *Atreus et Thyestes matris impulsu interfecerunt. Pelops quum Hippodamiam argueret, ipsa se interfecit.* Ille vero, ut ipse dicit, Pisandrum secutus est, Hyginus procul dubio cum Schol. Eur. Or. 5 et Schol. Hom. Il. II, 105, quibuscum in plerisque conspirat, ex eodem fonte (fortassis e Lycophronis vel Diogenis tragici Chrysippo) hausit. Quare Valck. Phœnissarum Scholiastæ non tantum confidere et Pseudo-Plutarchi testimonium e bono fonte haustum ita contemnere debebat, ut Chrysippum dedecus a Laio sibi illatum morte voluntaria expiasse affirmaret: nam sic omnis rerum implicatio ab hac fabula abesset, et epicum potius carmen quam tragœdiam haberemus. Mihi contra duplex fere implicatio in ea infuisse videtur: quum altera ex parte Chrysippum Laius, vehementissimo adolescentis amore ductus, ex altera vero Hippodamia insequeretur, quippe verita ne privignus aliquando genuinis filium regnum præriperet. Ceteroquin utrum Laius Chrysippo re vera flagitium inflixerit an infligere tantum voluerit, dubitari potest: illud autem prorsus Euripideum esse, quod Plut. l. c. narrat, Chrysippum a noverca interfectum ac semimortuum in scenam illatum testimonio suo Laium a cædis suspicione liberasse, quovis pignore contenderim. Cf. Eurip. Hippol. s. fin. Fragmenta autem hujus fabulæ multo pauciora supersunt, quam ut accuratius quidquam de singularum partium dispositione atque conformatione proferri queat; hoc autem facile perspicitur, de Chrysippi raptu ac recuperatione nonnisi a nuntio referri potuisse. — Scriptam esse hanc tragœdiam in Agathonis gratiam narrat Ælian. V. H. II, 21 fin., ipse tamen dubitans.

I. (829.)

Clem. Alex. Strom. II, 15, § 63 (p. 462 P.): Ὁ μὲν γὰρ Λάϊος ἐκεῖνος κατὰ τὴν τραγῳδίαν φησίν·

Λέληθε δ' οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σὺ νουθετεῖς,
γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Locum ad Chrysippum referendum esse luculenter demonstravit Valck. Diatr. p. 21. Cf. fgm. II.

II. (830.)

Plut. De virt. mor. 6 (p. 446, A): Αἱ δὲ τῆς ἀκρασίας φωναὶ ἕτεραι καὶ διαφέρουσαι·

Γνώμην ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται·

καὶ

Αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν,
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν, χρῆται δὲ μή.

Alterum fgm. est etiam apud Stob. V, 6, sed sine lemmate. Utrumque vero ex Euripidis Chrysippo ductum esse probabile fit ex Alcinoi Isagog. in Plat. c. 24, p. 52 ed. Ox.: Ὁρᾶται δέ γ' ἐπὶ μὲν τῆς Μηδείας ὁ θυμὸς λογισμῷ μαχόμενος· λέγει γοῦν τὸ « καὶ μανθάνω κτλ. (Med. 1078 sq.) ... ἐπὶ δὲ τοῦ Λαΐου τὸν Χρύσιππον ἁρπάζοντος ἐπιθυμία λογισμῷ μαχομένη, λέγει γὰρ οὕτως· αἲ αἲ τὸ θεῖον ἐστιν (sic) ἀνθρ. κτλ. Laium hæc verba pronuntiasse Alcinous ipse dicit; at etiam antecedentia manifesto Laii sunt e colloquio cum Pelope deducta, quo Pelops hospitem a flagitioso isto amore avertere conabatur.

III. (831.)

Stob. LXVI, 2.

Γνώμῃ σοφός μοι, καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχοι·
δύσμορφος εἴην μᾶλλον, ἢ καλὸς κακός.

Sine dubio recte Valck. Diatr. p. 20 versu 2 correxit εἴη, ut Pelopis de filio votum eloquentis verba essent; nam hos vss. non posse ab aliquo prolatos esse, qui de semet ipso loqueretur, ex vs. 1 apparet. — Pro ἔχοι Paris. A præbet ἔχειν, quod recepit Bothius, simul σοφὸν pro vulg. σοφὸς restituens.

829.

Nihil me eorum, quæ tu mones, latet:
sed natura me scientem vincit.

830.

Eheu! malum illud evenit divinitus,
quum quis videt meliora nec sequitur tamen.

GROT.

831.

Mente prudens manu quoque strenuus esto:
Deformem, quam pulchro corpore præditum ignavum malo.

IV. V. (832.)

Plut. Erotic. 3 (p. 750, A) : Ὁ δὲ Δαφναῖος, ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, τί οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, εἰ καὶ Πρωτογένης ἔρωτι πολεμήσων πάρεστιν; ᾧ καὶ παιδιὰ πᾶσα καὶ σπουδὴ περὶ Ἔρωτα καὶ δι᾽ Ἔρωτος,

Λήθη δὲ λόγων, λήθη δὲ πάτρας,

οὐχ ὡς τῷ Λαΐῳ πέντε μόνον ἡμερῶν ἀπέχοντι τῆς πατρίδος· βραδὺς γὰρ ὁ ἐκείνου καὶ χερσαῖος Ἔρως, ὁ δὲ σὸς ἐκ Κιλικίας Ἀθήναζε

λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ
διαπόντιος πέταται,

τοὺς καλοὺς ἐφορῶν καὶ συμπλανώμενος. — Primus Musgr. probabiliter vs. 1 ad Chrysippum rettulit, sed reliquos quoque a Musgr. omissos eodem pertinere, cum Welckero mihi persuasissimum est. — Vs. 1 vulgo erat λήθη μὲν λόγων, quod Dübn. e codd., ut videtur, correxit. — Chori hæc verba esse vix est quod moneam.

VI. (833.)

Sext. Empir. Adv. mathem. VI, 17, p. 360 (p. 751 ed. Bekk.) : Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ παρὰ τοῖς τραγικοῖς μέλη τὰ στάσιμα, φυσικόν τινα ἐπέχοντα λόγον, ὁποῖά ἐστι τὰ οὕτω λεγόμενα·

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ᾽ ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
παραδεξαμένη τίκτει θνατούς,
τίκτει δὲ βοράν, φῦλά τε θηρῶν,
ὅθεν οὐκ ἀδίκως
μήτηρ πάντων νενόμισται.

His Grot. probabiliter subjunxit versus et ad metrum prorsus cum illis convenientes, qui leguntur apud Phil. Jud. Περὶ ἀφθαρσ. κοσμ. § 11, p. 498 ed. Mang. (p. 948 ed. Pf.) et De mundo § 11, p. 612 ed. M. (p. 1161 : ed. Pf.) :

Χωρεῖ δ᾽ ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
φύντ᾽ εἰς γαῖαν, τὰ δ᾽ ἀπ᾽ αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ᾽ οὐδὲν
τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ᾽
ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Locum e Chrysippo petitum esse docet Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 24 (p. 750 P.), ubi verba (vs. 11) θνήσκει δ᾽ — — ἀπέδειξεν citat. Eadem habet Philo Jud. Leg. Alleg. I, 3 fin., p. 45 ed. M. (p. 41 ed. Pf.), De incorrupt. mund. § 2, p. 488 ed. M. (p. 939 ed. Pf.), et § 27, p. 515 M. (p. 963 Pf.), Plut. De placit. philos. V, 19, 3 (p. 908 D). — Vs. 1 est etiam apud Diog. Laert. VII, 60. — Vs. 8 verba τὰ μὲν ἐκ γαίας — πάλιν perturbato ordine affert M. Antonin. VII, 50, illa autem : χωρεῖ δ᾽ usque ad βλαστόντα Heraclid. Alleg. Hom. p. 440 (in Galei Opusc. myth.). — Vs. 10 Philo βλαστάνοντα. M. Anton. γένη pro γονῆς, et in fine εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον. — Vs. 12 Plut. μεταμειβόμενα pro διακρινόμενον, quod in μεταμειβόμενον mutatum Valck. ad Phœn. 838 præferendum duxit. — Vs. 13 Philo ἄλλο πρὸς ἄλλο tribus locis et Plut., quod Heath. et Valck. correxerunt. — Vs. 14. ἑτέραν pro ἰδίαν Clem. et Philo p. 515 ed. M. Tum Clem. ἐπέδειξεν, Plut. μορφὰς ἔδειξεν. — Chori verba esse nemo non videt.

VII. (834.)

Stob. CV, 13. Arsen. Viol. p. 486 ed. Walz.

Ὦ δέσποτ᾽, οὐδεὶς οἶδεν ἄνθρωπος γεγὼς
οὔτ᾽ εὐτυχοῦς ἀριθμὸν οὔτε δυστυχοῦς.

Verba Chori esse videntur sub fabulæ finem pronuntiata.

VIII. (835.)

Hesych. : Εἰάων, εἶα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ.

832.

Oblivione sermonum, oblivione patriæ. —
Alas præpetes rotans trans mare volat.

833.

Tellus maxima ac Jovis æther :
hic quidem hominum deorumque genitor est,
illa vero pluvias guttas humidas
recipiens parit mortales,
parit cibos et ferarum genus :
unde haud immerito
mater omnium existimatur.
Redeunt vero in terram e terra
edita ; at quæ semine ætheris
orta sunt, ad polum cœlestem
iterum perveniunt. Interit autem nihil
eorum, quæ exorta sunt, prorsus, sed discedens
aliud ab alio
propriam formam recuperat,

834.

Here, nemo novit sorte mortali satus,
mensura quæ sit prosperi atque improsperi.

GROT.

835.

Εἰάζων, eia vocans.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.*

I. (836.)

Stob. Ecl. phys. 1, 3, 2, p. 26 ed. Heer., Lucian. Jup. trag. 41 (t. II, p. 689 R.), Clem. Alex. Strom. V, 14, § 115, p. 717 P. (unde Euseb. Præp. Ev. XIII, p. 681), Athenag. Leg. p. 5 (p. 283, C ed. Hag. Com. 1742.)

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Duos priores versus habet etiam Plut. De exil. 5 (p. 601, A), Ad princip. inerud. III, 4 (p. 780, D), Quæst. natur. 29 (p. 919 B), Clem. Alex. Protrept. II, § 25 (p. 21, P.). Versu tertio utitur Lucian. Philopatr. 12 (tom. IX, p. 248 Bip.). Eodem respicit Clem. Alex. Protrept. c. VII, § 74 (p. 63). — Vs. 3 Both. p. 311 scribi mavult: τόνδ' ἂν ὀνόμαζε Ζῆνα, κτλ. Locum latine expressit Cic. De nat. deor. II, 25. Quem Valk. Diatr. p. 47 e Cressis petitum censebat, quum Ennii (apud Cic. De nat. deor. II, 2) versus

Adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem,

qui hinc expressus esse videatur, ex Thyeste petitus sit. Sed quum supra Cressas et Thyesten diversas fabulas fuisse docuerimus, Euripideos versus, si quidem hos Ennius ante oculos habuit, ad Thyesten potius pertinere censebimus.

II. (837).

Stob. ibid. I, 4, 21, p. 114 ed. Heer. Plut. De sera num. vind. 2. (p. 549, A).

Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε, μὴ τρέσῃς,
παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
στείχουσα μάρψει τοὺς κακούς, ὅταν τύχῃ.

Vs. 1 apud Stob. est ἡ Δίκη σε πώποτε. — Vs. 4 Stob. habet στείχουσ' ἁμάρτει, quod Canter. mutari volebat in ὁμαρτεῖ, quo recepto legendum erat etiam τοῖς κακοῖς. Sed Plut. codd. μάρψει, Grot. et Barnes. μάρπτει. Deinde Stob. τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν, quod utrum acciperet an Plutarchi scripturam, dubitavit Valk. ad Phœn. 87, ita tamen ut Plutarchum sequi mallet, in Diatr. p. 186 vero illud præferret. Ibidem illis subjungi voluit versum: ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ, qui e Phrixo (cf. fgm. XV) citatur. Hartungo I, p. 248, locus ad Œdipum pertinere videtur.

III. (838.)

Stob. ibid. I, 4, 40, p. 126 Heer.

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖς
ὅταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ
ἢ δεσμὸν ἢ βίαια πολεμίων κακά,
ἢ παισὶν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων.
Ἦ τἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνώτεροι,
εἰ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

Tres priores versus habet etiam Stob. in Floril. XXVIII, 12. Verba fecerunt de his versibus Luzac. Exercit. acad. p. 154, et Valk. Diatr. p. 187 sq. — Vs. 1 Stobæi codd. in Ecl. δοκεῖ, in Floril. δοκεῖς, quod etiam Valk. proposuit, qui hæc interrogando proferri censet, *huiccine tu deos esse putas ad condonandum faciles?* eumque secutus est Heerenius. Sed vix reperiatur particulæ τοι in interrogationibus adhibitæ exemplum. Pro τοι codd. V. A. E. Eclog. Stob. τε præbent, quod ferri potest, si versus ex continuitate sermonis evulsos esse statuimus. Musgr. δόκει probante Luzacio, quod propter vs. 5 sq. tolerari nequit. — Vs. 2 Stob. Floril. ἐκφυγεῖν, Ecl. ἐκφεύγειν, quod Valk. prætulit. Utrumque probum: sed aoristus anteferendus videtur. — Hi versus e tragœdia petiti esse videntur, in qua pater filios homicidio pollutos domo receperat. Αὐθέντης enim significat *interfectorem;* cf. Herc. fur. 1359. Thom. Mag. v. Δεσποτεία. Sed vs. 4 Hartung. II, p. 50, pro παισίν scribi τοῖσιν locumque ad Cresphontem referri jubet. — Vs. 5 pro ἦ τ'ἄρα Valck. veram scripturam revocavit ἦτ' ἄρα, cujus loco potius

(*) De fragmentis asterisco notatis dubitari potest sint Euripidis an alius cujusdam poetæ tragici. Sunt vero hæc: XI, XXVI, L, LXIX, LXXVII, CXXVIII, CXXX, CLI, CCXXIX, CCXXXV, CCLX, CCLXI. Reliqua quæ meris virorum doctorum conjecturis Euripidi adjudicantur, hoc loco omittenda duximus.

836.

Vides sublimem hunc immensum ætherem,
qui fluidis ulnis terram circumplectitur:
hunc puta Jovem, hunc perhibe deum.

837.

Haudquaquam Justitia te accedens, ne trepides,
ad jecur perfodiet, neque alium quempiam
injustum, sed tacite et tardo pede progrediens
improbos, quum sors tulerit, deprehendet.

838.

Faciles ad ignoscendum esse deos censes,
si quis jurejurando mortem effugere quærit,
aut vincula, aut hostium contumelias,
aut filiis interfectoribus domum aperit.
Profecto mortalibus inscitiores sunt,
si æquitatem a justitia alienam censent.

scribere debebat ἦ τἄρα. — Vs. 6. item Valck. εἰ pro vulg. ἢ bene restituit.

IV. (839.)

Athen. XIII, p. 599, F. Stob. Ecl. phys. I, 10, 1. p. 268. sine nomine auctoris.

Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
ἣν οὐδ' ἂν εἴποις, οὐδὲ μετρήσειας ἂν
ὅση πέφυκε κἀφ' ὅσον διέρχεται.
Αὕτη τρέφει σὲ κἀμὲ καὶ πάντας βροτούς.
Τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τῆς θεοῦ.
Ἐρᾷ μὲν ὄμβρον γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο·
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταὐτὸν δύο,
φύουσαν ἡμῖν πάντα καὶ τρέφουσ' ἅμα
δι' ὧν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Euripidis versus esse præter Athenæum testantur Aristot. Eth. Nicom. VIII, 1, 6 Eudem. VIII, 1, p. 1235, 16 ed. Bekk., Magn. Moral. II, 11, p. 1210, 14 Bekk. Eos ex Œdipode ductos esse sibi persuasit Fulv. Ursinus, et ad hanc fabulam retulit sine causa Musgravius, sed rectius ad Hippolytum cum Matthiæo et Welckero (p. 737) retuleris, præsertim quum Plut. Amator. XIII, 8 (p. 756, E), primo fragmenti nostri versui Hippolyti vs. 449 sq. subjecerit. Eosdem tractavit Valk. Diatr. p. 51. — Vs. 2. ἀλλ' οὐδ' Stob. — Vs. 3 exstat etiam ap. Plut. De virt. mor. 4 (p. 442 C). Stob. καὶ ἐφ'. — Vs. 6 τῆς Athen. et Stob., male Matth. et Dindorf. τοῦ. Cf. Pflugk. ad Heracl. 5. — Vs. 7 sqq. affert Aristot. Nic. Eth. l. c.: Εὐριπίδης μὲν φάσκων, ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν, ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν. Magn. Mor. l. c. ὅταν utroque loco, in altero ὅταν ξηρὸν ᾖ πέδον. Ὅταν habet etiam Stob.; Athenæi libri ὅτε. Septem deinceps versus ex Athenæo affert Eustath. ad Il. ξ', p. 917, 6 (p. 978, 23). Huc respexerunt Plut. Amator. XXIV, 5 (p. 770, A): Οὕτω γὰρ « ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν » οἱ ποιηταὶ λέγουσι καὶ γῆς οὐρανὸν κ. τ. λ. M. Antonin. X, 21: Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα, ἐρᾷ δὲ σεμνὸς αἰθήρ. E Menandro citat Schol. Hes. Theog. 138. — Vs. 8 ἔχει codd. P. V. L. Athenæi, Stob. et Valk. l. c. ἔχῃ opt. cod. Athenæi. — Vs. 12 pro φύουσιν Valck. dedit τίκτουσιν, pro καὶ τρέφουσ' Stob. κἀκτρέφουσ'. — Vs. 13 Stob. et Valck. ὅθεν pro δι' ὧν.

V. (840.)

Stob. Ecl. eth. II, 11, p. 341, ed. Heer.

Τὰ πλεῖστα θνητοῖς τῶν κακῶν αὐθαίρετα.

Euripidis versum esse inde consequitur, quod ad proximum locum, qui est Rhadam. fgm. II adscriptum est τοῦ αὐτοῦ Ῥαδ.; præcedere igitur poetæ nomen debuit. Attamen hoc fragmentum a Dindorfio omissum, a Matthiæo inter dubia (XXI) receptum esse miror.

VI. (841.)

Stob. Floril. I, 6, — sine nomine auctoris, Orion. Anthologn. (Farrag. Euripid. n° 21 post tit. VIII.) p. 57 ed. Schneidew.

Οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον·
οὐ γὰρ πέφυκε δοῦλον οὔτε χρημάτων
οὔτ' ἀσφαλείας οὔτε θωπείας ὄχλου.
Ἀρετὴ δ', ὅσῳπερ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλῃς
τοσῷδε μᾶλλον αὔξεται τελουμένη.

Versus Euripideos esse ex Orione patet, ubi vs. 3 pro ἀσφαλείας legitur εὐγενείας et ὄχλων pro ὄχλου, quæ scripturæ nescio an in textum recipiendæ sint. Nam Orionem multo meliore codice usum esse quam Stobæum, etiam ex vs. 5 apparet. Ibi enim vulgo editum erat λειουμένη, correctum id a Gesn. in τελειουμένη, a Valck. in αὔξετ' ἠγλαϊσμένη, sed recte Orio præbet τελουμένη, in quod etiam Rittershusius conjectura inciderat.

839.

Nonne vides, quanta dea sit Venus?
quam nunquam dicas neque mente assequaris
quanta sit et quo numen suum extendat.
Ea nutrit te et me et omnes mortales.
Cujus rei indicium ne oratione tantum cognoscas
re ipsa hujus deæ potentiam tibi ostendam.
Amat imbrem terra, quoties humus sicca
præ siccitate sterilis humore eget;
amat etiam cœlum venerabile imbris
plenum in terram decidere Veneris impetu.
Hæc duo autem si in unum commisceantur,
omnia nobis pariunt atque alunt simul,
quibus genus humanum vivit vigetque.

840.

Ultro sibi homines pleraque accersunt mala.

GROT.

841.

Virtute nulla carior possessio est.
Non enim serva facta est nec divitiarum,
nec vitæ amoris, nec adulationis vulgi;
sed virtus, quo magis uti ea velis,
eo magis perfecta reddita augetur.

VII. (842.)

Stob. I, 7.

Ἀρετὴ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις καλόν.

VIII. (843.)

Stob. IV, 2.

Τὸ μὴ εἰδέναι σε μηδὲν ὧν ἁμαρτάνεις
ἔκκαυμα τόλμης ἱκανόν ἐστι καὶ θράσους.

Paris. A τὸ δὲ μήδ' εἰδέναι μηδέν. Trinc. τὸ μήδ' εἰδέναι μηδέν. Gesn. τόδ' εἰδέναι σε μηδέν. Grot. τὸ μὴ εἰδέναι σε μηδὲν, recte, ut videtur.

IX. (844.)

Stob. IV, 19.

Τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν
εἰς συμφορὰν ἵστησι πολλὰ δὴ βροτούς.

Hoc fgm. in Paris. A deest, sed Trinc. et codd. Schow. Euripidi assignant. — Vs. 2 Trinc. et quinque Mss. apud Schow. καθίστησι pro ἵστησι, omnes vero contra metrum πολλὴν δὴ, unus B εἰς ἡδονὰς καθῆκε πολλὰ δὴ βρ. Schow. igitur edidit: εἰς συμφορὰν καθῆκε πολλὰ δὴ βρ., quod Matthiæo probatur. In πολλὰ etiam Dobræus (Add. in Aristoph. Plut. Pors. p. 136.) conjectura inciderat. Sed displicet etiam δὴ et fortasse pro πολλὴν δὴ scribendum est πολλάκις vel, ut Both. p. 342 conjecit: πολλαχῇ.

X. (845.)

Athen. XV, p. 665, A. Plut. De garrul. 1 (p. 502, C); Stobæus IV, 30.

Εἴ μοι τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος
Ἀντήνορος δὲ τοῦ Φρυγὸς δοίη θεὸς,
οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι,
σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

Duos priores versus exhibet Athenæus, unde mutuatus est Eustath. ad Il. ψ' p. 1301, 37. (p. 1415, 12); posteriores Plut. et Stob. Utrumque locum recte conjunxit Musgr., haud dubie indicante Athenæo, qui citatis istis versibus pergit: κατὰ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην, ἑταῖρε Τιμόκρατες, οὐκ ἂν δυναίμην ἀπομνημονεύειν κτλ. in quibus verba οὐκ ἂν δυναίμην Euripidis esse jam Schweighæuserus perspexit. — Hartung. (II, p. 538) hos versus in *Alcmæone in Corintho* locum habuisse suspicatur.

*XI. (846.)

Stob. IV, 29.

Ἐπὴν ἐν ἀγαθοῖς εὐνοούμενός τις ὢν
ζητῇ τι κρεῖσσον ὧν ἔχει, ζητεῖ κακά.

In edd. Menandro tribuitur, et a Meinekio inter Menandrea (fgm. incert. CLXXI,) receptum est, sed Gesn. in marg. habet: *Al. hic adscribitur Eurip.* et in codd. B. C. Schow. et hi versus et qui proxime præcedunt adscriptum habent Εὐριπίδου. Si Euripidis sunt, ἐπὴν et κρεῖσσον scribendum esse pro ἐπὰν et κρεῖττον, ut vulgo editur, manifestum est.

XII. (847.)

Stob. IV, 31.

Εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, κεἴ σ' ἐλάνθανεν πάρος,
τὸ σκαιὸν εἶναι πρῶτ' ἀμουσίας ἔχει.

Hic locus in Paris. A deest. — Vs. 1 κεἴ σ' ἐλάνθανεν ex Valkenarii conjectura scriptum est, in quam etiam Porsonus (Adv. p. 276) incidit; libri enim κἂν εἴ σ'. Gesn. in marg. et Grot. κἄν σ' ἐλάνθανεν, solœce. Both. p. 324 vero: ἴσθι γ', εἴ σ' ἐλάνθανεν κτλ. — Vs. 2 libri ἀμουσίαν, sed in marg. ed. 1559 ἀμουσίας, quod cum Grotio recepimus.

XIII. (848.)

Plut. De aud. poet. 14 (p. 36, C). Stob. V, 2.

Ἐγὼ δ' οὐδὲν πρεσβύτερον
νομίζω τᾶς σωφροσύνας,
ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ξύνεστι.

A Stobæo hoc fragmentum Menandro, a Plutar-

842.

Virtus est summum inter homines bonum.

843.

Quod nihil eorum, in quibus peccas, intelligis,
est maximum tibi temeritatis atque audaciæ incitamentum.

844.

Vis illa subita et ingenî præceps vigor
Immensa sæpe damna dant mortalibus.

GROT.

845.

Si mihi Nestoris Phrygisque Antenoris
facundam orationem deus daret,
nunquam implere possem nil reticentem,
sapientes sermones homini insipienti ingerens.

846.

Si quis bonis abundans sibi melius aliquid
quærit, quam quod habet, malum quærit.

847.

Bene enim hoc scias, etiamsi ante ignorasti,
stultum esse imperitiæ primas tenet.

848.

Ego vero nihil antiquius temperantia arbitror,
quippe quæ bonis semper comes sit.

cho rectius Euripidi tribuitur; id enim metrum etiam probabile reddit. Ab Hartungo I, p. 460 ad Inonem refertur.

XIV. (849.)

Athen. IV, p. 158, E. Gellius. N. A. VII, 16.

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι

κατὰ τὸν σὸν Εὐριπίδην, γραμματικώτατε,

πλὴν δυοῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου,
ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν;
ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή· τρυφῇ γέ τοι
ἄλλων ἐδεστῶν μηχανὰς θηρεύομεν. —.

Duo priores vss. exhibet Stob. V, 7 sine nomine auctoris, Plut. De aud. poet. 14 (p. 36, F), De Stoicorum repugn. XX, 8 (p. 1043, E), et XXI, 1 (p. 1044, B), tertium addit ibid. XXI, 7 (p. 1044 F). Tres priores Sext. Empiric. Adv. gramm. I, 271 (p. 661 ed. Bekk.), Musonius ap. Stob. XL, 9, p. 79 ed. Gaisf., Eustath. ad Il. λ', p. 868, 33 (p. 815, 9). Verba τρυφῇ γέ τοι cum versu quinto habet etiam Teles ap. Stob. CVIII, 82. — Vs. 1 Sext. Emp. τί γὰρ δέοι. Eustath. καίτοι τί δεῖ πλὴν δυοῖν μόνων. Stob. μόνοιν, et sic Grot. edidit. — Vs. 2 πόματος Wyttenb. retinuit. Sed hoc vitium pluribus Euripidis locis insidet; cf. Monk. ad Hippol. 209. — Vs. 3 Gell. ἅ τινα πάρεστι. Sext. ἃ δὴ πάρεστι. — Vs. 4 Gell. πλησμονή, Athenæi libri πλησμονῆς. Gell. et Teles Stobæi τρυφῇ δέ τοι.

XV. (850.)

Stob. VII, 9 cum lemmate Εὐριπίδου Ἡρακλεῖ. Plut. De virt. moral. 7 (p. 447, F).

Τὸ μὲν σφαγῆναι δεινὸν, εὔκλειαν δ' ἔχει,
τὸ μὴ θανεῖν δὲ δειλὸν, ἡδονὴ δ' ἔνι.

Stob. hos vss. falso ex Hercule citavit, sed fortasse sunt Herculis verba in Licymnio (similiter enim in Bachm. An. Gr. I, p. 412,7, versus e Licymnio citatur; cf. Licymn. fgm. I), vel in dramate quodam satyrico, velut Syleo, prolata, neque vero, ut Hartungo II, p. 146, videtur, e Phrixo ducta. — Vs. 2 Stob. τὸ μὴ θανεῖν δ' οὐ δειλὸν, recte hoc improbatum a Pors. Adv. p. 276.

XVI. (851.)

Stob. IX, 15.

Φεῦ φεῦ, τὸ νικᾶν τἄνδιχ' ὡς καλὸν γέρας,
τὸ μὴ δίκαια δ' ὡς ἁπανταχοῦ κακόν.
Καὶ γλῶσσα φλαύρα καὶ φθόνος τοῦ μὴ φθονεῖν
ὅσῳ κάκιον μὴ καλῶς ὠγκωμένοις.

Vs. 1 τἄνδιχ' ex emendatione Musgravii edidimus pro vulg. τὰ δίκαι'. Pro γέρας margo Gesn., Voss., codd. D. F. ap. Schow. μέγα. Both. p. 326 mavult πέρας. — Vs. 3 pro γλῶσσα φλαύρα margo Gesn. et codd. C. W. apud Schow. γαύρα, quod Grot. recepit. Voss. γλαύρα, utraque scriptura confusa.

XVII. (852.)

Stob. XII. 1.

Δύστηνος, ὅστις καὶ τὰ καλὰ ψευδῆ λέγων
οὐ τοῖσδε χρῆται τοῖς καλοῖς ἀληθέσιν.

Vs. 1 Schow. e quattuor mss. ediderat: Ἦπου χαλεπόν ἐστι τὸ ψευδῆ λέγειν, altero versu omisso. — Vs. 2 καλοῖς Grot. restituit pro codd. Scriptura κακοῖς. — Pors. Adv. p. 276 fragmentum sic emendavit: Δύστηνος ὅστις τὰ καλὰ καὶ ψευδῆ λέγων Οὐ τοῖσδε χρῆται τοῖς καλοῖς κἀληθέσιν. Both. p. 331. vero ingeniose scripsit: ὅστις, καὶ καλὰ ψεύδη λέγων, Οὐκ οἶδε χρῆσθαι τοῖς κτλ.

XVIII. (853.)

Stob. XIII, 1.

Πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω,
ἢ σκλήρ' ἀληθῆ; φράζε· σὴ γὰρ ἡ κρίσις.

Hartungo I, p. 127, ad Cadmum pertinere videntur.

849.
Homini quid est necesse præter duo sola,
Cereale germen atque aquarum potum,
quæ sunt parata et nobis alendis a natura data?
quorum satietas nobis non satisfacit; luxu igitur
incitati aliorum ciborum artificia sectamur.

850.
Interfici quidem grave est, gloriam vero parat;
non mori autem turpe quidem est, sed voluptatem [præbet.

851.
Papæ! quam pulchrum bonum est in re justa vin[cere,
in injusta autem quam malum ubique! [sunt,
Et lingua maledica et invidia quanto deteriores
quam non invidere iis, qui honeste evecti sunt.

852.
Miser ille, qui falsa ornare quum didicerit,
non vera potius optat ornate eloqui.

853.
Mavisne, ut tibi blanda mendacia loquar,
an duram veritatem? dic: nam tua est optio.

XIX. (854.)

Stob. XIII, 15.

Ἀτὰρ σιωπᾶν τά γε δίκαι' οὐ χρή ποτε.

Hartung. I, p. 303, versum ad Ægeum refert, sed vide ne ad Inonem referendus sit; cf. Inon. fgm. IX, XVI.

XX. (855.)

Stob. XX, 12.

Πόλλ' ἔστιν ὀργῆς τῆς ἀπαιδεύτου κακά.

Cohærebat cum Archelai fgm. XXXIV, quod vide.

XXI. (856.)

Stob. XX. 25.

Ὀργαὶ γὰρ ἀνθρώποισι συμφορᾶς ὕπο
δειναί, πλάνος τε καρδίᾳ προσίσταται.

Euripidi tribuitur in Gesn., Schow. et Paris. B, in A deest.

XXII. (857.)

Stob. XX, 39. Apostol. XIV, 7. Arsen. Viol. p. 378 ed. Walz.

Ὁ θυμὸς ἀλγῶν ἀσφάλειαν οὐκ ἔχει.

Sine lemmate est ap. Trinc. et Gesn., ap. Schow. cum lemmate τοῦ αὐτοῦ i. e. Εὐριπίδου, nam præcedit Euripidis locus. In Paris. A deest. Apud Apost. adjectum est Euripidis nomen.

XXIII. (858.)

Stob. XX, 40.

Ἐν τοῖς κακοῖσι συγγένει' ὅταν παρῇ
τραχεῖα κὠξύθυμος, ἀμαθίαν ἔχει.

Trinc., Gesn., Schow. sine lemmate, sed Gesn. et Schow. cum Euripidis loco tam arcte conjunctum præbent, ut hujus etiam esse videatur.

XXIV. (859.)

Stob. XXII, 5. Arsen. Viol. p. 217 ed. Walz.

Ὅταν δ' ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινά,
λαμπρῷ τε πλούτῳ καὶ γένει γαυρούμενον,
ὀφρῦν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα,
τούτου ταχεῖαν νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα·
ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον, ἵνα μεῖζον πέσῃ.

Euripidi tribuitur in Paris. A, Trinc. et ap. Schow., Philistioni (i. e. Philemoni) ab Arsen., Anton. Melissa XXX, p. 141, et auctore Compar. Menandri et Philem., Menandro a Grotio, quem Valck. sequi non debebat. — Vs. 1 post ὅταν recte Meinekius (Menandr. p. 305) δ' inseruit. Arsen. ἐὰν ἴδῃς πονηρὸν εἰς ὕψος αἰρόμενον. — Vs. 2 idem et Gaisf. λαμπρῷ e codd. dederunt pro vulg. λαμπρῶς. Arsen. τύχῃ pro γένει. — Vs. 3 Ars. καθηρκότα. — Vs. 4 auctor Compar. Menandri et Phil. ἥξειν pro εὐθὺς. Arsen. τούτῳ τάχιον τὴν μεταβολὴν προςδόκα. Both. p. 357 εὐθύ. — Vs. 5 a Stobæo omissus exstat apud Arsen. et Ant. Meliss., sed Arsen. post ἵνα inseruit καί. Euripideos esse hos versus etiam propter vs. 2 judico, qui fere non differt a Stheneb. fgm. II. vs. 1.

XXV. (860.)

Stob. XXII, 6.

Κρινεῖ τις αὐτὸν πώποτ' ἄνθρωπον μέγαν,
ὃν ἐξαλείφει πρόφασις ἡ τυχοῦσ' ὅλον;

Vs. 1 recte Valk. Diatr. p. 223 correxit, κρινεῖ τίς αὐτὸν (αὐτὸν jam Barnes.) pro vulg. κρίνει τις αὐτὸν, ac postea, ἀνθρώπων, cujus loco Matth. ἄνθρωπος scribi maluit. Sed accusativus optime se habet.

XXVI. (861.)

Stob. XXII, 31.

Εὐδαιμονί' εἴωθεν
ὑπερηφανίας ποιεῖν.

Euripidi assignatur in Trinc. et Paris. B a manu pr., sed Εὐριπίδου expunctum a m. sec. In codd. Schow. et, ut videtur, in Paris. A (nam Grotius incerto tribuit) lemma deest.

854.
Sed justa tacere nunquam decet.

855.
Ex ira intemperata multa prodeunt mala.

856.
Graves iræ hominibus e calamitate
exoriuntur, et error pectori assidet.

857.
Animus irascens nihil habet tuti.

858.
In malis si adest consortium asperum
et ad iram promptum, imprudentiam efficit.

859.
Si quem in sublime elatum videris,
splendidis divitiis et origine superbientem,
et supercilium supra sortem suam tollentem;
hujus celerem vindictam mox exspecta;
nam altius evehitur, ut gravius ruat.

860.
Hominumne sese quispiam magnum putet,
occasio quem minima facile everterit?
GROT.

861.
Felicitas superbiam efficere solet.

XXVII. (862.)

Stob. XXIII, 5. Arsen. Viol. p. 72 ed. Walz. Boisson. Anecd. Gr. vol. I, p. 114.

Ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
αὐτοὶ δ' ὅταν σφαλῶμεν, οὐ γιγνώσκομεν.

Stobæi codd., Arsen. et Boisson. codd. hos vss. Euripidi tribuunt; sed iidem ut Menandrei leguntur in Γνώμαις μονοστίχοις vs. 46, ubi vs. 2 sic scribitur: αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γιγνώσκομεν. Eandem scripturam præbet Boisson. l. c. et Orion. Anthologn. ed. Ritschl. (Ind. lectt. Bonn. 1839 — 40, p. VI, l. 12). Sed facile et Euripidis et Menandri possunt esse (quod præter alios prudenter a Schneidewino monitum est Conj. crit. p. 87 et 89), siquidem a poetis comicis Euripidis versus aut integros aut paullum immutatos in usum suum conversos esse constat.

XXVIII. (863.)

Stob. XXIX, 56.

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

Deest in Paris. A. Cf. Andromed. fgm. XXXVI. Ab hoc versu fere non diversus est Hypsip. fgm. X, vs. 8.

XXIX. (864.)

Stob. XXXIV, 1.

Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖσσον, ἢ σιγὴν ἔχε.

Gesn. marg. *Euripidis*, al. *Dionysii*. Euripidi tribuit etiam Trinc., Grotius incerto.

XXX. (865.)

Stob. XXXIX, 2

Μὴ κάμνε πατρίδα σὴν λαβεῖν πειρώμενος.

Euripidis versum esse recte Matthiæus inde collegisse videtur, quod alii Euripidis versui lemmatis experti subjectus est. Quem Welckerus ad Archelaum refert. Paris. B m. sec. συλλαβεῖν pro σὴν λαβεῖν, quod Both. p. 337 genuinum esse ratus recepit, voce πατρίδα in πατρίδι mutata. Sed quod idem reliquorum librorum scripturam ne græcam quidem esse dicit et editores talia ferentes miratur, ipse viderit.

XXXI. (866.)

Stob. XL, 8. Apostol. IV, 8.

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος,
ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Cum his vss., quos Hartung. I, p. 75, ad Phœnicem refert, apte Barnes. locum Ovid. Fast. I, 493, comparavit.

XXXII. (867.)

Stob. XLIII, 12.

Δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἀνευρίσκειν κακά.

Deest in Paris. A. Both. p. 338, ut cæsuram restitueret, scripsit: δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἂν εὑρ. κ. — Hartungo II, p. 258, versus ad Palamedem pertinere videtur.

XXXIII. (868.)

Stob. XLIII, 13.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον·
χρὴ γὰρ τύχας μὲν τὰς μάτην πλανωμένας
μηδὲν δύνασθαι, τἀμφανῆ δ' ὑψήλ' ἄγειν.
Ὅστις κατ' ἰσχὺν πρῶτος ὠνομάζετο
ἢ τόξα πάλλων ἢ μάχῃ δορὸς σθένων,
τοῦτον τυραννεῖν τῶν κακιόνων ἐχρῆν.

Nomen Euripidis huic fgm. non adscriptum est in Trinc., quum vs. proxime præcedens ad eum relatus sit; Euripidis autem esse etiam inde liquet, quod vs. 1, ad verbum cum Hecub. vs. 805 conspirat, de qua versuum e diversis fabulis petitorum convenientia ad Ægei fgm. IX monuimus. Totus locus deest in Paris. A. Matth. eum in duo fgm. disjungendum esse censet, quum vs. 4 nullius particulæ vinculo cum præcedentibus conjunctus

862.

Omnes in admonendo sapimus;
si vero ipsi aberramus, non animadvertimus.

863.

Nihil eorum turpe est, quæ necessaria sunt hominibus.

864.

Aut dic aliquid silentio melius, aut sile.

865.

Patriam ut recuperes, ne labor tibi sit gravis.

861.

Omnis quidem aer aquilæ permeabilis,
omnis vero terra viro forti patria.

867.

Civitas ægrotans in malis excogitandis callida est.

868.

Nihil est in rebus hominum æquale.
Oportet enim fortunas temere errantes
nihil valere, præstantia vero omnia evehi.
Quisquis robore primus nominabatur,
sive arcum tendens sive hastæ pugna validus,
hunc inferioribus imperare par erat.

sit Sed vereor ut hæc ratio sufficiat; etenim nulla particula inserta extremorum versuum sententia optime cum antecedentibus cohæret. Vs. 2 autem probo, quod Matth. χρῆν (ἐχρῆν) legi voluit, quum sermo de eo sit, quod non fit, etsi fieri debet; itaque recte Grotius vertit : *oportuit.* Ceterum non raro χρὴ et χρῆν inter se commutata sunt; cf. interpp. ad Hippol. 345. — Vs. 5 pro τόξα πάλλων, quod paullulum insolentius dictum sit, Both. p. 314 scribi mavult : τόξ' ἰάλλων, quippe quod apostropho omissa scriptum τοξαιαλλων facile in τοξαπαλλων transire potuerit. Sed πάλλειν τόξα recte dicitur; cf. interprett. ad Soph. Phil. 652, Eurip. Ion. 526.

XXXIV. (869.)

Stob. XLIII, 16.

Ἀλλ' οὔποτ' αὐτὸς ἀμπλακὼν, ἄλλον βροτὸν
παραινέσαιμ' ἂν παισὶ προσθεῖναι κράτη,
πρὶν ἂν κατ' ὄσσων τυγχάνῃ μέλας σκότος,
εἰ χρὴ διελθεῖν πρὸς τέκνων νικώμενον.

Vs. 3 ad τυγχάνῃ supplendum ὤν, quod nonnunquam omitti Matth. Gr. Gr. § 553, p. 1282, docuit. At haud scio an Monkii (ad Hippol. 1442) emendatio : πρὶν ἂν κατ' ὄσσων κιγχάνει μ. σκ. accipienda sit. Similiter enim dicit Eurip. Hipp. l. c. αἶ αἶ κατ' ὄσσων κιγχάνει μ' ἤδη σκότος, ubi etiam Florent. A. 10. præbet τυγχάνει.

XXXV. (870.)

Stob. XLIV, 1.

Ἄρχεσθαι χρεὼν
κακοὺς ὑπ' ἐσθλῶν καὶ κλύειν τῶν κρεισσόνων.

Euripidi tribuunt Trinc., Gesn., Grot. In Paris. A lemma deest teste Gaisf. Hartung. I, p. 159, locum ad Œneum rettulit.

XXXVI. (871.)

Stob. XLVI. 3. Apost. X. 94.

Ἐγὼ γὰρ, ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ
βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν,
πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἂν οὐ τρέσας θεούς·
κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πράσσειν ἀεί.

Welckerus (p. 682) hos versus ex Cressis ductos censet, sed p. 1594 potuisse eos etiam in Telepho vel in Sthenebœa legi dicit. Priorem Welckeri sententiam amplectitur Hartung. I, p. 178.

XXXVII. (872.)

Stob. XLVIII, 2.

Ἀλλ' οὐ πρέπει τύραννον, ὡς ἐγὼ φρονῶ,
οὐδ' ἄνδρα χρηστὸν νεῖκος αἵρεσθαι κακοῖς·
τιμὴ γὰρ αὕτη τοῖσιν ἀσθενεστέροις.

Hartung. I, p. 371, hos versus ad Dictyem refert, sed fortasse ex Alexandro petiti sunt.

XXXVIII. (873.)

Stob. XLIX, 4, c. lemm. Εὐριπίδου Ἠλέκτρᾳ.

Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται
δεινοῖς ἐρῶσιν, ἧς φυλακτέον πέρι.

In Electra non leguntur. — Vs. 2 pro ἧς Grot. et Paris. A dedit οἷς; utrumque falsum judicans Valck. ad Herod. III, 53, p. 223, et Diatr. p. 226 scripsit : δεινῶς ἐρῶσιν, οὓς φυλακτέον, πάτερ. Hæc emendatio quamvis ingeniose excogitata et admodum probabilis sit, tamen ego quidquam mutare non ausim, quum de loco continuitati verborum eruto satis certo judicari non possit et dictio φυλάσσεσθαι περί τινος, licet exemplis careat, rationi non repugnet. Significant igitur verba ἧς φυλακτέον πέρι, cujus (regni) caussa cavendum est (sc. ne rapiatur). Welck. locum ad Archelaum (cf. ibid. fgm. XX sq.), Hartung. I, p. 176, ad Cressas refert.

XXXIX. (874.)

Stob. LI, 6.

Σὺν τοῖσι δεινοῖς αὔξεται κλέος βροτοῖς.

869.

Sed ipse quum erraverim, nunquam alteri
consilium dederim filiis tradere imperium,
priusquam nigra caligo oculos invaserit,
ubi liberorum dominatum subire necesse est.

870.

Imperentur mali a bonis et melioribus pareant necesse est.

871.

Ego enim hunc, qui nefarius ad aram
consedit, lege neglecta, ad pœnas duxerim,
non timens deos. Nam virum malum semper
malo affici oportet.

872.

Atqui non decet regem, ut equidem censeo,
neque virum bonum contendere cum improbis :
illud enim honori est deterioribus.

873.

Nam undique a gravibus amatoribus
appetitur regnum, cujus causa cavendum est.

874.

Adolescit hominum rebus ex duris decus.

Fortasse ex Archelao petitum est, ubi plures similes sententiæ reperiuntur; Hartungo vero I, p. 299, ex Ægeo; p. 551, ex Theseo superesse videtur.

XL. XLI. (875.)

Stob. LI, 14.

Νεανίας γὰρ ὅστις ὢν Ἄρη στυγεῖ
κόμη μόνον καὶ σάρκες, ἔργα δ' οὐδαμοῦ.

*

Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον. ὡς ἡδὺς βίος
ὅ τ' ὄλβος ἔξωθέν τίς ἐστι πραγμάτων.
Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι στέφανος οὐδ' εὐανδρία,
εἰ μή τι καὶ τολμῶσι κινδύνου μέτα·
οἱ γὰρ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν,
ἡ δ' εὐλάβεια σκότον ἔχει καθ' Ἑλλάδα,
τὸ διαβιῶναι μόνον ἀεὶ θηρωμένη.

Vs. 1 στυγῆ (i. e. στυγῇ) Voss., Trinc., quod si non verum, certe ferendum est. Paris. A, B ὢν omittunt. — Vs. 2 Halm. Lectt. Stobens. p. 52 scribi voluit ἔργμα δ' οὐδαμοῦ, nescio qua ratione ductus. — Versum 3 citat etiam Athen. XIV, p. 641, C. A quo novum fragmentum exordiri recte Matth. monuit, illud quidem similis argumenti, neque vero ullo vinculo cum iis, quæ præcedunt, conjunctum. Apud Stob. vero sæpius plura fragmenta in unum coaluisse vidimus. Cf. Belleroph. frgm. XV. — Vs. 5 haud dubie cum Jacobsio ad Anal. Br. VIII, p. 331, scribendum est εὐδοξία pro εὐανδρία, quod vocabulum ex vs. 7 illatum esse videtur. — Vs. 7 exstat etiam in Archel. fgm. VIII, præterquam quod in fine legitur εὐδοξίαν pro εὐανδρίαν. — Vs. 8 καθ' Ἑλλάδα habent Paris. A Voss., Arsen. pro vulg. ἀν' Ἑλλάδα.

XLII. (876.)

Stob. LXVII, 8.

Οἰκοφθόρον γὰρ ἄνδρα κωλύει γυνὴ
ἐσθλὴ παραζευχθεῖσα, καὶ σώζει δόμους.

Pertinet fortasse ad Phrixum; cf. Phrix fgm. IV.

XLIII. (877.)

Stob. LXIX, 3.

Οὐ πάντες οὔτε δυστυχοῦσιν ἐν γάμοις
οὔτ' εὐτυχοῦσι· συμφορὰ δ', ὃς ἂν τύχῃ
κακῆς γυναικὸς, εὐτυχεῖ δ' ἐσθλῆς τυχών.

Vs. 2. De hoc loquendi usu cf. ad Æol. fgm. IV.

XLIV. (878.)

Stob. LXIX, 5.

Μακάριος, ὅστις εὐτυχεῖ γάμον λαβὼν
ἐσθλῆς γυναικὸς, εὐτυχεῖ δ' ὁ μὴ λαβών.

Vs. 2 haud scio an pro εὐτυχεῖ δ' ὁ μὴ λ. scribendum sit : εὐτυχεῖ χὠ μὴ λαβών.

XLV. (879.)

Stob. LXXI, 5.

A. Ἐγὼ παρέξω λέκτρα σοι καλῶς ἔχειν.
B. Δίκαιόν ἐστιν, οἷσι συγγηράσομαι.

Ita ex emendatione Valck. Diatr. p. 228 scriptum est pro vulg. ἐγὼ γὰρ ἔξω λέκτρα αὐτοῖς καλῶς ἔχειν, δίκαιόν ἐστιν, οἷσι συγγ. Both. p. 345 vero dedit : ἐγὼ παρέξω λέκτρα τοῖς καλῶς ἔχειν (δίκαιόν ἐστιν), οἷσι συγγηράσομαι; quod sane habet, quo commendetur. — Hartung. I, p. 455, fragmentum ad Antigonam refert.

XLVI. (880.)

Stob. LXXIII, 1.

Δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίων,
δειναὶ δὲ ποταμοῦ καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαὶ,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία·
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ, κακόν,

875.

Quisquis juvenis Martem odit, coma solum
et caro est, rem vero nusquam habet. —
Vides quam suavis sit mensarum vita,
et opulentia ut extra molestias sit posita.
Sed nulla inest laus nec gloria,
nisi etiam aliquid cum periculo audeant.
Labores enim pariunt gloriam;
cautio vero per Græciam in tenebris versatur,
nihil aliud, quam vitam producere, captans.

876.

Virum enim, qui familiam perdit, prohibet
uxor proba ei conjuncta et servat domum.

877.

Non omnes aut infelices sunt in nuptiis
aut felices. Calamitas est autem, si quis
sortitus sit malam mulierem; felix est, qui bonam.

878.

Beatus, cui uxore bona in matrimonium ducta
fortuna favit; favit etiam ei, qui nullam duxit.

879.

A. Equidem curabo, ut connubium tibi bene se [habeat.
B. Æquum est : nam consenescere cum eo debeo.

880.

Diræ quidem fluctuum marinorum iræ sunt,
diri fluviorum et ignis urentis halitus,

οὐδ' ἂν γένοιτο γράμμα τοιοῦτ' ἐν γραφῇ,
οὐδ' ἂν λόγος δείξειεν· εἰ δέ του θεῶν
τόδ' ἐστὶ πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν
μέγιστος ἴστω καὶ βροτοῖσι δυσμενής.

Planudes Vit. Æsop. p. 12 (28) duo priores vss. sic exhibet : πολλαὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων, Πολλαὶ δὲ ποταμῶν καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί, unde Musgr. δειναὶ ὀργαὶ et ποταμῶν recepit. — Vs. 2 θερμοῦ, quod Gesn. in marg. habet tanquam var. lect., præbet etiam Paris. A, unde recte a Dindorfio receptum est : nam ποταμοῦ πνοαὶ quomodo θερμαὶ dici possint, non video. — Vs. 6 pro δείξειεν Gesn. marg., Par. B, Voss., Arsen. λέξειεν præbent, quam scripturam cum illa sæpius confusam longe deteriorem esse jam Pors. ad Phœn. 539 ostendit. — Welck. hos versus ad Bellerophontem rettulit, sed mihi potius sive in priori Hippolyto sive in Stheneboea sive in Phœnice (ut Hartung. I, p. 74, quoque opinatur) locum habuisse videntur, quanquam difficile esse scio, certi quidquam ea de re statuere, quum nulla fere reperiatur fabula, in qua Euripides in mulieres non sit invectus.

XLVII. (881.)

Stob. LXXIV, 10.

Μοχθοῦμεν ἄλλως θῆλυ φρουροῦντες γένος·
ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκεν ἔνδικος,
τί δεῖ φυλάσσειν κἀξαμαρτάνειν πλέον;

Vs. 1 Par. A φρονοῦντες. — Vs. 2 ἔνδικος ex conjectura Gesn. dederat, quod nunc auctoritate Par. B firmatur. Par. A ἔνδον. Gaisf. conj. πέφυκ' ἔνδον μένειν, et id Boisson. recepit. — Vs. 3 τί δὴ φυλάσσει Par. A. Both. p. 333 probabiliter conjecit: εἰ δεῖ φυλάσσειν, κἀξαμαρτάνει πλέον, i. e. *nam quæ non est proba ipsa natura sua, si custode egeat, etiam plus peccaverit.* Nam verba κἀξαμ. πλ. de custode dicta sane paullulum offensioni sunt. — Welck. et Hartung. I, p. 92, hos vss. admodum probabiliter ad Danaen (cf. fgm. IV) referunt.

XLVIII. (882.)

Stob. LXXIV, 15. Arsen. Viol. p. 171 ed. Walz. sine nomine auctoris.

Γυναικὶ δ' ὄλβος, ἢν πόσιν στέργοντ' ἔχῃ.

Hartung. II, p. 318, versum ex Andromeda petitum esse opinatur.

XLIX. (883.)

Stob. LXXVI. 7. Schol. ad Odyss. α', 215. Eustath. ad Odyss. α', p. 1412, 14 (49): Ὅτι δὲ τῇ μητρὶ ἀνάκειται ἡ περὶ τῶν παίδων ἀκριβὴς εἴδησις, δηλοῖ καὶ Εὐριπίδης λέγων,

Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός·
ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν ὄνθ', ὁ δ' οἴεται.

Καὶ Μένανδρος· Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο, Ἀλλ' ὑπονοοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν. Hinc explicari potest, quî factum sit ut Stob. hos vss. sub Menandri nomine citaverit; propter sententiarum similitudinem enim poetarum nomina confudit. — Vs. 2 Stob. οἶδεν υἱόν. — Hartungo II, p. 357 hi versus ad Andromedam pertinere videntur.

* L. (884.)

Stob. LXXVIII. 3. Clem. Alex. Pæd. I, 6, 48 (p. 127 P.) sine lemm.

Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.

De his versibus sub finem Ægei fabulæ disputavimus.

LI. (885.)

Orion. Anthologn. (farrag. Euripid. nº 7, post. tit. VIII) p. 56 ed. Schneidew. *.

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει
ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος·
ὅστις δὲ τοὺς φύσαντας μὴ τιμᾶν θέλῃ,
μή μοι γένοιτο μήτε συνθύτης θεοῖς
μήτ' ἐν θαλάσσῃ κοινόπλουν στέλλοι σκάφος.

---

dirum paupertas, et alia sexcenta dira sunt,
at nullum tam dirum est malum, quam mulier,
neque pingendo talis descriptio fiat,
neque oratio eam exprimat. Quodsi vero
dei cujusdam artificium est mulier, opificem se
malorum maximum esse sciat et hominibus infen-[sum.

881.

Frustra laboramus genus muliebre custodientes :
nam quæ non ipsa ultro proba fuerit,
quid juvat custodire et magis peccare?

882.

Magnæ mulieri sunt opes conjux amans.

883.

Mater autem liberos magis amat quam pater :
illa enim suos esse scit, hic opinatur.

884.

Mortalibus sæpe liberos educare majorem
comparat voluptatem, quam gignere.

885.

Quisquis autem parentes in vita veneratur,
is et vivus et mortuus diis placet;
quisquis autem genitores honorare nolit,
nec una mecum diis sacrificet, nec
in mari navem ornet mecum communem.

Stob. LXXIX, 2, duos priores versus cum lemmate Εὐριπίδου Ἡρακλειδῶν affert, sed ex incerta fabula petitos esse monuit Grotius; Trinc. simpliciter habet nomen Euripidis. — Vs. 4 Orio vitiose : τοῖς θεοῖς. Hartungus, cui duo priores versus tantum innotuere, vol. I, p 157, locum ad Œneum, vol. II. p. 357 vero ad Andromedam rettulit.

LII. (886.)

Stob. LXXIX, 3, inter duos locos Euripideos, alterum ex Heraclidis, alterum ex Erechtheo petitum, hunc versum exhibet :

Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

A præcedentibus et sequentibus primum disjunxit Grotius, et scripsit : χρὴ τοῖς κ. τ. λ. vel δεῖ τοῖς κτλ. probante Valk. Diatr. p. 228.

LIII. (887.)

Stob. LXXIX, 27.

Ἀλλ' ἴσθ', ἐμοὶ μὲν οὗτος οὐκ ἔσται νόμος,
τὸ μὴ οὔ σε, μῆτερ, προσφιλῆ νέμειν ἀεὶ
καὶ τοῦ δικαίου καὶ τόκων τῶν σῶν χάριν·
στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν
μάλισθ'· ὁρίζω τοῦτο καὶ σὺ μὴ φθόνει·
κείνου γὰρ ἐξέβλαστον, οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ
γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.

Vs. 1 ἴσθ' pro vulg. ἴστ' cum Bothio p. 329 scripsi : alloquitur enim aliquis unam matrem. — Vs. 2 vulgo erat : οὔ σε μᾶτερ. Paris. B οὐδὲ μῆτερ. Pro vulg. δεῖ primus Scalig. ἀεὶ restituit. — Vs. 3 τῶν in Paris. A deest. — Vs. 5 ὀδρίζω (sic) Trinc. et vs. sq. ἐξέβλαστεν. Both. l. c. haud inepte ὁρίζων interpunctione post μάλισθ' deleta; at mutationis justa non adest caussa. — Vs. 7 Coraes ad Nic. Damasc. p. 375 ingeniose correxit αὐχήσειεν, sed vulg. αὐδήσειεν ferendam esse recte monuit Both. l. c. collatis locis Soph. Trach. 1106, Phil. 240. — Welck. locum ad Melanippam (cf. Melanipp. fgm. XVIII), Hartung. II, p. 358, ad Andromedam rettulit.

LIV. (888.)

Stob. LXXXI, 3.

Καὶ τῶν παλαιῶν πόλλ' ἔπη καλῶς ἔχει·
λόγος γὰρ ἐσθλὸς φάρμακον φόβου βροτοῖς

LV. (889.)

Stob. LXXXIV, 2.

Τὸν τῇ φύσει
οἰκεῖον οὐδεὶς καιρὸς ἀλλότριον ποιεῖ.

Vs. 2 manifesto corrigendum est ἀλλοῖον pro ἀλλότριον. In eandem conjecturam incidit Hartung. I, p. 473, qui locum ad Erechtheum refert. Both. p. 305 autem verbis transpositis mutataque sententia scripsit : ἀλλότριον οὐδεὶς καιρὸς οἰκεῖον ποιεῖ.

LVI. (890.)

Stob. LXXXVII, 8.

Ἡ φύσις ἑκάστῳ τοῦ γένους ἐστὶν πατρίς.

Πατρὶς nisi ea significatione, qua πατριὰ solet, adhibitum est, mutandum videtur in πάτρα : haud dubie enim dicere voluit poeta, in amico eligendo vel consociatione cum aliquo ineunda non spectandum esse, quam stirpem illius genus habeat (ἡ τοῦ γένους πάτρα), h. e. non esse generis nobilitatem curandam, sed videndum qua animi indole ille ipse sit. — Hartung. I, p. 159, locum ad Œneum refert.

LVII. (891.)

Stob. LXXXVIII, 1.

Εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα,
ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.

Hinc sumpsit auctor libelli inter Plutarcheos Περὶ εὐγενείας p. 243 ed. Wolf. (vol. V, p. 964 Wyttenb.) — Bene monuit Hartung. I, p. 297, hoc fragmentum, quod Welck. ad Œneum, equidem

---

886.

Et parentibus debitum honorem tribuere.

887.

Verum scitote, nunquam mihi iste mos erit,
ut te, o mater, non semper diligam,
et propter justitiam et propter patrem tuum.
Omnium vero mortalium maxime amo
patrem : aperte hoc dico, neu tu ægre feras.
Ab eo enim creatus sum, neque quisquam vir
se muliere satum prædicet, sed patre.

888.

Et multa veterum dicta recte se habent;
nam oratio generosa remedium timoris est hominibus.

889.

Eum, qui naturæ addictus est, nullum tempus alienum facit.

890.

Indoles cuique pro generis patria est.

891.

Etiamsi in domo opes nos deficiant,
nobilitas tamen et generis decus manet.

ad Inonem (cf. fgm. III) rettuleramus, ad Telephum pertinere, id quod ex hac Attii imitatione appareat:

— *nam si a me regnum Fortuna atque opes*
eripere quivit, at virtutem non quiit.

LVIII. (892.)

Stob. LXXXVIII, 8.

Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι
χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα·
πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ.

Vs. 1 ex emendatione Piersoni Verisim. p. 138 exhibitus est, quum vulgo legeretur, τόσον δὲ παῖδας σωφρονοῦν ἐπίσταμαι. Paris. A habet παῖδα, Par. A, B σωφρονοῦντ'. — Vs. 3 Bergk. pro σώματος consentiente Hartungo I, p. 73, contra metrum scribi jubet σχήματος. Bothius p. 149 σήματος, h. e. *signi*, *indicii*, quod dubito an probandum sit. Monk. ad Hippol. vs. 1249 hos versus ex priore Hippolyto petitos esse censuit, quam opinionem Matth., Dindorfius, Welck., alii probarunt; cf. Hippol. fgm. XIV sub finem. Equidem rem in medio relinquo; nam eodem jure possunt in Phœnice locum habuisse (cf. Phœn. fgm. V), ad quam fabulam eos etiam ab Hartungo l. c. relatos esse nunc video.

LIX. (893.)

Stob. XC, 3.

Οὐ γάρ τις οὕτω παῖδας εὖ παιδεύσεται,
ὥστ' ἐκ πονηρῶν μὴ οὐ κακοὺς πεφυκέναι.

Barnes. et Boissonad. hoc fgm. inter Alcmæonis fragmenta receperunt, quamvis in lemmate fabulæ nomen omissum sit; sed recte Matthiæus hunc errorem inde ortum esse suspicatus est, quod apud Stob. proxime præcedens versus ex Alcmæone (fgm. X) petitus est. Hartung. II p. 239, locum ad Alexandrum pertinere arbitratur.

LX. a. b. (894.)

Plut. de aud. poet. p. 20. D.

A. Χρυσοῦ σὲ πλήθει, τούσδε δ' οὐ, χαίρειν χρεών;
B. Σκαιὸν τὸ πλουτεῖν κἄλλο μηδὲν εἰδέναι.

Καὶ,

Τί δῆτα οὖσι δεῖ σε κατθανεῖν.
Ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

Stob. XCIII, 7 secundum versum prioris fragmenti affert. Simili errore, quo Barnesius antecedens fgm. ad Alcmæonem, hoc ad Dictyem rettulit; Hartung. I, p. 91, prius ad Danaen. — De altero fragmento a Valck. sine caussa ad Palamedem relato sub fin. illius fabulæ egimus.

LXI. (895.)

Stob. XCIX, 4.

Ὅστις δὲ λύπας φησὶ πημαίνειν βροτούς,
δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πετρῶν ῥίπτειν ἄπο,
οὐκ ἐν σοφοῖσιν ἐστὶν, εὐχέσθω δ' ὅμως
ἄπειρος εἶναι τῆς νόσου ταύτης ἀεί.

Vs. 1 Both. p. 328 pro πημαίνειν scribi ποιμαίνειν jussit, ut sententia esset: *quicunque fallere sive irritos reddere jubet mœrores.* Sed exemplum significationis, quam verbo ποιμαίνειν tribuit, vellem attulisset. — Vs. 2. legebatur: δεῖν δ' ἂν χρόνων, quod egregie Piers. Veris. p. 140 mutavit in δεῖν δ' ἀγχονῶν, quam suam etiam emendationem esse significavit Valck. ad Phœn. 335. — Welck. p. 547 fragmentum haud improbabiliter ad Œdipum rettulit; cf. Œdip. fgm. XIV.

LXII. (896.)

Stob. XCIX, 10.

Λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσους.

892.
Tuum autem filium novi castum,
et cum probis versari pietatemque colere solitum.
Quomodo igitur ex tali homine malus
fiat? nemo certe mihi hoc persuadeat.

893.
Nemo enim liberos tam sapienter instituet,
ut mali ne evadant, qui ex improbis nati sunt.

894.
A. Pecuniæ vi te, non hosce, delectari æquum est?
B. Turpe est divitiis abundare neque aliud quidquam [scire.
Quid juvat mortuum te deos venerari?
Melius est; nullus enim labor venerari deos.

895.
Quisquis vero tristitiam hominibus tam gravem esse [ait,
ut suspendio uti et a rupibus se dejicere opus sit,
is sapientibus non adnumerandus est. Precetur [tamen
quisque, ne ærumnam unquam patiatur.

896.
Mœrores enim hominibus morbos pariunt.

LXIII. (897.)

Stob. CII, 2.

Μέλλων τ' ἰατρὸς, τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον
ἰάσατ' ἤδη μᾶλλον, ἢ τεμὼν χρόα.

Legebatur vulgo μέλλοντ' ἰατρός. Paris. B μένοντ', quod quomodo defendi possit, non video. Valck. etsi ferendam scripturam vulg. censet, correxit tamen (Diatr. p. 230) μέλλων γ' ἰατρὸς hac explicatione adjecta: « *medicus qui quidem* prudenter *cunctatur*, τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον, *suos morbo dies relinquens*, atque exspectans τὴν κρίσιμον· tempus illud intermedium ducendo, medicus ille cunctator *sanare* certius *sæpe solet, quam si remediis morbum irritaret* etc.» In quibus ad Valckenarii sententiam accedendum videtur, præterquam quod τὲ pro γὲ cum Musgravio rescribendum erit, nam qui antecesserunt versus cum his olim conjuncti interciderunt. Hartungo I, p. 138, versus e Chrysippo petiti videntur.

LXIV. (898.)

Stob. CV, 8.

Οὐ χρή ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα
ἕξειν τὸν αὐτὸν δαίμον' εἰσαεὶ δοκεῖν·
ὁ γὰρ θεός πως, εἰ θεόν σφε χρὴ καλεῖν,
κάμνει ξυνὼν τὰ πολλὰ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
Θνητῶν δὲ θνητὸς ὄλβος· οἱ δ' ὑπέρφρονες
καὶ τῷ παρόντι τοὐπιὸν πιστούμενοι
ἔλεγχον ἔλαβον τὴν τύχην ἐν τῷ παθεῖν.

LXV. (899.)

Stob. CV, 40.

Βέβαια δ' οὐδεὶς θνητὸς εὐτυχεῖ γεγώς.

LXVI. (900.)

Stob. CVIII, 15. Arsen. Viol. p. 289 ed. Walz.

Θνητὸς γὰρ ὢν καὶ θνητὰ πείσεσθαι δόκει.
Θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν;

Grotius male hos vss. ad Antigonam rettulit; pertinent, si quid video, ad Bellerophontem. Cf. Belleroph. fgm. XI.

LXVII. (901.)

Stob. CVIII, 25.

Πέπονθας, οἷα χἄτεροι πολλοὶ βροτῶν·
τὰς γὰρ παρούσας οὐχὶ σώζοντες τύχας
ὤλοντ' ἐρῶντες μειζόνων ἀβουλίᾳ.

Barnesius Melanippæ fragmentis adnumeravit, quia hi versus locum e Melanippa petitum excipiunt.

LXVIII. (902.)

Stob. CVIII, 43.

Ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν,
κἀν τοῖσι δεινοῖς μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς.

Hi versus a Plut. Consol. ad Apollon. 29 (p. 116, F) Æschylo tribuuntur, ubi vs. 1 legitur ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶν ἐναρέτων κτλ., quod Dübnerus retinuit, quanquam Wyttenbachius ἐναρέτων ex codicum quorundam auctoritate in ἐνδίκων mutaverat. Valck. Diatr. p. 230, C, verba Æschylea gravitate digna judicans scribi maluit: ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων κτλ., Musgr. ἀνδρῶν τόδ' ἐστιν, sed nulla mutationis caussa adest. — Vs. 2 Plut. ἐν τοῖς κακοῖσι. — De auctore versuum res fortasse ita se habuit, ut ad fgm. CCXXIX verisimile nobis visum est.

LXIX. (903.)

Stob. CXIII. 5.

Οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις·
ὅστις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνὴρ

897.

Et medicus cunctans et morbo tempus concedens, aliquando melius sanaverit, quam si cutim secaret.

898.

Non debet rebus prosperis utens
existimare, se eadem sorte semper fruiturum.
Deus enim, si quidem deus vocandus est,
defatigatur, si plurimum cum iisdem est.
Sed mortalium mortalis est felicitas. Superbi vero
et qui e præsentibus futura metiuntur,
documentum capiunt fortunam patiendo.

899.

Constanter felix nullus est mortalium.

900.

Mortalis quum sis, etiam mortalia te passurum esse exspecta. Num dei vitam agere petis homo natus?

901.

Passus es eadem, quæ et multi alii homines.
Nam qui præsenti fortuna non contenti
majora appetunt, stultitia sua periere.

902.

Virorum hoc est justorum atque sapientium,
etiam in rebus adversis non irasci diis.

903.

Tristitiæ mortalibus nullum aliud exstat remedium,
quam viri boni atque amici cohortatio.
Quisquis autem hoc malo ægrotans

μέθη ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα,
παραυτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.

Vs. 4 codd. μεθ' ἧς, pro quo Gesn. in marg. legendum conjecit μόνος, quod Grot. recepit et interpretatione expressit. Wakef. Delect. Trag. vol. II, p. 275, μέθη μαλάσσει, quod haud dubie verum est; nam quo modo verbum γαληνίζειν cum verbo ταράσσειν conjungi possit, non video. Sermo enim de medicina est, qua tristitia animi sedetur, neque vero mens commoveatur; unde patet verbum ταράσσειν omnino hoc loco ferri non posse. — Vs. 5 παρ' αὐτὰ δ' codd.; Gesn. παραυτίκ', Valck. παραυτίχ' ἡσθεὶς, tum quia δὲ particula aptum locum hic non habeat, tum quia παραυτὰ nonnisi apud seriores scriptores legatur. Sed παραυτὰ etiam Atticis non inusitatum esse ostenderunt Schæf. Appar. Demosth. vol. IV, p. 221 et Lobeck. ad Phryn. p. 47; pro δ' autem cum Wakef. l. c. γ' scripserim.

LXX. (904.)

Stob. CXVI, 6.

Ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις;
καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' ἀνθρώπων μολεῖν·
λαβὼν δὲ πεῖραν μεταμέλειαν λαμβάνει
ὡς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἐν θνητῷ γένει.

Gaisford. hoc fgm. novæ comœdiæ poetæ tribui voluit, fortasse elisione diphthongi αι vs. 2 commotus, de qua vide Matth. Gr. Gr. § 45. Ejusdem vitandæ caussa Erfurdt. ad Soph. Aj. p. 516 (ed. maj.) proposuerat: τις εἴς σ' ἐβούλετ', ingeniose quidem, sed parum probabiliter, quum imperfectum ferri nulla ratione possit. Elmsl. ad Med. 548 εἰς σ' ἕτοιμος, nimis a literarum ductibus recedens. Equidem paullo audacius scribi maluerim: βούλεται βροτῶν μολεῖν. Syllabæ αιβροτων facile in ἀνθρώπων transire poterant. — Vs. 3 Meinek. Poet. com. vol. IV, præf. p. X, probabiliter corrigit: μεταμέλεια λαμβάνει, h. e. pœnitentia ingruit, adventat. — Vs. 4 legebatur οἷς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἐν τῷ γήραϊ βαρὺ, pro quo Gesn. ὡς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἢ γῆρας βαρύ legi posse monuerat, receptum id a Musgravio, qui tamen βαθὺ pro βαρὺ scribi malebat. Sed veram scripturam a nobis exhibitam servavit Paris. A. — Barnesius fragmentum ad Œnomaum rettulit, quia Œnomai locus apud Stob. præcedit; Welck. ad Œneum.

LXXI. (905.)

Stob. CXXVI, 1.

Τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος.

Hartungo I, p. 292, e Peleo ductum videtur.

LXXII. (906.)

Stob. CXXVI, 6.

Ὡς σκαιὸς ἀνὴρ καὶ ξένοισιν ἄξενος
καὶ μνημονεύων οὐδὲν ὧν ἐχρῆν φίλον.

Vs. 1. ἀνὴρ Matthiæus correxit pro vulg. ἀνήρ. — Vs. 2 Heath. φίλων scribi voluit. — Welck. ad Archelaum, Hartung. (II, p. 538) ad Alcmæonem in Corintho rettulit.

LXXIII. (907.)

Stob. CXXVI, 7.

Σπάνιον δ' ἄρ' ἦν θανοῦσιν ἀσφαλεῖς φίλοι,
κἂν ὁμόθεν ὦσι· τὸ γὰρ ἔχειν πλέον κρατεῖ
τῆς εὐσεβείας· ἡ δ' ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις
ἀπόλωλ' ὅταν τις ἐκ δόμων ἔλθῃ **

Vs. 1 σπάνιον: in Gesn. marg. scriptum est pro vulg. δάνειον. Grot., Barnes., Musgr., Valck. δ' omittunt. Both. p. 332 pro ἦν dedit ἄν. — Vs. 4 in fine Scalig. supplevit θανὼν probantibus Grot., Heath., Valck., Musgr. νέκυς, Boisson. κάτω. Ac ne quis dubitet quin recte de mortuo dici possit: ἐκ δόμων ἔλθῃ vel ἐξέλθῃ δόμων, conferat Cresphont. fgm. X, vs. 3 sq., Alc. 767, Phœn. 1758. — Welck. locum ad Œneum rettulit.

LXXIV. (908.)

Joann. Damasc. in Gaisf. Append. ad Stob. vol. IV, p. 36: Εὐριπίδου Κωμικοῦ (sic)·

Ὅστις νέος ὢν Μουσῶν ἀμελεῖ,

---

ebrietate lenit ac demulcet animum,
nunc quidem delectatus postea duplum gemit.

904.

O senectus, qualem voluptatis spem præbes?
et hominum quisque ad te pervenire cupit:
periculo autem facto sententiam mutat,
quippe nihil deterius exstat gravi ætate.

GROT.

905.

Præstat sepulcris nemo amicitiæ fidem.

906.

Quam inhumanus hic vir et hospitibus
inhospitalis, et nullius rei memor, quarum meminisse amicum oportebat!

907.

Rari sunt amici mortuis fidi, etiamsi
consanguinei sint: nam plura habendi
cupido vincit pietatem. Illa vero ante oculos
gratia perit, ubi primum (mortuus) e domo effertur.

908.

Quisquis juvenis Musas negligit,

τόν τε παρελθόντ' ἀπώλωλε χρόνον
καὶ τὸν μέλλοντα τέθνηκε.

Gaisf. scribi maluit Σοφοκλέους Καμικίων, quod probantes viri docti locum inter Sophoclis fragmenta rettulerunt. Mihi vero hæc ratio admodum incerta videtur; itaque hos vss. hic recipere non dubitavi, quos Th. Bergkius ad Euripidis Phœnicem pertinere dicit; cf. Hypsipyl. fgm. XVIII.

LXXV. (909.)

Anton. Melissa I, 72. Maxim. t. II, p. 615 ed. Combef. (in ed. Stob. a. 1609. Serm. CXLV, p. 231, 33.) Aphthon. in Walz. Rhett. Gr. I, p. 68. Anon. Epitom. Rhet. p. 130 ibid. Cramer. Anecd. Gr. Oxon. vol. IV, p. 253, 32.

Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενί,

Legitur plerumque ἐν οὐδενὶ, sed ἐν delendum esse recte monuit Pors. Adv. p. 276; idque re vera deest apud Aphthon. l. c.

LXXVI. (910.)

Ant. Melissa II, 71. Maxim. t. II, p. 633 Combef. (in edit. Stob. a. 1609. Serm. LXXIX, p. 137, 42.) Cram. An. Gr. Ox. vol. IV, p. 254 fin.

Θράσει μὲν οὐδεὶς οὐδέπω, πόνῳ δὲ καὶ
γενναιότητι κἀπιεικείᾳ * *
ἀρετὴν ἀπεκτήσατο.

Vs. 2 καὶ ἐπιεικείᾳ Cram. Heath. versum sic expleri voluit : κἀπιεικείᾳ 'ρετὴν 'Εκτήσατ', quam conjecturam Boisson. recepit. Musgr. κἀπιεικείᾳ τρόπων et vs. sq. ἐπεκτήσαντο μύριοι βροτῶν. Both. p. 307 κἀπιεικείᾳ γ' ἀεί.

* LXXVII. (911.)

Anton. Melissa p. 807. Maxim. t. II, p. 684. Combef. (in edit. Stob. a. 1609. Serm. CXLVIII, p. 235, 3.) Arsen. Violet. p. 140 ed. Walz. sine auctoris nomine.

Βέβαιον οὐδέν ἐστιν ἐν θνητῶν γένει·
βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον.

Hujus fragmenti prior tantummodo versus ab Heath. et Musgr. affertur, sed apud Antonium et Maximum alter etiam subjectus est. — Vs. 1 Arsen. βίῳ pro γένει, et sic etiam Stob. CV, 47, qui eosdem versus Diphilo tribuit.

LXXVIII. (912.)

Anton. Melissa et Maxim. in ed. Stob. a. 1609. Serm. CXLVIII, p. 237, 14.

Ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τοὺς φίλους εὐεργετεῖν·
ὅταν γὰρ ἡ τύχη καλῶς διδῷ, τί χρὴ φίλου;

Vs. 1 τοὺς φίλους correxi pro vitioso τοῖς φίλοις, sed quomodo versui 2 succurrendum sit, haud facile est dictu. In marg. edit. Stob. a. 1609, ex qua hoc fgm. hausi, adnotatum legitur versui consuli, si καλῶς ejiciatur. Ac profecto haud facile alicubi dictum reperias καλῶς διδόναι, quanquam dici ita potuisse nequaquam negaverim; similiter enim Sophocles (O. C. 648, O. R. 1081) et Euripides (cf. Pflugk. ad Androm. 751) dicunt εὖ διδόναι, h. e. *faustum rerum eventum dare;* itaque καλῶς genuinum esse potest; equidem certe ejicere non ausim. Sed ut metrum constet, scribas aut: ἢν γὰρ τύχη καλῶς διδῷ κτλ. aut ὅταν τύχη γὰρ καλὰ διδῷ κτλ. aut ἢν ἡ τύχη γὰρ καλὰ διδῷ κτλ., sed articuli ad vocabulum τύχη omissio utpote frequentissima neminem offendet.

LXXIX. (913.)

Fragm. Poet. Græc. e papyro Mus. Paris. ab Letronnio prolati ed. Schneidew. p. 21, nr. 18.

Οὐκ ἐν γυναιξὶ τοὺς νεανίας χρεὼν,
ἀλλ' ἐν σιδήρῳ κἀν ὅπλοις τιμὰς φέρειν.

Schneidew. ad Æolum refert, haud improbabiliter; cf. Æol. fgm. III.

LXXX. (914.)

Plat. Epist. I, p. 309, D: Καί μοι τὸ τοῦ Εὐριπί-

---

et tempus præteritum perdidit
et futuro mortuus est.

909.

Nemo invenire potest vitam doloris expertem.

910.

Temeritate nemo unquam, sed labore et
magnanimitate ac (morum) suavitate
laudem adeptus est.

911.

Firmum nihil est in genere mortali;
nam quisque ea vivit ratione, quam eligendam [duxit.

912.

In rebus adversis bene facere amicis oportet:
nam si fortuna bene se habet, quid opus est [amico?

913.

Juvenes non inter mulieres versari debent,
sed ferro et armis gloriam sibi parare.

δου κατὰ καιρόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σοι πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων

Εὔξει τοιοῦτον ἄνδρα σοι παρεστάναι.

Ex Platonis verbis alterum elicuit versum Grot. Exc. p. 433 : καὶ ξυμπεσόντων πραγμάτων ἄλλων ποτέ κτλ., quem omisso καὶ Musgr. recepit. Both. p. 344, ὡς ξυμπεσόντων πραγμάτων ἄλλως ποτέ. — Welck. locum ad Archelaum, Hartung. II, p. 258, ad Palamedem refert.

LXXXI. (915).

Aristot. Polit. V, 9, p. 1312, 32 ed. Bekk. : Ζῇ ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις ἕκαστος, ὡς βούλεται καὶ εἰς ὃ χρήζων, ὥς φησιν Εὐριπίδης. Gœttlingio ad h. l. εἰς « τὸ χρῇζον » scribendum videbatur, velut Iphig. Aul.: 1017 : Εἰ γὰρ τὸ χρῇζον ἐπίθετο, sed de hoc ipso loco viri docti ambigunt. Male etiam Musgr. ed. Ἐὺς ὁ χρήζων, *bonus est cui bonum esse libet.*

LXXXII. (916.)

Aristot. Polit. VIII, 7, p, 1328, 15 ed. Bekk. sine auctoris nomine.

Χαλεποὶ πόλεμοι γὰρ ἀδελφῶν.

Sed hunc vs. parœmiacum Euripidis esse patet ex Plut. De amor. frat. 5 sub fin. (p. 480, D). Legebatur χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι, sed ordinem post Grot. Exc. p. 467, Gatak. Advers. p. 513 et Valck. ad Phœn. 377 restituit Gœttlingius. Barnes. inter fragm. Philoct. vs. 9 rettulit; sed ad Telephum pertinere videtur; cf. Teleph. fgm. VI fin.

LXXXIII. (917.)

Aristot. Eth. Eudem. VIII, 11, p. 1244, 10 Bekk. : Μὴ γάρ τι λέγει Εὐριπίδης ποιήσας,

Λόγον δίκαιον μισθὸν ἂν λόγου φέροις.
ἔργων δ' ἐκεῖνος, ἔργ' ἅπερ παρέσχετο.

Vs. 1 legebatur λόγου εἰσφέρῃς, altero ἔργον δ' ἐκείνοις ἔργα παρέσχετο, pro quo Musgr. scripsit : ἔργων δ' ἐκεῖνος ἔργ' ἃ καὶ π., sed multo probabilius Pflugk. ad Androm. 744 ἃ καὶ in ἅπερ mutavit. Mihi scriptura ἔργον servata scribendum videtur : ἔργον δ' ἐκεῖνος, ἔργμαθ' ὃς παρέσχετο. Both. p. 336 denique improbabiliter exhibuit : Λόγων δίκαιον μισθὸν ἂν λόγους φέροις, Ἔργων δ' ἐκεῖνος ἔργα σοι παρέσχετο.

LXXXIV. (918.)

Aristot. Phys. II, 2, p. 194, 30 Bekk. : Διὸ καὶ ὁ ποιητὴς γελοίως προήχθη εἰπεῖν,

Ἔχει τελευτήν, ἧσπερ οὕνεκ' ἐγένετο.

Hartungo II, p. 214, ad Polyidum pertinere videtur.

LXXXV. (919.)

Polyb. V, 106 : Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἀεί ποτε Πελοποννήσιοι κατὰ τὸν Εὐριπίδην ἦσαν ἀεὶ τλησίμοχθοί τινες χοὔπο θ' ἥσυχοι δορί. Hinc Grot. Exc. p. 423 senarium effecit : οἱ τλησίμοχθοι χοὔ ποθ' ἥσυχοι δορί, probatum etiam Barnesio. Hartung. II, p. 45, locum ad Temenidas referens dedit : —— ἀεὶ δὲ Πελοποννήσιοι — τλησίμοχθοι χοὔποθ' ἥσυχοι δορί. Both. p. 337 vero : ———— ἀεί ποτε καὶ τλησίμοχθοι χοὔποθ' ἥσυχοι δορί.

LXXXVI. (920.)

Strabo IV § 7, p. 183 (vol. II, p. 21 ed. Tzsch.) Τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων· ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία·

Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσί, πῆμα δ' Ἑλλάδι
θέλων γενέσθαι, ταῦτ' ἐβούλευσεν πατήρ.

Euripides Homeri versus (Il. B, 39 sq.), Οὐδ' α ᾔδη, ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα· θήσειν γὰρ ἔτ' ἔμελλεν ἐπ' ἄλγεά τε στοναχάς τε Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι κτλ. ante oculos habuisse videtur; cf. Helen. 36 sqq. — Ad Alexandrum pertinere videtur.

LXXXVII. (921.)

Strabo VIII, § 21, p. 379 (vol. III, p. 267 ed. Tzsch.) : Τοῦ δ' οὖν Εὐριπίδου φήσαντος οὕτως· « ἥκω περικλυστὸν προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον ἱερὸν ὄχθον πόλιν Ἀφροδίτας, » τὸ περικλυστὸν ἤτοι κατὰ βάθους λεκτέον, ἐπεὶ καὶ φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες διήκουσι δι' αὐτῆς, ἢ τὸ παλαιὸν ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν καὶ κατάρρυτον ποιεῖν τὸ

914.
(Si quando alii casus incidant,)
talem virum tibi præsto esse optabis.

915.
In ejusmodi civitatibus popularibus quisquis prout vult, atque ex optato vivit.

916.
Asperæ enim sunt fratrum discordiæ.

917.
Sermonem benevolum sermonis mercedem feras,
ille vero factorum, qui præstitit facta.

918.
Finem habet, cujus causa ortum erat.

919.
Nescio enim, quid sit, quod Peloponnesii — secundum Euripidem semper fuerint laborum tolerantes nec hasta unquam quiescentes.

920.
Pater enim Juppiter Trojanis excidium, Græciæ miseriam contingere cupiens hæc excogitavit.

ὄρος. Hunc locum Valck. Diatr. p. 165 ita in versus redegerat :

Ἥκω προλιποῦσα περίκλυστόν γ'
Ἀκροκόρινθον,
ἱερὸν ὄχθον γ' Ἀφροδίτας·

primum recte Ἀκροκόρινθον, quod et plurimi et optimi codd. tuentur, pro ἄκρον Κόρινθον scribens et haud temere voce πόλιν offensus, quam fortasse nescio quis interpretationis caussa ascripserat : nam satis erat dixisse ἱερὸν ὄχθον Ἀφροδίτας, *sacrum Veneris collem*, cujus dictionis Valck. plura attulit exempla. Sed eundem locum respexisse videtur Plut. Erot. XXI, 12 (p. 767, F) Ἐπεὶ δὲ Ἔρως ἔθιγεν αὐτῆς Ἱππολόχου τοῦ Θεσσαλοῦ, τὸν

Ὕδατι χλωρῷ κατακλυζόμενον προλιποῦσ'
Ἀκροκόρινθον·

καὶ ἀποδρᾶσα τῶν ἄλλων ἐραστῶν κρύφα ... ᾤχετο κοσμίως. (Both. p. 310 corrigit : καταπόδ' ἀποδράσασα ... ᾤχετ' οὐ κοσμίως.) Hinc Musgr. hos versus effinxit :

Ἥκω δ' ὕδατι χλωρῷ περικλυ-
ζόμενον προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον ἱ-
ερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας·

duos scilicet dimetros anapæsticos cum parœmiaco. Multo probabilius autem Hartung. I, p. 247, locum sic dedit :

ὕδατι χλωρῷ περικλυζόμενον
ἥκω προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον,
ἱερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας.

Quem ad Œdipum pertinere dicit.

LXXXVIII. (922.)

Strabo XIII, § 70, p. 616 (vol. V, p. 422 ed. Tzsch.) : Ὁ δὲ Καϊκὸς οὐκ ἀπὸ τῆς Ἴδης ῥεῖ, καθάπερ εἴρηκε Βακχυλίδης, οὐθ' ὡς Εὐριπίδης τὸν Μαρσύαν φησὶ

τὰς διωνομασμένας
ναίειν Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις·

πολὺ γὰρ τῆς Ἴδης ἄπωθέν εἰσιν αἱ Κελαιναί. Pro τὰς διωνομασμένας Valck. ad Hipp. vs. 1053 scribi jussit : τὰς μὲν ὠνομασμένας, fortassis recte, nam verbo διονομάζεσθαι Tragicorum nullus usus est.

LXXXIX. (923.)

Cic. Epist. ad Fam. XVI, 8, 2 : *Vix in ipsis tectis et oppidis frigus infirma valetudine vitatur; nedum in mari et via sit facile abesse ab injuria temporis.*

Ψῦχος δὲ λεπτόχρωτι πολεμιώτατον,

inquit Euripides. Cui tu quantum credas nescio; ego certe singulos ejus versus singula testimonia puto. Orellius cum Grævio edidit λεπτόχρωτι pro vulg. λεπτῷ χρωτί, bene consentiente Valck. Diatr. p. 34. Rettulerunt hunc vs. ad Scyrias (fgm. I).

XC. (924.)

Cic. ad Att. VII, 11, 1 : *occupare urbes civium, quo facilior sit aditus ad patriam? χρεῶν ἀποκοπάς, φυγάδων καθόδους, sexcenta alia scelera moliri,*

τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα —

Si habeat suam fortunam. Haud dubie recte hunc vs. Orellius et Baiterus (Onomast. Cic. II, p. 244) Euripidi assignarunt, neque ego recipere eum hoc loco dubitavi, quanquam auctoris nomen a Cicerone non adjectum est; nam ullius poetæ præter Homeri et Euripidis versus omisso auctoris nomine a Cicerone citari non memini, itaque paullo post VI, 13, 4 (cf. fgm. CXII,) VIII, 8 (cf. fgm. CXLV) et IX, 2, 2 (cf. fgm. CIII) ejusdem Euripidis versus tacito ejus nomine allatos videmus.

XCI. (925.)

Dionys. Halic. De compos. verb. p. 54 ed. Schæf. : Καλῶς ἂν ἔχοι τὰ Εὐριπίδεια ταῦτα ἐπενεγκεῖν·

Μή μοι
λεπτῶν θίγγανε μύθων, ψυχή·
Τί περισσὰ φρονεῖς; εἰ μὴ μέλλεις
σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις.

Sic locum in duos anapæsticos dimetros cum parœmiaco digessit Grot. Exc. p. 427, aliter neque vero probabilius Valck. Diatr. p. 248. Verba e Cadmo ducta esse suspicatur Hartung. I, p. 126.

XCII. (926.)

Theophil. Ad Autol. p. 87 ed. Wolf. (p. 353 ed. Hag. Com. 1742) : Καὶ πάλιν Εὐριπίδης·

Σῶσαι γὰρ ὁπόταν τῷ θεῷ δοκῇ **

921.
Adsum relicta Acrocorintho vivis aquis undique pulsata, sacro Veneris colle.

922.
(Marsyam) habitare Celænas, quæ dicantur, in extremis Idæ.

923.
Frigus autem tenui cuti infestissimum.

924.
Ut habeant summum deorum imperium —

925.
Ne mihi, o mens, subtiles sermones attingas.
Quid nimia cogitas? nisi forte te jactare inter sodales vis.

926.
Si quem servare deo placuerit,

πολλὴν δίδωσι πρόφασιν εἰς σωτηρίαν.

Grotius. vs. 1 bene supplevit τινὰ et altero scripsit πολλὴν δίδωσι πρόφασιν εἰς σωτηρίαν pro vulg. πολλὰς προφάσεις. Videtur hoc fgm. e Thyesta ductum esse; nam et qui proxime præcedunt et qui sequuntur versus ex hac fabula petiti sunt; cf. Thyest. fgm. VI.

XCIII. XCIV. VCX. (927.)

Theophil. ibid. II, p. 252 (II, 32, p. 377, D ed. Hag. Com. 1742) : Ὡσαύτως καὶ Εὐριπίδης·

Ἀνάσχου πάσχων· δρῶν γὰρ ἔχαιρες.
Νόμος τὸν ἐχθρὸν δρᾶν, ὅπου λάβῃς, κακῶς.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς,

Ἐχθρὸν κακῶς δρᾶν ἀνδρὸς ἡγοῦμαι μέρος.

Grot. Exc. p. 429 transposuit verba : πάσχων ἀνάσχου, quo facto nec iambicus nec anapæsticus prodit numerus. Heathius ut anapæsticum efficeret : πάσχων ἀνέχου, pro quo Matth. recte maluit ἀνέχου πάσχων, receptum hoc a Dindorfio. Hartung. I, p. 158, vero ἀνέχου dedit versumque 1 ad Œneum, versum 2 et 3 (I, p. 295) ad Peleum rettulit. Sed utrum anapæsticus an iambicus vs. fuerit, nunc vix explorari poterit.

ICVX. (928.)

Plut. Vit. Solon. c. 22 (p. 90, D) : Τῷ μὲν γὰρ Λυκούργῳ καὶ πόλιν οἰκοῦντι καθαρὰν ὄχλου ξενικοῦ καὶ χώραν κεκτημένῳ πολλοῖς πολλὴν, δὶς τοσοῖσδε πλείονα, κατ' Εὐριπίδην, ... καλῶς εἶχεν ... συνέχειν. Hinc Musgr. haud dubie recte dedit : πολλοῖσι πολλὴν δὶς τοσοῖσδε πλείονα.

VCXII. (929.)

Plut. De aud. poet. 6 (p. 24, D.) : Οὐκοῦν ὁ νέος ἡμῖν, ὅταν μὲν λέγωσι...

Εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλὸν,
εἰς ἀρετὴν καταλυσαμένους βίον,

εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, ἣν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν. — Codd. καταδυσαμένους, sed καταλυσαμένους, quod Barnes. conjecerat, scribendum esse patet ex Plut. Compar. Pelop. et Marc. 3 (p. 317, E) : Ἄριστον μὲν γὰρ νικῶντα σώζεσθαι τὸν στρατηγὸν καὶ ἀποθανεῖν εἰς ἀρετὴν καταλύσαντα βίον, ὡς Εὐριπίδης φησίν, unde simul versus Euripidis esse manifestum est. Cf. Med. 144. Hartung. I, p. 551 verba ad Theseum refert, sed ad Erechtheum fortasse pertinent.

XCVIII. (930.)

Plut. Vit. Alex. c. 53 (p. 695, C), De Mus. 1 (p. 1128, A). Cic. Epist. ad Fam. XIII, 15, 2. Arsen. Viol. p. 357, ed. Walz.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Cf. Cic. Epist. ad Fam. VII, 6, 2 : *Illud semper memento :*

Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit;

quem Ennii versum esse dicit De offic. III, 15, § 62. — Versum ad Palamedem rettulerim; cf. Palam. fgm. IV.

XCIX. (931.)

Plut. Compar. Demetr. et Anton. c. 2 (p. 956, E) : Οὐδὲ γεγανωμένος καὶ ἀνθηρὸς ἐπὶ τὰς μάχας ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος προσῄει, κοιμίζων δὲ τοὺς θιάσους καὶ τὰ βακχεῖα καταπαύων, ἀμφίπολος Ἄρεος ἀνιέρου (ἀνιαροῦ Reisk.) κατὰ τὸν Εὐριπίδην ἐγένετο. — Ab omnibus et Plutarchi et Euripidis editoribus nonnisi verba ἀμφίπολος Ἄρεος pro Euripideis habita (ab Hartungo I, p. 426, ad Antigonam relata) sunt; Both. p. 308 vero poetæ hos versus a se fictos tribuit :

Οὐδὲ γεγανωμένος
ἀνθηρός τ' ἐπὶ τὰς μάχας προῄει,
κοιμίζων δὲ τοὺς θιάσους,
καὶ τὰ βακχεῖα καταπαύων,
Ἄρεος ἀμφίπολος ἀνιέρου 'γένετο.

C. (932.)

Plut. Vit. Fab. Max. 17 (p. 184 B) : Οὐ μόνον δ' ἦν ἄρα τὸ φίλων πεῖραν λαβεῖν, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, οὐ σμικρὸν κακὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ φρονίμων

---

multas ad salutem occasiones præbet.

927.

Patiens malum tolera; agendo enim lætabaris. —
Mos est hostem, ubicumque ceperis, malo afficere. —
Viri officium esse puto hostem malo afficere.

928.

Multis amplam, duplo pluribus ampliorem (dedit).

929.

Si vero mori oportet, sic mori honestum,
ut in virtutem vitam dissolverimus.

930.

Odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.

931.

Minister Martis nefasti.

στρατηγῶν. Unde Boissonadius hunc versum effinxit :

Φίλων λαβεῖν γὰρ πεῖραν οὐ σμικρὸν κακόν.

CI. (933.)

Plut. De aud. poet. 4 (p. 20, F). Stob. Floril. III, 3, sine nomine auctoris.

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείσσονες πεφυκότες.

Alludit ad hunc locum Plut. De defect. orac. 38 (p. 431, A): Πολλαῖς γὰρ οἱ θεοὶ μορφαῖς οὐ σοφισμάτων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἀλλὰ πραγμάτων σφάλλουσιν ἡμᾶς, ὅταν ὡς ἐπιστάμενοι τολμῶμεν ἀποφαίνεσθαι περὶ τηλικούτων. Ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὡς ὁ αὐτὸς ἀνήρ φησιν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, unde patet, locum Euripidis, non Menandri esse, ut Apostolio II, 4, visum est. In extremis verbis aliud Euripidei versus fragmentum (apud Musgr. et Matth. CXXV) latere suspicati sunt, quanquam jam Musgr. Plutarchum locum Iphig. Aul. 865, ὁ λόγος ἐς μέλλοντ' ἀνοίσει χρόνον respexisse conjecit (accommodatiorem Matth. censet locum esse Herc. fur. 1221, ἐκεῖσ' ἀνοιστέον); sed recte Matth. monuit, Plutarchum non tam Euripidis versum apposuisse, sed dictione ab eo sæpius usurpata usum esse videri.

CII. (934.)

Plut. De aud. poet. 13 (p. 34, B), Consol. ad Apollon. 10 (p. 106, D). Clem. Alex. Strom. IV, 7, § 50 (p. 586, P.). Philo Jud. p. 868 (II, p. 448, M.). Cic. ad Att. IX, 2, 2.

Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

Euripidi tribuit versum Plut. loco priori. Quem ad Alexandrum referendum esse dicit Hartung. II, p. 241.

CIII. (935.)

Plut. De aud. poet. 14 (p. 36, C) : Καὶ τὸ (Εὐριπίδου)· Τιμᾶν τ' ἀντέτασθε, πλούτῳ δ' ἀρετὰν κατεργάσασθαι δοκεῖ τ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθ' ἀνόλβιοι, ἆρα οὐχ ἀπόδειξιν ἔχει, ὧν οἱ φιλόσοφοι λέγουσι περὶ πλούτου καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, ὡς χωρὶς ἀρετῆς ἀνωφελῶν ὄντων καὶ ἀνονήτων τοῖς ἔχουσι. Musgr. bene edidit τιμάν τ' ἀντέτασθε, sed male locum interpretatus est : *amplum honorem geritis*. Omnino autem vereor ut forma ἀντέτασθε pro ἀνατέτασθε ferri apud tragicum poetam possit; equidem saltem frustra exempla anquisivi. Eadem fortassis ratione ductus correxit Salmas. τιμάν τε πεπᾶσθαι. Hartung. II, p. 241, locum ad Alexandrum referens dedit :

Τιμᾶν δ' ἀντιτέτασθε, πλούτῳ δ'
ἀρετὰν κατεργάσασθαι
δοκεῖτ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθε
ἄνολβοι.

Both. p. 323 vero sat audacter nec probabiliter :

τιμῶν γ' ἐρᾷς τε, κἀρετὴν πλούτῳ δοκεῖς
κατεργάσασθαί γ', ἐν δὲ τοῖς ἐσθλοῖσι δὴ
ἄνολβος ἧσαι.

Ego vero codicibus destitutus locum intactum relinquere, nisi metro simul succurrere possem, quam conjecturis nugari malui.

CIV. (936.)

Plut. De profect. in virt. 15 (p. 84, F) : Οὕτως ἡμεῖς μήτε φυγὴν Ἀριστείδου, μήτε εἱργμὸν Ἀναξαγόρου, μήτε πενίαν Σωκράτους, ἢ καταδίκην Φωκίωνος ὑποδειμαίνωμεν· ἀλλὰ καὶ μετὰ τούτων ἀξιέραστον ἡγούμενοι τὴν ἀρετὴν, ὁμόσε χωρῶμεν αὐτῇ, τὸ Εὐριπίδειον ἐφ' ἑκάστῳ φθεγγόμενοι,

Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν.

Eundem versum sine auctoris nomine habet Plut. Vit. Pomp. 73 (p. 658, D). Cf. Danaes fgm. XI.

CV. (937.)

Plut. Consol. ad Apollon. 1 (p. 102, B) : Κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Εὐριπίδην,

— Ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ·
λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων,
ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

Vs. 2 et 3 idem De adul. et amic. 28 (p. 69, D) citat, ubi γὰρ pro μὲν exstat. — Hartung. I. p. 138, locum e Chrysippo ductum censet.

932.
Amicos experiri enim non exiguum malum est.

933.
Dii natura potentiores multis præstigiarum generibus nos decipiunt.

934.
Quis autem servus sit mortem contemnens ?

935.
Et honorem prædicastis, censetis autem divitiis virtutem vobis comparasse sed inter bonos jacebitis neglecti.

936.
Papæ, generosis omnia honesta adsunt.

937.
Aliud alii morbo constitutum est remedium :
mœrenti quidem benevolus amici sermo,
nimis stulte vero se gerenti reprehensio.

CVI. (938.)

Plut. Consol. ad Apoll. 1 (p. 102, F) : Τῶν μὲν γὰρ καλῶς λεγομένων ἐστὶν ἐν ὑποθήκης μέρει καὶ τοῦτο·

Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα,
ὅ σ' ἐξεπαρεῖ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν·
μηδ', ἤν τι συμβῇ δυσχερὲς, δουλοῦ πάλιν,
ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ μίμνε, τὴν σαυτοῦ φύσιν
σώζων βεβαίως, ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί.

Hunc locum, quem Euripidi jam Wyttenb. ad h. l. et Valck. ad Phœn. 393, 927, assignaverant, re vera ejus esse docet locus Libanii Epist. 471 : Τοῦτον οὔτε εὐτυχία πώποτε ἐπῆρεν, ἐν δυστυχίᾳ τε οὐκ ἔπτηξεν, Εὐριπίδου μεμνημένος. Cf. Inon. fgm. VIII. — Vs. 2 Dübnerus in novissima Plut. editione e codd. dedit ἐξεπαρεῖ, in quod etiam Matth. conjectura inciderat, pro vulg. ἐξεπαίρῃ, eumque sequi non dubitavi. Both. p. 130 vero scripsit : ὡς σ' ἐξεπαίρῃ, et vs. sequ. δειλοῦ pro δούλου, quo minime opus est. — Vs. 4 αὐτὸς correxit Pors. Adv. p. 276, post Valck. ad Phœn. 927. — Hartung. I, p. 304, hos vss. ad Ægeum refert

CVII. (939.)

Plut. ibid. 29 (p. 116. F). Epictet. Enchir. extr.

Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν βροτῶν,
σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.

Grot. Exc. p. 426 συγκεχώρηται. Hartungo II, p. 213, locus ad Phaethontem pertinere videtur.

CVIII. (940.)

Plut. ibid. 34 (p. 120, A) : Ἀλλ' ἄωρος ἐτελεύτησεν; οὐκοῦν εὐποτμότερος διὰ τοῦτο καὶ κακῶν ἀπείρατος ἐστίν. Ὁ βίος γὰρ, φησὶν Εὐριπίδης, ὄνομ' ἔχει, πόνος ἐγώ σ'. Grot. Exc. p. 433 edidit : πόνος δ' ἔργῳ πέλει, quod Musgr. recepit, sed scribendum videtur : πόνον λέγω δ', vel : πόνος δ' ἔργῳ 'στι, vel : ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνον δ' ἐγὼ λέγω. Sic ἐγὼ λέγω in fine Melanipp. fgm. XXX, vs. 3 legitur. Both. p. 345 vero conjecit : βίου γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ βίος. — Hartung. I, p. 393. verba ad Bellerophontem refert.

CIX. (941.)

Plut. De sanit. præc. 19 (p. 132, B) : Πρὸς δὲ τὸν οἶνον, ἅπερ Εὐριπίδης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην, διαλεκτέον·

Εἴης μοι, μέτριον δέ πως εἴης, μηδ' ἀπολείποις.

Καὶ γὰρ ποτῶν ὀφελιμώτατόν ἐστι, καὶ φαρμάκων ἥδιστον, καὶ ὄψων ἀσικχότατον, ἂν τύχῃ τῆς πρὸς τὸν καιρὸν εὐκρασίας μᾶλλον ἢ τῆς πρὸς τὸ ὕδωρ. H. Stephanus pro δέ πως dederat δέπας, quod Wyttenbachio teste etiam cod. Venet. habere videtur. Itaque Valckenarius assentiente Matthiæo Euripidem εἴης μοι μετρία θεὸς αἰεὶ, μηδ' ἀπολείποις, Plutarchum vero ad propositum suum accommodate scripsisse : εἴης μοι μέτριον δέπας, εἴης, κτλ. Similiter enim Aphrodite μετρίας θεοῦ cognomine significatur in Iphig. Aul. 543. In eandem fere conjecturam inciderat Musgr., qui εἴης μοι μετρία Κύπρις, εἴης, κτλ., scribi voluit et Bœckhius De trag. Gr. p. 292, nisi quod Κύπρι scripsit. Boisson. conjecit : εἴης μοι μέτριος, ἤπιος εἴης, κτλ. Non displicet hæc conjectura, improbanda autem est Valckenarii ratio, quam a Matth. et Dindorf. probatam esse miror. Ex Plutarchi enim verbis satis apparere mihi videtur, eum iisdem verbis de vino usum esse, quæ Euripides de Venere protulerit. Itaque nequaquam de mutatione cogitandum est, quam Plut. sibi permiserit : ac profecto aptissime ut Venerem, ita Bacchum rogare poterant, ut *moderatus* adesset. Quemadmodum enim Venus (Hippol. 443) οὐ φορητὸν, ἢν πολλὴ ῥυῇ, ita Dionysus : εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας κτλ., ut bene Euenus dicit (cf Eueni fgm. 6, b, p. 36 ed. meæ Vratisl. 1838). Accedit, primum quod in universum Plutarchi non est, aliorum scriptorum verba in commodum suum immutare; deinde ineptum fuisset, si de poculi magnitudine, neque vero de vini vi ac potestate verba fecisset. Quare nihil mutandum esse censeo.

938.

Neque felicitas ulla tanta sit, quæ te magis,
quam oportet, spiritus tollere adducat. Nec, si [quid
mali tibi accidat, rursus deprimaris, sed idem [semper mane,
constanter naturam tuam servans, velut aurum in [igne.

939.

Mortalium autem quisquis necessitati cedit,
sapiens nobis videtur et rerum divinarum intel-[ligens.

940.

Vita quidem hoc nomen habet, sed labor potius [est.

941.

Adsis mihi, sed moderata adsis, neque me desti-[tuas.

CX. (942.)

Plut. De Isid. et Osir. 71 (p. 379, D): Ἕλληνες μὲν γὰρ ἔν γε τούτοις λέγουσιν ὀρθῶς καὶ νομίζουσιν, ἱερὸν Ἀφροδίτης ζῷον εἶναι τὴν περιστερὰν καὶ τὸν δράκοντα τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τὸν κόρακα τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸν κύνα τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Εὐριπίδης,

Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.

Hunc versum, quem Hartung. II, p. 245, ad Alexandrum refert, risisse videtur Aristophanes apud Eustath. ad Od. γ', p. 1467, 36 (Aristoph. fgm. 535 ed. Dindorf.) scribens: καὶ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.

CXI. (943.)

Plut. De defect. oracul. 13 (p. 416, D.): Ἡ δὲ φύσις αἰσθητὰς εἰκόνας ἐξέθηκε καὶ ὁμοιότητας δρωμένας, θεῶν μὲν ἥλιον καὶ ἄστρα, θνητῶν δὲ σέλα καὶ κομήτας καὶ διάττοντας, ὡς Εὐριπίδης εἴκασεν, ἐν οἷς εἶπεν·

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα.

Μικτὸν δὲ σῶμα καὶ μίμημα δαιμόνιον ὄντως τὴν σελήνην, τῷ τῇ τούτου τοῦ γένους συνᾴδειν περιφορᾷ, φθίσεις φαινομένας δεχομένην καὶ αὐξήσεις καὶ μεταβολὰς, δρῶντες, οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δ' ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον. — Vs. 1 Dübnerus e codd. edidit σάρκα pro vulg. σῶμα, et ita legitur etiam apud Plut. Non posse suav. vivi sec. Epic. V, 8 (p. 1090, C), ubi eadem verba usque ad ἀπέσβη citantur, nisi quod ibi dativus σαρκὶ reperitur. Carere igitur possumus Th. Bergkii correctione σχῆμα pro σῶμα scribentis. — Locus haud improbabiliter ad Phaethontem refertur; cf. Phaeth. fgm. VII fin.

CXII. (944.)

Plut. De defect. orac. 40 (p. 432, C): Οὐ γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησὶ,

Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς,

ἀλλ' οὗτος ὁμόφρων μὲν ἀνὴρ καὶ τῷ νοῦν ἔχοντι τῆς ψυχῆς καὶ μετ' εἰκότος ἡγουμένῳ καθ' ὁδὸν ἑπόμενος. Initium hujus versus, qui in proverbium abiisse videtur, sine auctoris nomine affert Cic. ad Att. VII, 13, 4; latine eum vertit De div. II, 5, 12.

CXIII. (945.)

Plut. De cohib. ira 16 (p. 464, A): Ὁ μὲν οὖν θεὸς, ὡς Εὐριπίδης φησὶ,

τῶν ἄγαν ἅπτεται
τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ.

Cf. ejusdem Præc. gerend. reip. XV, 6 (p. 811, D): Ὡς ὁ τοῦ κόσμου βασιλεὺς

τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται
θεὸς, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀνεὶς ἐᾷ,

κατὰ τὸν Εὐριπίδην Scripturam ἀφεὶς ἐᾷ recte Valck. Diatr. p. 72 alteri præferendam esse contra Grotium monuit. Eandem sententiam expressit Cic. De nat. deor. II, 66, 167. *Magna dii curant, parva negligunt*, quem ad locum cf. Davisium.

CXIV. (946.)

Plut. De cupid. divit. 7 (p. 626, C): Οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

Ἀκόλαστα πάντη γίγνεται δούλων τέκνα,

(ἀλλὰ) καὶ μικρολόγων. — Hartung. II, p. 239, hunc versum ex Alexandro petitum esse opinatur.

CXV. (947.)

Plut. De vitioso pud. 10 (p. 532, F): Τὴν γὰρ σιωπὴν Εὐριπίδης φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι· κινδυνεύομεν δὲ μᾶλλον αὐτῆς δεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀγνώμονας. In metrum redegit Grot. Exc. p. 429 sic: σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις· sed fortasse Plutarchus non Euripidis verba ipsa attulit, Euripides vero scripsit: σιγὴ γάρ ἐστι τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις. Heathius proposuit: ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις.

CXVI. (948.)

Plut. Qua quis rat. se ips. laud. 1 (p. 539, A:) ὁ γοῦν Εὐριπίδης εἰπών,

942.

Hecatæ luciferæ sacra eris canis.

943.

Ille autem corpore nuper florens, velut stella de cœlo decidens periit, spiritum in ætherem efflans.

944.

Optimus vates est, qui bene conjicit.

945.

Res enim summas deus
tractat, minores ire, qua Fors fert, sinit.

GROT.

946.

Intemperantes utique sunt servorum liberi.

947.

Silentium enim sapientibus responsionis instar [est.

Εἰ δ' ἦσαν ἀνθρώποισιν ὠνητοὶ λόγοι,
οὐδεὶς ἂν αὑτὸν εὐλέγειν ἐβούλετο·
νῦν δ', ἐκ βαθείας γὰρ πάρεστιν αἰθέρος
λαβεῖν ἀμισθὶ, πᾶς τις ἥδεται λέγων
τά τ' ὄντα καὶ μή· ζημίαν γὰρ οὐκ ἔχει,

φορτικωτάτῃ κέχρηται μεγαλαυχίᾳ καὶ τῷ συγκαταπλέκειν τοῖς τραγῳδουμένοις πάθεσι καὶ πράγμασι μηδὲν προσήκοντα τὸν περὶ αὑτοῦ λόγον. — Hartung. I, p. 89, locum ad Danaen refert.

CXVII. (949.)

Plut. De sera. num. vind. 12 (p. 556, E): Ἃ γὰρ Εὐριπίδης ἐγκαλεῖ καὶ παρρησιάζεται πρὸς τοὺς θεοὺς, τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους τρέποντας, αἰτιᾶσθαι νόμιζε καὶ τοὺς σιωπῶντας ἡμῶν. Cum his cf. ibid. 21 (p. 562, F): Ὅθεν οὐδὲ πάντα τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους οἱ θεοὶ τρέπουσιν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐκ φαύλου γένηται χρηστὸς, ὥσπερ εὐεκτικὸς ἐκ νοσώδους, ἀφεῖναι τῆς τοῦ γένους ποινῆς, οἷον ἐκποίητος τῆς κακίας γενόμενος. Haud recte Wyttenbach. ad Plut. p. 63 Plutarchum hæc scribentem Alcmæonis fgm. XIX ante oculos habuisse arbitratur; Euripidis verba enim e Plutarcheis in hunc modum restitui possunt:

Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους
θεοὶ τρέπουσι.

Alcmæonis fragmentum fortasse contrariam sententiam continuit; at vero, etiamsi eandem præbuit, non est cur hoc fragmentum ab isto diversum esse negemus, quum Euripides sæpius idem ac nonnunquam vel iisdem verbis protulerit; cf. Æg. fgm. IX.

CXVIII. (950.)

Plut. De exilio 13 (p. 604, D): Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον, οἷον Εὐριπίδης;

Ἡ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις
πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
Εἰ δ' οὐ πάρεργον χρή τι κομπάσαι, γύναι,
οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον
ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα, γῆς
δέλεαρ ἔχοντες τῆσδε, συνθηρεύομεν.

Quattuor priores versus leguntur etiam in Erechtheo fgm. IV, vs. 7 sqq.: quapropter Musgravius aliique totum fragmentum ad istam fabulam rettulerunt extremosque versus ab interpolatore post Lycurgi tempora adjectos esse statuerunt; sed videri virum doctum falsum esse ad Erechth. l. c. ostendimus. Quidni enim Euripides, qui multas sententias bis pluriesve protulerit, Athenienses ut indigenas et Atticam terram in pluribus fabulis laudaverit, præcipue quum Athenienses lubentissime talia audire sciret? cf. Med. 823 sq. Neque vero Attica indigna erat his laudibus, nec veteres ipsos latebat, quantum commodum illa aeris salubritas ac terræ natura bona et corporis et animi valetudini præberet. Cf. Plat. Tim. p. 24, C, Critia p. 111, E, De rep. IV, p. 435, E, Epinom. p. 987, D; Hippocr. De aer. loc. aqu. 117; Aristophanes apud Athen. IX, p. 372; Aristot. Polit. VII, 6; Aristid. Panath. I, p. 305 ed. Dindf.; Dio Chrysost. Or. LXIV, p. 334 R.; Cic. De fato 4. — Referendi autem sunt hi versus propter numerorum conformationem ad unam ex postremis fabulis, ac fortassis ad Ægeum pertinent, in qua fabula, quum Medea Athenis benigne recepta esset, facile occasio terræ laudandæ adesse poterat. Sed de hac re videant doctiores. — Vs. 3 Lycurgus qui Erechthei frgm. citatum servavit, præbet: πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι, quæ scriptura Plutarcheæ longe præferenda est. — Vs. 4 Plut. editt.: ἐξαγώγιμοι, Ald. ἀγώγιμον, sed Lycurgus εἰσαγώγιμοι, quod et novissimus Plutarchi editor, Dübnerus, haud dubie recte dedit. — Vs. 5 Bergkius (De reliq. Com. p. 243) correxit: εἰ δ' οὐ πάρεργον pro εἰ δὲ παρ., recte, ut opi-

---

948.

Quodsi verba hominibus emenda essent, nemo [se ipsum
prædicare vellet. Nunc autem — ex alto enim [æthere
gratis accipere licet — quisque et vera et falsa
proferre gestit; nullum enim detrimentum capit.

949.

Parentium enim peccata dii in posteros convertunt.

950.

(Urbs,) cui quidem populus est non aliunde in- [vectus,
sed indigenæ sumus. Aliæ enim urbes, velut cal- [culorum
transpositionibus conditæ, aliæ ex aliis frequen- [tatæ
sunt. Si vero rem haud levis momenti prædicare [licet,
o mulier, cælum superne habemus bene tempe- [ratum,
ubi nec nimius calor, nec frigus incidit. Quæ [autem
Græcia et Asia profert optima, hanc terram
illecebram habentes consectamur.

nor; nam hoc Euripides ægre dicere voluit, *levis* momenti esse, quod cœlum bene temperatum sit, sed *maximi*; est igitur οὐ πάρεργον per λιτότητα dictum. Neque hanc correctionem recipere dubitavimus, præsertim quum metrum locum corruptum esse indicaret. Nam sic antea exhibitus est : εἰ δὲ πάρεργον χρή τι κομπάσαι γυναῖκες. Hartung. I, p. 471, dedit : εἰ δὴ παρ. Bothius : εἰ δ' ἂν παρ. — Vs. 6 legebatur εὖ συγκεχραμένον, quod correxit Musgr. — Vs. 8 et 9 legebatur : ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα Τῆς γε δέλεαρ ἔχοντες συνθηρεύομεν. Locum primus emendavit Valck. ad Herod. I, 142 : ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε κάλλιστα τρέφει, Γῆς τῆσδε δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρεύομεν, in quibus versus recognoscere difficile est. Musgr. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσίς τ' ἐκτρέφει κάλλιστ' ἀεὶ Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες, ὡς θηρεύομεν. G. Hermann. ad Soph. Aj. p. 629 ed. Erf. maj. : ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐντρέφει κάλλιστα γῇ, δέλεαρ ἔχοντες οὐδὲν, ὡς θηρ., sed in nota msspta ap. Matth. πάντα συνθηρεύομεν. Boisson. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐκτρέφει κάλλιστ' ἀεὶ, Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρ. Pinzg. ad Lycurg. l. c. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσιῆτίς τε κάλλιστα τρέφει, Δέλεαρ ἔχοντες τῆσδε, συνθηρεύομεν. Hartung. l. c. κάλλιστ' ἀεὶ χθονὸς δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρεύομεν. Bothius : κάλλιστα γῆς τὰ δέλεαρ ἄν γ' ἔχοντα συνθηρεύομεν. Bergk. l. c. ut nos exhibuimus, et ita Dübnerus etiam in Plutarcho suo dedit libros mssptos secutus, præterquam quod Bergkius Ἀσία τ' ἐκτρέφει, quo vix opus est, scripsit.

CXIX. (951.)

Plut. Quæst. Conv. IV, 2, c. 4, 10 (p. 666, C) : Καὶ μυρίους ἤδη τεθνηκότας ἰδεῖν ἔστιν ὑπὸ βροντῆς, οὐδὲν οὔτε πληγῆς ἴχνος οὔτε καύσεως ἔχοντας, ἀλλ' ὑπὸ φόβου τῆς ψυχῆς, ὡς ἔοικεν, ὄρνιθος δίκην ἀποπταμένης τοῦ σώματος. Πολλοὺς γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησὶ, βροντῆς πνεῦμ' ἄναιμον ὤλεσε. Eundem locum citat Theo Smyrn. De mus. c. 2, p. 75, præbet tamen τραῦμ' pro πνεῦμ', quod etiam Dübnerus in Plutarcho e codd., ut videtur, edidit. Atque hanc scripturam hic præferendam esse docet vocabulum ἄναιμον, quippe quod optime quidem cum τραῦμα, vix autem cum πνεῦμα conjungi possit : nam quid sit πνεῦμα ἄναιμον, non video; quod si omissum esset, aptissime diceretur βροντῆς πνεῦμα· cf. Troad. 815, Iphig. Aul. 69, Bacch. 1092, Hippol. 165, inc. fab. fgm. XLVI, vs. 2, etc. Pro γὰρ metri caussa scribendum esse γὲ nemo non videt. Ad Phaethontem pertinere videtur; cf. Phaeth. fgm. VII, fin.

CXX. (952.)

Plut. Quæst. Conv. VII, 1, c. 3, 7 (p. 699, A) : Εὐριπίδης δὲ, σαφῶς δήπου λέγων,

Οἶνος περάσας πλευμόνων διαρροάς,

δῆλός ἐστιν Ἐρασιστράτου βλέπων τι ὀξύτερον· εἶδε γὰρ ὅτι σήραγγας ὁ πλεύμων ἔχει καὶ πόροις κατατέτρηται, δι' ὧν τὸ ὑγρὸν διίησιν. Eundem versum citat Macrob. Sat. VII, 15. Cf. Hecub. 567.

CXXI. (953.)

Plut. Quæst. Conv. VII, 8, c. 4, 13 (p. 713, D) : Οὐ γὰρ μόνον, ὅσοι τὴν σωτηρίαν οἴκοι καὶ παρ' αὐτῶν ἔχοντες,

ἄλλην θέλουσιν εἰσαγώγιμον λαβεῖν,

ὡς Εὐριπίδης εἶπεν, ἀβέλτεροί εἰσιν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι, πολλῆς ἐν αὐτοῖς εὐφροσύνης καὶ θυμηδίας παρούσης, ἔξωθεν ἐπάγειν τὰ τέρποντα φιλοτιμοῦνται. Musgr. et Both. p. 305 etiam priora verba tanquam Euripidea in metrum redegerunt, hic sic : Ἀβέλτεροι, Ὅσοι γ' ἔχοντες οἴκοθεν σωτηρίαν Ἄλλην κτλ., ille in hunc modum : Ἀβέλτεροι δ' ὅσοι γε τὴν σωτηρίαν Οἴκοι παρ' αὐτῶν σχόντες — : recte vero Matth. verendum esse monuit, ne Plutarchea pro Euripideis acceperint.

CXXII. (954.)

Plut. Amat. 11 (p. 755, B) : Τὸν μὲν Ζεύξιππον ὁ πατὴρ ἔφη γελάσαι καὶ εἰπεῖν, ἅτε δὴ καὶ φιλευριπίδην ὄντα,

Πλούτῳ χλιδῶσα θνητὰ δ', ὦ γύναι, φρονεῖς.

Ita Dübnerum secuti exhibuimus; nam antea ex conjectura Xylandri legebatur θνητὰ δὴ, pro quo Wyttenbachius θνητά γ' ὦ legendum esse conjecerat, quum in nonnullis codd. esset ὦ.

CXXIII. (955.)

Plut. Præc. gerend. reip. V, 6 (p. 802, A) : Μηδὲ πολλάκις δέηται τῶν Εὐριπιδείων ἐκείνων·

Εἴθ' ἦν ἄφωνον σπέρμα δυστήνων βροτῶν.

Cum hoc versu comparat Plutarchus Hippol. fgm. XIII.

951.
Multos quidem fulminis aura sine vulnere occidit.

952.
Vinum pervadens pulmonum canales.

953.
Aliam [salutem] inductam habere volunt.

954.
Divitiis abundans mortalia tamen sentis, o mulier,

955.
Utinam mutum esset hominum genus miserum

CXXIV. (956.)

Plut. Præc. reip. ger. XV, 21 (p. 812, E): Ἀλλὰ προσακούει τὸ τοῦ Εὐριπίδου,

Τέκτων γὰρ ὢν ἔπρασσες οὐ ξυλουργικά.

Welckerus ad Epeum refert, Hartung. I, p. 81, ad Stheneboeam.

CXXV. (957.)

Plut. De solert. anim. VIII, 8 (p. 965, E): Γέγονεν (sc. ὁμολογία τις περὶ τάξεως) πολλὴν παρασχοῦσα φιλονεικίαν· εἶτα, κατ' Εὐριπίδην,

Ὁ τῆς Τύχης παῖς κλῆρος ἐπὶ τούτῳ ταγεὶς,

τὰ χερσαῖα προεισάγει δίκαια τῶν ἐνάλων. Eodem respicit Plut. Quæst. Conv. II, 10, 10 (p. 644, D). Welckerus ad Æolum (cf. Æol. fgm. XXVIII), Hartung. II p. 43, ad Temenidas pertinere dicit.

CXXVI. (958.)

Plut. De anim. procr. in Tim. 31, 8 (p. 1028, F): Εἰ δ' ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης διορίζεται, θέρους τέσσαρας μῆνας καὶ χειμῶνος ἴσους,

Φίλης δ' ὀπώρας διπτύχους, ἦρός τ' ἴσους,

ἐν τῷ διὰ πασῶν αἱ ὧραι μεταβάλλουσιν. — Grot. Exc. p. 425 etiam verba præcedentia in metri vincula conjecit scribens: θέρους τε χειμῶνός τε μῆνας τέσσαρας, quem Musgr. sequi non dubitavit. Both. p. 331 autem hinc elicuit versum: μῆνας δὲ χειμῶνος θέρους τε τέσσαρας. Sed vereor ne in hunc locum idem cadat, quod de fgm. CXXI monui.

CXXVII. (959.)

Plut. De repugn. Stoic. 15, 2 (p. 1040, B): Οὕτω δὲ διασύρας τὰ τοῦ Πλάτωνος, ἐπαινεῖ πάλιν ἐν ἄλλοις καὶ προφέρεται τὰ τοῦ Εὐριπίδου ταυτὶ πολλάκις·

Ἀλλ' ἔστι, κεἴ τις ἐγγελᾷ λόγῳ,
Ζεὺς καὶ θεοὶ βρότεια λεύσσοντες πάθη.

Primum vs. Grot. sic restituit: ἀλλ' ἔστιν, ἔστι, κἄν τις κτλ. Quod ἔστι duplicavit, haud improbabile est; sed quod ἐὰν pro εἰ scripsit, non probandum. Nos cum Dübnero κεἰ dedimus. — Hartung. I, p. 396, locum ad Bellerophontem rettulit.

* CXXVIII. (960.)

Clem. Alex. Protrept. c. VI, § 68 (p. 59 P.):

A. Θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νοητέον;
B. Τὸν πάνθ' ὁρῶντα καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

Εὐριπίδης λέγει. Philemoni eosdem vss. tribuit Justin. De monarch. p. 37, D. Quos Hartung. I, p. 120, ad Melanippam Sap. refert.

CXXIX. (961.)

Clem. Alex. Protrept. c. VII, § 76 (p. 65 P.): Τοτὲ δ' ἐμμανῆ εἰσάγων Εὐριπίδης Ἡρακλέα καὶ μεθύοντα, ἀλλαχόθι καὶ ἄπληστον· πῶς γὰρ οὐχί; ὃς ἑστιώμενος τοῖς κρέασι

χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν,
ἄμουσ' ὑλακτῶν ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν.

Extrema inepta esse dicens Both. p. 322 etiam ineptius corrigit: ὥστε βαρβάρῳ μετών, h. e. velut apud barbarum. Eumdem locum haud dubie respexit Athen. VII, p. 276, F: Λέγομεν γοῦν ὀψοφάγους οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας· οἷος ἦν Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς βοείοις κρέασιν ἐπήσθιε σῦκα χλωρά. Inde primum versum supplevit Musgr.:

Κρέασι βοείοις χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν.

De Hercule quum sermo sit, non improbabiliter Monkius ad Alc. 776 hæc e dramate satyrico ducta esse conjecit.

* CXXX. (962.)

Clem. Alex. Pæd. II, c. 6, § 50 (p. 198 P. s. fin.).

Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί,

ἡ ποιητικὴ λέγει. Ut Clemens, sine auctoris nomine versum citat Paul. Ep. I ad Corinth. 15, 33. Euripidi tribuit Socr. Hist. Eccl. III, 16, Menandro Hieronym. in Tit. et in Galat. IV, unde eum inter Menandri fragmenta recepit Meinekius p. 75 et Poet. com. vol. IV, p. 132. Henrici Stephani auctoritate commotus, qui in vetusto N. T. exem-

---

956.
Faber quum esses, non fecisti fabrilia.

957.
Fortunæ proles, sors, hoc mandatum habens.

958.
Suavis vero autumni duos (menses), veris totidem.

959.
Est autem, etiamsi quis orationem meam irrideat,
Juppiter et dii hominum miserias aspicientes.

960.
A. Deum autem qualem, dic mihi, cogitare oportet?
B. Eum qui cuncta cernit, quum ipse non cernatur.

961.
Post carnes bubulas ficus virides comedit,
inepta latrans, quæ vel barbarus talia esse intelligeret.

962.
Corrumpunt bonos mores prava consortia.

plari se margini adscripta invenisse dicit verba : Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ γνώμη ἐν Θαδίᾳ (h. e. Θαΐδι). Cui hic versiculus assignandus sit vix definias, quum haud raro, quæ Euripidis sunt, Menandro, Menandrea autem Euripidi errore tributa sint. Latine eum reddidit Tertull. Ad uxor. I, 8 : *Bonos corrumpunt mores congressus mali.*

CXXXI. CXXXII. CXXXIII. (963.)

Clem. Alex. Strom. III, 3 (p. 520 P.) : Λέγει γὰρ ἡ τραγῳδία·

Τὸ μὴ γενέσθαι κρεῖσσον ἢ φῦναι βροτούς.
Ἔπειτα παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι
τίκτω· τεκοῦσα δ' ἢν μὲν ἄφρονας τέκω,
στένω ματαίως εἰσορῶσα μὲν κακούς,
χρηστοὺς ἀπολέσασ'· ἢν δὲ καὶ σεσωσμένους,
τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀρρωδίᾳ·
τί τοῦτο δὴ τὸ χρηστόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν
ψυχὴν ἀπολύειν κἀπὶ τοῦδ' ἔχειν πόνους;

καὶ ἔθ' ὁμοίως·

Ἔμοιγε νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·
παῖδας φυτεύειν οὔποτ' ἀνθρώπους ἐχρῆν
πόνους ὁρῶντας εἰς ὅσους φυτεύομεν.

Ἐν δὲ τοῖς αὖθις λεγομένοις καὶ τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν ἐναργῶς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἐπανάγει λέγων ὧδε·

Ὦ δυστυχῶν φὺς καὶ κακῶς πεπραγέναι·
ἄνθρωπος ἐγένου καὶ τὸ δυστυχὲς βίου
ἐκεῖθεν ἔλαβες, ὅθεν ἅπασιν ἤρξατο
τρέφειν ὅδ' αἰθὴρ ἐνδιδοὺς θνητοῖς πνοάς·
μή νυν τὰ θνητὰ θνητὸς ὢν ἀγνωμόνει.

Hos versus Euripideos esse quum Stobæus docet, qui Floril. CXX, 17 primum fragmenti CXXX versum poetæ nomine adjecto citat, tum inde apparet, quod tres Euripidis loci (Iph. Aul. 163, Antiop. fgm. XXXIX, Suppl. 270) cum hisce eodem modo, quo hi inter se, conjuncti subsequuntur. Jam vero Barnesius et Musgr. viderunt, primum versum non bene cum sequentibus cohærere, itaque disjunctum ab reliquis ediderunt. Sed non temere eum Clemens reliquis præfixisse videtur : summam enim fere eorum continet, quæ locis sequentibus (haud dubie e diversis Euripidis fabulis, neque, ut Welckerus p. 832 et Bergkius opinantur, ex una Cresphonte (cf. fgm. X) petitis) Clemens uberius explicare ac demonstrare voluit. Quare locos ipsos quum omnes eodem spectent, non cum Matthiæo discerpsimus. In eadem sententia est Hartung. I, p. 264, qui (II, p. 49) vs. 1 — 8 ad Cresphontem, vs. 9 — 11 (I, p. 264) ad Æolum referri jubet. — Vs. 5 pro ἢν δὲ Both. p. 330, scribi vult ἤδε, quo minime opus. — Vs. 8 vulg. ἀπολύειν, quippe sententiæ parum convenientem, inde a Grotio improbarunt viri docti : Grotius ipse correxit πολεύειν teste advocato Hesychio, qui scribit : πολεύειν· τρέφειν, οἰκεῖν, περιέχειν, θεραπεύειν, περιάγειν, probatum a Valckenario, Musgravio, Hartungo (II, p. 49) et Bothio. Boisson. dedit ἀπολέσαι, audacius, ut ipse confitetur; Heathius anapæsto in secundam sedem illato ἀπολαύειν. Bergkius Matthiæi sententiam fortasse amplexus, qui hic eandem sententiam requiri opinabatur, quæ est in Hipp. 257 sq., Alc. 903., proposuit ἀλύειν. Horum quid verum sit, explorari vix potest : nam facile quidem est ad dicendum, quid Euripides scribere potuerit, sed quid scripserit, perquam difficile. Quare rem in medio relinquimus. — In sequentibus legebatur vulgo κἄπειτ' οὐδ' ἔχειν, cod. Par. κἄπειτ' ἢ δὲ ἔχειν. Ed. Flor. : κἄπειτ' ἤδ' ἔχειν, unde Grot. effinxit κἀπὶ τῆδ' ἔχειν, quod Musgr. et Valck. probarunt, sed ad litterarum ductus in reliquis codd. propius accedentes Matth. et Klotzius dederunt : κἀπὶ τοῦδ' ἔχειν, de quo dicendi usu cf. Wolf. ad Leptin. p. 276, 319, 346, Matth. Gr. Gr. § 584, E, 39. — Vs. 9 legebatur vulgo ἐμοὶ γένοιντο καὶ πάλαι δοκεῖν, quod Grot. optime mutavit in ἀλλ' ὡς ἐμοί γε νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ. — Vs. 12 vulgo erat ὁ et πεπραχέναι, quæ correxit Musgr. Both. p. 323 vero, qui hos vss. ab reliquis secretos dedit, retinuit ὅ (h. e. *quod attinet ad*) et in sequentibus non male scripsit : φῄς pro φύς. Minus recte autem di-

963.

Non nasci melius est mortalibus, quam nasci.
Deinde liberos acerbis doloribus vexata pario :
post partum autem, si stultos peperi, frustra
quum malos conspicio, bonos vero perdidi : [gemo,
at etiamsi (bonos) sospites video, miseram men- [tem
sollicitudine comedo. Quid hîc sit ergo optabile?
nonne sufficit, unam curare vitam et pro hac [ærumnas pati?—
Mihi quidem et nunc et olim verum
visum est, liberos procreare nunquam oportere [homines,
quum conspiciant mala, ad quæ eos procreemus.
O tu, qui ad miseriam et mala patienda natus es,
homo es, et vitæ infortunium inde cepisti, unde
omnibus primum suppeditavit æther, mortalibus
halitus inspirans. Quare, quum mortalis sis,
mortalia impatienter ferre noli.

xit φὺς ferri non posse, quum sequatur ἐγένου. — Vs. 14 Grot. et Barnes. ἅπαντας ἦρξεν. Valck. Diatr. p. 248 ἅπαντ' ἐνήρξατο, sine causa. — Vs. 15 vulgo ὅ τ' pro ὅδ'. — Vs. 16 μὴ οὖν τὰ θνητὰ vulg. μὴ τοίνυν τὰ θνητὰ. cod. Paris. μή τοι τὰ θν. Barnes. μὴ νῦν τ. θν. Valck.

CXXXIV. CXXXV. (964.)

Clem. Alex. Strom. IV, 20, § 127 (p. 620 sq. P.) : Φίλανδρον μετὰ σεμνόνητος ὑπογράφει γυναῖκα Εὐριπίδης παραινῶν.

Εὐλογεῖν δ' ὅταν τι λέξῃ χρὴ δοκεῖν κἂν μὴ λέγῃ,
κἀκπονεῖν ἃν τῷ ξυνόντι πρὸς χάριν μέλλῃ λέγειν.

Καὶ αὖθίς που τούτοις τὰ ὅμοια·

Ἡδὺ δ' ἢν κακόν τι πράξῃ συσκυθρωπάζειν πόσει
ἄλοχον ἐν κοινῷ τε λύπης ἡδονῆς τ' ἔχειν μέρος.

Τό τε πρᾶον καὶ φιλόστοργον ὧδέ πως ὑποδεικνύειν κἀν ταῖς συμφοραῖς ἐπιφέρει·

Σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι
καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσω· κοὐδέν ἐστί μοι πικρόν.

Μετὰ γὰρ τῶν φίλων εὐτυχεῖν τε χρή· τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο πλὴν τόδε; Deinde nonnullis verbis interpositis pergit Clem. § 128 : Χρὴ δὲ τὸν εὐδαίμονα γάμον οὔτε πλούτῳ ποτὲ οὔτε κάλλει κρίνεσθαι, αλλ' ἀρετῇ.

Οὐδεμίαν, φησὶν ἡ τραγῳδία, ὤνησε κάλλος εἰς πόσιν ξυνάορον,
ἀρετὴ δ' ὤνησε πολλάς· πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ
ἥτις ἀνδρὶ συντέτηκε, σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Εἶτα οἷον παραινέσεις διδοῦσά φησι,

Πρῶτα μέν γε τοῦθ' ὑπάρχει· κἂν ἄμορφος ᾖ πόσις,
χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τῇ γε νοῦν κεκτημένῃ·
οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς,

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. — Hos duodecim versus Grot. Exc. p. 425. sq. ita dedit, ut primos poneret vss. 3-6 et duos, quos e Clementis verbis violenter elicuit, deinde vss. 7-10 et 1, 2 adderet. Versum 12 in adnott. p. 960 adjiciendum esse monuit. Grotium secutus est Barnes., inserto tamen vs. 12. Musgr. primo collocavit vss. 7—12, tum vs. 1 sqq. pariter atque Grotius Clementis verba metro astringens. Sed nulla adest ordinis mutandi causa : nam quamvis omnes ex eadem scena petitos esse negari vix possit, tamen, quomodocumque collocentur, continuum sermonem non efficiunt, neque verisimile est, Clementem eos citasse, prout sese excipiebant, sed prout ipsius proposito conveniebant. — Vs. 1. Grot. et Barnes. εὖ λέγειν et ὅτ' ἀντιλέξῃ dederunt, sed veram scripturam ὅταν τι λέξῃ Valck. ad Phœn. 1642 et Diatr. p. 243 revocavit. Idem. l. c. defendit κἀκπονεῖν pro κἀπορεῖν, quod Grotius scripserat, deditque ἃν h. e. ἃ ἄν. — Vs. 3 erat vulgo κακὸν πράξῃ τι, quod correxit Valck. — Vs. 4 vulg. ἐν κοινῷ λύπης τε ἡδ. Grot. ἐν κοινῷ δὲ λύπης Musgr. ἐν κοινῷ τε λύπης. In sequentibus scripsit Grot. καὶ γὰρ οὐδέν ἐστί μοι Πικρὸν οὗπερ σοῦ φορήσω, in notis vero p. 960 ὃ περὶ σοῦ φορήσω. Barnes., qui Clementis verba simul primus in metri vincula conjecit : καὶ γὰρ οὐδέν ἐστί μοι Πικρὸν ὃ παρὰ σοῦ φορήσω δυστυχεῖν μετὰ τῶν φίλων Εὐτυχεῖν τε χρή· τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο πλὴν τόδε; Valck. l. c. p. 244 in eundem errorem illapsus hos vss. conformavit : Καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσειν οὐδέν ἐστί μοι πικρόν. Κἄν (τε) ταῖσι συμφοραῖσι [δυστυχεῖν] μετὰ τῶν φίλων, Εὐτυχεῖν τε χρή· τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο πλὴν τόδε; Musgr. denique exhibuit : κοὐδὲν ἔσται μοι πικρόν. Μετὰ γὰρ [ἐσθλῶν] τῶν φίλων [γε δυστυχεῖν ἅπαντ' ἀεὶ] Εὐτυχεῖν τε χρή· τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο

964.

Oportet vero, quum aliquid dixerit, recte eum loqui existimare,
et studere, ut, quæcunque dicat, ex mariti sententia loquatur. —
Gratum quoque est, si quid mali ei accidat, cum marito
uxorem condolescere, et mœrorem æque ac lætitiam partiri. —
Equidem vero tecum etiam ægrotante ægrotabo, et
malorum tuorum particeps ero ; nec acerbum mihi quidquam erit. —
Nullam uxorem apud maritum unquam pulchritudo juvit,
multas vero virtus ; nam quævis bona uxor, quæ
mentem cum viro conglutinatam habet, casta esse scit: —
Primum quidem hoc est, ut, etiamsi deformis sit maritus,
formosus tamen esse videatur prudenti uxori ;
non enim oculus judex est, sed mens.

πλὴν τόδε; in quibus haud dubie probabile est ἔσται. In reliquis autem, ex quibus certatim viri docti Euripidea expiscari conati fuerunt, equidem Euripideæ dictionis nihil agnoscere possum ac ne Dobræo quidem assentior ad Aristoph. Plut. 147 ita judicanti : « verba μετὰ τῶν φίλων εὐτυχεῖν τι χρὴ exemerim et leviter emendata, εὐτυχεῖν δυστυχεῖν τε bono presbytero reliquerim. Scripserit eadem aliis verbis tragicus, sed utrum eodem an alio loco, non definiverim. » — Vs. 7. Recte F. Hermannus (Quæst. Œdipod. p. 18 sq.) hos et antecedentes versus ab uxore, quæ se marito infelici comitem consortemque malorum pollicita esset, pronuntiatos esse affirmavit eosque ad Œdipodem rettulit. Cf. Œdip. fgm. VIII. Anapæstum in secunda sede Matth. indicavit etiam in Or. 787 Pors., Iphig. Aul. 912 Markl. — Vs. 8 Clem. ἀρετή, articulum primus restituit Grot. scribens tamen ἡ 'ρετή. — Vs. 10 Grot. et Barnes. πρῶτα μὲν γὰρ τοῦθ' ὑπ'. Musgr. πρῶτα μέν γε ταῦθ'. — Versum 12 vario modo supplerunt viri docti : Grot. scribendo (in not. p. 960) : οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ μορφὴν κρῖνόν ἐστιν, ἀλλ' ὁ νοῦς, et sic Barnes. Valck. ad Phœn. 557 et Diatr. l. c. in fine addidit γύναι, fortassis recte; Musgr. et Boisson. denique inter τὸ et κρῖνον interposuerunt ταῦτα. Pro κρῖνον autem legebatur vulgo κρίνειν.

CXXXVI. (965.)

Clem. Alex. Strom. IV, 25, § 157 (p. 634 P.) :

Ὄλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας
ἔσχε μάθησιν μήτε πολιτῶν
ἐπὶ πημοσύνῃ μήτ' εἰς ἀδίκους
  πράξεις ὁρμῶν,
ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
κόσμον ἀγήρω, πῇ τε συνέστη,
  καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως.
Τοῖς δὲ τοιούτοις οὐδέποτ' αἰσχρῶν
ἔργων μελέτημα προσίζει.

Euripidis hos versus esse, ex Themistii Orat. XXIV, p. 307, D, cognoscitur, qui verba μήτε πολιτῶν sq. usque ad κόσμον ἀγήρω Euripidis nomine præmisso affert, et e Polluc. II, 14, qui κόσμον ἀγήρω hinc commemorat. Egit de hoc loco Valcken. Diatr. p. 26, egregie Euripidis animo videri Anaxagoræ imaginem obversatam esse conjiciens, versusque etiam paullo aliter disponens, ita quidem ut versum 1 verbis ὄλβιος ὅστις expleret, in reliquis autem dimetros anapæsticos verbis καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως dimissis constitueret.—Vs. 2 sq. Quod apud Themistium legitur : οὔτε πολιτῶν ἐ. π., οὔτ' εἰς ἀ. π. ὁρμᾶν, ἀλλ' ἀ. φύσεως καθορᾶν κτλ., non scripturæ varietatis indicium est, sed Themistius, ut Valck. docuit, Euripidis verba ad suam sententiam accommodavit, quum præcessisset : ἃς Εὐριπίδης ὁ σοφὸς εἴρηκεν. — Musgr. probabiliter hos vss. e Melanippe Sap. ductos esse censet, quem sequitur Hartung. I, p. 120.

CXXXVII. (966.)

Clem. Alex. Strom. IV, 26, § 176 (p. 642 P.) : Ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδης,

Χρύσεαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ, φησίν,
καὶ τὰ Σειρήνων ἐρόεντα πέδιλα
  ἁρμόζεται,
βάσομαι δ' ἐς αἰθέρα πολὺν
ἀερθεὶς Ζηνὶ προσμίξων.

Hos versus Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1835, n. 10.) ita correxit :

καὶ τὰ Σειρήνων ἐρόεντα πέδιλ' ἁρμόζεται,
βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πολιὸν ἀερθεὶς κ. τ. λ.

vel si quis arsin solutam in numero dactylico ferre nolit :

βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πουλὺν ἀερθείς,

haud improbabiliter, ut, equidem opinor, quamquam de ejusmodi versibus e sermonis perpetuitate ereptis recte judicare difficile est. Minus enim placet Bothii p. 306 ratio, qui verba ἁρμόζεται — — ἀερθεὶς uno versu asynarteto comprehendit, ac postea Ζανὶ scribi jubet. De dictione πολιὸν αἰθέρα Bergkius conferri jubet Orest. 1370. — Locus fortasse ad Bellerophontem referendus est, quem ante oculos habuisse videtur Plut. An seni ger. s. rep. V, 8, p. 786, D, ubi τὰς Εὐριπίδου χρυσᾶς πτέρυγας commemorat; quod si ve-

965.

Felix, qui historiæ (mundi) cognitionem habet, [nec
ad civium detrimentum, nec ad facinora injusta
properet, sed naturæ immortalis non senescentem
ornatum aspiciens, et cur et qua ratione exortus [sit.
Talibus nunquam adhærescit rerum turpium stu- [dium.

966.

Aureæ mihi pennæ in tergo et venusta Sirenum
talaria adaptentur; iboque elatus in immensum
ætherem cum Jove conventurus.

rum est, fortasse pro ἐρόεντα legendum erat πτερόεντα. Hartung. vero I, p. 111, eum ad Icarum spectare atque ex Cretensibus petitum esse dicit.

CXXXVIII. (967.)

Clem. Alex. Strom. V, 12, § 71 (p. 688 P.): Πάνυ θαυμαστῶς ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος Εὐριπίδης τοῖς προειρημένοις ἡμῖν συνῳδὸς διὰ τούτων εὑρίσκεται, πατέρα καὶ υἱὸν ἅμα οὐκ οἶδ' ὅπως αἰνισσόμενος·

Σοὶ, τῷ πάντων μεδέοντι, χοὴν
πέλανόν τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀΐδης
ὀνομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι
θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας
δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν·

ὁλοκάρπωμα γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἄπορον (ἄπυρον emend. Matth.) θῦμα ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι τὸν σωτῆρα αὐτὸν οὐκ εἰδὼς λέγει σαφὲς ποιήσει ἐπάγων·

Σὺ γὰρ ἔν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων
χθονίων θ' Ἅδῃ μετέχεις ἀρχῆς.

Ἔπειτα ἄντικρυς λέγει·

Πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνδρῶν
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν
πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν,
τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένους
εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. — Vs. 2 φέρω Grot. pro φέρων restituit. — Vs. 4 ἄπυρον pro ἄπορον debemus emendationi Abreschii, Heathii, Toupii, Valck., παγκαρπείας pro παγκαρπίας Grotii. — Vs. 5 legebatur πλήρη προχυτίαν, unde Grotius effecit: πλ. προχύτην τε, Heath. προχυταίαν, Valck. προχυθεῖσαν, cf. Hecub. 539 et Pors. ad h. l. — Vs. 8 Clementis cod. Paris. præbet δ' pro θ'. — Vs. 9 vulgo erat ψυχὰς, unde Grot. ψυχαῖς — ταῖς βουλομέναις, sed bene Valck. Diatr. p. 42: ψυχᾶς. Hartung. (I, p. 109) tamen retinuit ψυχαῖς. Pro ἀνέρων rescripsi ἀνδρῶν, primum, quod forma soluta apud Tragicos rarissima est, deinde quod α producit; cf. Ellendt. Lex. Soph. I, p. 155. — Vs. 12 ἐκθυσαμένοις pro vulg. ἐκθησαμένους Lowth. ap. Valck. l. c., sed rectius ἐκθυσαμένους Valck. ipse ad Herod. VI, 91, dedit, idque Clementis cod. Paris. (ap. Klotz.) confirmat. Cf. Suid v. Ἐκθύσασθαι, ἐξιλεώσασθαι καὶ ἐκμειλίξασθαι. Musgr. hoc fragme Pirithoo, Valck. et Hartung. l. c. probabilius e Cretensibus, ductum suspicantur.

CXXXIX. (968.)

Clem. Alex. Strom. V, 11, § 76 (p. 691 P.): Παγκάλως τοίνυν καὶ ὁ Εὐριπίδης συνᾴδει τούτοις γράφων·

Ποῖος δ' ἂν οἶκος τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο
δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς.

Hos vss. excipit locus ex Herc. fur. 1345. — Vs. 2 περιβάλοι bene cod. Par. pro vulg. περιβάλλοι præbet. — Welckerus eumque sequutus Hartung. I, p. 119, versus ad Melanippam referunt.

CXL. (969.)

Clem. Alex. Strom. V, 13, § 138 (p. 732 P.): Ὁ τοίνυν μὴ πειθόμενος τῇ ἀληθείᾳ, διδασκαλίᾳ δὲ ἀνθρωπίνῃ τετυφωμένος, δυσδαίμων ἄθλιός τε καὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

Ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ
μετεωρολόγων δ' ἑκὰς ἔρριψεν
σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

Grot. Exc. p. 433 e verbis ap. Clem. præcedentibus præfixit his ὦ δυσδαίμων, ut unus evaderet versus, sequentia autem conjecturis suis interpolavit. Illud δυσδαίμων (omisso ὦ) retinuit Valck., ut vs. 1 esset δυσδαίμων, ὃς τ. λ. quo recepto systema anapæsticum a parœmiaco inciperet. Rectius for-

---

967.

Tibi, cuncta regenti, libationem et placentam [fero,
sive tu Juppiter sive Orcus vocari gestis; tu vero
accipe sacrificium sine igne omnigenorum fructuum non parce oblatum. — Tu enim inter deos
cœlestes Jovis sceptrum manu tenes, et Orco
inferorum regni particeps es. — Mitte lucem mentis
iis viris, qui labores prænosse volunt, unde ori- [ginem
duxerint, quæ sit malorum radix; quo immortalium placato invenire liceat molestiarum finem.

968.

Quî posset ædes structa fabrili manu
tenere vim parietibus inclusam dei?

GROT.

969.

(Miser,) qui hæc conspiciens deum non cogitat, [nec
longe abegit tortuosas astrologorum fraudes,
quorum lingua exsecranda de rebus incertis
nugatur, nullam scientiam habens.

tassis idem et Musgr. post νοεῖ aliquid excidisse statuunt; nam de uno eodemque homine dici non poterat : θεὸν οὐχὶ νοεῖ et τὰ τῶν μετεωρολόγων ἑκὰς ἔρριψε. Valck. igitur ita locum dedit :

θεὸν οὐχὶ νοεῖ, ...
. . . . μετεωρολόγων θ' κτλ.

Grot. scripserat : μετεωρολογῶν δὲ καταρρίπτει Σκολιὰς ἀπατὰς οἷον ἀτειρὴς Γλῶσσ', quæ recte reprehendit Valck. Musgr. conjecit : μετεωρολόγων οὐδ' ἑκὰς ἔρριψ' Ἀπατὰς σκολίας. Mihi vero neque quidquam excidisse, nec tam violenta ratione loco succurrendum esse videtur, sed sublata post νοεῖ interpunctione scribendum : Δυσδαίμων, ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ μετεωρολόγων θ' ἑκὰς ἔρριψεν κτλ., i. e. *Infelix qui hæc spectans deum non cogitat nec longe abjicit tortuosas astrologorum fraudes* etc. Sæpius enim particula τε, si negatio præcessit, subjecto eodem manente, pro οὔτε vel μήτε accipienda est, cujus usus grammatici satis multa præbent exempla.—Vs. 3 vulgo erat ἀτειρὰ, cod. Ottob. ἀντειρὰ, sed recte Potter. ἀτηρά.

CXLI. (970.)

Clem. Alex. Strom. VI, 1, § 8 (p. 740 P.) : Εὐριπίδης γράφει·

Γραῖαν γυναῖκα πρὸς νέον ζεῦξαι κακόν·
ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν,
ἡ δ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα βουλεύει κακά.

Vulgo legebatur κακὸν γυναῖκα — — γραίαν, quod Grot. Exc. p. 423 et post eum Barnes. transpositione correxerunt. Contra quos frustra Musgrav. monuit, diphthongum in voce γραίαν sequente vocali non sine exemplo corripi ; nam unum certe exemplum attulisset vellem. Afferuntur quidem exempla correptæ in voce γεραιὸς diphthongi (cf. Hippol. 170, Hec. 64, 274, Med, 133) et eundem abusum in aliis quibusdam voculis notarunt Gaisf. ad Hephæst. p. 216, Monk. ad Hippol. 170, sed nescio an hoc etiam ad γραῖος pertineat. Quare ego quoque transpositionem illam præferam, præsertim quum una voce excepta prorsus idem versus in Æol. fgm. VIII legatur : κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον. Pro γραίαν codd. Paris. et Ottob. νέάν exhibent.

CXLII. (971.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 12 (p. 743 P.) : Πρὸς τούτοις Ὁμήρου (Od. ρ', 286 sq.) λέγοντος· Γαστέρα δ' οὔπως ἔστιν ἀποπλῆσαι μεμαυῖαν, Οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσιν·

Νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ κακῶς γ' ὀλουμένη
γαστήρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά.

Ap. Clem. olim legebatur : νικᾷ δὲ χρεία μὲν κακῶς κτλ., sed genuinam scripturam elicuit Casaub. ad Athen. p. 716, e loco Diphili ap. Athen. X, 5, p. 422, B : Εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης· Νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ ταλαίπωρός τε μου Γαστήρ — nunc etiam Clementis codicibus confirmatam. Grot. dederat : νικᾷ με χρεία καὶ κ. ὀλ. sq. — Hartung. I, p. 201, probabiliter hos vss. ad Telephum refert.

CXLIII. (972.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 13 (p. 744 P.) : Αὖθις Εὐριπίδου εἰπόντος·

Ὦ πολύμοχθος βιοτὰ θνητοῖς,
ὡς ἐπὶ παντὶ σφαλερὰ κεῖσαι,
καὶ τὰ μὲν αὔξεις, τὰ δ' ἀποφθινύθεις,
κοὐκ ἔστιν ὅρος κείμενος οὐδεὶς
εἰς ὅντινα χρὴ τελέσαι θνητοῖς,
πλὴν ὅταν ἔλθῃ κρυερὰ Διόθεν
θανάτου πεμφθεῖσα τελευτή.

Vs. 4 vulgo erat οὐδὲ εἷς. Cod. Paris. οὐδὲ εἷς εἰς.— Vs. 5 Grot. et Barnes. θνητούς. Both. p. 345 hoc loco et vs. 1 θνατοῖς.—Vs. 7 θανάτου τελευτὴ ex Homeri (cf. Il. γ', 309, et al. l.) consuetudine dictum est; cf. Med. 157. Both. τελευτά.

CXLIV. (973.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 22 (p. 748 P.) : Ἀλλὰ καὶ τοῦ ἰατροῦ Ἱπποκράτους « ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ ὥρην καὶ χώρην καὶ ἡλικίην καὶ νούσους » γράφοντος, Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ χρήσει φησίν·

— — ὅσοι δ' ἰατρεύειν καλῶς,
πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν
τήν γῆν τ' ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

970.

Malum est uxorem senilem juveni jungere :
ille enim alius torum attingere cupit,
hæc vero ab eo destituta mala machinatur.

971.

Me dira necessitas subigit et miserabilis
venter, malorum causa quæ est ferme omnium.

972.

O vita hominum laborum plena, quantum quavis ratione fluctuas, et nunc quidem crescis, nunc decrescis, nec terminus ullus est constitutus, ad quem usque mortalibus procedere liceat, nisi quum venerit a Jove missus frigidus (mortis) finis.

973.

Qui recte medicari cupiunt, ad incolarum vivendi [rationem
et terram respicientes morbos considerare debent.

Gatak. Adv. misc. p. 519 fragmentum ad Bellerophontem rettulit, quum in hac fabula similis locus (fgm. XVI) exstaret.

CXLV. (974.)

Clem. Alex. Strom. VI, 13, § 113) p. 797. P). Suid. v. Παλαμᾶσθαι. Cic. Ad Attic. VIII, 8.

Πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω,
καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω·
τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον
ξύμμαχον ἔσται,
κοὐ μή ποθ' ἁλῶ κακὰ πράσσων.

Locum Suid., Clem. et Cic. sine auctoris nomine citant, Euripidis vero esse apparet ex Suid. v. Ἁλωτὸν, ubi versum 5 adjecto poetæ nomine affert. Integrum eum Suidæ debemus, nam Clem. omisit versum 2, Cic. vero priora tantum usque ad verba εὖ μετ' ἐμοῦ attulit. — Vs. 1 Th. Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1835, n. 10 et in Comment. de reliq. Com. Att. p. 135) pro vulg. ὅτι χρὴ optime correxit : ὅ τι χρῇ, in quam emendationem etiam incidit Dindorfius in adnot. Wunderi ad Soph. Antig. 874, quam consuluisse haud inutile erit. Ap. Clem. male legitur παλαμᾶσθαι, Cic. ad propositum suum accommodate dedit : παλαμάσθων et τεκταινέσθων. — Vs. 2 Musgr. ἐπί μοι. Matth. ἐπ' ἐμόν. — Vs. 3 verba : τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ Cic. exhibet etiam Ad Att. VI, 1. — Th. Bergkio hoc fragm. ex Telepho petitum esse videtur, ita ut Ulixis fraudulentia atque astutia notetur : quæ conjectura eo confirmatur, quod Aristoph. in Acharn. 659 sq., in qua fabula præcipue Telephum Euripidis perstrinxit, iisdem propemodum versibus contra Cleonis potentiam usus est. At vero Hartung. I, p. 369, locum ad Dictyem refert.

CXLVI. (975.)

Philo Jud. Quod omn. prob. lib. § 21 (p. 469 M. p. 887. Pf.).

Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν (κατὰ τὸν τραγικὸν) καὶ κλύειν ἐπίσταμαι,
ἄρχειν θ' ὁμοίως, τῇ 'ρετῇ σταθμώμενος
τὰ πάντα.

Euripidis quin verba sint haud dubium esse potest, quum eodem modo Philo sæpius Euripidis versus citaverit (cf. v. c. Judic. de Joseph. § 14 (p. 53 M. p. 537 Pf.), sed quo jure a Grotio, Barnesio, Matthiæo, Hartungo (I, p. 161) aliis inter Sylei fragmenta (n. VIII) recepta sint, equidem non perspicio. Hartung. l. c. male correxit : ἐγὼ δ' ἐν αὐτῷ.

CXLVII. (976.)

Cornutus s. Phurnut. De nat. deorum XX, p. 184 ed. Gale.

Κορυφὴ δὲ θεῶν (κατ' Εὐριπίδην) ὁ περὶ χθόν' ἔχων
φαεινὸς αἰθήρ. —

Egit de hoc loco Valck. Diatr. p. 48, ubi vs. 2 sine causa dedit φαεννός. Similiter Both. p. 304 φαίδιμος scripsit, citans Apollon. Soph. φαίδιμος· λαμπρὸς ἢ ὁ ἐπίσημος.

CXLVIII. (977.)

Æschin. C. Timarch. p. 18, 15 Steph. : Εὑρήσετε ... τὸν Εὐριπίδην ἀποφαινόμενον τὴν θεὸν ταύτην οὐ μόνον τοὺς ζῶντας ἐμφανίζειν δυναμένην, ὁποῖοί τινες ἂν τυγχάνωσιν ὄντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς τετελευτηκότας, ὅταν λέγῃ·

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

Ap. Suid. v. Φήμη, qui eundem vs. exhibet, rectius legitur κἂν μυχοῖς. Cf. Valck. ad Phœn. 1496 s. fin. — Haud improbabiliter Welck. versum ad Pirithoum (cf. Pirith. fgm. V), Hartung. vero I, p. 294, ad Peleum refert.

CXLIX. (978.)

Theopomp. Comic. ap. Athen. IV, p. 165, B : Καὶ Θεόπομπος δ' ἐν Ὀδυσσεῖ ἔφη·

Εὐριπίδου τἄρ' ἐστιν οὐ κακῶς ἔχον,
τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

In priori (Theopompi) versu quum scriptura vulgata Εὐριπίδου τἄριστον aptam sententiam non præbeat, apte correxit Both. p. 305 Εὐριπίδου τὸ ῥητὸν κτλ.; multo probabilius vero Meinek. Poet. com. vol. II, p. 792, scripsit ut supra exhibitum est, nisi forte malis Εὐριπίδου γάρ ἐστιν κτλ. Ver-

---

974.

Proinde, quæ opus sunt, moliatur
et omnia in me machinetur.
A meis enim partibus stabunt
æquum ac justum,
nec mala patrans unquam deprehendar.

975.

Ego vero et mihi obsequi didici et imperare
pariter, omnia virtutis modo dimetiens.

976.

Vertex autem deorum est lucidus æther, terram ambiens.

977.

Fama bonum vel in angulo aliquo terræ ostendit.

978.

Hominem vere beatum aliorum sumptu cœnare.

sum 2 (Euripidis) ab Hartungo I, p. 301, ad Ægeum relatum, Bergkius l. c. verissime e fabula satyrica ductum suspicatur.

CL. (979.)

Antiphan. ap. Athen. X, p. 446, A : Παραδίδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ οἶνον ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης. Hinc Eustath. ad Od. φ', p. 761, 30 : Ὅτε καιρὸν ἡ πόσις ἔχει τοῦ οἴνου, τότε κατὰ τὴν Εὐριπίδειον μοῦσαν ἀρκεσίγυιός ἐστιν. Casaubono in Athenæi verbis Antiphanes τὸν scripsisse, Athenæus autem ejus loco οἶνον substituisse videtur. Hartung. I, p. 314, verba ad Eurystheum refert.

*CLI. (980.)

Athen. IV, p. 156, F : Εἶτα πάλιν φακοὶ προσηνέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι, καὶ ὁ Διιτρέφης δραξάμενος ἔφη

Ζεῦ, μὴ λάθοι σοι τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν·

καὶ ἄλλος ἑξῆς ἀνεβόησε,

Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι.

Ut prior vs. unius literæ mutatione ex Eurip. Med. vs. 333 ad risum detortus est, ita perquam probabiliter alterum ab hoc Euripidis versu

Κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι

ex incerta fabula ducto originem duxisse Leopard. Emendatt. VI, 12 et Pors. ad Med. l. c. statuunt.

CLII. (981.)

Athen. IV, p. 158, E : Κἂν ἄλλοις (præcessit inc. fab. fgm. XIV) δέ φησιν ὁ σκηνικὸς φιλόσοφος,

Ἀρκεῖ μετρία βιοτά μοι σώφρονος τραπέζης,
τὸ δ' ἄκαιρον ἅπαν [τόδ'] ὑπερβάλλον τε μὴ
[προσείμαν.

Grotius in quattuor vss. divisit, sed asynartetos Archilochios esse jam vidit Heathius, qui vs. 2 scripsit ἅπαν χὐπερβάλλον pro vulg. ἅπαν ὑπερβάλλον. Eundem versum inserta vocula τόδ' post ἅπαν primus restituerat Porsonus ap. Gaisf. ad Hephæst. p. 341 (ubi optime etiam de horum vss. genere disputatum est), cujus emendationis firmandæ causa ap. Dobr. ad Aristoph. Vesp. 1522 attulit locum e Bacch. 1221, Τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα; Both. vero p. 331 pro τόδ' inseri ἂν voluit, quippe quod post ἅπαν facilius quam τόδ' interire potuerit.—Hartung. I, p. 204, locum ad Telephum refert.

CLIII. (982.)

Athen. VI, p. 270, C : « Ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως Οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά, » Ἀχαιός φησιν ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ (fgm. I.) — — παρ' οὗ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης λαβὼν ἔφη·

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ.

Athenæum exscripsit Eustath. ad Od. θ', p. 1596, 43, omisit tamen ἐν ante πεινῶντι. Eundem versum, qui in proverbium abiisse videtur, citant Liban. vol. II, p. 509, A. (vol. III, p. 398, 25 ed. Reisk.), Themist. p. 164, 6, Schol. Soph. Antig. 781, ubi πεινῶσι legitur, quod etiam Grot. Exc. p. 424 dedit, eumque respexerunt Antiphanes ap. Athen. I, p. 28, F, et Plut. De sanit. præc. 8 (p. 126, C). Quem Hartung. I, p. 45, ad Hippolytum refert.

CLIV. (983.)

Athen. XI, p. 465, B : Διόπερ καὶ Εὐριπίδης ἕνα τῶν τοῦ Ἡλίου ἵππων φησὶν εἶναι

Βακχίου φιλανθέος
Αἴθοπα, πεπαίνοντ' ὀργάτους ὀπωρινούς·
ἐξ οὗ βροτοὶ καλοῦσιν οἶνον αἴθοπα.

Hinc Eustath. ad Il. λ', p. 836, 15. — Matth. fragmentum ad Phaethontem rettulit; cf. Phaeth. fgm. VII, fin.

CLV. (984.)

Athen. XIII, p. 561, A : Ἐν οἷς (sc. λόγοις φιλοσόφοις) τινες καὶ ἐμνημόνευσαν τοῦ σκηνικοῦ φιλοσόφου Εὐριπίδου ᾀσμάτων, ὧν ἦν καὶ τάδε·

Παίδευμα δ' Ἔρως σοφίας ἀρετῆς
πλεῖστον ὑπάρχει, καὶ προσομιλεῖν
οὗτος ὁ δαίμων

979.
(Trade mihi deinde) vinum membra corroborans.

980.
Malum numen ac mala sors te comprehendat.

981.
Sufficiunt mihi frugalis mensæ parca cibaria,
intempestivum vero quodque atque immodicum
[nunquam admiserim.

982.
In satietate profecto Venus est, non in esuriente.

983.
(Unum solis equorum esse) *Æthopa* qui maturet vineas autumnales Bacchi florentis, unde homines vinum *æthopa* vocant.

984.
Amor, sapientiæ alumnus, plurimum virtutis tradit, atque hic deus omnium suavissimus ess

πάντων ἥδιστος ἔφυ θνητοῖς.
Καὶ γὰρ ἄλυπον τέρψιν τιν' ἔχων
εἰς ἐλπίδ' ἄγει·
τοῖς δ' ἀτελέστοις τῶν τοῦδε πόνων
μήτε συνείην χωρίς τ' ἀγρίων
ναίοιμι τρόπων.
Τὸ δ' ἐρᾶν προλέγω τοῖσι νέοισιν
μή ποτε φεύγειν,
χρῆσθαι δ' ὀρθῶς, ὅταν ἔλθῃ.

Locum tractavit Valck. Diatr. p. 240 sqq., qui ex Andromeda vel ex Hippolyto petitus esse potest. Ad Hippolytum refertur ab Hartungo I, p. 49.

CLVI. (985.)

Galen. Protrept. p. 3 ed. Basil. (vol. I, p. 66 ed. Kühn.) : Εἶτα καὶ τῷ γήρᾳ λοιδοροῦνται, δέον ἑαυτοῖς, καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινοῦσι λέγοντα·

Οὐ γάρ ἐστιν ἀσφαλὲς
περαιτέρω τὸ κάλλος ἢ μέσως λαβεῖν.

Ita locum edidit Kühnius ex correctione Valck. Diatr. p. 249, præterquam quod vulg. ἢ μέσῳ retinuit. Antea legebatur : οὐ γὰρ ἀφελὲς εἶναι περαιτ. — Verba haud dubie a Melanippa pronuntiata sunt. Cf. Melanipp. fragm. XL fin.

CLVII. (986.)

Ælian. V. H. XII, 15 : Ἔπαιζε δὲ ἄρα ὁ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης μετὰ παιδίων πάνυ σφόδρα. Τοῦτό τοι καὶ ὁ Εὐριπίδης ἡμῖν ὑπαινίττεται, ποιήσας τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν λέγοντα·

Παίζω· μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ.

Versiculus ex fab. sat. petitus esse videtur, ac fortassis recte ab Hartungo I, p. 314, ad Eurystheum refertur.

CLVIII. (987.)

Ælian. N. An. IV, 54 : Ὅμηρος μὲν οὖν ἔδωκεν ἵππῳ φωνήν, ἀσπίδι δὲ ἡ φύσις

——— ἢ νόμων οὐδὲν μέλει,

φησὶν Εὐριπίδης. Hunc locum procul dubie respexit ac detorsit Anaxandrides ap. Aristot. Ethic. Nic. VII, 10 : Ἡ πόλις ἐβούλεθ' ᾗ νόμων κτλ., unde probabiliter Barnesius hunc Euripidis versum lucratus est :

ἡ φύσις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει,

quem Hartung. I. p. 259, ad Æolum referre non dubitavit. Sed Both. p. 308 ex Æliani verbis potius hunc versum expiscandum esse dicit : ἀσπίδι φύσις δέ γ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει, quod haud facile cuiquam persuadebit.

CLIX. (988.)

Ælian. N. An. XIV, 6, de lynce verba faciens scribit : Ἔοικε δὲ ἄρα τῷ θηρίῳ τούτῳ μαρτυρεῖν καὶ Εὐριπίδης τὸ ἀπρόσωπον οὖν, ὅταν που λέγῃ·

Ἥκει δ' ἐπ' ὤμοις ἢ συὸς φέρων βάρος,
ἢ τὴν ἄμορφον λύγγα, δύστοκον δάκος.

Ὑπὲρ ὅτου δὲ λέγει δύστοκον, τοὺς κριτικοὺς ἐρέσθαι λῷον. — De voce δάκος vid. Valck. ad Hipp. 646. Musgr. δύστοκον male vertit : *immansuetam* (sc. feram). Welckerus p. 1586 hæc verba ad Philoctetam refert iisque Ulixem descripsisse appropinquantem Philoctetam censet; sed videntur potius ad Eurystheum (cf. argum.) pertinere.

CLX. (989.)

Sext. Empiric. Adv. Gramm. I, § 279, p. 277 ed. Fabric. (p. 663 ed. Bekk.).

Κάλλιστα Μουσῶν φθέγγεται πλουτῶν ἀνήρ.

Euripidis versum esse inde cognoscitur, quod tres ejusdem poetæ loci præcedunt Sextusque pergit : Καὶ « κάλλ. etc. Quem Hartung. II, p. 127, ad Autolycum pertinere dicit.

CLXI. (990.)

Sextus Empiric. Adv. Math. X, 5, 315, p. 685 F. (p. 539 ed. Bekk.) : Ἐκ γῆς καὶ αἰθέρος (εἶναι τὴν γένεσιν) Εὐριπίδης, ὡς πάρεστιν ἐκδέξασθαι ἐκ τοῦ λέγειν αὐτόν·

Αἰθέρα καὶ Γαῖαν πάντων γενέτειραν ἀείδω.

---

consuetudini mortalium; præbens enim voluptatem doloris expertem ad spem erigit. Cum iis autem, qui hujus dei curis non initiati sunt, nunquam conveniam, longeque a moribus agrestibus habitem. Juvenibus autem edico, ne amorem unquam fugiant, sed quum advenerit, eo recte utantur.

985.

Non enim tutum est alicui, majorem quam mediocrem pulchritudinem habere.

986.

Ludo; laborum enim vicissitudines semper amo.

987.

Natura hoc voluit, cui legum nulla cura.

988.

Advenit autem humeris aut apri pondus portans, aut deformem lyncem, feram male natam.

989.

Ipsis Musis dulcius loquitur vir dives.

990.

Ætherem et terram, omnium genetricem, canto.

Fabricius ad Sext. l. c. locum ex Euripidis hymnis, quorum mentionem Philostr. Vit. Soph. II, 27, 4 (p. 618 ed. Ol. p. 111, 23 ed. Kays.) fecit et ex quibus duos versus hexametros in Apollinem Macrob. Sat. I, 17 (cf. fgm. CLXVII) Barnesio proferre visus est, petitum esse censuit (cf. Antiop. fgm. V); Musgr. ad Chrysippum, Hartung. denique I, p. 109, ad Cretenses rettulit. Fluxisse vero versum ex *Antiopa* ex Probi testimonio apparet, quod nuper primus Fr. Dübner (*Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes*. Paris. 1845, p. 23) e codice Parisino publici juris fecit : *Consentit in numero* (sc. principiorum) *Euripides, sed speciem discriminat : terram enim et aerem inducit principia rerum esse in Antiopa...* Verba græca quidem desunt, sed si Sexti Empirici verba cum Probo contuleris, non dubitabis, quin uterque eundem Euripidis locum respexerit. Quem ad Amphionis hymnum pertinere manifestum est, de quo ad Antiop. fgm. V verba fecimus. Per se igitur corruit Valckenarii scrupulus dubitantis, sitne versus ab Euripide an a Physico profectus; quæ dubitatio Dindorfium commovisse videtur, ut versum omitteret.

CLXII. (991.)

Sext. Emp. Adv. Math. XI, 54, p. 702 F. (p. 557 ed. Bekk.) : Λέγῃ δὲ εἰς μέσον καταστᾶσα ὅτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστιν ἀναγορεύειν·

γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος
(ἐξίπτατ' οἴκων, μικρὸν ἀνθήσας χρόνον).

Prior vs. hoc loco conjunctus cum versu Electræ 949, solus autem citatus et Euripidi assignatus est a Plut. Consol. ad Apollon. 6 (p. 104, A). Legebatur idem vulgo in Phœniss. post vs. 567 ed. Pors. (560 Valck.), unde recte a Valck. ejectus esse videtur, quamquam Euripides alioquin eodem versu sæpius uti non dubitavit; cf. Valck. et Pors. ad l. c. Ibi vero pro ὁ γὰρ ὄλβος exstabat ὁ δ' ὄλβος. Noli autem mirari, quod Sextus hunc versum Electræ versui præfixit; simillimus enim est qui in Electra verbis ἐξίπτατ' οἴκων κτλ. præcedit vs. « ὁ δ' ὄλβος ἄδικος καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνών, » qua similitudine deceptus Sextus alterum cum altero loco permiscuit. — Hoc fgm. quod Dindorfius omittere non debebat, ex Inone petitum esse suspicantur, quia ap. Plut. hujus fabulæ vss. quidam subsequuntur (Inon. fgm. XXIII), interpositis tamen verbis καὶ ὅτι.

CLXIII. (992.)

Sext. Empir. Pyrrh. hypot. I, § 86, p. 25 F. (p. 21 ed. Bekk.) post citatum e Phœniss. 491 sq. locum pergit : καὶ πάλιν·

Δεινόν γε, ταὐτὸν τοῖς μὲν ἀνδάνειν βροτῶν,
τοῖς δ' ἔχθος εἶναι.

Euripidis esse jam recte Valck. ad Phœn. 502 affirmavit, ac profecto locus eodem jure, quo fgm. CLX, CLXX, et multa alia, hic recipiendus erat ac re vera a Musgravio receptus est. Dindorfius eum omisit, Matthiæus inter dubia rettulit (XXXII).

CLXIV. (993.)

Dio Chrys. Or. LXIV, p. 594, C : Εὐριπίδης τὸν ναύτην μέμφεται, ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέως περῶντα· καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιτιμᾷ λέγων·

Σμικραῖς ἐπιτρέπουσιν αὑτοὺς ἐλπίσιν.

Ὦ παῖ Μνησαρχίδου, ποιητὴς μόνον ἦσθα, σοφὸς δὲ οὐδαμῶς· οὐδὲ γὰρ πίττῃ τὴν ψυχὴν οὔτε σχοινίοις ἐπιτρέπουσιν, οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον, ἀλλ' ἐπέτρεψαν βεβαίῳ καὶ μεγάλῳ πράγματι, τῇ τύχῃ. Integra hæc attulimus, quum plura Euripidea in iis latere videantur. Locum tractavit Valcken. Diatr. p. 238 sq. Primum versum Gatak. Adv. misc. p. 505, B, sic constituit : πόντου περῶντες ἀωρὶ κύματ' εὐρέως, admisso anapæsto in tertio pede; Valck. igitur dedit :

[ἀλλὰ] μέμφομαι
τὸν ναυβάτην, ἀωρὶ κύματ' εὐρέος
πόντου περῶντα.

Sed verba τὸν ναύτην μέμφεται, ut recte Matth. monuit, haud dubie Dionis, non Euripidis sunt, et ab iis pendet accusativus περῶντα, ita ut Euripides fortasse scripserit,

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περῶν

991.
Opulentia non firma est, sed fluxa.

992.
Miserum, quod eadem sæpe res hominum his [placet,
illis in odio est. GROT.

993.
Euripides nautam reprehendit, *intempestive fluctus Maris lati trajicientem*, et sequentibus quoque castigat dicens : *Spei exiguæ sese committunt.* O fili Mnesarchidæ, poeta tantum fuisti, nequaquam vero sapiens. Neque enim pici vitam nec funiculis committunt, neque eos *trium digitorum lignum piceæ* salvos conservat : sed rei se committunt et firmæ et magnæ, fortunæ.

sc. ὁ ναύτης, vel, ut Matth. voluit,

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περᾷ.

Musgr. dederat :

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέως —
περῶντα.

In altero versu Grotius scripsit :

σμικραῖς δ' ἐπιτρέπουσιν αὑτοὺς ἐλπίσιν.

Recte αὑτοὺς restituerunt etiam Musg., Valck. et Pors. præf. ad Hec., p. XXXIX, qui in parenthesi simul scripturam ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν exhibet, qua nullo modo opus est (cf. Erfurdt. ad Soph. O. T. 635. ed. maj). Prorsus otiosa igitur etiam est Bothii p. 333 correctio : σμικραῖσιν αὑτοὺς ἐπιτρέπουσιν ἐλπίσιν. E sequentibus Dionis verbis Valck. hunc elicuit versum :

[ἀλλά νιν μόνον]
τριδάκτυλον σώζει τὸ πεύκινον ξύλον·

vel hunc :

τὸ πεύκινον σώζει τριδάκτυλον ξύλον.

Matthiæus articulo offensus scripsit :

τριδάκτυλον σώζει σφε πεύκινον ξύλον.

Bothius l. c. denique :

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περῶν,
πίττῃ τε πίσυνος σχοινίοις τ'· οὐ δὲ ξύλον
σώζειν σφε δύναται πεύκινον τριδάκτυλον.

Sed ea de re quæstio admodum lubrica atque incerta est, ac vereor ut in Dionis verbis præter illa τριδάκτυλον πεύκινον ξύλον, quæ optime Valck. l. c. p. 239 illustravit, Euripidei quidquam lateat. Quare versus refingere vanum ac temerarium censeo. — Welck. utrumque versum ad Stheneboeam (cf. fgm. V), Hartung. I, p. 359, alterum σμικραῖς κτλ. ad Philoctetam refert.

CLXV. (994.)

Aristid. In mar. Æg. XVII, p. 247 ed. Jebb. (vol. I, p. 401 Dindorf.) : Πέλαγος δὲ οὐδείς πω διὰ τέλους ᾖσεν, οὔτε ποιητὴς οὔτε λογογράφος, ἀλλ' Ὅμηρος λέγει ἰοειδέα πόντον καὶ οἴνοπα πόντον, καὶ Εὐριπίδης

ἅλα πορφυρέαν,

καὶ εἰ δή τις ἄλλος ἄλλο τι τοιοῦτον.

CLXVI. (995.)

Porphyr. De abstinent. III, 25, p. 135 (p. 281 ed. Rhoer.) : Συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοιπῶν ζώων γένος· καὶ γὰρ τροφαὶ πᾶσαι αἱ αὐταὶ πᾶσιν αὐταῖς, καὶ πνεύματα, ὡς Εὐριπίδης, καὶ φοινίους ἔχει ῥοὰς τὰ ζῶα πάντα· καὶ κοινοὺς (Meermann. κοινωνούς) ἁπάντων δείκνυσι γονεῖς, Οὐρανὸν καὶ γῆν. — Quæ in his quæ Porphyrius ex Theophrasto attulit, Euripidea sint, dubium est. Musgr. certe et Reiskius nonnisi verba πνεύματα καὶ φοινίας (ita Musgr.) ἔχει ῥοὰς agnoscunt. Valck. vero Diatr. p. 50 dedit

φοινίους ἔχει ῥοὰς
τὰ ζῶα πάντα.

Boisson. vero totum locum tanquam Euripideum metro in hunc modum adstrinxit :

Καὶ πνεύματά τε, καὶ φοινίους ἔχει ῥοὰς
τὰ ζῶα πάντα, καὶ γονεῖς ἐνδείκνυσι
κοινοὺς ἁπάντων Οὐρανὸν πέλειν μέγαν
καὶ Γῆν·

in quibus Matth. recte notavit ἐνδείκνυσι correpta penultima adhibitum esse falso, et eodem negotio redigi præcedentia in metrum posse :

τροφαὶ γὰρ αὐταὶ πᾶσι πᾶσαι συγγενεῖς.

Bothius denique p. 309 hos versus effinxit :

Καὶ γὰρ τροφαὶ ζώοισι πᾶσ', ἃ καὶ βροτοῖς,
καὶ πνεύματ' ἐστὶ, φοινίους τ' ἔχει ῥοὰς,
κοινούς θ' ἁπάντων πάντα δείκνυσιν γονεῖς
Γῆν Οὐρανόν τε.

Sed frustra laborare mihi videntur qui in illis Euripidis versus quærunt : nam sive jam Theophrastus sive Porphyrius demum Euripidea in usum convertit, ita ut Euripideam quidem sententiam, sed vix poetæ verba paucissimis fortasse exceptis habeamus, in quibus sunt : φοινίους (nisi forte cum Musgr. corrigendum φοινίας) ἔχει ῥοάς, quæ facile intelliges, si comparaveris locum Suppl. 700 : Αἵματος φοινίου ῥοάς. Quæ extremis verbis καὶ κοινοὺς ἁπάντ. κτλ. continetur sententia, ab Euripide ipso expressa est in Hel. 912 : Κοινὸς γάρ ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς καὶ γαῖ', ἐν ᾗ κτλ. cf. Valck. l. c. — Hartung. I[1], p. 119, locum ex Melanippa Sap. fluxisse conjicit.

994.
Mare purpureum.

995.
Cognatum nobis est reliquorum animalium genus. Nam et eadem alimenta omnia sunt, *et spiritum*, ut Euripides dicit, *fluctusque sanguineos* omnia habent animalia. Et communes omnium esse parentes ostendit, cœlum ac terram.

CLXVII. (996.)

Macrob. Saturn. I, 17 : *Est et alia ratio draconis perempti : nam solis meatus, licet ab ecliptica linea nunquam recedat, sursum tamen ac deorsum ventorum vices certa deflexione variando, iter suum velut flexum draconis involvit; unde Euripides :* πυργεννη δε δρακον ολον ηγειται τοις τετραμορφοις ωραις ζευγην αρμονιαοπλοντου πολυκαρπου οχημα (sic vett. editt. In Colon. Πυριγενῆ δὲ δράκιον.... ζεύγλην, ἁρμονίᾳ ὅπλου... ; in Hervag. ζευγνὺς ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα.) —*Sub hac ergo appellatione cœlestis itineris sol quum confecisset suum cursum, draconem confecisse dicebatur.* — Barnesius servato ὅλον et exstincto ταῖς locum in duos hexametros redegit et ad hymnos Euripidis (de quibus cf. Antiop. fgm. V, inc. fab. fgm. CLXI) rettulit, eumque secutus est Dindorfius. Musgr. et Matth. vero codicum scriptura servata tres dimetros anapæsticos dederunt : Πυριγενὴς δὲ δράκων ὁδὸν ἡγεῖται Ταῖς τετραμόρφοις ὥραις, ζευγνὺς Ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα. Ille πυριγενὴς (i. e. pæonem) poni pro anapæsto posse ratus, hic vero πυριγενὴς corruptum esse opinatus ac mutandum in πυρόεις vel simile quid, quum a pæone πυριγενὴς (cf. Orest. 810, Hipp. 1223) nec hexameter dactylicus nec dimeter anapæsticus incipere posset. Hartung. I, p. 109, dedit : πυριγενὴς δὲ δράκων ὁδὸν ἡγεῖται τετραμόρφοις Ὥραις, ζευγνὺς ἁρμονίᾳ κτλ. et similiter Both. p. 340, nisi quod Ὥραις ἁρμονίᾳ ζευγνὺς scripsit. Sed libri Mss. præbent Janio teste (cf. Symbol. ad Macrob. libros Saturn. emendandos. Suevofurti, 1843, p. 14) ΑΡΜΟΝΙΑΙΠΛΟΥΤΟΥ, retinent vero ΟΛΟΝ, quod sententiæ causa in ΟΔΟΝ mutandum est. Inde Janius versus ad liberius illud anapæstorum genus referens, forma vocis ὥραις in ὥραισι mutata restituit :

— Πυριγενὴς δὲ δράκων
ὁδὸν ἡγεῖται ταῖς τετραμόρφοις
ὥραισι, ζευγνὺς ἁρμονίᾳ
πλούτου πολύκαρπον ὄχημα.

Matth. versus e Phaethonte, Musgr. e Pirithoo, Hartung. l. c. e Cretensibus ductos censet.

CLXVIII. (997.)

Macrob. Saturn. I, 23.

Καὶ Γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Hartungo (II, p. 536) hi versus ex Alcmæone in Corintho superesse videntur.

CLXIX. (998.)

Hygin. Poet. astron. II, 13 : *De cujus (Erichthonii) progenie Euripides ita dicit : Vulcanum Minervæ pulchritudine corporis inductum petiisse ab ea, ut sibi nuberet, neque impetrasse : et cœpisse Minervam sese occultare in eodem loco, qui propter Vulcani amorem Hephæstius est appellatus : quo persecutum Vulcanum ferunt cœpisse ei vim afferre : et quum plenus cupiditatis ad eam ut complexui se applicaret ferretur, repulsus effudit in terram voluptatem. Quo Minerva, pudore permota, pede pulverem injecit. Ex hoc autem nascitur Erichthonius anguis, qui ex terra et eorum dissensione nomen possedit,* etc. Eadem tradit Eratosth. Cataster. XIII. Quæ Matth. in Erechtheo locum habuisse suspicatur.

CLXX. (999.)

Lucian. Necyom. 2 (vol. I, p. 456 Reitz. vol. I, p. 2 ed. Jacob.) : Φιλ. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών· κᾆτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκεν;

Μεν. Οὔκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἀΐδης μ' ἐδέξατο.

Euripidis versum esse inde probabile fit, quod, quum Menippus primo initium Hecubæ, deinde hunc vs., tum Andromedæ fgm. XXXV, postremo duos versus Homericos Od. λ', 163 recitasset, sic pergit : νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται. Is autem ex Eurystheo petitus ibique ab Hercule pronunciatus esse videtur. — Welckerus locum ad Pirithoum (cf. Pirith. fgm. V), Hartung. I, p. 272, ad Protesilaum rettulit, sed haud scio an potius ad Eurystheum pertineat.

CLXXI. (1000.)

Lucian. Reviviscc. (vol. I, p. 573 Reitz. vol. I, p. 3 ed. Jacob.) : Λουκ. Οἴμοι τῶν κακῶν! ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μεγίστη ἐλπίς· ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην

996.

Igneus autem draco viam præit tempestatibus quaternis, harmoniæ jungens divitiarum fructiferum currum.

997.

— et terra mater; Vestam vero te sapientes inter mortales vocant, in æthere considentem.

999.

Non, sed adhuc vivum Orcus me recepit.

δή μοι καταφευκτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ με.

Μὴ κτεῖνε τὸν ἱκέτην· οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν.

Πλάτ. Τί δέ; οὐχὶ κἀκεῖνα Εὐριπίδου ἐστίν;

Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους;

Λουκ.

Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτενεῖτέ με;

Hartung. I, p. 158, versum 2 ad Œneum, versum 3 (II, p. 241) ad Alexandrum refert.

CLXXII. (1001.)

Excerpt. Vatic. e Diod. Sic. l. VII — X c. 20 (p. 18 in Ang. Maii Script. vett. coll. vol. II. p. 20 ed. Dindf.) : Τὸ δὲ ἐγγύα πάρα δ' ἄτα τινὲς ὑπέλαβον γάμον ἀπαγορεύειν· τὴν γὰρ τοῦ γάμου σύνθεσιν παρὰ τοῖς πλείστοις τῶν Ἑλλήνων ἐγγύην ὀνομάζεσθαι. Καὶ βεβαιωτὴς ὁ κοινὸς βίος, ἐν ᾧ πλεῖσται γίνονται συμφοραὶ διὰ τὰς γυναῖκας. Ἔνιοι δέ φασιν ἀνάξιον εἶναι Χίλωνα διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀναιρουμένου τοῦ γάμου διαμένειν τὸν βίον· τὴν δὲ ἄτην ἀποφαίνονται ἐγγύαις ταῖς ἐπὶ τῶν συμβολαίων καὶ ταῖς ὑπὲρ τῶν ἄλλων διομολογήσεσι περὶ χρημάτων. Καὶ Εὐριπίδης·

Οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία φιλέγγυον·
σκοπεῖν τὰ Πυθοῖ δ' οὐκ ἐᾷ τὰ γράμματα.

Ita ex God. Hermanni apud Matth. correctione dedi pro vulg. οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία. φιλέγγυον σκοπεῖν κτλ. Sed dubito an probanda sit Matthiæi correctio pro ἐᾷ τὰ γράμματα exhibentis : ἐᾷ με γράμματα, nisi quis ingeniosam, sed paullo audaciorem Hartungi (II, p. 105) emendationem : οὐκ ἐγγυῶμαι· ζημία φιλέγγυον σκοπεῖ· τὰ πυθοῖ δ' οὐκ ἐᾷ γεγραμμένα, accipere malit. Nam in templo Delphico scriptum erat : ἐγγύα πάρα δ' ἄτα, quam sententiam a Chilone olim propositam (cf. Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 21, p. 749, P), in Diodori verbis restituimus, in quibus antea male legebatur : ἐγγύα παρὰ δ' ἄτα. Ceterum Hartung. l. c. locum e colloquio Pelopis ac Myrtili in Œnomao fabula habito ductum censet.

CLXXIII. (1002.)

Priscian. XVII, c. 17, p. 63 ed. Krehl. : *In una autem eademque persona possessor simul et possessio intransitive intelligi non potest, nisi figurate dicat aliquis, meus ego sum et servus et dominus et similia. Persius (V, 38) : « vindicta postquam meus a prætore recessi, » et Euripides :*

Ἐγὼ δ' ἐμὸς εἰμί.

Sed quamvis non careat ratione, tamen in usu non est. — Hartung. II, p. 200, verba ad Phaethontem refert.

CLXXIV. (1003.)

Priscian. XVIII, c. 20, p. 179 Kr. : *Latini despero illam rem. Lucanus in V* (474) « *desperare viam.* » Εὐριπίδης·

Οὐχ ἑσπέρας, φάσ', ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας
τούτους ἀφεστήκασιν ἡμέραν τρίτην.

Et nos : absum tertium diem, etc. — Hartung. II, p. 286, scribens : οὐχ ἑσπέρας γάρ, ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας ταύτην κτλ., locum ad Sisyphum refert.

CLXXV. (1004.)

Polluc. On. VII, 31 : Κλωστήρ· οὕτω δὲ καὶ τὴν περιστροφὴν τοῦ λίνου Εὐριπίδης ὠνόμασεν·

— λίνου κλωστῆρα περιφέρει λαβών.

Jungerm. πηνίον etiam, quod proxime sequitur, initio sequentis vs. ponendum putavit. — Locus ex Theseo ductus videtur.

CLXXVI. (1005.)

Poll. On. X, 27 : Τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον καὶ τὸ πακτοῦν καὶ τὸ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ἐστίν, ὥσπερ τῷ ἀνοίγειν ταυτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης·

— λῦε πακτὰ δωμάτων.

Hinc fortasse expressus est Aristoph. Acharn. vs. 479 : Κλεῖε πηκτὰ δωμάτων. Hartung. I, p. 200 et hæc verba et quæ apud Aristoph. Acharn. 449 leguntur : « ἄπελθε λαΐνων σταθμῶν » ad Telephum pertinere conjicit.

1000.

Ne interfice supplicem : hunc enim interficere [nefas. —
Nonne mala pati oportet eos qui mala egerunt? —
Nunc igitur propter sermones meos me interfi- [cietis?

1001.

Vadimonium non facio : damnum fert vadimo- [nium.
Spectare vetant me scripta Pythia.

1002.

Ego vero meus sum.

1003.

Non vespere, ut dicunt, sed etiam meridie
hos tertium diem remotos tenent.

1004.

Lini glomus prehensum circumfert.

1005.

Solve ædium claustra.

CLXXVII. (1006.)

Phrynich. σοφιστ. προπαρασκ. in Bekk. Anecd. p. 6, 1 : Ἀκύμων θάλασσα. Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ μὴ γεννᾶν τέθεικεν ὡσανεὶ ἀγόνου· ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης. Λέγεται δὲ καὶ ἀκύματος·

Ἀκύματος δὲ πορθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ.

Hunc versum Euripidis esse certe ex hoc loco, si quidem recte eum Bekkerus exhibuit (Ruhnk. vero apud Valck. ad Phœniss. 216 sub fin. eum Euripidis nomine adjecto dedit), colligi nequit; verba ἀκύμων θάλασσα autem procul dubio Euripidea sunt; cf. Iphig. T. 1444. Ἀκύμων pro ἄγονος exstat in Androm. 158. Hartung. I, p. 94, locum ad Danaes epilogum pertinere dicit.

CLXXVIII. (1007.)

Alex. Rhet. Περὶ σχημ. p. 23 ed. Norrm., p. 440. in Walz. Rhett. Gr. vol. VIII.

Ἀλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν, ἥδε μοι τροφὸς,
μήτηρ, ἀδελφὴ, δμωὶς, ἄγκυρα, στέγη.

Vs. 1 ἥδε μοι pro ἔνι μοι, et vs. 2 στέγη pro στέγης Valckenario debemus. At vero in correctione ἥδε μοι non acquievit Both. p. 333, sed literarum vestigia premens ad sententiam minus apte scripsit ἐνὶ δέ μοι κτλ. — Norrmannus Orestis cum Furiis suis conflictantis verba esse de Electra dicta, Hartung. I, p. 68 ab Iasone in Peliadis de Medea prolata censet, sed fortasse pertinent ad Alcmæonem Psoph.

CLXXIX. (1008.)

Achill. Tat. in Arat. Phæn. 19 (p. 91 ed. Vict.) :

Ὁθούνεκ' αὐτὸς πάντα συλλαβὼν ἔχει.

Legebatur ὅθ' οὕνεκ' ἐν αὐτῷ πάντ. κτλ., quod mutavit Heath. in ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸς receptum a Musgravio, Matthiæo, aliis; Both. p. 307 dedit : ὁθούνεχ' αὐτῷ (pro ἐν αὐτῷ). Sed fortasse scribendum est : οὕνεκ' ἐνιαυτὸς πάντα κτλ., de anno enim Achilles Tatius verba fecit.

CLXXX. (1009.)

Jo. Laurent. Lyd. De mens. p. 60 ed. Schow. (IV, 7 p. 55 ed. Bekk. in Corp. Script. Hist. Byzant.) :

Θεοῦ γὰρ ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτός.

Pro βροτὸς apogr. Marinum exhibet βροτῶν, quod præferendum videtur. Hic versus cum tribus aliis, quos e Scyriis ductos esse e Stobæo constat (cf. Scyr. fgm. III), arcte conjunctus invenitur, nullo modo vero cum his cohæsisse potest; quare eum disjunximus ac seorsum edidimus. Non diversus autem esse videtur ab eo, quem cum duobus aliis affert Stob. Ecl. phys. I, p. 36, 17 ed. Heer. sine auctoris nomine :

Θεοῦ γὰρ οὐδεὶς χωρὶς εὐτυχεῖ βροτῶν,
οὐδ' εἰς τὸ μεῖον ἦλθε· τὰς θνητῶν δ' ἐγὼ
χαίρειν κελεύω θεῶν ἄτερ προθυμίας.

Quos Euripidi jam Meinek. ad Menandr. p. 306 assignaverat. Neque magis hæc Euripideorum numero ascribere dubitamus, quam Musgravius, Matthiæus, Dindf. fgm. XX, XXX, LII, alia, recipere non dubitarunt. Attamen Matth. ea inter dubia (XLII et XIX) rettulit, Dindorfius omisit.

CLXXXI. (1010.)

Jo. Laur. Lyd. De mens. p. 88 S. (IV, 44, p. 78 ed. Bekk.) : Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδίτην ἀξιοῖ ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν. Sunt qui locum Troad. 982 respici sibi persuadeant, quod vix credibile.

CLXXXII. (1011.)

Jo. Laur. Lyd. De mens. p. 109 S. (IV, 62, p. 94 ed. Bekk.) ex Aristotele : Οὐδὲν γὰρ ἀσφαλὲς οὐδὲ κεκριμένον ἐστὶν ἐπὶ τῆς τύχης, ὥς Εὐριπίδης φησί. Inde Both. p. 315 hunc versum elicuit : κεκριμένον οὐδὲν τῆς τυχῆς, οὐδ' ἀσφαλές.

1006.

Fretum fluctibus non agitatum crispatione ridet.

1007.

Sed hæc me servavit; hæc mihi nutrix,
mater, soror, famula, ancora, tectum.

1008.

Quia ipse omnia simul complectitur.

1009.

Sine deo mortalium nullus nec felix est,
nec in calamitatem incidit. Mortalium vero
res equidem missas facio sine deorum benevolentia.

1010.

Euripides vero Venerem (Ἀφροδίτην) ipsam inde nomen accepisse dicit, quod amantes insanos (ἄφρονας) reddat.

1011.

Nihil enim tutum nec certum, si fortunam respicis.

CLXXXIII. (1012.)

Athenagor. Legat. De Christ. p. 22 (ed. Colon. 1686; p. 283 ed. Hag. Comit. 1742): Ὁ μὲν Εὐριπίδης ἐπὶ μὲν τῶν κατὰ κοινὴν πρόληψιν ἀνεπιστημόνως ὀνομαζομένων θεῶν διαπορῶν,

Ὤφειλε δ' * εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι.

Ad vs. 1 explendum scripsit Conr. Gesn. εἴπερ ἐστί που ἐν οὐρανῷ, probabilius Valck. ὤφειλε δ' ὄντως εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ etc. collato Herc. fur. 1345: Δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεός, οὐδενός.

CLXXXIV. CLXXXV. (1013.)

Athenag. p. 28 (ed. Col.; p. 303, C ed. Hag. Com.).

Πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς
εἴτε τύχα * εἴτε δαίμων
τὰ βρότεια κραίνει.
* παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν
τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας
ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει.

Τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ἡ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις, ἐν ᾗ εἴποι τις ἄν,

Πῶς οὖν τάδε εἰσορῶντες ἢ θεῶν γένος
εἶναι λέγωμεν ἢ νόμοισι χρώμεθα;

Valck. in adnott. mss. ad edit. Barnes. apud Matth. locum melicum ad Sisyphum rettulit primusque (ad Hippol. 1102) verba τὸ παρ' ἐλπίδα post vs. 6, quæ antea cum illis versibus tanquam Euripidea connexa legebantur, segregavit ac bene Athenagoræ sermoni reddidit. Hartung. I, p. 397, utrumque locum haud improbabiliter ad Bellerophontem pertinere dicit. — Vs. 2 hiatum Matth. post τύχα inserto τις bene sustulit, quod in textum receperunt Hartung. l. c. et Both. p. 313. — Quæ præterea legebantur vs. 3 βίοτια, vs. 5 οἴκων δ' ἐναπίπτοντας, vs. 6 ἀτὰρ θεοῦ, Grotius correxit suffragantibus Valck. ad Hippol. 1120, Matthiæo, aliis. Initio vs. 4, nisi forte etiam alia parte laborat (desinit enim pæonem), intercidisse aliquid videtur, quippe quum nullo vinculo cum antecedentibus conjunctus sit; quare Matth. ante παρὰ adjiciendum esse εἰ censet. Hartung. ibi unius versus et dimidii lacunam indicavit. Bothius vero locum sic constituit:

Πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς
εἴτε τύχα τις, εἴτε δαίμων τὰ βρότεια κραίνει·
παρά τ' ἐλπίδα γὰρ καὶ παρὰ δίκαν
τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας ἂν ἀρθρῶ,
τοὺς δ' ἂν εὐτυχοῦντας ἄγει.

CLXXXVI. (1014.)

Orion. Anthologn. VIII, 1, p. 52 ed. Schneidew.

Ἀεί τι καινὸν ἡμέρα παιδεύεται.

Legebatur ἀεὶ τί, quod emendavit Schneidew.

CLXXXVII. (1015.)

Orion. Anthologn. (farrag. Euripid. nr. 2 post tit. VIII), p. 55 ed. Schneidew.

Εὖ ἴσθ', ὅταν τις εὐσεβῶν θύῃ θεοῖς,
κἂν μικρὰ θύῃ, τυγχάνει σωτηρίας.

Vs. 1 mendosum vulg. θύει correxit Schneidew.

CLXXXVIII. (1016.)

Ibid. nr. 3.

Ἦ πολλὰ καὶ δύσγνωστα βουλεύει θεός.

CLXXXIX. (1017.)

Ibid. nr. 6.

Θεοῖς ἀρέσκου· πᾶν γὰρ ἐκ θεῶν τέλος.

CXC. (1018.)

Ibid. nr. 12, p. 56 ed. Schneidew.

Ὡς ἡδὺ πατέρα παισὶν ἤπιον κυρεῖν
καὶ παῖδας εἶναι πατρὶ μὴ στυγουμένους.

1012.

Non debebat, si (re vera) in cœlo est
Juppiter, eundem infelicem reddere.

1013.

Sæpe mihi mentem subiit dubitatio, utrum sors an numen res humanas gubernet, (si) præter spem præterque justitiam alios domo ejectos sine victu, alios inopinato beatos reddit.

Quomodo igitur hæc conspicientes aut deorum genus esse dicamus aut eorum legibus utamur?

1014.

Semper novi aliquid dies docet.

1015.

Bene scito, si pius aliquis diis sacrificat,
etiamsi pauca sacrificat, eum salutis participem [fieri.

1016.

Profecto multa atque cognitu haud facilia deus mente volvit.

1017.

Diis placeto: omnis enim finis a diis pendet.

1018.

Quam dulce est liberis, patrem habere lenem,
et patri liberos haud invisos.

Hoc et quæ sequuntur duo fgm. ad Æolum referri velin.

CXCI. (1019.)

Ibid. nr. 13.

Ἦν οἱ τεκόντες τοῦτο γιγνώσκωσ', ὅτι
νέοι ποτ' ἦσαν, ἠπίως τὴν τῶν τέκνων
οἴσουσι Κύπριν, ὄντες οὐ σκαιοὶ φύσιν.

Vs. 1 erat ἂν — γιγνώσκωσιν, vs. 3 οὔντες, quæ menda sustulit Schneidew. — Hartung. II, p. 179, verba ad Alopen refert, sed haud scio an ad Æolum pertineant.

CXCII. (1020.)

Ibid. nr. 14.

Ὅστις πατὴρ πρὸς παῖδας ἐκβαίνει πικρῶς,
τὸ γῆρας οὗτος τερματίζεται βαρύ.

Vs. 1 corrigendum videtur πικρὸς pro πικρῶς. Cf. Med. 229. Choro in Æolo tribuam.

CXCIII. (1021.)

Schol. Aristoph. Acharn. 119. ad Aristophanis verba : « ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένη » adscribit : ὦ θερμόβουλον· παρῳδίᾳ χρῆται· ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου,

Ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον.

Οὗτος οὖν σκώπτων Εὐριπίδην προσέθηκε πρωκτὸν παρὰ προσδοκίαν. Quæ quum in Medea non legantur, haud dubie recte Elmsl. ad Med. p. 74 memoria lapsum esse grammaticum videri monuit (cf. Pflugk. ad argum. Med. p. 10). Fortasse verba Medeæ sunt ex Ægeo aut Peliadibus petita.

CXCIV. (1022.)

Schol. Aristoph. Nub. 30 : Εὐριπίδης·

Τί χρέος ἔβα δῶμα;

Hoc scholion in optimis codd. Rav., Ven. deest. Similis tamen locus exstat in Herc. fur. 524 : Τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος; Hartung. I, p. 49, hunc versiculum ad Hippolytum rettulit.

CXCV. (1023.)

Schol. Aristoph. Nub. 138 ad Aristophanis verba : τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν ascribit : Λέγεται δὲ αὐτὸ παρὰ τὸ Εὐριπίδειον, ὅπερ οὕτως ἔχει,

Τηλοῦ γὰρ οἴκων βίοτον ἐξιδρυσάμην.

Extrema omittit cod. Rav. — Haud scio an Euripides scripserit : τηλοῦ γὰρ οἰκῶν.

CXCVI. (1024.)

Schol. Aristoph. Equ. 753. Hephæst. De metr. p. 94 ed. Gaisf. (Herm. Elem. doctr. metr. III, c. 8, § 17, p. 598) : Ὧν οἱ μὲν τρεῖς ἀσυνάρτητοι ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου τοῦ καλουμένου Ἀνακρεοντείου καὶ τροχαϊκοῦ ἰθυφαλλικοῦ τοῦ καλουμένου Ἀρχιλοχίου· καλεῖται δὲ ταῦτα ἀσυνάρτητα Εὐριπίδεια· εἰσὶ γὰρ ὅμοια τῷ Εὐριπίδου

Ἑῷος ἡνίχ' ἱππότης ἐξέλαμψεν ἀστήρ.

Hartung. I, p. 43, hunc vs. in Hippolyti parodo locum habuisse eoque chorum miratum esse censet, quod somno carens regina ante lucem surrexerit.

CXCVII. (1025.)

Schol. Aristoph. Ran. 864, ad Aristoph. verba : ἄληθες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ; habet : Εἴρηται δὲ ὁ στίχος παρὰ τὰ Εὐριπίδου,

Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ;

Verba εἴρηται — Εὐριπίδου in Rav. desunt; τὰ Εὐριπίδου scriptum est ex emendatione Dobræi pro vulg. παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ. Flor. Θ. παρ' Εὐριπίδου. Probabiliter Musgr. de Achille sermonem locumque e Telepho petitum esse conjecit, Bœckh. vero (Trag. Græc. princ. p. 235) ex altera Iphigeniæ Aul. recensione; sed fortasse pertinet ad Scyrias.

CXCVIII. (1026.)

Schol. Aristoph. Thesm. 607 (600) ad Arist. versum : λέληθεν ἡμᾶς κρυπτὸς ἐγκαθήμενος, adnotat : ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένος· καλοῦνται μὲν γὰρ καὶ κρυπταὶ (corrige κρυπτεῖαι) παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ (De legg. I, p. 633, et VII, p. 823, E) καὶ παρ' Εὐριπίδῃ καὶ ἐν ταῖς τῶν Λακεδαιμονίων πολιτείαις. Καὶ ἐν Θάσῳ ἀρχή τις κρύπτεται [Seidl. corrig. κρυπταὶ, Fritzsch. ad h. l. κρυπτεῖαι (rectius κρύπτειαι), Bernh. (ad Suid. v. Κρυπτεία) κρυπτευταί].

1019.

Si hoc intelligerent parentes, se quoque juvenes
olim fuisse, leniter liberorum ferrent
amores, nec inhumanam naturam ostenderent.

1020.

Quisquis pater in liberos austerum se præbet,
senectutem peraget gravem.

1021.

O calidi consilii mens.

1022.

Quod negotium ædibus accessit?

1023.

Hinc procul habitans vitam constitui.

1024.

Quando matutinum sidus equestre effulsit.

1025.

Estne verum, o fili deæ marinæ?

CXCIX. (1027.)

Aristoph. Lysistr. 714.

Ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν καὶ σιωπῆσαι βαρύ·

ad quem locum Schol. ἐξ Εὐριπίδου. Versus fortassis ex Telepho, ut ii, qui apud Aristophanem præcedunt, ductus est; cf. Teleph. fgm. XV.

CC. (1028.)

Schol. Æsch. Eum. 272 : Οἱ ἐναργεῖς οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ προσήεσαν, οὔτε προσέβλεπον, οὔτε διελέγοντό τινι· καὶ παρ' Εὐριπίδῃ·

—— τί σιγᾷς; μῶν φόνον τιν' εἰργάσω;

Hartung. II, p. 423, verba ad Antiopam refert.

CCI. (1029.)

Schol. Soph. Aj. 833 : Καὶ παρ' Εὐριπίδῃ.
Ὁ δ' ἐσφάδαζεν, οὐκ ἔχων ἀπαλλαγάς.

Σφαδάζειν δὲ ἔλεγον τὸ σπᾶσθαι καὶ σφακελίζειν. — Hartungo (I, p. 551) ad Theseum pertinere videtur.

CCII. (1030.)

Schol. Eurip. Orest. 883 ad Eurip. verba : ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες, adnotat : καὶ ἐν ἄλλοις κατὰ τῶν κηρύκων λέγει, ὅτι

Ἀεί ποτ' ἐστὶ σπέρμα κηρύκων λάλον.

Legebatur ἀεί ποτε σπέρμα, sed lacunam haud dubie recte explevit Musgr.

CCIII. (1031.)

Schol. Eurip. Troad. 628 (634) ad versum : οὐ ταὐτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν, annotat : ἔθος ἐστὶ τῷ Εὐριπίδῃ τῷ βλέπειν χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ ζῆν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ·

Τὸ μὲν τέθνηκε· σῶμα τοῦτο δ' ἀναβλέπει.

Egregie emendavit Meinek. (Poet. com. vol. III, p. 455, quem cf.)

Τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα· τοῦτο δ' ἀμβλέπει.

Hartung. II, p. 354, versum ad Andromedam refert.

CCIV. (1032.)

Schol. Ven. ad Il. ζ', 239. Eustath. ad Il. ζ', p. 641, 59 : Παρὰ γοῦν Αἰσχύλῳ οὕτως εὕρομεν « οὔτε δῆμος οὔτ' ἔτης ἀνήρ, » καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ

Πόλει μὲν ἄρχων, φωτὶ δ' οὐκ ἔτῃ πρέπων.

CCV. (1033.)

In fragmentis ipsis edendis consilium non mutavi, quod in præfatione modo citata professus sum. Itaque ex veterum scriptorum libris, ex quibus lucri aliquid exspectari poterat, et eorum tragicorum, quorum nomina ætas tulit, reliquias et Welckero (Trag. Gr. p. 888) maxime auctore incertorum poetarum versus quosdam, qui ex tragœdia fluxisse mihi videbantur, sedulo extricavi atque congessi; congesta, etiamsi depravatissima erant, maxima cum fide exhibui codicum discrepantiis accurate adnotatis. Non mirabor tamen, si, quamvis satis strenue atque diligenter veteres scriptores pervestigaverim, attentionem meam aliquid effugerit : nam unius oculi non omnia cernere possunt; præcipue anonymorum tragicorum fragmenta, ut alios fontes silentio prætermittam, e sententiis monostichis, quæ sub Menandri nomine circumferuntur, multis ditari posse optime scio. Sed bibliopola compellante librum diutius retinere non potui. — Non minorem fere, quam colligendis, fragmentis emendandis operam navavi, quum et virorum doctorum emendationes hic illic sparsas curiose conquirerem et ipse, quoad per ingenii infirmitatem licuit, multis locis mederi conarer. Pariter summo cum studio in explorandis fabularum argumentis versatus fui, quamquam ea in re cum multi alii viri peritissimi, tum præcipue *Theophilus Welckerus* ita viam præmuniverat, ut permultis locis nihil antiquius habere possem, quam ut eum sequerer. Nam quantopere Welckerus et aliis scriptis, et maxime libro, cui titulus est : « *Tragœdiæ Græcæ ratione cycli epici spectatæ* (*Bonnæ*, 1839 *sq.*), » de Græcorum tragœdia meritus sit, ita inter omnes constat, ut ridiculus ipse mihi viderer, si hoc multis exponere vellem. Quare verbo hoc tetigisse sufficiat. — Ad fragmentorum interpretationem latinam denique quod attinet, plerisque locis Grotianam (literis *Gr.* signatam), quæ maxi-

mam partem pariter elegantia atque fidelitate commendatur, exhibui; haud paucos vero ipse denuo converti.

Hæc præfatus non habeo quod addam, quam ut peritos ac benevolos harum literarum existimatores rogem, si in hoc libro alia minus recte judicata, alia potius inchoata quam perfecta repererint, ut magna operis difficultate hæc excusent.

Scripsi Vratislaviæ, pridie Idus Maias MDCCCXLV.

POETARUM TRAGICORUM GRÆCORUM FRAGMENTA.

ΘΕΣΠΙΣ.

Thespidem tragœdiæ inventorem fuisse omnes fere antiquitatis scriptores perhibent (cf. Marm. Arundel. ep. 43, in Bœckh. Corp. Inscr. II, p. 301 : ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς [ἐφάνη] πρῶτος, ὃς ἐδίδαξε [δρ]ᾶ[μα ἐν ἄ]στ[ει καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον] ἔτη ΗΗΓ[ΔΔ].... Dioscorid. Epigr. in Anthol. Pal. VII, 410, 411; Horat. Ep. ad Pis. 274 coll. c. schol. Crucq.; Plut. Vit. Sol. 29, p. 95, C; Clem. Alex. Strom. I, 16, § 79, p. 365 P.; anon. gramm. in. Cram. An. gr. Ox. IV, p. 316, 5 et in An. gr. Paris. II, p. 226 fin.; Donat. s. Euanth. De trag. et com. in Gronov. Thes. VIII, p. 1683 et 1687; Suid. v. Θέσπις et v. Φρύνιχος, Eudoc. v. Θέσπις. Bentl. Opusc. p. 273 sqq. ed. Lips.) : fuere tamen qui eum ab Epigene Sicyonio, quem primum tragicum esse putabant, decimum sextum vel secundum fuisse dicerent; cf. Suid. Eudoc. ll. cc. Quorum sententiam futilem esse jam pridem docte ostendit magnus Bentleius l. c. p. 279 sq. Recte autem Thespis tragœdiam, quoad *scenica* fuit, invenisse creditur, si Aristotelem (Poet. c. 4 : Γενομένη οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικὴ καὶ αὐτὴ (sc. ἡ τραγῳδία) καὶ ἡ κωμῳδία, ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικά, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ηὐξήθη, προαγόντων ὅσον ἐγίνετο φανερὸν αὐτῆς· καὶ πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγῳδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν ἑαυτοῦ φύσιν) audimus et Diogenem Laert. (III, 56 : Τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορόν). Adde Athen. XIV, p. 630, C : Συνέστηκε δὲ καὶ σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία· διόπερ οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχον. Hinc enim apparet, antiquissimis temporibus chorum cantasse solum ac saltasse fortassis alterna duarum partium responsione usum, deinde vero Thespidem, ut chorus respirare posset, unum histrionem introduxisse, eumque mox colloquentem cum choro fecisse; cf. Themist. Orat. 26, p. 316, D (p. 382 ed. Dindf.) : Θέσπις δὲ πρόλογόν τε καὶ ῥῆσιν ἐξεῦρεν, Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκριβάντας· ubi Themistius Aristotelis auctoritate fretus, qui tamen ipse (Poet. c. 4) cum omnibus reliquis scriptoribus consentiens Æschylum introduxisse secundum histrionem narrat, sine dubio tertium ab Æschylo introductum esse propterea dicit, quia in antiquiore tragœdia chorus (secundi) histrionis partes agere ei videbatur. Inde perspicuum quoque fit, qua ratione dixerit Plut. Vit. Sol. c. 29, Ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν (i. e. *promovere*) καὶ διὰ τὴν καινότητα τοὺς πολλοὺς ἄγοντος τοῦ πράγματος, οὔπω δ' εἰς ἅμιλλαν ἐναγώνιον ἐξηγμένου κτλ. Tametsi chorus in vetere tragœdia cum histrione confabulans ipse pro histrione adfuerit, tamen eas, quæ ei conveniebant, partes haudquaquam detrectavit, sed canendo ac maxime saltando plurimum valuit. Quare veteres illi tragici ὀρχηστικοὶ eorumque poesis σατυρικὴ καὶ ὀρχηστικὴ appellatur; cf. Aristot. Poet. c. 4 : Ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνώθη· τό τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο, διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν (sc. τραγικὴν) ποίησιν. Athen. I, p. 22, A : Φασὶ δὲ καὶ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι ποιηταὶ Θέσπις, Πρατίνας, Κρατῖνος (Καρκίνος Bentl. p. 278, de qua correctione suo loco agemus), Φρύνιχος ὀρχησταὶ ἐκαλοῦντο διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὄρχησιν τοῦ χοροῦ, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοὺς βουλομένους ὀρχεῖσθαι. Maxime hoc in Thespidem cadere videtur, quippe de quo Aristophanes (Vesp. 1476 sq.) dicat :

Ὁ γὰρ γέρων ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου
ἤκουσέ τ' αὐλοῦ, περιχαρὴς τῷ πράγματι

ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται
τἀρχαῖ' ἐκεῖν' οἷς Θέσπις ἠγωνίζετο·
καὶ τοὺς τραγῳδούς φησιν ἀποδείξειν κρόνους
τοὺς νῦν, διορχησόμενος ὀλίγον ὕστερον.

Nam scholiasten ad hunc locum, quem Suid. v. Θέσπις II more suo exscripsit, non tragicum, sed nescio quem citharœdum Thespidem ab Aristophane significari affirmantem non mediocriter nugatum esse et verborum Aristophaneorum continuitas docet et Bentl. p. 298 dudum monuit. Talem vero chori usum posterioribus tragicis a vera tragœdiæ natura abhorrere visum esse nemo mirabitur; itaque facile explicationem fert, quod Sophocles, si fides habenda Suidæ (v. Σοφοκλῆς :... καὶ ἔγραψεν... λόγον καταλογάδην περὶ τοῦ χοροῦ πρὸς Θέσπιν καὶ Χοιρίλον ἀγωνιζόμενος), de choro contra Thespidem et Chœrilum peculiarem libellum sermone pedestri scripsit. Ceterum eos, qui ex his aliisque locis antiquiorem tragœdiam ludicri argumenti fuisse collegerint (in qua sententia etiam viros doctissimos Bentleium et Eichstadtium esse mirandum est), pariter atque eos, qui Horat. l. c. et Sidonii Apoll. IX, 232, testimoniis nixi Thespidem poemata sua plaustris vexisse existimaverint, vehementer falsos comœdiæ primordia cum tragœdiæ initiis commutasse Welckerus (Append. Trilog. Æschyl. p. 247 sq., 257 sq.) adeo luculenter demonstravit, ut neminem amplius dubitationes ea de re moturum esse mihi persuadeam. Verumtamen illud minime negaverim, Thespidis fabulas initio propius ad drama satyricum quam ad veram tragœdiam accessisse; at eas veras fabulas satyricas, quæ postea ita dicebatur, fuisse nullo modo concesserim; cf. Pinzger. De dram. sat. p. 16 sq. De vita Thespidis pauca innotuerunt, quæ uni Suidæ debemus. Is enim (v. Θέσπις) scribit : Θέσπις, Ἰκαρίου, πόλεως Ἀττικῆς, τραγικὸς ἑκκαιδέκατος ἀπὸ τοῦ πρώτου γενομένου τραγῳδιοποιοῦ Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τιθέμενος, ὡς δέ τινες, δεύτερος μετὰ Ἐπιγένην· ἄλλοι δὲ αὐτὸν πρῶτον τραγικὸν γενέσθαι φασί· καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμυθίῳ ἐτραγῴδησεν, εἶτα ἀνδράχνῃ ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσήνεγκε καὶ τὴν τῶν προσωπείων χρῆσιν ἐν μόνῃ ὀθόνῃ κατασκευάσας. Ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ' Ὀλυμπιάδος. Μνημονεύει δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἆθλα Πελίου ἢ Φόρβας (codd. φορβὰς), Ἱερεῖς, Ἠίθεοι, Πενθεύς. Consentit Eudocia (v. Θέσπις), nisi quod ἢ inter Ἆθλα Πελίου et Φόρβας omittit, nec repugnant Clem. Alex. et Gramm. anon. in Cram. An. gr. ll. cc., qui Thespidem Atheniensem dicunt. Ad tempus quod attinet quo eum fabulas docuisse Suidas refert, egregie consentit Marmor Arundelianum l. c., ubi nunc quidem nec numeri neque archontis nomen legi amplius possunt, ex ordine numerorum autem, qui præcedunt quique sequuntur, Thespidem oportere inter Ol. LIX, 3 et Ol. LXV, 1, fabulas egisse apparet. Accedit quod Phrynichus, Thespidis discipulus, Suida et Eudocia testibus, Ol. LXXVII primam victoriam reportavit. Jam vero ante Ol. LV, 1, quo anno Solonem mortem obiisse verisimile est, Thespis tragœdias docuerit necesse est, si vera sunt, quæ narrant Plut l. c. : « Solonem unam de Thespidis fabulis contemplatum fuisse, cujus ratio quum sibi displiceret, ex eo quæsivisse, num eum istiusmodi commenta in medium proferre non puderet, » et Diog. Laert. (I, 59) : « Solonem prohibuisse Thespidem, quominus tragœdias doceret, quum iis inutilia commenta contineri judicaret. » Quam narratiunculam commenticiam esse Bentl. l. c. p. 303 sq. argumentis haud levis ponderis ostendere conatus fuit, cujus argumentationis summam apposuisse non inutile erit. « Res mihi, ait, videtur hæc fuisse : finxit hoc divulgavitque nescio quis de Solone, tanquam quod conveniret personæ prudentis legislatoris; ac Plutarchus, qui nihil unquam memorabile silentio præterire solet, licet ex omni parte cum temporum rationibus non congruat, peccatum duxit, si id prætermitteret, quum exponeret vitam Solonis. » Attamen Plutarchi et Marmoris Arundeliani testimonia eo fortasse conciliari poterunt, ut Thespidem quidem jam Ol. LIV tragœdias docuisse, sed Ol. LXI demum primum ad certamen cum aliis poetis (Pratina et Chœrilo) publice descendisse statuamus. Nam quæ Plut. l. supra græce citato præterea refert, tragœdiam illo tempore nondum in certamen esse ductam, ea ad prima tragœdiæ initia referenda sunt et aperto Aristophanis (l. c.) testimonio refelluntur, qui Marmoris auctoritati bene succurrens scripsit : οἷς Θέσπις ἠγωνίζετο. Quot fabulas Thespis scripserit, hodie ignoramus : jam enim Platonis et Aristotelis temporibus nullum earum fragmentum superfuisse videtur. Nec mirandum est quod ea in magna tragœdiarum copia, quæ post Thespidem scriptæ sunt, interierunt, licet eas poeta scriptas posteris reliquerit (cf. Euanth. s. Donat. De com. et trag. p. 1687 in Gronov. Thes. t. VIII : *Thespis autem primus hæc (carmina) scripta in omnium notitiam protulit*). Nam quæ postea tanquam Thespidis circumferebantur fragmenta, ea Heraclidi Pontico originem debere Aristoxeni testimonio nixus Diog. Laert. V, 92, docet. Ad hoc Bentl. l. c. p. 281 sq. multis aliis iisque satis gravibus argumentis demonstravit spurios esse versus qui sub Thespidis

nomine ad nos pervenerint. Cujus rationes insuper firmavit Pinzger. De dram. satyr. (Vratisl. 1822) p. 20. At vero illud haudquaquam pro certo affirmaverim, commenticios esse etiam fabularum titulos, quos Suidas affert, præcipue quum Pentheum Pollux quoque (cf. fgm. I) citaverit, quumque admodum veri simile sit, Heraclidem, ut fabulas suas pro veris Thespideis introduceret, eosdem titulos, quibus Thespis usus erat, retinuisse. Nam vel titulorum memoriam illo tempore obliteratam fuisse vix credibile est, neque Bentleius eos damnasset, nisi ab opinione præjudicata, Thespidis fabulas ludicri argumenti fuisse, profectus esset. Quid autem tragœdiæ, quas Suidas enumerat, continuerint, id haud facile divines. Recte vero suspicari nobis videmur, Ἆθλα Πελίου ad ludos funebres, quos Acastus in honorem patris Peliæ instituerit (cf. Plut. Quæst. conviv. V, 2, 7, p. 675, A) pertinuisse. Neque improbabile est eandem fabulam Phorbantis nomine inscriptam fuisse. Sic enim (Φόρβας, pro eo quod antea apud Suidam et Eudociam legebatur φορβὰς) tacite Bentl. l. c. p. 285, et post eum Welckerus (Trag. Græc. p. 17) restituerat, optimo jure, quum Phorbas, de quo nuper copiose Th. Bergkius (in Diar. Antiqu. a. 1844, p. 932 sq.) egit, in vase quod dicitur Codri (de quo disputavit Em. Braun. Berol. 1843) simul cum Ægeo, Theseo, Medea et Æthra conspiciatur. Πενθεὺς quid repræsentaverit, jam ex titulo concludas, neque est cur hoc uberius explicemus, quum in omnium manibus sint Euripidis Bacchæ et ea, quæ de Æschyli trilogia Pentheo Ahrens scripsit. (fgm. Æschyl. p. 228 sq.). Quid porro in fabulis, quæ Ἠίθεοι et Ἱερεῖς inscriptæ erant, expressum fuerit, ne conjectando quidem assequaris. Ἄλκηστιν denique, quam e Seldenii conjectura Thespidi tribuerant, jam Bentl. l. c. p. 282 et p. 287 fin. ex ejus fabularum numero expunxit, nec post Bœckhium ad Corp. Inscr. II, p. 301, nunc quisquam revocabit.

His præmissis jam nihil superest, nisi ut ipsa Pseudo-Thespidis fragmenta subjiciamus.

I.

Pollux On. VII, § 45 : Τὸ ὄνομα ἐπενδύτης ληπτέον ἐκ Σοφοκλέους (fgm. 248)... καὶ Θέσπις δέ που φησὶν ἐν τῷ Πενθεῖ·

Ἔργῳ νόμιζε νεβρίδ' ἔχειν ἐπενδύτην.

Sic correxerunt Bernard. (Epist. ad Bentl. in Mus. crit. Cantabrig. vol. II, p. 553.) et Bentl. l. c. p. 285, pro vulg. νευρίδας ἔχειν.

II.

Fragm. poet. græc. e Papyro Mus. Paris. ed. Letronne p. 7, nr. XX.

Οὐκ ἐξαθρήσας οἶδ', ἰδὼν δέ σοι λέγω.

III.

Plut. De audiend. poet. 14, p. 36, B : Τὰ δὲ τοῦ Θέσπιδος ταυτί,

Ὁρᾷς, ὅτι Ζεὺς τῷδε πρωτεύει θεῶν,
οὐ ψεῦδος, οὐδὲ κόμπον, οὐ μῶρον γέλων
ἀσκῶν· τὸ δ' ἡδὺ μοῦνος οὐκ ἐπίσταται.

τί διαφέρει τοῦ, Πόρρω γὰρ ἡδονῆς καὶ λύπης ἵδρυται τὸ θεῖον, ὡς Πλάτων ἔλεγε;

IV.

Clem. Alex. Strom. V, 8, § 49, p. 675 P. : ... ἐπέψαλλεν δὲ ὡς εἰπεῖν ὁ λαὸς βέδυ, ζάψ, χθών, πλῆκτρον, σφὶγξ, κναξζβὶ, χθύπτης, φλεγμὸς, δρώψ· μέμνηται τῆς ἱστορίας καὶ Καλλίμαχος ἐν ἰάμβοις· κναξζβὶ δὲ κατὰ παραγωγὴν ἡ νόσος, παρὰ τὸ κναίειν, καὶ διαφέρειν θῦψαί τε τῷ κεραύνῳ φλέξαι. Θέσπις μέντοι ὁ τραγικὸς διὰ τούτων ἄλλο τι σημαίνεσθαί φησιν ὧδέ πως γράφων·

Ἴδε σοι σπένδω κναξζβὶ (τὸ λευκὸν)
ἀπὸ θηλαμόνων θλίψας κνακῶν·
ἴδε σοι χθύπτην (τυρὸν) μίξας
ἐρυθρῷ μέλιτι, κατὰ τῶν σῶν, Πὰν
δίκερως, τίθεμαι βωμῶν ἁγίων·
ἴδε σοι Βρομίου αἴθοπα φλεγμὸν
λείβω.

Αἰνίσσεται, οἶμαι, τὴν ἐκ τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι στοι-

THESPIS.

1.

Re consuescas hinnulei pellem habere indusium.

2.

Non perspecta re scio, sed conspecta tibi dico.

3.

Vides ut alios Juppiter superet deos,
mendacium illi et risus et fastus procul.
Unus deorum est, dulce quem non attigit.

Gr.

4.

En tibi libo lac album,
quod pressavi e lactantibus capris.
En tibi, Pan bicornis, caseum
melle rubro mixtum
in sacris tuis aris depono.
En tibi libo ardentem Bromii sanguinem.

χείων ψυχῆς γαλακτώδη τρωκτὴν τροφήν, μεθ' ἣν ἤδη πεπηγὸς γάλα τὸ βρῶμα, τελευταῖον δὲ αἷμα ἀμπέλου τοῦ λόγου τὸν αἴθοπα οἶνον τὴν τελειοῦσαν τῆς ἀγωγῆς εὐφροσύνην διδάσκει. — Copiose de hoc fragmento egit Bentl. l. c. p. 282 sq. et p. 492 sq., verbis κναξζβὶ, χθύπτης, φλεγμῶ, δρὸψ nihil nisi literarum viginti quattuor græcarum lusum contineri docens. Cui illustrando præter Clementem ipsum bene inserviunt quæ Porphyrius (a Bentl. l. c. p. 493 e cod. Oxon. exhibita) scripsit : Περὶ τοῦ κναξζβὶ, χθύπτης, φλεγμῶ, δρὸψ ἑρμήνεια. Ἐν Δελφοῖς εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται τράγος ἰχθύϊ ἐπὶ δελφῖνος ἐπικείμενος. Κνὰξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος κατὰ ἀποκοπὴν τῶν στοιχείων τοῦ κων καὶ πάλιν ἀφαίρεσιν (imo πρόσθεσιν. Bentl.) τοῦ ξ· κνάκων γὰρ καλεῖται ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν Βουκολικοῖς (III) λέγει· οἷον τράγος καὶ ἰχθὺς, ὁ μὲν φλεγόμενος, ὁ δὲ δρὸψ ὄψον. Λέγει δὲ ὅτι ὁ τράγος φλεγόμενός ἐστι πάντοτε ὑπὸ λαγνίας, ὅτι ἐάν τις τὰς ῥῖνας αὐτοῦ ἀποσφαλίσῃ, διὰ τῶν κεράτων (ὤτων Bentl.) ἀναπνεῖ. Ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν ἑρμηνείαν οὕτως. Τὸ κναξζβὶ γάλα ἐστὶν, τὸ δὲ χθύπτης τυρὸς, δρὸψ δὲ ἄνθρωπος· δρῶπες γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγονται. Cf. Hesych. v. Κνὰξ, γάλα λευκόν. Ζαβὶχ, λευκόν. Θύπτης, ὁ τυρός. Hinc bene Welck. Trag. Græc. p. 1097, adnot., collatis hypogrammatis Milesiacis monuit, scribendum esse : κνὰξ ζβὶχ pro κναξζβὶ, et θύπτης pro χθύπτης. Ut alii v. 3 τυρὸν, ita ego vs. 1 τὸ λευκὸν uncis inclusi. — Vs. 4 metrum laborat. Vitium sustulit Pinzg. l. c. verbis in hunc modum transpositis : τυρὸν μέλιτι Μίξας ἐρυθρῷ. At operam perdit qui hos versus e grammatici cujusdam officina profectos emendare studet.

V.

Mich. Apost. Proverb. I, 53 : Ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποΐας ὁ πλοῦτος·] ἐν τῷ διδόναι γὰρ λαμβάνεται καὶ ἐν τῷ σκορπίζειν συνάγεται. Θεσπίδου (sic).

VI.

Anton. Melissa et Max. Monach. serm. CXL, p. 218, 32 (in edit. Stob. a. 1609.) c. lemm. *Thespidis* : Ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐγκαυχάσθω· πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ τρεφόμενοι καὶ οἱ ἐν πενίᾳ ἀβύσσῳ δαπανώμενοι.

ΧΟΙΡΙΛΟΣ.

Plures in antiquitate famam nacti sunt Chœrili, quorum antiquissimus fuit tragicus noster, de quo Suid. : Χοιρίλος Ἀθηναῖος, τραγικὸς, ξδ' Ὀλυμπιάδι καθεὶς εἰς ἀγῶνας· καὶ ἐδίδαξε μὲν δράματα πεντήκοντα καὶ ρ', ἐνίκησε δὲ ιγ'. Οὗτος κατά τινας τοῖς προσωπείοις καὶ τῇ σκευῇ τῶν στολῶν ἐπεχείρησε. Eadem habet Eudoc. p. 437. Inter poetas, qui post Thespidem quidem, sed jam ante Æschylum tragœdiam excoluerint, refertur etiam a scriptore Vit. Æsch. Robert. (p. 705 ed. Stanl.) Λογιζέσθω δ' ὅτι πολλῷ χαλεπώτερον ἐπὶ Θέσπιδι ἦν Φρυνίχῳ τε καὶ Χοιρίλῳ εἰς τοσόνδε μέγεθος τὴν τραγῳδίαν προσαγαγεῖν, ἢ ἐπὶ Αἰσχύλῳ εἰπόντι εἰς τὴν τοῦ Σοφοκλέους ἐλθεῖν τελειότητα. Eodem, h. e. ad antiquissima artis tragicæ tempora, pertinere ignoti cujusdam, sed peranti qui auctoris versum, quem Plotius p. 2633 ed. P. tanquam metri Chœrilei specimen affert :

ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοιρίλος ἐν Σατύροις·

egregie docuit Næk. De Chœr. Sam. p. 4 et p. 265 ; illud autem viro doctissimo haudquaquam concesseris, nihil ponderis eorum accedere opinioni, qui ex versu isto Chœrilum fabulas satyricas scripsisse concludant. Enimvero vocabulum Σάτυροι post dramatis satyrici inventionem omnibus temporibus idem valuit atque δρᾶμα σατυρικόν (cf. Casaub. De poes. sat. p. 19 sq., Bentl. Epist. ad Mill. p. 465, 500 sq. ed. Lips., Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. vol. II, p. 179, not. dd); hinc versus auctorem considerate ἐν Σατύροις, h. e. ἐν δράματι σατυρικῷ, scripsisse conjicias, qui, si tragœdiam significare volebat, facili negotio scribere poterat ἐν τραγικοῖς pro ἐν Σατύροις. Præterea aliæ rationes adsunt, quæ opinioni, Chœrilum non modo tragœdias, sed satyricas quoque fabulas composuisse, magnam probabilitatem afferant. Ac primum quidem apparet, poetas tragicos, ubi primum populo efflagitante, ne amplius poesis scenica a Bacchi rebus declinaret, drama satyricum inventum ac mox sine dubio tragœdiæ annexum erat (cf. ea, quæ infra de Pratina disputavimus), qua conjunctione fundamenta ad eam formam, quæ postea tetralogiæ nomine inclaruit, coactos ferme fuisse, ut præter tragœdias etiam satyricas fabulas scriberent. Accedit quod Chœrilus sæpius cum Pratina certavit, quem maximam partem fabulas satyricas egisse inde elucet, quod inter quinqua-

5.

Inexhaustus est beneficentiæ thesaurus.] Largiendo enim acquiritur et dispergendo comparatur.

6.

Majorum nobilitate nemo se jactet; omnes enim homines habent generis originem lutum, quum ii qui in purpura et bysso nutriuntur, tum ii qui in paupertate profunda conteruntur.

ginta ejus, quæ scripsit dramata, duo et triginta satyrica fuere. (Cf. Suid. v. Πρατίνας.) Hoc igitur tempore Chœrilum oportuisse fabulas satyricas in certamen proferre, facile consentaneum est. Quodsi hinc Chœrilum dramati satyrico operam suam impendisse veri simillimum est, non video quid obstet quominus eum inter antiquissimos poetas (Pratinam et Phrynichum) in hoc genere vel maxime excelluisse statuamus. Imo id eo credibilius fit, quum Pratinam semel tantum vicisse constet (cf. Suid. l. c.). Sic igitur facile illius versus ἡνίκα κτλ. originem explicueris. Ad eandem Chœrili in dramate satyrico excellentiam, qua summus ejus generis flos repræsentatus sit, Welckerus (Append. Trilog. Æschyl. p. 282) retulit Alexidis e Lino locum (apud Athen. IV, p. 164, B; cf. Meinek. Poet. com. vol. III, p. 444):

Βιβλίον
ἐντεῦθεν ὅ τι βούλει προσελθὼν γὰρ λαβέ,
ἔπειτ' ἀναγνώσει, πάνυ γε διασκοπῶν
ἀπὸ τῶν ἐπιγραμμάτων ἀτρέμα τε καὶ σχολῇ.
Ὀρφεὺς ἔνεστιν, Ἡσίοδος, τραγῳδία,
Χοιρίλος, Ὅμηρος, Ἐπίχαρμος, συγγράμματα
παντοδαπά· δηλώσεις γὰρ οὕτω τὴν φύσιν,
ἐπὶ τί μάλισθ' ὥρμησε·

ubi God. Hermann. vs. 6 sic correxit: Χοιρίλος, Ὅμηρος, ἔστ' Ἐπίχαρμος, γράμματα κτλ.; sed dubito an rectius judicaverit Nækius, qui (l. c. p. 5 sq.) Alexidem hoc loco Chœrilum tanquam antiquæ tragœdiæ exemplum posuisse copiose ostendit. Eodem modo probanda mihi videntur quæ Næk. l. c. p. 7 sq. de verbis auctoris Vit. Sophocl. (Biograph. græc. ed. Westermann. p. 131, 87) disputavit hæc tradentis: (Σοφοκλῆς) συνηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Ἀριστίᾳ, καὶ ἄλλοις, καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ. Eadem fere ante etiam apud Schol. Aristoph. Ran. 73 legebantur, nunc vero, quum in optimis codd. Rav. Ven. deessent, a Dindorfio (hæc a M. Musuro e scriptore Vit. Soph. interpolata esse dicente) in editione scholiorum Oxoniensi omissa sunt. Veri enim haudquaquam est simile, Chœrilum senem octogenarium cum Sophocle juvene certasse; præsertim quum ejus gloria, quantacunque olim fuisset, præ Æschylea arte dudum evanuisset. Neque ponderis igitur, quod ad Chœrilum attinet, multum tribuendum est Cyrillo C. Jul. I, p. 13, B, Eusebii Chron. p. 343 ed. Ang. Mai. et Syncello p. 254, B, qui Chœrilum et Phrynichum Ol. LXXIV, 2 floruisse tradunt; nam Chœrilus, ut jam Ol. LXIV in certamen descendit, ita multo prius inclaruisse videtur, quam Phrynichus, qui Ol. LXVII demum primam victoriam reportavit, quamvis utrumque etiam Ol. LXXIV vixisse minime infitiatus sim. Probabilitatis contra magnam præ se fert speciem Naekii (l. c. p. 8 sq.) conjectura, ignotum Vitæ Soph. auctorem sua e verbis male intellectis ejus scriptoris hausisse, quem Suidas quoque exscripserit v. Σοφοκλῆς (Σοφοκλῆς ... ἔγραψεν ... πρὸς Θέσπιν καὶ Χοιρίλον ἀγωνιζόμενος). — De reliqua Chœrili vita præter ea, quæ Suid. (v. Χοιρίλος et v. Πρατίνας) refert, unde eum histrionum personas ac vestes mutasse et Ol. LXX cum Pratina et Phrynicho certasse cognoscimus, memoriæ nihil proditum est. Nec ejus fabularum ulla ætatem tulit, nec earum tituli uno excepto nobis innotuerunt. Quem Pausan. (I, 14,3) servavit hæc scribens: Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην ἐστὶν εἰρημένα, Κερκυόνα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφούς, τεκεῖν δὲ σφᾶς θυγατέρα Ἀμφικτύονος, εἶναι δὲ πατέρα Τριπτολέμῳ μὲν Ῥᾶρον, Κερκυόνι δὲ Ποσειδῶνα. Cujus fabulæ (fortasse satyricæ) idem fuisse videtur argumentum, quod postea Euripides in ejusdem nominis fabula, cujus fragmenta conferas, expressit. Præter hoc drama inter Aristotelis scripta ab anonymo Vitæ Aristot. scriptore, quem Menag. ad Diog. Laert. vol. II, p. 201 (Edit. Bip. I, p. 63) primus publicavit, afferuntur Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδους, Χοιρίλου, ἐν βιβλίοις γ'. Quos libellos nobis perditos esse valde dolendum est: iis enim, ni egregie fallor, difficiliores loci e scriptis Archilochi, Euripidis, Chœrili, nempe uniuscujusque in libro singulari, nisi ab Aristotele ipso, certe ab aliquo ejus discipulo diligenter tractati atque enucleati erant.

ΠΡΑΤΙΝΑΣ.

Antiquissimis tragœdiæ poetis iisque ὀρχηστικοῖς præter Thespidem ab Athenæo (vide supra ad Thespid.) *Pratinas* adnumeratur, de quo Suidas hæc habet: Πρατίνας Πυρρωνίδου ἢ Ἐγκωμίου Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας· ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ πρῶτος ἔγραψε Σατύρους· ἐπιδεικνυμένου δὲ τούτου συνέβη τὰ ἴκρια, ἐφ' ὧν ἑστήκεσαν οἱ θεαταί, πεσεῖν· καὶ ἐκ τούτου θέατρον ᾠκοδομήθη Ἀθηναίοις. Καὶ δράματα μὲν ἀπεδείξατο ν', ὧν σατυρικὰ λβ'· ἐνίκησε δὲ ἅπαξ. Cf. Acron. ad Horat. A. P. 230: *Tragœdiis satyra dicitur amata, in quibus salva majestate gravitatis jocos exercebant, secundum Pratinæ institutionem. Is enim primus Athenis, Dionysia quum essent, satyricam fabulam induxit.* Pratinas igitur eo maxime memorabilis fuit, quod drama satyricum invenit. Nec latet nos caussa, qua ad hoc

genus excogitandum commotus sit. Quum enim poetæ tragici, quamvis in Bacchi honorem agerent fabulas, tamen rebus Bacchicis neglectis argumenta potius ex epica poesi repeterent, indignationem populi excitabant, alienum esse hunc ludum a Baccho clamantis. (Phot. et Suid. v. Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τραγῳδίαν εἰς τὸν Διόνυσον ποιήσαντος, ἐπεφώνησάν τινες τοῦτο· ὅθεν ἡ παροιμία. Βέλτιον δὲ οὕτω. Τὸ πρόσθεν εἰς τὸν Διόνυσον γράφοντες, τούτοις ἠγωνίζοντο, ἅπερ καὶ Σατυρικὰ ἐλέγετο· ὕστερον δὲ μεταβάντες εἰς τὸ τραγῳδίας γράφειν, κατὰ μικρὸν εἰς μύθους καὶ ἱστορίας ἐτράπησαν, μηκέτι τοῦ Διονύσου μνημονεύοντες· ὅθεν τοῦτο καὶ ἐπεφώνησαν. Καὶ Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Θέσπιδος τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ. Mich. Apost. XV, 13, Zenob. V, 40 : Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Τῶν χορῶν ἐξ ἀρχῆς εἰθισμένων διθύραμβον ᾄδειν εἰς τὸν Διόνυσον, οἱ ποιηταὶ ὕστερον ἐκβάντες τὴν συνήθειαν ταύτην, Αἴαντας καὶ Κενταύρους γράφειν ἐπεχείρουν· ὅθεν οἱ θεώμενοι σκώπτοντες ἔλεγον Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Διὰ γοῦν τοῦτο τοὺς Σατύρους ὕστερον ἔδοξεν αὐτοῖς προεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ θεοῦ.) Ejusmodi clamor jam temporibus recens inventæ tragœdiæ obstrepuisse videtur, sed quoniam populus novo ludi genere maximopere delectabatur (cf. Plut. Vit. Solon. 29), Bacchum negligi initio non admodum ægre ferebat, ac tum demum a Bacchi rebus recedi vetabat, quum dei religio violari ei videbatur. Ut igitur populi votis satisfieret, Pratinas, tragœdiarum poeta, in fabulas reduxit satyrorum chorum, et sic novum dramatis genus invenit, quo tragici argumenti gravitas chori satyrici jocis facetiisque leniebatur. Quod utrum initio seorsum an statim tragœdiæ adjectum eaque quasi sustentatum in scenam prodierit, dubitari potest : illud autem extra dubitationem positum esse mihi videtur, tragœdiam et drama satyricum mox post inventionem esse connexa. Nam quum haud multo post tragœdiis certari cœptum sit, necesse est tam artificiosæ formæ, quam Æschylus ad summum fastigium provexit, fundamenta jam ante Æschylum jacta sint, quandoquidem nihil, quod ex hominum fabrica proficiscitur, illico ab omnibus numeris absolutum esse solet. Quam ob rem ad formam tetralogicam transitum eo factum esse mihi persuadeo, ut Pratinas aut Chœrilus primum unam, deinde plures tragœdias cum dramate satyrico conjungerent. Quæ sententia eo firmatur, quod Chœrilus, quanquam ad annum octogesimum pervenit, centum et quinquaginta fabulas tamen in scenam proferre non potuisset, nisi sæpius duæ vel plures conjunctim actæ essent. Ac si verum est, quod Welckerus haud improbabiliter conjecit, Æschylum nonnisi tetralogiis certasse, Chœrilum et Pratinam quoque, quum Ol. LXX cum Æschylo in certamen descenderent, tetralogias docuisse necesse est. Ne autem Pratinam jam ab initio tetralogias composuisse statuamus, prohibet fabularum Pratinearum numerus L, quarum XXXII satyricæ fuisse feruntur. Neque efficitur aliquid Bœckhii (De trag. Græc. princ. p. 125) pro numero λϐ′ apud Suidam ιϐ′ reponentis correctione : nam sic quoque duæ fabulæ supersunt nulla tetralogia comprehensæ, quas Pratinam vel omnino non vel singulas in certamen commisisse statuendum erit. Quæ quum ita sint, ea, quam exposuimus, ratione pedetentim tetralogiam ortam esse suspicamur.

Jam vero ut ad Pratinam ipsum redeamus, id primum silentio prætermitti nequit, Dioscoridem (in Anthol. Palat. VII, 37, 707) duobus locis, priori ad tragicam, altero ad satyricam ejus poesim respexisse (cf. Pinzger. De dram. satyr. p. 29); attamen Pratinam in dramate satyrico non ita antecelluisse, quam Chœrilum, id quod supra (ad Chœrilum) verisimile nobis visum est, etiam nunc non revocabimus. In qua sententia cavendum est ne labefactemur testimonio Pausaniæ (II, 13, 5) hæc scribentis : Ἐνταῦθα (h. e. Phliunte) ἐστι καὶ Ἀριστίου μνῆμα τοῦ Πρατίνου· τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατα. Nam Chœrili mox Æschylea arte prorsus obscurati memoria Pausaniæ tempore jam pridem oblitterata erat, ac vix de Pratina quidquam in posterorum notitiam pervenisset, nisi et novi generis auctor fuisset et lyrica poesi maxime excelluisset. Et omnino Pausanias hanc sententiam de Pratina et Aristia non in universum, sed tantummodo respectis Phliasiis vel ex eorum mente tulisse videtur. Præterea iisdem laudibus Achæi (vide infra) dramata satyrica a Menedemo extolluntur apud Diog. Laert. II, 17, 132. Illud autem, quod Pratinam etiam lyricum fuisse diximus, probant fere omnia, quæ de eo circumferuntur, veterum scriptorum testimonia, nec repugnant fragmenta quæ supersunt : imo omnia ad lyrica ejus carmina pertinere videntur, ut Pratinam omnino in lyrica majorem quam in scenica poesi laudem comparasse haud temere affirmes. Cf. Plut. De mus. c. 31, p. 1142, B : Τῶν γὰρ κατὰ τὴν αὐτοῦ ἡλικίαν, φησὶ (Ἀριστόξενος), Τελεσίᾳ τῷ Θηβαίῳ συμβῆναι νέῳ μὲν ὄντι, τραφῆναι δ' ἐν τῇ καλλίστῃ μουσικῇ, καὶ μαθεῖν ἄλλα τε τῶν εὐδοκιμούντων, καὶ δὴ καὶ τὰ Πινδάρου, τά τε τοῦ Διονυσίου τοῦ Θηβαίου, καὶ τὰ Λάμπρου, καὶ τὰ Πρατίνου, καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσοι τῶν λυρικῶν ἄνδρες ἐγένοντο ποιηταὶ κρουμάτων ἀγαθοί, κτλ. Ibid. c. 9, 3, p. 1134, D : Ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον

ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ, καὶ οὐ παιάνων, καθάπερ Πρατίνας. H. e., alii Xenodamum hyporchematum poetam fuisse dicunt, sicuti Pratinam, non pæanum. Nam hyporchemata confecisse Pratinam testatur Athen. XIV, p. 617, C, ubi hyporchematici generis fragmentum servavit, quod, quum hoc loco tantummodo de scenica Pratinæ poesi agere nobis proposuerimus, omittendum esse duximus. De quo vide Bergk. Poet. lyr. p. 842 sq., qui reliqua quoque fragmenta inter lyrica recipere non dubitavit, optimo, ut equidem opinor, jure; attamen ea ipsa paullo inferius subjeci, quum sint (velut Ulric. Histor poes. Græc. II, p. 498) qui ea e lyricis dramatum partibus petita censeant, quumque de duobus (fgm. IV, V) sane cum aliqua probabilitatis specie dubitari possit. — Præter carmina Pratinas, ut Sophocles de choro, ita de rebus musicis peculiarem libellum oratione pedestri confecisse videtur, si recte intelligimus Plut. De mus. c. 7, 2, p. 1133, D: Ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν Πολυκέφαλον νόμον, γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου· ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον. Ibid. c. 42, p. 1146, C: Τέρπανδρον δ' ἄν τις παραλάβοι, τὸν τὴν γενομένην ποτὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις στάσιν καταλύσαντα, καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα, ὅν φασι κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίους παραγενόμενον διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, καθάπερ φησὶ Πρατίνας· nisi forte (id quod Pinzg. l. c. p. 28 suspicatus est) alius quidam Pratinas, de rebus musicis scriptor alioquin ignotus, hic dictus est. Nullo modo autem assentias Th. Bergkio, qui l. c. vel hos locos ad dithyrambos Pratinæ rettulit. — E reliqua Pratinæ vita memoriæ nihil proditum est præter illud unum, concidisse theatri tabulata, quum ille fabulam quandam ageret. Sed conciderunt etiam tabulata, quum Æschylus drama quoddam docebat; cf. Suid. v. Αἰσχύλος. Quare eo ipso die tabulata corruisse rectissime conjicias, quo Pratinas cum Chœrilo et Æschylo certavit, h. e. Ol. LXX; nam quas viri quidam docti contra attulerunt dubitationes, eas egregie sustulit Pinzg. l. c. p. 23 sq.

I. II.

Athen. XIV, p. 625, F: Καὶ Πρατίνας δέ πού φησιν· « μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαστὶ μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει. » Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς σαφέστερόν φησι· « Πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ λαβράκταις Αἰολὶς ἁρμονία. » Quorum prius Dindorf. (in edit. Athen.) sic constituit, quasi e dramate fluxisset:

Μήτε σύντονον
. . δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν
Ἰαστὶ μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσσαν νεῶν
ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει,

lacunam statuens, quam Jacobs. Animadv. ad Athen. p. 335 inserto Δωρίδα explevit; Theod. Bergk. l. c. vero sic dedit:

Μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαστὶ μοῦσαν
ἀλλὰ τὰν μέσσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει....

Alterum idem sic ordinavit:

Πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ
λαβράκταις Αἰολὶς ἁρμονία.

Pinzg. l. c. p. 30 correxit ἀοιδᾷ, quo vix opus.

III.

Athen. XIV. p. 633. A. Ὅθεν καὶ Πρατίνας φησὶ

Λάκων ὁ τέττιξ, εὔτυκος εἰς χορόν.

Versus est Alcaicus hendecasyllabus, quem Wakefieldius Silv. crit. II, p. 36, ut dramati aptus esset, inserto ἐστὶν post εὔτυκος in iambicum commutavit.

IV.

Athen. XI, p. 461, E: Καὶ καταχλιθέντων, Ἀλλὰ μὲν, ὁ Πλούταρχος ἔφη, κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίναν, οὐ γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν, ἀλλὰ σκύφον ματεύων, κυλικηγορήσων ἔρχομαι, οὐ τῶν Κυλικράνων εἷς ὑπάρχων κτλ. Hinc Pors. Adv. p. 123 hos vss. elicuit:

Οὐ γὰρ
γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν, ἀλλὰ σκύφον ματεύσων,

PRATINAS.

1.

Nec intentam sectare nec remissam Ionicam
Musam, sed medium aratro novans
solum Æolico sequere modo.

2.

Omnibus loquacibus in cantu
convenit Æolica harmonia.

3.

Laco est cicada, ad chorum apta.

4.

At ego (quod ait Phliasius poeta Pratinas) non sulcatum araturus agrum, sed scyphum mihi dari cupiens accedo super poculis disputaturus.

κυλικηγορήσων ἔρχομ' οὐ τῶν Κυλικράνων
[ὑπάρχων.

In quo conatu, ut alia taceam, vereor ne verba convivæ cum poetæ verbis commutaverit. Ac profecto haud facile dixeris, quot Pratinæ, quot Athenæi sint verba. Quare factum est ut Th. Bergk. l. c. nonnisi hunc versiculum tanquam Pratinæ exhiberet,

γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν,

eumque inter ejus lyrica referret, a quo longe recessit Friebel. Poet. Satyrogr. p. 113, qui satyrici coloris aliquid in hoc fragmento detexisse sibi visus est. De qua re videant doctiores.

V.

Athen. IX, p. 392, F : Πρατίνας δ' ἐν Δυμαίναις ἢ Καρυάτισιν ἁδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνήεντες, ὡς καὶ οἱ πέρδικες. — Maxima virorum doctorum de hoc fragmento dissensio fuit. Alii enim, quamvis *Dymænæ* essent mulieres Lacedæmonicæ (Hesych. : Δύμαιναι, αἱ ἐν Σπάρτῃ χωρίτιδες Βάκχαι. Cf. Steph. Byz. v. Δυμᾶν), *Caryatides* vero Dianæ festum significarent (Hesych. : Καρυᾶτις, ἑορτὴ Ἀρτέμιδος καὶ ἱερόν· cf. Paus. IV, 16, 5; Poll. IV, 104), fabulæ satyricæ titulum hic servatum esse crediderunt, in qua satyrorum chorus simul cum mulierum choro egerit (cf. Od. Mueller. in Annal. Doct. Gotting. 1827, p. 673, Mus. Rhenan. III, p. 490, Ind. lect. Gotting. 1835, p. 4); alii contra, quum Welckerus (Append. Æschyl. Tril. p. 325 sq.) titulos feminini generis sua sponte argumenti satyrici suspicionem removere monuisset, dithyrambum hic latitare suspicati sunt, in qua sententia post Schweighæuserum etiam Th. Bergkium fuisse miror, quum neque Pratinam dithyrambos finxisse alicubi traditum sit, licet hoc pro certo habeat Ulric. l. c. p. 497, nec dithyrambos jam antiquissimis temporibus similiter atque tragœdias peculiari titulo insignitos fuisse credibile videatur. Quare nescio an Casaubono et Kuhnio (ad Poll. III, 10, p. 230) adstipulandum sit, qui tragœdiam fuisse Καρυάτιδας existimarunt, quamvis in eo fortasse minus recte judicaverint, quod pro Δυμαίναις reponi Λακαίναις voluerunt.

Propter locum Athenæi XIV, p. 624, F. (fgm. I) Porsonus (ad Hecub. 2) Pratinæ etiam assignari jubet versus, quos servavit idem Athen. XIV, p. 622, C, sine auctoris nomine :

Σοὶ, Βάκχε, τάνδε Μοῦσαν ἀγλαΐζομεν,
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει,
καινὰν, ἀπαρθένευτον, οὔ τι ταῖς πάρος
κεχρημέναν ᾠδαῖσιν, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

ΦΡΥΝΙΧΟΣ.

Plurimi fuere Phrynichi, quos ex parte jam grammatici ipsi inter se commutaverunt. Maxime vero rem confudit Suid. primo hæc tradens : Φρύνιχος Πολυφράδμονος ἢ Μινύρου· οἱ δὲ Χοροκλέους. Ἀθηναῖος τραγικὸς, μαθητὴς Θέσπιδος τοῦ πρώτου τὴν τραγικὴν εἰσενέγκαντος. Ἐνίκα τοίνυν ἐπὶ τῆς ξζ' Ὀλυμπιάδος. Οὗτος δὲ πρῶτος ὁ Φρύνιχος γυναικεῖον πρόσωπον εἰσήγαγε ἐν τῇ σκηνῇ καὶ εὑρετὴς τοῦ τετραμέτρου ἐγένετο. Καὶ παῖδα ἔσχε τραγικὸν Πολυφράδμονα. Τραγῳδίαι δὲ αὐτοῦ εἰσιν ἐννέα αὗται· Πλευρώνιαι, Αἰγύπτιοι, Ἀκταίων, Ἄλκηστις, Ἀνταῖος ἢ Λίβυες, Δίκαιοι, Πέρσαι, Σύνθωκοι, Δαναΐδες. Gaisf. e quinque codd. haud malæ notæ dedit : Δίκαιοι ἢ Πέρσαι ἢ Σύνθωκοι, at sic certe non scripsit, qui novem hic tragœdias numeravit. Pergit vero Suidas, postquam de duobus aliis Phrynichis, de comico et sophista egit, in hunc modum : Φρύνιχος Μελανθᾶ, Ἀθηναῖος τραγικός. Ἔστι δὲ καὶ τῶν δραμάτων αὐτοῦ τάδε. Ἀνδρομέδα, Ἠριγόνη. Ἐποίησε καὶ πυρρίχας. Ὅτι Φρύνιχον Ἀθηναῖοι χιλίαις ἐζημίωσαν, ἅλωσιν Μιλησίων τραγῳδήσαντα. Eadem habet Eudoc. p. 428. Extrema verba non ex Schol. Aristoph. Vesp. 1490 (1481), ut vulgo credebatur, fluxerunt, sed ibi scholia, id quod nunc ex eorum editione Dindorfiana apparet, e Suida interpolata sunt. Nequaquam diversos autem esse hos duos Phrynichos, quamvis diversi patres iis tribuantur, jam pridem extra omnem dubitationem posuit Bentl. Opusc. p. 293 sqq., cujus ad argumentationem relegatos velim lectores. Ac satis circumspecte de tragico nostro disseruit eumque ab aliis Phrynichis distinxit Schol. Aristoph. Av. 750, Didymum, ut videtur (cf. Schol. Ran. 13) secutus, his verbis : Φρύνιχος τραγῳδίας ποιητὴς, ὃς ἐπὶ μελοποιίαις ἐθαυμάζετο. Τέσσαρες δὲ ἐγένοντο Φρύνιχοι· ὁ μὲν εἷς οὗ νῦν μνημονεύει, Πολυφράδμονος παῖς, ποιητὴς ἡδὺς ἐν τοῖς μέλεσιν· ὁ ἕτερος, Χοροκλέους παῖς, ὑποκριτής· τρίτος Φρύνιχος ὁ κωμικὸς, οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα· τέταρτος δέ ἐστιν

5.
Pratinas in Dymænis seu Caryatidibus suaviloquam coturnicem appellavit; nisi forte apud Phliasios aut apud Lacedæmonios vocales sunt hæ aves, velut perdices.

Ἀθηναῖος τὸ γένος ὁ στρατηγήσας τὰ περὶ Σάμον καὶ Ἀστυόχῳ προσθέμενος, ἐπιχειρήσας δὲ τῇ τοῦ δήμου καταλύσει. Hinc eum Polyphradmonis filium fuisse discimus, quod apertis verbis etiam Pausan. X, 31, 4 (vide infra in *Pleuroniis*) testatur. Maximam igitur probabilitatem assumit Meinekii (Poet. com. I, p. 146) conjectura, qui Anon. de Com. p. XV, 42 ed. Par. hæc scribentem : Φρύνιχος Φράδμονος ἔθανεν ἐν Σικελίᾳ, Phrynichum tragicum cum comico commutasse suspicatur, ut ad tragicum etiam referenda sint extrema verba : ἔθανεν ἐν Σικελίᾳ. Quod eo credibilius est, quum Æschylus quoque in Sicilia apud Hieronem mortem obierit. De ceteris viri rebus pauca in notitiam nostram venerunt. Ex quibus primum locum tenere debent quæ Plut. (Vit. Themist. 5) refert : Ἐνίκησε χορηγῶν τραγῳδοῖς, μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος· καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα· Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν, unde eum Ol. LXXV, 4 (Phœnissis, ut infra patebit) vicisse apparet. His adjungenda sunt quæ primus Herodot. VI, 21, memoriæ mandavit : Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήϊα κακὰ, χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι· et post Herodotum Strab. XIV, 1, 7, Plut. reipubl. ger. præc. 17, 9, p. 814, B, Tzetz. Hist. VIII, 156, 990, et ad Hes. Op. 412, p. 224 ed. Gaisf. Quod autem, qui aut Ælianum. V. H. XIII, 17 exscripsit aut ex eodem certe, quo ille, fonte hausit, Schol. Aristoph. Vesp. 1490 (1481) : Πτήσσει Φρύνιχος· παροιμία ἐπὶ τῶν κακόν τι πασχόντων, ἀπὸ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ· ὑποκρινόμενον γὰρ αὐτὸν τὴν Μιλήτου ἅλωσιν οἱ Ἀθηναῖοι δακρύσαντες ἐξέβαλον δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα, et cum Scholiasta conspirantes Liban. Decl. XIX, p. 506, et Ammian. Marcell. XXVIII, 1, 4, populum jam in ipso theatro Phrynicho indignationem suam patefecisse, itaque Phrynichum illic conspectum esse paventem narrant, id absurdum est. Ac facile apparet hanc narratiunculam, ut multas alias, prodiisse ex Aristophanis (Vesp. 1490) :

Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ
σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων,

verbis male intellectis, in quibus non de tragico, sed de histrione ac saltatore Phrynicho, Choroclis filio (de quo cf. Andocid. De myst. p. 24 ed. Reisk., Schol. Aristoph. Ran. 13, Nub. 1091), agi nemo negaturus sit, qui Vesp. vs. 1524 sq. contulerit, quamquam etiam poetam tragicum saltatione excelluisse ex Athen. I, p. 22, A (vide supra ad Thespid.) et Plut. Quæst. conviv. VIII, 9, 10, p, 732, E sq., constat, nisi hi quoque pariter poetam cum histrione commutarunt. Omnino vero Ælianum vel eum scriptorem, ex quo Ælianus hauserit, poetæ Phrynichi res parum cognitas habuisse, ex eo quoque elucet, quod alio loco (V. H. III, 8) eum cum duce Phrynicho confudit ; cf. Bentl. Opusc. p. 295 sq. Ex illis autem intelligitur, cur apud parœmiographos proverbii πτήσσει Φρύνιχος nulla mentio facta sit. Nec scio an recte Bentl. l. c. p. 298 correxerit Aristophanis verba πλήσσει pro πτήσσει ponendo. Ceterum quum Miletus capta sit Ol. LXXI, 3, veri simillimum est, *Excidium Mileti* Ol. LXXI, 4 esse actam.

Ad poeticam Phrynichi virtutem quod attinet, sat magnis laudibus eum extulit tragicorum censor acerrimus Aristophanes (Thesm. 164) :

Καὶ Φρύνιχος, τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας,
αὐτός τε καλὸς ἦν καὶ καλῶς ἠμπέσχετο·
διὰ τοῦτ' ἄρ' αὐτοῦ καὶ κάλ' ἦν τὰ δράματα.

Quocum loco aptissime conferas Ran. 1299 (1334) :

Ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ
ἤνεγκον αὔθ', ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων·

quo, qui laudem istam imminui arbitrantur, caveant, ne magnopere se frustrentur. Nec justi, sed speciosi tantum quidquam opprobrii conjicitur Ran. vs. 910 (941), ubi Euripides Æschylum spectatores a Phrynicho educatos fatuos accepisse dicit, quum Euripides ubique in Ranis a simplici tragœdiæ natura, qualis in Phrynichi et Æschyli fabulis infuit, aversissimus inveniatur. Maxime vero dulcia et propterea celebrata erant melica Phrynichi carmina, ut apparet ex Aristoph. (Av. 750) :

Ἔνθεν ὥσπερ ἡ μέλιττα
Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν,
ἀεὶ φέρων γλυκεῖαν ᾠδάν·

collato Schol. ad h. l. (vide supra) et ad Ran. 910 (940), 1299 sqq. (1333 sq.), Vesp. 269. Quare ea etiam Aristophanis tempore a senibus, qui haud dubie juvenes Phrynichum ipsum audiverant, cantabantur; cf. Aristoph. Vesp. 220 : Καὶ μινυρίζοντες μέλη ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήρατα· et vs. 269 : Οὐ μὴν πρὸ τοῦ γ' ἐφολκὸς ἦν, ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου· et Schol. ad h. l. (vide infra Phœniss. fgm. II). Cujus rei causam exposuit Aristot. Problem. XIX, 31 (Διὰ τί οἱ περὶ Φρύνιχον μᾶλλον ἦσαν μελοποιοί;)... ἢ διὰ τὸ πολ-

λαπλάσια εἶναι τότε τὰ μέλη τῶν μέτρων ἐν ταῖς τραγῳδίαις, h. e. *an quia istis temporibus cantus (quos canebat chorus) in tragœdiis plures erant, quam versus (quos histriones recitabant).* Quibus in carminibus Phrynichus κιθαρῳδίαν adhibuit (cf. Schol. Aristoph. Ran. 1333 sq.), vitato tamen chromate, ut liquet e Plut. De mus. 20, p. 1137, Esq. : Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τῶν τῆς τραγῳδίας ποιητῶν· τῷ γὰρ χρωματικῷ γένει καὶ τῷ ῥυθμῷ τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται, κιθάρα δὲ, πολλαῖς γενεαῖς πρεσβυτέρα τραγῳδίας οὖσα, ἐξ ἀρχῆς ἐχρήσατο. Τὸ δὲ χρῶμα ὅτι πρεσβύτερόν ἐστι τῆς ἁρμονίας, σαφές. Δεῖ γὰρ δηλονότι κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔντευξιν καὶ χρῆσιν τὸ πρεσβύτερον λέγειν· κατὰ γὰρ αὐτὴν τὴν τῶν γενῶν φύσιν οὐκ ἔστιν ἕτερον ἑτέρου πρεσβύτερον. Εἰ οὖν τις Αἰσχύλον ἢ Φρύνιχον φαίη δι' ἄγνοιαν ἀπεσχῆσθαι τοῦ χρώματος, ἆρά γ' οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη;

Quot fabulas Phrynichus scripserit, hodie ignoramus; hoc autem certum est, nihil tribuendum esse Suidæ priori l. c., novem ejus tragœdias fuisse tradenti. Cf. Bentl. Opusc. p. 295 sq. Primum enim præter clarissimas, quas omisit, *Phœnissas* et *Excidium Mileti*, ab Hesychio etiam *Tantalus*, ab Athenæo *Troilus* commemoratur. (Vide infra.) Deinde inter eas, quas utroque loco enumeravit, plures sunt quæ dubitationem movent. Quarum primum locum tenet Δίκαιοι, quam Phrynicho comico assignandam esse censuerunt Schneid. De trag. græc. p. 70 et Welck. Append. Æsch. Tril. p. 285. (Vide tamen quæ paulo inferius disputabimus.) Idem cadere videtur in *Andromedam,* licet Euripides eodem argumento usus sit, si respicis ad Aristoph. Nub. 555 sq.; quare Runkel. De Pherecr. et Eupol. p. 136, ne Phrynichi comœdiarum numerus (X) augeatur, ei Ἀνδρομέδαν ἢ Σατύρους tribuit. *Erigone* non idem, quod Sophoclis Erigone, argumentum complexa esse, sed (drama sat. fuisse et) id continuisse videtur, quod narrat Apollod. III, 14, 7 : *Erichthonio mortuo et in sacrario Minervæ sepulto successit Pandion, quo regnante Ceres et Bacchus in Atticam venere. Cererem Eleusine Celeus excepit, Bacchum vero Icarius, qui ab eo vitis palmitem accepit et vini faciendi rationem edoctus est. Is igitur dei beneficia mortalibus impertiturus ad pastores quosdam se contulit; qui quum gustassent potum et nulla aqua temperatum animi causa largius hausissent, malum sibi medicamentum datum esse arbitrati Icarium interfecerunt. Verum postridie quum scelus perpetratum cognovissent, ipsum sepeliverunt. Erigonæ autem filiæ patrem quærenti herilis canis, Mæræ nomen erat, Icarium consectari solita corpus indicavit, illa vero patrem deflens suspendio se necavit.* Neque Icarii Erigonesque historia minus apta erat dramati, quam Lycurgi ac Penthei. Quo modo autem extrema Suidæ verba ἐποίησε καὶ πυρρίχας viros doctos tantopere vexare potuerint, ut anxie quærerent, utrum tragœdia an comœdia πυρρίχαι fuisset, quid continuisset, cui assignanda esset, similia, mente vix assequor. Jam enim ex ipsa ratione, qua Suidas hæc verba attulit, quum antea dixisset : ἔστι δὲ δραμάτων αὐτοῦ τάδε, apparet eum non amplius de tragœdiis, sed de alio poesis genere loqui. Significant igitur verba ἐποίησε καὶ πυρρίχας, *composuit etiam pyrrhichas,* h. e. *saltationes bellicas.* Hinc liquet, quod etiam aliunde constat (cf. Athen. VI, p. 250, B, Schol. Aristoph. Nub. 967), Phrynichum, ut Pratinam, lyricæ quoque poesi operam suam navasse : nam πυρρίχη est lyricæ saltationis genus (cf. Athen. XIV, p. 630, D sqq.), cui plures poetæ lyrici se addixerunt, velut Cinesias; cf. Aristoph. Ran. 153. — Ad Πέρσας et Συνθώκους quod attinet, Odofred. Müllerus (Ind. lect. Gotting. 1835–36, p. 4 et Jahn. (*Archiv. Philol.* 1835, III, p. 637 sq.) hanc a *Phœnissis*, illam ab *Excidio Mileti* non diversam fuisse statuit, quippe quum Φοίνισσαι et ἅλωσις Μιλήτου a Suida omissæ sint. Sed nullam iis, quæ Suidas de numero fabularum Phrynichi tradidit, habendam esse fidem, supra jam monuimus. Attamen recte Müller. de titulis Περσῶν ac Συνθώκων dubitavit : nam quum ex *Phœnissis* Phrynichi Persæ Æschyli expressa sit, ut infra apparebit, quæritur quid Phrynichi Πέρσαι continere potuerit. Ac vix erit quin ad eam sententiam adducatur, *Persas* ac *Phœnissas* Phrynichi haud diversas fuisse fabulas. Nam quod Müller. l. c. *Excidium Mileti* et *Persas* idem drama fuisse conjecit, quippe in quo clades a Persis Mileto illata complorata esset, vix credibile est; imo chorus e Milesiis infortunium suum commiserantibus constiterit necesse erat, si Phrynichus Athenienses ad misericordiam excitare et propter auxilium Milesiis negatum tecte reprehendere volebat. Pro *Phœnissarum* nomine autem *Persarum* titulus a posterioribus grammaticis sive commoditatis causa sive ad explicandum vocabulum Συνθώκους, quia non modo Phrynichi Phœnissis idem argumentum tractatum erat atque Æschyli Persis, sed etiam Æschyli fabula prorsus, ut aperte Glaucus testatur (vide infra), ad Phrynichi tragœdiæ exemplar efficta erat. Itaque mirum esse nequit, quod nomen Πέρσαι, utpote grammaticorum usui aptissimum, in Phrynichi fabularum catalogum irrepsit. Infra autem patebit, etiam Συνθώκους non differre a Phœnissis. Quod si verum est, jam non amplius dubitabis, quin vetustissima sit et

a peritissimi hominis manu profecta correctio, quæ in quinque bonis Suidæ (apud Gaisf.) codd. invenitur, Δίκαιοι ἢ Πέρσαι ἢ Σύνθωκοι, quanquam nos explicare nunc non possumus, qua ratione Phœnissæ etiam Δίκαιοι appellari potuerit. — De reliquis fabulis nihil compertum habemus, præter ea quæ de *Antæo* memoriæ prodidit Schol. Aristoph. Ran. 701 : Τὸ δὲ Φρυνίχου παλαίσμασιν, ἐπεὶ ὁ τραγικὸς Φρύνιχος ἐν Ἀνταίῳ δράματι περὶ παλαισμάτων πολλὰ διεξῆλθεν, ὡς πρόκειται. Quam notitiam Scholiastæ incuriæ debemus; nam Aristophanes ibi non tragicum, sed ducem Phrynichum castigavit; cf. Suid. v. Παλαίσμασιν, Proverb. Bodley. 882; ed. Gaisf. p. 108, Mich. Apostol. XX, 40; XIX, 39. *Antæi*, fabulæ, ut mihi videtur, satyricæ, argumentum iis contineri videtur, quæ narrant Apollod. II, 5, 11, Hygin. fab. 31, A. Mai. Class. auct. t. III, myth. I, 56; II, 164. Vide nos ad Aristiæ Antæum.

ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ.

Quid Phrynichus in hac fabula repræsentaverit, plane ignoramus. Fuere tamen qui eum idem argumentum tractasse crederent, quod Æschylus postea in Αἰγυπτίοις (de qua fabula vide Ahrens. p. 202) exhibuerit. Sed quæritur, num Æschylus unquam Αἰγυπτίους scripserit, quum in Etym. Gud. p. 227, 41 legatur Αἰσχύλος ἐν Αἰγύπτῳ. Veri igitur videtur similius esse, ut in Phrynichi *Libyis Antæi*, ita in Ægyptiis *Busiridis* historiam expressam fuisse, quam narrat Apollod. II 5 11.

I. (1.)

Hesych. v. Ἰαίνεται· χολοῦται· παρὰ τὸν ἰόν. Φρύνιχος Αἰγυπτίοις.

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

Argumentum vix diversum fuit ab eo quod Euripides in ejusdem nominis fabula tractavit. Animadvertendum est autem, quod etiam Suid. l. c. monuit, Phrynichum primum mulieres in scenam induxisse.

I. (2.)

Hesych. v. Ἀθαμβές· Φρύνιχος Ἀλκίστιδι (sic Schow.)·

Σῶμα δ' ἀθαμβὲς γυιοδόνιστον —
— τηρεῖ —

Toup. Emend. IV, p. 348, et Herm. corrigunt γυιοδόνητον, recte, ut videtur. Pro vulg. τήρει Schow. e cod. Venet. τείρει, quod probat Welck., verba a choro de Hercule, qui, ut apud Eur. Alc. 845, sq., Mortem corripuerit ac vexaverit, dicta ratus. At etiam τήρει vel, quod prætulerim, τηρεῖ a choro de Hercule dictum optimam præbet sententiam, ut dubitari possit, sitne τείρει an τηρεῖ præferendum. Utique vero vs. 1 de morte intelligendus est.

ΔΑΝΑΙΔΕΣ.

Hujus fabulæ idem fuisse videtur argumentum, quod Æschylus in *Danaidibus* repræsentavit; cf. Ahrens. ad Æsch. fgm. p. 203.

I. (3.)

Hesych. v. Ἔγκαρτα· τοὺς κεχουρευμένους πυρούς· ἀλλὰ καὶ ἔγκαρπα. Φρύνιχος Δαναΐσιν. Nescio an ad hunc locum illustrandum nonnihil valeat Schol. Soph. Trach. 237, τέλη ἔγκαρπα sic explicans : θυμιάματα τὰ ἀπὸ ἀνθῶν ἢ καρπῶν.

ΠΛΕΥΡΩΝΙΑΙ.

Meleagri mors in hac fabula commemorabatur, ut e Pausania (cf. fgm. I) liquet; attamen inde non consequitur, argumentum idem fuisse atque in Euripidis *Meleagro*. Jam enim ex fabulæ titulo intelligitur, chorum e mulieribus Pleuroniis constitisse; accedit vero Pausanias ipse, qui Phrynichum cum epicis poetis in hac historia narranda comparat, ut recte suspiceris, Phrynichum hausisse ex Hom. Il. IX, 529—599, et descripsisse pugnam inter Calydonios et Pleuronios (Ætolos et Curetes). Hinc facile, quum res Calydone acta sit, chorum e captivis Pleuroniis constitisse conjicies. Inscriptio fabulæ apud Suid. et Eudoc. l. c. erat Πλευρωνία, quam Bentl. Opusc. p. 294 e Tzetze (cf. fgm. II) correxit, consentiente Pausania l. c.

I. (4.)

Pausan. X, 31, 4 : Τὸν δὲ ἐπὶ δαλῷ λόγον, ὡς δοθείη μὲν ὑπὸ Μοιρῶν τῇ Ἀλθαίᾳ, Μελεάγρῳ δὲ οὐ πρότερον ἔδει τὴν τελευτὴν συμβῆναι, πρὶν ἢ ὑπὸ πυρὸς ἀφανισθῆναι τὸν δαλὸν, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καταπρήσειεν αὐτὸν ἡ Ἀλθαία, τοῦτον τὸν λόγον Φρύνιχος ὁ Πολυφράδμονος πρῶτος ἐν δράματι ἔδειξε Πλευρωνίαις

1.
Ἰαίνεται, irascitur, conficitur a veneno (παρὰ τὸν ἰόν).

2.
Corpus vero impavidum membris concussis conspicit.

3.
Ἔγκαρτα, descissum triticum. Sed dicitur etiam ἔγκαρπα.

(sic Walz.; antea erat Πλευρῶνι ες, ita quidem, ut ες ad sequentem versum referretur)·

Κρυερὸν γὰρ οὐκ
ἤλυξεν μόρον, ὠκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο
δαλοῦ περθομένου ματρὸς ὑπ' αἰνᾶς κακομηχά-
νου.

Οὐ μὴν φαίνεταί γε ὁ Φρύνιχος προαγαγὼν τὸν λόγον ἐς πλέον, ὡς εὕρημα ἄν τις οἰκεῖον, προσαψάμενος δὲ αὐτοῦ μόνον ἅτε ἐς ἅπαν ἤδη διαβεβοημένου τὸ Ἑλληνικόν.

II. (5.)

Tzetz. ad Lycophr. 434 (t. II, p. 604 ed. Müll.): Ἄλλος δέ τις ἱστορικός (Hecat. Miles. et Strab. VII, p. 321; IX, p. 401) φησιν, Ὕαντες ἔθνος βάρβαρον τὰς Θήβας παρῴκισαν. Μέμνηται δὲ τοῦ ἔθνους τούτου καὶ Φρύνιχος ὁ τραγικὸς ἐν δράματι Πλευρωνίαις λέγων·

Στρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὕαντος, ὃς γῆν ναῖεν, ἀρχαῖος λεώς,
πεδία δὲ πάντα καὶ παράκτιον πλάκα
ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις

Male correxit Blomf. Gloss. ad Æsch. Prom. 376, qui vs. 1 κράτος legit, Κάδμος.

ΤΑΝΤΑΛΟΣ.

Quid hæc fabula continuerit, non nisi ex titulo augurari possumus. Si cui vero incredibile videatur, Tantali historiam tragœdia expressam fuisse, is ad Æschyli *Sisyphum* et Euripidis *Ixionem* respiciat. Ceteroquin etiam Aristarchus *Tantalum* scripsit, quam conferas.

I. (6.)

Hesych. v. Ἐφέδρανα· ἐφ' ὧν καθῆντο οἱ τὰς λύρας ἔχουσι. Φρύνιχος Ταντάλῳ. Conf. Eustath. ad Il. IX, 340, p. 716 (604). Ῥοῦφος δὲ... καὶ ἐφέδρανα, τὰ ἐφ' ὧν καθεζόμεθα, ἐπάγει.

ΤΡΩΙΛΟΣ.

Dubium est num re vera fabulæ, ex qua de Troilo fragmentum Athenæus servavit, titulus *Troilus* fuerit; sed id in dubitationem vocari vix potest, quin ejus argumentum non discrepuerit a Sophoclis *Troilo*, de qua vide Ahrens. ad Soph. Fragm. p. 260.

I. (7.)

Athen. XIII, p. 564, F: Φρύνιχός τε ἐπὶ Τρωίλου ἔφη,

Λάμπειν ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς ἔρωτος.

Ibid. p. 604, A: Ὡς καλῶς Φρύνιχος ἐποίησεν εἴπας,

Λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς ἔρωτος.

Παρῇσι Porson. restituit, quum in cod. PVL. esset παρηΐσι, in C. παρειαῖσι.

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

In hac fabula, de qua peculiari libello Odofr. Müller. (l. c.) præclare egit, Phrynichus Glauco teste (cf. fgm. I) splendidam Græcorum victoriam ex Persis reportatam repræsentavit, inter annum Ol. LXXV, 1, quo Persæ ad Salaminem victi sunt, et Ol. LXXVI, 4, quo Æschyli Persæ docta est. Atque quum ex Plut. l. c. constet, anno Ol. LXXV, 4 Phrynichum tragœdiam docuisse, Themistocle choragium præbente: Bentl. l. c. p. 293 egregie intellexit, hoc ipso anno actam esse Phœnissas, quippe fabulam eodem modo ad Themistoclis, ut Æschyli Persas ad Aristidis honorem (cf. Welck. Mus. Rhenan. 1837, p. 211 sq.) celebrandum præcipue scriptam. Nam Themistoclis auctoritas atque gloria isto tempore maxima erat; cf. Diod. XI. 39 sq. Ex ejusdem vero Glauci verbis apparet, eo munere, quod Æschylus nobilium Persarum choro assignavit, nimirum ut doceret, qua conditione imperium Persarum tum uteretur, eodem apud Phrynichum eunuchum quendam esse functum sedilia principum sternentem. Simulque intelligitur, si principibus Persarum sedilia sternebantur, eorum adventum ipsum esse exspectatum: itaque sine dubio mox ejusmodi chori ingressus et cantus sequebatur. Talis chorus significari videtur voce « Σύνθωκοι », quæ prorsus convenit cum ea qua Glaucus usus est πάρεδροι, ut verissime judicaverit Müller., non diversam esse *Phœnissas* fabulam a Συνθώκοις. At vero in Phœnissis constabat chorus, ut ex nomine fabulæ pariter atque ex

---

4.

Etenim non effugit frigidam sortem, sed peredit eum velox flamma ardentis stipitis a matre dira ac malitiosa (igni immissi).

5.

Olim Hyantis exercitus in hanc terram invasit, prisca gens, quæ terram incoluit. Omnes vero campos et planitiem litoralem velox flamma voracibus maxillis comedit.

6.

Ἐφέδρανα, in quibus sedebant, qui lyras tenent.

7.

Fulget in purpureis genis amoris lux.

Schol. Aristopn. Vesp. 220 (cf. fgm. II) apparet, e Phœnissis mulieribus. Quid igitur? Ea ex difficultate vix aliter expedire nos possumus, quam ut cum Müllero statuamus, chorum bipartitum fuisse vel duos in hac fabula fuisse choros. Pro Συνθώκων nomine autem, quia illi σύνθωκοι nobiles Persæ erant, *Persarum* nomen usurpatum esse et mox *Phœnissarum* titulum, præcipue quum Æschyli fabula hinc expressa eandem inscriptionem haberet, grammaticorum usu obscurasse videtur, ut supra jam significatum est. Sed ut ad ipsum fabulæ argumentum revertamur, e Glauci verbis præterea discimus, Phrynichum statim in exordio universam Persarum cladem per eunuchum istum enarrasse, neque vero, sicut Æschylum, cæcum quendam animorum in Persis angorem sensim ad summum luctum atque mœrorem exardescentem descripsisse. Quo modo autem poeta reliqua instituerit, quum testimoniis ea in re plane destituti simus, nunc vix divines; attamen multi viri docti conjectando id explorare studuerunt. Quorum sententias qui cognoscere velit, adeat eorum scripta citata a Bodio Hist. Poes. Græc. III, p. 65, not. 4; p. 276, not. 1. Nos autem ejusmodi conjecturas ab hoc loco alienas duximus. Nihil igitur superest, nisi ut fragmenta ipsa subjiciamus.

I. (8.)

Argum. Æsch. Pers.: Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων· ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησὶ Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιῆσθαι· ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην,

Τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων·

πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχός ἐστιν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἧτταν στρωννύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις. Conf. Blomfield. præf. ad Æch. Pers. p. III sqq.

II. III. (9. 10.)

Schol. Aristoph. Vesp. 220: ἀρχαιομελισιδωνοφρυνιχήρατα· Παρὰ τὸ μέλι, ὅπερ ἐστὶν ἡδὺ, καὶ τὴν Σιδῶνα καὶ τὸν Φρύνιχον καὶ τὰ ἐρατὰ ἔμιξεν, οἷον ἀρχαῖα μέλη Φρυνίχου ἐρατὰ καὶ ἡδέα, καθάπερ μέλι περιέχοντα τὸ τῆς Σιδῶνος ὄνομα. Φρύνιχος δὲ ἐγένετο τραγῳδίας ποιητής, ὃς ἔγραψε δρᾶμα Φοινίσσας, ἐν ᾧ μέμνηται Σιδωνίων· τὰ δὲ μέλη εἶπε διὰ τὴν γλυκύτητα τοῦ ποιητοῦ. — Ἄλλως· ὅτι δι' ὀνόματος ἦν καθόλου μὲν ὁ Φρύνιχος ἐπὶ μελοποιίᾳ, μάλιστα δὲ τὸ ἐκ τῶν Φοινισσῶν αὐτοῦ τὸ

Καὶ Σιδῶνος προλιπόντα ναόν,

ἢ

Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες.

In priori fragmento Dindorf. e cod. Veneto προλιπόντα pro vulg. προλιποῦσα dedit; alterum vero, in quo pariter λιποῦσα erat, ex Hesychio emendari ac suppleri potest, qui hæc habet, v. Γλυκερῷ Σιδωνίῳ· δρᾶμα δέ ἐστιν, ἐν ᾧ τῆς θυμέλης (h. e. parodi) ἄρχεται οὕτως·

Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες καὶ δροσερὰν Ἄραδον.

Διεβεβόητο δὲ τὸ μέρος (corrige μέλος) τοῦτο. — In codice Hesychii est: λιπόντες καΐδρος ἐρανάδαρον, ex quo primus Schow. verba καὶ δροσερὰν, Bergk. deinde Ἄραδον elicuit.

IV. (11.)

Athen. XIV, p. 635, C: Καὶ Φρύνιχος δ' ἐν Φοινίσσαις εἴρηκε·

Ψαλμοῖσιν ἀντίσπαστ' ἀείδοντες μέλη.

Conf. Bœckh. De metr. Pind. III, 11, p. 261 sq. Verba e nuntii cujusdam narratione ducta videntur.

V. (12.)

Bekk. Anecd. gr. p. 114, 6: Σφηκῶσαι· τὸ δῆσαι, Φρύνιχος Φοινίσσαις. Conf. Schol. Hom. Il. ρ', 52.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (13.)

Hephæst. De metr. p. 67 ed. Gaisf.: Τῶν δὲ ἐν τῷ μέτρῳ μεγεθῶν τὸ μὲν ἐπισημότατόν ἐστι τὸ τετράμετρον καταληκτικὸν, οἷον τὸ τοῦ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ τουτί·

Τό γε μὴν ξείνια δούσαις, λόγος ὥσπερ λέγεται,
ὀλέσαι κἀποτεμεῖν ὀξεῖ χαλκῷ κεφαλάν.

Vs. 1 Müller. l. c. et Herm. El. doctr. metr. p. 473, δούσας scribi jubent, quo tamen vix opus; vs. 2 autem bene Dorvillius restituit, quum in codd. esset ὀλέσαι καί ποτε.

8.

Hæc quidem Persarum dudum profectorum —

9.

Ac (me), qui Sidonis templum reliqueram —

10.

Sidonia urbe relicta et roscida Arado.

11.

Fidibus canentes modos diapason resonantes.

12.

Σιφηκῶσαι, colligare.

13.

Mulieres certe quæ munera hospitalia dederant.
ut fama fert, perdere iisque caput
ense acuto abscindere.

II. (14.)

Priscian. Institt. gramm. XVIII, p. 198 ed. Krehl.: *Participia pro verbis ponunt Attici, quod frequenter faciunt Latini. — Phrynichus :*

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, μή μ' ἀτιμάσας γένῃ.

Cur hoc fragm. Meinek. Poet. com. II, p. 605, comico Phrynicho tribuerit, nescire me fateor : nam et orationis color tragicus est et frequentissime apud tragicos invenitur ipsa participii constructio, de qua Priscianus agit; cf. Soph. Aj. 588 : Μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. Matth. Gr. Gr. § 560.

III. (15.)

Bekk. An. gr. p. 116, 26 : Ψέλια· τὰ τοῖς πήχεσιν· οὐ μόνον στρεπτά. (scr. στρεπτοί). Φρύνιχος. Primus huc rettulit Blomfield. præf. ad Æsch. Pers. p. IV.

IV. (16.)

Ibid. p. 406, 9 : Ἄνοις· ἀντὶ τοῦ ἀνύοις· Φρύνιχος. Sed hoc fortasse ad comicum pertinet.

V. (17.)

Cram. Anecd. gr. Paris. I, p. 389, 29.

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

ἐκ τῶν Φρυνίχου. — Γαῖα hoc loco eadem ratione dictum videtur, qua apud Soph. El. 237 : Εἰ γὰρ μὲν ὁ θανὼν γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὢν κείσεται κτλ.

VI. (18.)

Schol. Hom. Il. γ', 219 : Ὁ Σοφοκλῆς ἴδριδα ἔφη τὴν αἰτιατικήν, ὅ τε Φρύνιχος τὴν εὐθεῖαν ἴδριδες.

VII. (19.)

Zonar. 757, v. Ἐξ ὀφθαλμῶν· Φρύνιχος·

Ἐγὼ δέ, μισεῖ γάρ μ', ἄπειμ' ἐξ ὀμμάτων.

VIII. (20.)

Hesych. v. Σεμέλη (corrige θυμέλη)· τράπεζα· παρὰ δὲ Φρυνίχῳ ἑορτή. Cf. Etym. M. p. 458, 30, Etym. Orion. p. 72, 8, Phavor. p. 265.

ΑΡΙΣΤΙΑΣ.

Aristias, Pratinæ filius, sicut pater maxime fabulis satyricis excelluit; cf. Pausan. II, 13, 6 : Ἐνταῦθά (h. e. Phliunte) ἐστι καὶ Ἀριστίου μνῆμα τοῦ Πρατίνου· τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώματα. Cui loco ne nimium tribuatur cavendum esse supra ad Pratinæ vitam monuimus; nam eandem laudem Menedemus Achæi Satyris tribuit apud Diog. Laert. II, 132. De Aristiæ vita compertum nihil habemus, nisi quod cum Sophocle certavit, si fides habenda est scriptori Vit. Soph. : (Σοφοκλῆς) συνηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ καὶ Χοιρίλῳ (vide quæ ad Chœrilum disputavimus) καὶ Ἀριστίᾳ καὶ ἄλλοις καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ. At quo anno hoc factum sit, nunc explorari nequit. Neque ejus fabularum numerus quantus fuerit scimus : nam eum non plures quam illas quinque, quarum nomina servata nobis sunt, scripsisse vix credibile est. Quarum tituli hi sunt : Ἀνταῖος, Ἀταλάντη, Κῆρες, Κύκλωψ, Ὀρφεύς.

Eorum autem sententiam, qui Aristiam poetis comicis accensuerunt, bene redarguit Meinek. Poet. com. I, Epimetr. I, p. 504.

ΑΝΤΑΙΟΣ.

De argumento hujus fabulæ vide quæ ad Phrynichi Antæum disseruimus; haud dubie enim utrumque drama eandem materiam complexum est.

I. (1.)

Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 10, 18 ed. Dindorf. : Ἔνθα φησὶν Ἀνταῖος

Αἰγαίου Ποσειδῶ παῖς, πατὴρ δ' ἐμός —

Apertis verbis Antæum Neptuni filium vocat Apollod. II, 5, 11, § 6.

14.

O vir dilectissime, noli me contemnere.

15.

Ψέλια, *armillæ*, neque solum *torques* (στρεπτοί).

16.

Ἄνοις pro ἀνύοις, perficias.

17.

Cadaveris mei terra misceatur igni.

18.

Sophocles accusativum (vocabuli ἴδρις) ἴδριδα (*scientem*) usurpavit, et Phrynichus nominativum (pluralem) ἴδριδες.

19.

Ego vero — nam odit me — ex ejus conspectu abibo.

20.

Θυμέλη, mensa; apud Phrynichum vero festum significat.

ARISTIA.

1.

Ægæi Neptuni filius vero, pater meus —

ΑΤΑΛΑΝΤΗ.

Atalantæ historiam, a poetis comicis frequenter tractatam (cf. Meinek. Poet. com. I, p. 225) narrat Apollodorus (III, 9, 2) his verbis : « Ex Iaso et Clymene, Minyæ filia, nata est Atalanta, quam pater masculæ prolis cupidus exposuit. Verum ursa frequenter ad eam accedens mammas præbebat, dum venatores inventam apud se educarent. Adulta deinde Atalanta virginem se servabat et armata in solitudine venari consueverat. Cui quum Rhœcus et Hylæus centauri vim inferre vellent, ab ea sagittis confossi cecidere. Eadem cum ceteris principibus apri Calydonii venationi interfuit atque ludis in Peliæ honorem institutis, ubi cum Peleo luctata superior discessit. Postea inventis parentibus a patre viro nubere jussa in locum stadii mensuram exæquantem descendit et in ejus medio trium cubitûm palum terræ impegit, indeque procorum cursus exire jubens ipsa insecuta est armata. Et ei quidem, quem inter termini fines consequeretur, cædes; quem vero minus, ei conjugium promittebatur. Jamque post multorum cædes Milanion ejus amore inflammatus in certamen descendit. Is mala aurea, quæ, Veneris dona, secum attulerat, quum Atalanta eum insequebatur, in terram projecit. Quibus illa colligendis occupata cursu devicta est. Milanion igitur duxit eam uxorem. Sed fama est eos aliquando per venationis otium in Jovis sacrum penetrasse, ibique mutuo complexu coeuntes in leones esse commutatos. » Hinc facile eligi aliquid poterat, quod tragœdiæ vel potius fabulæ satyricæ materiam præberet.

I. (2.)

Polluc. VII, 31 : Ἁρπεδόνας δὲ τὰ νήματα εἶπεν Ἡρόδοτος, Ἀριστίας (sic optimus cod. Falckenburg.; reliqui Κριτίας) δὲ ἐν Ἀταλάντῃ ἁρπεδόνην τε λύσιν ἱστοῦ, τραγικώτερον. Pro λύσιν Kuhn. scribi maluit λῦσον, sed probabilius correxit Friebel. (Poet. Satyr. fragm. p. 68) « ἁρπεδόνην τ' ἔλυσεν ἱστοῦ. »

ΚΗΡΕΣ.

In hac fabula quid repræsentaverit Aristias, haud facile divines, de correctione ἐν τοῖς Κρησὶν pro ἐν ταῖς Κηρσὶν autem in Athenæum inferenda non cogitandum esse egregie docuit Welck. Append. Æsch. Tril. p. 286 sq., 295 sq. Imo Κῆρες titulus confirmatur Achæi Eretriensis fabula satyrica Μοῖραι, sine dubio idem argumentum complexa, de qua infra verba facimus.

I. (3.)

Athen. XV, p. 686, A : Καὶ κατὰ τὸν Φλιάσιον Ἀριστίαν· καὶ γὰρ οὗτος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Κηρσὶν ἔφη·

Σύνδειπνος ἢ 'πίκωπος ἢ μαζαγρέτας,
Ἅδου τραπεζεὺς, ἀκρατέα νηδὺν ἔχων.

ΚΥΚΛΩΨ.

Polyphemi et Ulixis historiam ab Homero (Od. IX, 152 sqq.) copiose descriptam hac fabula expressam fuisse quum ex fragmento, quod superest, tum ex Euripidis Cyclope, quam integram habemus, probabile fit.

I. (4.)

Mich. Apost. IV, 7. Arsen. Viol. p. 71 ed. Walz.

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

Αὕτη (sc. ἡ γνώμη) γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριστίου Κύκλωπος, ὥς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων· καὶ Πολύφημος οὕτω φησὶ πρὸς Ὀδυσσέα ἐν Κύκλωπος δράματι λεγομένῳ. Λέγεται ἐπὶ τῶν τοῖς καλοῖς τὰ χείρω ἐπιμιγνύντων. Similia præbent Zenob. Proverb. II, 16, Diogenian. II, 32, Suid. v. Ἀπώλεσας τὸν οἶνον κτλ. Eundemque versum sine auctoris nomine in usum suum convertit Athen. VIII, p. 362, A.

ΟΡΦΕΥΣ.

In hac fabula id repræsentatum fuisse videtur, quod narrant Eratosth. Catast. 24 (cf. Æsch. fgm. 16 ed. Ahrens) et Conon. Narr. 45 : Τελευτᾷ δὲ (ὁ Ὀρφεὺς) διασπασαμένων αὐτὸν τῶν Θρᾳκίων καὶ Μακεδόνων γυναικῶν, ὅτι οὐ μετεδίδου αὐταῖς τῶν ὀργίων, τάχα μὲν καὶ κατ' ἄλλας προφάσεις· φασὶ δ' οὖν αὐτὸν δυστυχήσαντα περὶ γυναῖκα πᾶν ἐχθῆραι τὸ γένος, quodque Æschylus in Bassaridis commemoravit fortassis ad Aristiæ fabulam respiciens. Quam qui propter tragicum exitum satyricam fuisse negant, meminerint velim Lycurgi Æschylei.

I. (5.)

Pollux, IX, 5, § 43 : Ξενοφῶν καὶ χωρὶς τοῦ δρόμου τῷ ξυστῷ κεχρῆσθαι δοκεῖ ἐν τῷ Οἰκονομικῷ (XI, 15)

2.

Et texti filum resolvit —

3.

Conviva est aut remex, aut mazæ venator,
Orci parasitus, incontinentem ventrem habens.

4.

Affusa aqua vinum perdidisti.

εἰπὼν, ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην. Εἴρηται δὲ ἐν τῷ Ἀριστίου Ὀρφεῖ·

Ἦν μοι παλαίστρα καὶ δρόμος ξυστὸς πέλας.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (6.)

Athen. II, p. 60, B : Ἀριστίας·

Μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον.

Recte ὠρέχθει Casaub. restituit pro ὀρέχθει, quod Athenæi codd. præbent. Cf. Eustath. ad Il. ο', p. 1020, 31, Basil. : Ἔστι δὲ καὶ μύκης μύκητος καὶ μύκου, ὁποῖος ἂν καὶ εἴη αὐτὸς εἴτε ὁ τοῦ λύχνου, ὃς καὶ μύξα λέγεται, εἴτε ὁ τῆς σπάθης, ἀφ' οὗ καὶ ἡ Μυκήνη, ὡς προεδηλώθη, ἐκλήθη κατά τινας, εἴτε ὁ ἐκ γῆς ὁ καὶ ἀμανίτης, οὗ τῆς μὲν ἰσοσυλλαβίας χρῆσις παρά τε ἄλλοις καὶ Ἀριστίᾳ εἰπόντι· μύκαισι δ' ὀρέχθαι τὸ λάϊνον δαπέδον (sic). Aristias ludere videtur in vocabulis μύχη, *mugitus*, et μύκης, *fungus*; cf. Welck. l. c. p. 87, Friebel. l. c. p. 70. Locum haud improbabiliter ad Cyclopem retuleris.

II. (7.)

Hesych. v. Πευκαλεῖται· ξηραίνεται· ἢ ἀντὶ τοῦ ζητεῖται. Ἀριστέας. Corrigendum videtur Ἀριστίας, nisi forte, quod equidem haud veri simile existimo, Hesychius Aristeam, poetam epicum, dixit.

ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ.

Aristarchi vitam paucis adumbravit Suid. v. Ἀρίσταρχος, Τεγεάτης, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής, νοσεῖ τινα νόσον, καὶ ἰᾶται αὐτὸν ὁ Ἀσκληπιὸς καὶ προστάσσει χαριστήρια τῆς ὑγείας· ὁ δὲ ποιητὴς τὸ δρᾶμα τὸ ὁμώνυμόν οἱ νέμει. — — — Οὗτος δὲ ὁ Ἀρίσταρχος σύγχρονος ἦν Εὐριπίδῃ· ὃς πρῶτος εἰς τὸ νῦν αὐτῶν μῆκος τὰ δράματα κατέστησεν, καὶ ἐδίδαξε μὲν τραγῳδίας ἑβδομήκοντα· ἐνίκησε δὲ δύο, βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ρ'. In quibus illud præcipue memorabile est quod Suidas eum primum dramata ad illum quem nunc habeant ambitum produxisse narrat. Nam et hinc et inde, quod Eusebius (apud Hieronymum) Aristarchum Ol. LXXXI, 2 inclaruisse dicit, consequitur, eum antiquioribus tragœdiæ poetis Æschyli æqualibus esse adnumerandum. Jam enim multo prius quam Euripides fabulas docuerit necesse est, si demum Ol. LXXXI, 2 gloriam assequebatur, quemadmodum Sophocles, quem Eusebius jam Ol. LXXVIII fabulas egisse tradit, ab eodem Ol. LXXXIII demum maxime inclaruisse (ἐγνωρίζετο) dicitur. E LXX Aristarchi fabulis nonnisi trium tituli nobis innotuerunt, Ἀσκληπιὸς (cf. Suid. l. c.), Ἀχιλλεὺς et Τάνταλος; nullum vero ex iis, si Tantalum exceperis, fragmentum superest. Atqui de *Achille* in universum judicium facere possumus, quandoquidem Ennius hoc drama in Latinum sermonem transtulit; cf. Fest. p. 242 ed. Od. Müll. : « *Prolato ære astitit*, » Ennius in *Achille Aristarchi* quum ait, significat clypeo ante se protento. » Adde Non. Marc. v. Præliant : « Ennius Achille Aristarchi :

Ita mortales inter sese pugnant, præliant. »

Quare etiam reliqua fabulæ Ennianæ fragmenta huc referri debent :

Quo nunc incerta re atque inorata gradum
regredere conare?
Serva cives, defende hostes, quum potes defendere,
Per ego deûm sublimes subices, humidus
unde oritur imber, sonitu sævo et spiritu. (Fgm. 1. 2. 4. ed. Bothe.)

Ita magni fluctus ejiciebantur. (Schol. Gronov. ad Cic. Verr. act. II, lib. I, c. 18, p. 403 ed. Orell.)

Præcipue vero huc pertinet fragmentum, quod Cic. Or. pro S. Rosc. Amer. 32, 90 servavit :

Quis ibi non est vulneratus ferro Frugio?

propter adnotationem scholiastæ Gronov. ad h. l. p. 434 ed. Orell. : « In Ennio hæc fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidem cum Græcis pugnare noluit, quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Ulixes vulneratus inducitur et fugiens ad Achillem venit. Quum interrogaretur ab Ajace, cur fugisset, ille ut celaret dedecus suum :

Quis enim vulneratus ferro Frugio? »

Hinc enim apparet, fabulæ argumentum fere non discrepuisse ab eo, quod Æschylus in Myrmidonibus tractavit, de quo vide Ahrens. p. 182 sq. In versu illo autem particulam *non* abesse nullo modo posse et omnino versum sic restituendum esse :

Quis ibi non vulneratu' st ferro Frugio?

nemo non videt. Initium dramatis Latine reddidit Plaut. Pœnul. prol. :

Achillem Aristarchi mihi commentari lubet,

5.

Prope mihi erat palæstra et circus.

6.

Mugitu vero resonabat lapideum solum.

7.

Πευκαλεῖται, exsiccatur, vel pro : vestigatur.

indeque mihi principium capiam ex ea tragœdia.
Sileteque et tacete atque animum advortite,
audire jubet vos imperator histricus.

Welckerus præterea huc refert Achillique ipsi tribuit ejusdem prologi vs. 11 sq :

Exsurge præco, fac populo audientiam;
jam dudum exspecto, si tuum officium scias.

Respexisse ad hanc fabulam videtur Ovid. Trist. II, 411.

ΤΑΝΤΑΛΟΣ.

Quid hæc fabula continuerit, nonnisi ex titulo divinare possumus. Unde Tantalum in ea pœnas (quas primus descripsit Hom. Od. XI, 582 sq.) diis dedisse suspiceris, quia iis hospitio ipsius usuris, quos tentaret, Pelopem, filium suum, coctum apposuerat. Dii enim facinore facile perspecto cibum aversati erant præter unam Cererem, quæ pueri humerum comederat, cujus loco Juppiter postea illi in vitam revocato eburneum dedit. — Fragmentum quod superest, ad priorem fabulæ partem pertinere videtur, ubi Tantalus de natura deorum ambigebat. Quod probabile fit quum ex fragmento ipso tum ex titulo capitis, in quo Stobæus illud exhibet, quippe qui ita se habeat : περὶ τῶν τὰ θεῖα ἑρμηνευόντων καὶ ὡς εἴη ἀνθρώποις ἀκατάληπτος ἡ τῶν νοητῶν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλήθεια.

I. (1.)

Stob. Ecl. Eth. II, 1, 1 (tom. II, p. 2 ed. Heer.) c. lemm. Ἀριστάρχου ἐκ Ταντάλου (sic optimi codd. V. A. 2).

Καὶ ταῦτ' ἴσον μὲν εὖ λέγειν, ἴσον δὲ μή·
ἴσον δ' ἐρευνᾶν, ἐξ ἴσου δὲ μὴ εἰδέναι·
πλεῖον γὰρ οὐδὲν οἱ σοφοὶ τῶν μὴ σοφῶν
εἰς ταῦτα γιγνώσκουσιν· εἰ δ' ἄλλου λέγει
ἄμεινον ἄλλος, τῷ λέγειν ὑπερφέρει.

Vs. 4 cogitatione ad ταῦτα addas τὰ θεῖα.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Stob. Floril. LXIII, 9.

Ἔρωτος ὅστις μὴ πεπείραται βροτῶν,
οὐκ οἶδ' ἀνάγκης θεσμόν· ᾧ πεισθεὶς ἐγὼ
οὕτω κρατηθεὶς τάσδ' ἀπεστάλην ὁδούς·
οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἀσθενῆ σθένειν
τίθησι, καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρον.

Vs. 3 cod. Voss. et Arsen. ἐπιστάμην. Paris. B ἐπεστάλην. — Vs. 5 Blomf. ad Æsch. Prom. 59 maluit πόρους.

II. (3.)

Stob. CXX, 2.

Ὦ θάνατε, σωφρόνημα τῶν ἀμεινόνων.

III. (4.)

Schol. Soph. OC. 1320 : Ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης φασὶ Παρθενοπαῖον στρατεῦσαι, ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος.

IV. (5.)

Athen. XIII, p. 612, F : Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν

Τάδ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

In auctore hujus versus citando non consentiunt veteres scriptores; cf. Suid. p. 2796, Ded. Gaisf. : Ὡς οὐχ Ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος, ὥσπερ παροιμία· ὁ στίχος δέ ἐστι Χαιρήμονος ἐκ Θερσίτου. Idem Suid. vero v. Ὑπάρχων hunc vs. Menandro assignat, et Zenob. VI, 51 vel fabulæ Menandreæ nomen (Ὀλυνθία) addit. Sed versus in proverbium abiisse videtur ac sic facile a pluribus poetis adhiberi potuit.

V. (6.)

Aristarchi fragmentis adnumerare non dubito

1.

De rebus istis par loqui vel non loqui.
Par jus et ignorantis et quærentis est.
Nec qui putantur sapere, plus horum vident
inerte vulgo : si quis autem rectius
loqui videtur, plus habet solum loqui.

Gr.

2.

Qui nulla Amoris passus est incendia,
Necessitatis nescit invictæ jugum,
quæ me subegit hoc iter capessere.
Namque ille robur addit infirmis deus,
idemque monstrat inviis rebus viam.

Gr.

3.

O mors, superbis sola quæ frenum injicis.

Gr.

4.

Alii non Atalantæ filium Parthenopæum expeditionem suscepisse dicunt, sed Talai, quem alii litera K Kalaum pronuntiant, velut Aristarchus Tegeates et Philocles narrant, atque ex historicis Hecatæus Milesius.

5.

Non hæc ego ultro dico, sed me vindicans. Gr.

locum apud Schol. ad (Eurip.) Rhes. 36 exstantem : Τὸν Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης φασὶ Καλλιστοῦς καὶ δύο παῖδας γενομένους· ἀφ' ἧς ὄρος Κυλλήνης. Ἄλλοι δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Πηνελόπης, ὡς καὶ Εὐφορίων, ὃν ἔθρεψαν νύμφαι. Ἀρῆθος δὲ ὁ Τεγεάτης αἰθέρος αὐτὸν καὶ νύμφης Οἰνόης γενεαλογεῖ. Nam qui hoc loco citatur *Arethus* Tegeates, nusquam præterea commemoratur nec commemorari potuit, quum nomen Ἀρῆθος ne græcum quidem sit; pro quo emendatione, ut equidem opinor, certissima revocandum est Aristarchi nomen. Facile enim Ἀρίσταρχος per compendium scriptum in Ἀρῖθος (Ἀρῆθος) abire potuit.

ΝΕΟΦΡΩΝ.

De Neophrone hæc habet Suidas : Νεόφρων ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος, τραγικός· οὗ φασιν εἶναι τὴν τοῦ Εὐριπίδου Μήδειαν· ὃς πρῶτος εἰσήγαγε παιδαγωγοὺς καὶ οἰκετῶν βάσανον· ἐδίδαξε δὲ τραγῳδίας ρκ'. Συνῆν δὲ τὰ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ διότι φίλος ἦν Καλλισθένει τῷ φιλοσόφῳ, σὺν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸν ἀνεῖλεν αἰκισμοῖς. Consentit Eudoc. p. 310. In extremis Suidam manifesto errore lapsum esse ac Neophronem cum Nearcho commutasse jam pridem viri docti intellexerunt (cf. Elmsl. ad Eur. Med. p. 68 sq. etc.), idque satis luculenter ex eo apparet, quod idem Suidas (v. Φερεκράτης) Pherecratem, veteris comœdiæ poetam, cum Alexandro militasse ait, et quæ hoc loco de Neophrone tradidit, s. v. Καλλισθένης de Nearcho (quem iterum cum Neophrone confusum τραγικὸν dicit) refert. Si igitur Neophro, ut e Suida aliquis concludere possit, haudquaquam Alexandri Magni æqualis fuit et Ol. CXII mortem obiit, tamen cavendum est, ne cum Runkelio, qui in Seebodii libro, cui titulus est *Archiv für Philologie* etc. 1825, II, p. 682 sq. bene de hoc poeta egit, inter Ol. LX et LXXV eum vixisse statuamus, propterea quod pædagogum et servorum tormenta in tragœdiam introduxerit. Nam ut illud taceam, quam incerta ejusmodi ratio sit, inde potius, quod Neophro, a quo Euripides Medeam suam mutuatus esse dicitur, in hoc mytho a vulgari narratione recessit atque novavit, consequi videtur, eum non antiquissimis tragœdiæ temporibus vixisse, sed paullo ante Euripidem, quem Ol. LXXXI primum in certamen descendisse omnes norunt. At quod Suidas Euripidem Neophronis Medeam sibi ascivisse narrat, id confirmant Diog. Laert. (Menedem.) II, 134 : ... ὥστε πταίουσιν οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἔνιοι Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασίν· et Argum. ad Eurip. Med. : Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι (sc. ὁ Εὐριπίδης) παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος Βίου, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ὑπομνήμασι. Neque tamen viros doctos latuit, qua ratione hoc intelligendum sit. Ab omni enim veri similitudine abhorret, Euripidem, poetam clarissimum, tragœdiam a Neophrone, poeta non admodum illustri, compositam suo nomine edidisse. Quid igitur? Mutuatus est Euripides, ut præclare Elmsl. l. c. monuit, ab illo fabulæ œconomiam personarumque mores, et utrumque sine dubio perfecit, vel quod idem est, Neophronis Medeam διεσκεύασεν (cf. Argum. ad Med. l. c.). Longe enim in Medeæ mytho tractando ab Æschylo et Sophocle recessit ; quare Aristophanes Byz. (Argum. ad Eurip. Med.), postquam Euripideæ fabulæ argumentum paucis exposuit, addit : παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία. Atque prorsus eadem ratione haud dubie ante Euripidem (cf. Elmsl. l. c.) ab illis Neophro recesserat (cf. fgm. I); quod quum ab aliis adnotatum esset, ab aliis male ita acceptum est, quasi Euripides totum illius drama sibi supposuisset. Procul dubio autem Neophronis Medea mox Euripideâ obscurata est : qua re factum esse videtur, ut etiam Aristoteles, ubi de Medeæ mytho, qualis apud Euripidem est, egit (Poet. c. 15), nullam Neophronis rationem habuit. Ceterum Neophronis Medeæ tria tantum supersunt fragmenta, quæ haud spernendam fuisse ejus fabulam declarant.

ΜΗΔΕΙΑ.

1.

Schol. ad Eurip. Med. 674 (649 E.) : Νεόφρων δ' εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι πρὸς Μήδειαν, ἕνεκα τοῦ σαφισθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μήδειας, γράφων οὕτως·

Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν
σοῦ. Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἥν ἔχρησέ μοι
Φοίβου πρόμαντις, ξυμβαλεῖν ἀμηχανῶ·
σοὶ δ' εἰς λόγους μολὼν γὰρ ἤλπιζον μαθεῖν.

Hos vss., quos e correctione Valck. ad Phœn. 709. dedimus, ab Ægeo ad Medeam dictos esse neminem fugit. — Vs. 2 legebatur σοῦ πρίν· θείαν

1.
Etenim ipse veni, ut explicationem aliquam abs te audirem; nam qua ratione Pythiam vocem, quam mihi Phœbi vates edidit, intelligam, hæreo. Enimvero speravi me tecum collocutum id esse cogniturum.

κτλ., vs. 3 fin. et sq. ἀμηχάνως οἶδ' εἰς λόγους μολεῖν κτλ. Pro γὰρ vero Valck. scripsit ἄρ' Pors. ad Med. 666 γ' ἄν.

2.

Stob. XX, 34. Νεόφρων ἐν Μηδείᾳ·

Εἶεν· τί δράσεις, θυμέ; βούλευσαι καλῶς
πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν, καὶ τὰ προσφιλέστατα
ἔχθιστα θέσθαι. Ποῖ ποτ' ἐξῇξας τάλας;
κάτισχε λῆμα καὶ σθένος θεοστυγές.
Καὶ πρὸς τί ταῦτ' ὀδύρομαι, ψυχὴν ἐμὴν
ὁρῶσ' ἔρημον, καὶ παρημελημένην
πρὸς ὧν ἐχρῆν ἥκιστα; Μαλθακοὶ δὲ δὴ
τοιαῦτα γιγνόμεσθα πάσχοντες κακά;
οὐ μὴ προδώσεις, θυμέ, σαυτὸν ἐν κακοῖς.
Οἴμοι, δέδοκται· παῖδες, ἐκτὸς ὀμμάτων
ἀπέλθετ'· ἤδη γάρ με φοινία μέγαν
δέδυκε λύσσα θυμόν· ὦ χέρες, χέρες,
πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεσθα· φεῦ·
τάλαινα τόλμης, ἣ πολὺν πόνον βραχεῖ
διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ.

Medeæ ipsius verba sunt, quibuscum Eurip. Med. 1019 sq., 1056 sq. comparare operæ pretium est. — Vs. 4 μένος pro σθένος conjecit Elmsl. ad Med. 1024. — Vs. 5 Pors. ad Hec. 728 et Elmsl. l. c. τί ταῦτα δύρομαι, quo minime opus est; cf. Ellendt. Lex. Soph. v. Ὀδύρομαι. — Vs. 14 ἣ bene correxit Toup. ad Longin. XXIII, 3 et Elmsl. l. c.

3.

Schol. ad Eurip. Med. 1384 (1354 E.): οἱ μὲν λέγουσι κατὰ Μηδείας χόλον ἢ κέλευσιν ὑπὸ τῇ πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς καταδαρθέντα τὸν Ἰάσονα τελευτῆσαι, ἐμπεσόντος αὐτῷ ξύλου. Νεόφρων δὲ ξενικώτατον· ἀγχόνῃ γὰρ τελευτῆσαι· τὴν γὰρ Μήδειαν παράγει πρὸς αὐτὸν εἰποῦσαν·

Τέλος φθερεῖ γὰρ οὐ τὸς αἰσχίστῳ μόρῳ,
βρόχον τὸν ἀγχόνης ἐπισπάσας δέρῃ.
Τοία σε μοῖρα σῶν κακῶν ἔργων μένει,
δίδαξις εἰς τοὺς μυρίους ἐφημέρους,
θεῶν ὕπερθε μήποτ' αἴρεσθαι βροτούς.

Medea hæc Iasoni post liberorum necem dixisse videtur (cf. Eurip. Med. 1386. sq.), quæ præter vs. 2. ex emendatione God. Hermanni (in Censura Medeæ ab Elmsl. editæ ad vs. 1354) exhibuimus. Legebatur enim ex edit. Ven.: τέλος γὰρ αὐτεχθίστω μόρω φέρεις | βροτὸν ἀγχόνης ἐπισπάσας ἔρη. | τοῖα τε μοῖρα σῶν κακῶν ἔργων μένει. | διδάξεις τοὺς ἄλλους μυρίους ἐφημέρους, | θεῶν ὕπερθε μήποθ' αἱρεῖσθαι βροτούς. Cod. Florent. vero, cujus scripturam Matthiæus vulgavit, habet vs. 1 αὐτὸς ἐχθίστῳ, vs. 2 βρόχῳ τὸν ἀγχόνης ἐπισπάσας δέρην, vs. 3 σε pro τε, vs. 4 διδάξεις τοὺς ἄλλους κτλ., vs. 5 μήποθ' αἱρεῖσθαι βροτοῖς. Quibus versibus corrigendis operam dederunt Musgr. et Elmsl. ad Med. 1354, quorum ille vs. 1, 2 τέλος γὰρ αὐτὸς | ἐχθίω μόρον φέρεις, βρόχειον ἀγχόνης ἐπισπάσας δέρῃ. Elmsl. vero τέλος γὰρ αὐτὸς αὐτὸν αἰσχίστῳ μόρῳ φθερεῖς * * * * | βρόχον τὸν ἀ. ἐ. δ. God. Hermann. l. c. βροχωτὸν ἀγχόνην, sed equidem Elmsleii correctionem, quo manifesto librorum scriptura ducit, quam vocem βροχωτὸν alibi non exstantem recipere malui. Vs. 4 Musgr. διδάξεις δέ τ' ἄλλους μ. ἐ. Heath. ἄλλους διδάξεις μ. ἐ. Elmsl. et Runkel. δίδαξις ἄλλοις μυρίοις ἐφημέροις. Vs. 5 Barnes., Elmsl., reliqui αἴρεσθαι.

ΙΩΝ.

Io ex paucorum illorum poetarum numero fuit, qui jam in antiquitate ipsa tantam sibi laudem compararunt, ut grammatici Alexandrini eos non solum dignos judicarent, quos in canonem quendam poetarum tragicorum ab ipsis constitutum reciperent, sed quibus interpretandis etiam singularem operam navarent. De eo enim Arcesi-

2.

Quid adeo properas, anime? consulta antequam
tam fœda peragis, capitaque hæc carissima
tibi sumis hostes. Misera quo tendas vide.
Sævi furoris reprime conatum impium.
Sed heu, quid ista pectori mœsto queror,
deserta et his contempta, præsidium mihi
quos decuit esse? Cordis ignavi est nimis
flagitia tanta posse inultam perpeti.
Sed, anime, ne tu te quoque his prode in malis.
Proh constitutum est? Fugite conspectus meos,
jam fugite, pueri. Pectus implevit mihi
cruenta rabies. O manus, ambæ manus,
in quale facinus noster armatur furor?
Audacia o miseranda! quam longos meos
perdo labores ipsa momento brevi!

Gr.

3.

Postremo enim ipse interibis turpissimo fato
suspendii, reste in colle constricta.
Talis facinorum tuorum finis te exspectat,
ut documento sexcentis sis mortalibus,
ne supra deos unquam homines attollantur.

laus (Diog. Laert. IV, 31, Eudoc. p. 70) et Bato Sinopensis (Athen. X, p. 436, F) peculiaribus libellis egerunt; Aristarchus (Athen. XIV, p. 634, C), Didymus (Athen. XI, p. 468, D) et Epigenes (Athen. XI, p. 468, C) in ejus tragœdias commentarios scripserunt. Quo majorem autem Io adeptus est gloriam, eo acerbiori dolore afficimur, quod ex multis variisque ejus scriptis non modo nullum opus integrum ad nos pervenit, sed ne tot quidem fragmenta ætatem tulerunt, ut satis justa de eo ferri posset sententia. De ejus vita hæc veterum circumferuntur testimonia. Schol. Aristoph. Pac. 835: Ἴων ὁ Χῖος, διθυράμβων καὶ τραγῳδίας καὶ μελῶν ποιητής· ἐποίησε δὲ ᾠδήν, ἧς ἡ ἀρχή «ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείναμεν, ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον.» Φαίνεται δὲ τετελευτηκὼς ἐκ τούτων. Παίζων οὖν ὁ Ἀριστοφάνης ἀοῖον αὐτόν φησιν ἀστέρα κληθῆναι. Περιβόητος δὲ ἐγένετο· ἔγραψε δὲ καὶ κωμῳδίας καὶ ἐπιγράμματα καὶ παιᾶνας καὶ ὕμνους καὶ σκολιὰ καὶ ἐγκώμια καὶ ἐλεγεῖα, καὶ καταλογάδην τὸν Πρεσβευτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσιν εἶναί τινες καὶ οὐχὶ αὐτοῦ. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ κτίσις καὶ κοσμολογικὸς καὶ ὑπομνήματα καὶ ἄλλα τινά. Καὶ πάνυ δόκιμος ἦν· φασὶ δὲ αὐτὸν ὁμοῦ διθύραμβον καὶ τραγῳδίαν ἀγωνισάμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ νικῆσαι, καὶ εὐνοίας χάριν προῖκα Χῖον οἶνον πέμψαι Ἀθηναίοις. Σωκράτους δὲ τοῦ φιλοσόφου ἔστιν εἰς αὐτὸν λόγος λεγόμενος Ἴων· μέμνηται αὐτοῦ καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Χωλιάμβοις, ὅτι πολλὰ ἔγραψεν. Suid. v. Διθυραμβοδιδάσκαλοι· περὶ τῶν μετεώρων καὶ περὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλά, καὶ συνθέτους δὲ λέξεις ἐποίουν καὶ ἔλεγον ἐνδιαεριαιερινηχέτους· οἷος ἦν Ἴων ὁ Χῖος ὁ ποιητής· ἐποίησε δὲ ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή,

Ἀοῖον ἠεροφοίταν ἀστέρα μείναμεν
ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον.

Παίζων δὲ Ἀριστοφάνης Ἀοῖον αὐτὸν ἀστέρα φησὶ κληθῆναι. Περιβόητος δὲ ἐγένετο ἔγραψε δὲ κωμῳδίας καὶ ἐπιγράμματα καταλογάδην, καὶ Πρεσβευτικὸν λεγόμενον. Καὶ Σωκράτους κτλ. ut supra. Suid. v. Ἴων Χῖος, τραγικὸς καὶ λυρικὸς καὶ φιλόσοφος, υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου.(*) Ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς πβ' Ὀλυμπιάδος· δράματα δὲ αὐτοῦ ιβ' οἱ δὲ λ', ἄλλοι δὲ μ' φασίν. Οὗτος ἔγραφε περὶ μετεώρων καὶ συνθέτους λόγους(**). Ὃν παίζων Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς Ἀοῖόν φησι. [Οὗτος τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χῖον κεράμιον (*).] Consentit Eudoc. p. 248. Harpocr. s. v. Ἴων: Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Ἴωνος τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ μνημονεύοι ἂν νῦν ὁ ῥήτωρ, ὃς ἦν Χῖος μὲν γένος, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου· ἔγραψε δὲ μέλη πολλὰ καὶ τραγῳδίας καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν ὡς Ἐπιγένους κτλ. Nostratium de eo peculiaribus scriptis præclare quæsiverunt *C. Nieberding* (De Ionis Chii vita moribus et studiis doctrinæ. Lips. 1836.) et *E. Kœpke* (De Ionis Chii poetæ vita et fragmentis. Berol. 1836, et in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1836, p. 589 sqq.)

Natus igitur est Io, Orthomenis filius, Chio insula, ut præter locos citatos etiam e Strab. XIV, 35, apparet; sed quo anno originem duxerit, incertum est. Attamen conjectura explorari hoc posse videtur. Venerat enim (cf. Plut. Vit. Cim. c. 9) Chio Athenas admodum adolescens atque adeo puer (παντάπασι μειράκιον) et cum Cimone apud Laomedontem quendam cœnaverat. Bene vidit Nieberding. p. 2, hanc cœnam, ut e sermonis Plutarchei continuitate eluceat, post Cimonis ex insula Scyro reditum Ol. LXXVII, 4 esse institutam. Cui quum Ion vix interesse potuisset nisi annum duodevicesimum egressus, facile apparet, eum exeunte Ol. LXXII aut ineunte LXXIII esse natum. Nemini vero, quominus ad hanc sententiam accedat, impedimento erunt verba παντάπασι μειράκιον, si contulerit Plut. Vit. Brut. c. 27: Οὔπω πάνυ μειράκιον ὤν, ἀλλ' εἰκοστὸν ἄγων ἔτος. Tricesimum sextum vel septimum annum igitur agebat Io, quum ad tragœdias scribendas se converteret, postquam haud dubie jam aliis poesis et orationis pedestris generibus operam dederat. Cujus ætatem ita a nobis constitutam confirmat primum quod a grammaticis semper ante Achæum commemoratur (cf. Bibl. Coisl. apud Montfauc. III, 597, Tzetz. Prolegg. ad Lycophr. p. 256); deinde quod Æschyli familiaritate usus esse perhibetur; cf. Plut. De prof. in virt. 8, p. 79, E: Αἰσχύλος μὲν γὰρ Ἰσθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος τοῦ ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας Ἴωνα τὸν Χῖον, Ὁρᾷς, ἔφη, οἷον ἡ ἄσκησίς ἐστιν; ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσι. Eadem habet Stob. Flor. XXIX, 89. De ceteris ejus rebus nihil compertum habemus, nisi quod

(*) Leopard. Emendatt. II, 20, hoc cognomen ex errore, cujus causa solemnis fuerit alterius Ionis citandi ratio, qui ab omnibus scriptoribus Ἴων ὁ Ξούθου citetur (cf. Herodot. VII, 95; VIII, 44, Pausan. I, 31, Athen. XV, p. 681, D; 683, A etc), ortum esse censet, sed nescio an rectius judicaverit Welck. Trag. Græc. p. 939, adnot. 3, qui id e comœdia quadam fluxisse suspicatur.

(**) Hæc verba nemini offensioni erunt, qui contulerit Suidam ipsum loco ante citato v. Διθυραμβοδιδάσκαλοι et Schol. Aristoph. Pac. 829. Conf. Bentl. Opusc. p. 495 sq.

(*) Hæc verba (ex Athen. I, p. 3, F, ducta et Suidæ v. Ἀθηναῖος exhibita) Gaisf. a margine codicis Vossiani addidit.

non semper Athenis commoratus est, sed itinera confecit. Nam, ut ipse dicit, in Chio insula Sophoclem, qui illo tempore Atheniensium dux in Lesbum navigabat, h. e. Ol. LXXXIV, convenit; cf. Athen. XIII, p. 603, E sq. (Ion. fgm. 67 ed. Kœpk.) Præterea aliquamdiu Corinthi vixit Chrysillæ cujusdam, Telei filiæ, amore captus (quo in amore Periclem ei æmulum fuisse testatur Teleclides ap. Athen. X, p. 436, F), et Spartam pervenit, si quidem recte Kœpk. p. 57 ex elegiaco quodam ejus carmine (ap. Athen. XI, p. 463, B, fgm. 50 ed. Kœpk.) conjecit. At eum postea Athenas esse reversum inde potest cognosci, quod Ol. LXXXVII, 4 ab Euripide tunc Hippolytum agente victus est; cf. Argum. ad Eur. Hippol. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ′ ἔτει δ′. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. Ibi etiam fortasse jam prius, quum tragœdia ac dithyrambo simul vicisset, cuique civi Atheniensi amphoram vini Chii plenam dono dedit; cf. Schol. Aristoph. Pac. l. c., Suid. l. c. — Mortem obiit Ol. LXXXIX, 3, aut certe paullo ante, id quod cognosci potest ex Aristoph. Pac. 832 sq. :

O. Οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα,
ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ;
T. Μάλιστα.
O. Καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;
T. Ἴων ὁ Χῖος, ὅσπερ ἐποίησεν πάλαι
ἐνθάδε τὸν Ἀοῖόν ποθ'· ὡς δ' ἦλθ', εὐθέως
Ἀοῖον αὐτὸν πάντες ἐκάλουν ἀστέρα·

adnotante Schol. ad vs. 837 : ὅτι ὁ μὲν Ἴων ἤδη τεθνήκει, δῆλον· οὐκ ἄδηλον δέ ἐστιν ὅτι πρὸς τὸ ὑπ' αὐτοῦ ἔν τινι τῶν διθυράμβων λελεγμένον τὸ ἀοῖος ἀστὴρ παίζει. Aristophanis enim Pax acta est Ol. LXXXIX, 3 Alcæo archonte.

Ad Ionis mores atque ingenium si spectamus, de illis ea tantum afferre possumus, quæ narrant Athen. X, p. 436, F : Βάτων δ' ὁ Σινωπεὺς ἐν τοῖς περὶ Ἴωνος τοῦ ποιητοῦ φιλοπότην φησὶ γενέσθαι καὶ ἐρωτικώτατον τὸν Ἴωνα· et Ælian. V. H. II, 41, 4 : Καὶ Ἴωνα τὸν Χῖον τὸν ποιητὴν καὶ αὐτόν φασι περὶ τὸν οἶνον ἀκρατῶς ἔχειν. De ingenio autem in judicio Longini (De subl. 33, 5) hæc scribentis : Τί δέ; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἴων ὁ Χῖος ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς, ἐπειδὴ οἱ μὲν ἀδιάπτωτοι καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντη κεκαλλιγραφημένοι· ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ ὁ Σοφοκλῆς ὅτε μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις καὶ πίπτουσιν ἀτυχέστατα, acquiescendum fere est, præsertim quum id fragmentis confirmetur. Nam Aristophanes, acerrimus quidem, sed verissimus tragicorum judex, si locos Ran. 718, 835, 1472, excipis, quorum tertius ne vituperium quidem continere videtur, Ioni plane pepercit. Omnino igitur, si accuratius hæc perpendimus, ad Nieberdingi (p. 7 sq.) sententiam accedere cogimur, qui Ionem tum in vita tum in scriptis mirifice naturam suam Ionicam expressisse ostendit.

De diversis Ionis scriptis hoc loco quærere non attinet, ubi de *tragico Ione* tantummodo agere nobis propositum est; quare nos statim ad ejus dramata convertimus. Atque hic primum mirum est, quod ab aliis duodecim, ab aliis triginta, ab aliis denique quadraginta illius fabulas fuisse narratur. Nobis undecim fabularum tituli servati sunt : Ἀγαμέμνων, Ἀλκμήνη, Ἀργεῖοι, Εὐρυτίδαι, Λαέρτης, Μέγα δρᾶμα, Ὀμφάλη, Τεῦκρος, Φοῖνιξ ἢ Καινεύς, Φοῖνιξ ὁ δεύτερος, Φρουροί. Inter quas una est satyrica (Ὀμφάλη), quam cuique didascaliæ adjiciendam esse Ion ipse dicit; cf. Plut. Vit. Pericl. c. 5 : Ἀλλ' Ἴωνα μὲν ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν ἀξιοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν τι πάντως καὶ σατυρικὸν μέρος ἐῶμεν. Hinc quum veri simile fiat, Ionem nonnisi tetralogias scripsisse, Kœpk. p. 6 illam numerorum discrepantiam eo tolli censet, ut numero δώδεκα in δέκα mutato eos, qui decem dramata numerarint, totas didascalias, qui triginta, solas tragœdias sine fabulis satyricis, eos denique, qui quadraginta, singulas fabulas omnes computasse statuatur. Quæ ratio quam incerta sit vix est quod moneamus : nam ut Ionem tetralogias scripsisse certum sit, tamen nullo modo cum Kœpkio (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836, p. 595 sq.) pro certo atque explorato affirmaverim, eum ex Æschyli ratione quattuor dramata junxisse, ac multo minus duas ejusmodi tetralogias, quarum altera ex *Agamemnone, Argivis, Custodibus* et *Phœnice satyrico* (?), altera ex *Magno dramate, Eurytidis, Alcumene* et *Omphala sat.* composita fuerit, constituerim. Ubi enim ad construendas tetralogias multis variisque artificiis dolisque utendum est, cavere debemus, ne vana opinione fallamur, ac recte monuisse videtur Nieberding. p. 17, grandem illam Æschyli compositionem Ionis moribus parum convenisse. Sed ut ad istam numerorum diversitatem redeam, equidem ita eam exortam existimo, quod alii, quum a grammaticis Alexandrinis e 30 vel 40 fabulis duodecim tantum, h. e. tres tetralogiæ, in canonem receptæ essent, non plures quam illas 12 esse ab Ione scriptas crediderunt, alii contra rem melius edocti majorem numerum memoriæ prodiderunt. Differentia inter numeros 30 et 40 autem calami errori haud dubie originem debet)

nam eadem differentia apud permultos poetas invenitur, velut apud Aristophanem, cui alii 44, alii 54 dramata vindicant.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

In hac fabula quid Io expresserit, haud facile dixeris : veri tamen est similius, quod Nieberding. p. 18 statuit, Agamemnonis cædem repræsentatam fuisse pariter atque in Æschyli Agamemnone, quam, ut Ulrichs. (De Achæo p. 7) et Kœpk. p. 16 putant, restitutam Agamemnonis cum Achille gratiam. In hoc argumento enim tragici nihil inesse recte Bodius (Hist. Poes. Græc. III, 1, p. 542) monuit.

I. (1.)

Athen. XI, p. 468, C : Δακτυλωτὸν ἔκπωμα οὕτως καλούμενον παρὰ Ἴωνι ἐν Ἀγαμέμνονι·

Οἴσει δὲ δῶρον ἄξιον δραμήματος,
ἔκπωμα δακτυλωτὸν, ἄχραντον πυρὶ,
Πελίου μέγ' ἆθλον, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν.

Vs. 1 οἴσει secundam futuri temporis esse recte monuisse videtur Toup. Ep. crit. 86. — Versiculi 2, quem Eustath. p. 1300, 5 solum citat, variæ grammaticorum explicationes recensentur ab Athen. sequentibus verbis (collat. p. 501, A,) et Eustath. l. c. — Vs. 3 Osannus pro μέγ' haud male μὲν scribi jussit.

II. (2.)

Stob. Floril. CXX, 16.

Κακῶν ἀπέστω θάνατος ὡς ἴδῃ κακά.

III. (3.)

Schol. Aristoph. Av. 1110 : Ἐρέψομεν) διὰ τὰς ἐν τοῖς ναοῖς ἀετώματα· ἀντὶ τοῦ, στεγάσομεν πρὸς ἀετώματα· τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν, ὥς φησιν Ἴων ἐν Ἀγαμέμνονι. Cf. Eurip. Hypsipyl. fgm. XI, Phavor. v. Πτερά p. 1194, 41 ed. Basil., Suid. v. Ἀετώματα, Harpocr. v. Ἀετός, Arsen. Viol. p. 20 fin. ed. Walz.

IV. (4.)

Hesych. v. Ἱππικὸν χλίδος, ἀντὶ τοῦ χλίδημα, φόρημα. Ἴων Ἀγαμέμνονι. Οἱ γὰρ ἐποχούμενοι τοῖς ἵπποις ἐχρῶντο κόσμου χάριν πλατέσι (πλατυσήμοις conj. Salmas.) χιτῶσιν, ἃς καλασίριδας καὶ ξυστίδας τινὲς λέγουσιν. Consentit Phavorin. s. v. p. 949, 52.

V. (5.)

Hesych. v. Πεδανῷ ὕπνῳ· ἢ πεδανῷ (recte Bentl. Opusc. p. 497 ἠπεδανῷ), κούφῳ. Ἴων Ἀγαμέμνονι. Τινὲς δὲ οὐ βεβαίῳ. Eadem habet Phavorin. s. v. p. 1460, 55.

Ad eandem fabulam Welck. haud improbabiliter refert inc. fab. fgm. IX.

ΑΛΚΜΗΝΗ.

Hujus fabulæ argumentum iis contineri putant viri docti, quæ Apollod. II, 8, 1, et Zenob. II, 61, tradunt. « Recepto inter deos Hercule (inquit Apollodorus), filii ejus fugientes ad Ceycem se receperunt. Eurystheo autem eos repetente ac bellum minitante metuentes, relicta Trachine, per Græciam fugerunt, et dum Eurystheus eos persequebatur, concesserunt Athenas, ubi considentes ad aram Misericordiæ opem implorabant. Athenienses vero non dediderunt eos, sed adversus Eurystheum bellum sustinuerunt, atque filios ejus Alexandrum, Iphimedontem, Eurybium, Mentorem, Perimeden necarunt; ipsum denique Eurystheum in curru fugientem, quum jam petras Scironides præterveheretur, insecutus Hyllus interfecit, et recisum ejus caput Alcmenæ dedit, quæ illi radiis textoriis oculos effodit. » At vereor ne de hac fabula idem valeat, quod de Euripidis Alcumena (quam conferas) monui.

I. (6.)

Pollux. X, 23, 92 : Ἐν δὲ τῇ Ἴωνος Ἀλκμήνῃ ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν θυλακίσκος σάγη ὠνόμασται. Sic recte Kœpk.

II. (7.)

Hesych. v. Αὐτάγητοι (sic bene ms. Schow.

1.

Auferes donum cursu dignum,
poculum digitatum, ab igne intactum,
Peliæ magnum præmium, quod Castor pedibus meruerat.

2.

Absit a malis mors, ut eorum calamitates videat.

3.

Templorum enim tecta πτερὰ (volucria) et ἀετοὺς (aquilas) dicunt, ut Io in Agamemnone ait.

4.

Ἱππικὸν (equestre) χλίδος, pro χλίδημα (ornamentum), φόρημα (vestimentum). Ion Agam.

5.

Πεδανῷ ὕπνῳ, (somno) leni, facili. I. A.

6.

In Ionis Alcmena panarium, quod afferendo nutrimento inservit, σάγη appellatum est.

ἀγ-'μεναι ἑαυτὰς καὶ θαυμαστικῶς ἔχουσαι ἑαυτῶν· Ἴων Ἀλκμήνῃ.

III. (8.)

Hesych. v. Καταφράκτοις ψυχαῖς· ταῖς ἐπεσκοτισμέναις (ἐπισκ. ms. Schow.) καὶ μὴ τὸ μέλλον εἰδυίαις. Ἴων Ἀλκμήνῃ (Ἀλ. μήνῃ. ms. Schow.). Consentit Phavor. p. 1012, 38, s. v.

ΑΡΓΕΙΟΙ.

Argivorum, cujus fabulæ unum tantummodo superest fragmentum, quale fuerit argumentum, ne conjectando quidem assequi possumus. Nihil enim proficiunt qui Æschyli Argivos (cf. Æsch. fgm. ed. Ahrens. p. 226) comparari jubent. Ac profecto omni supersedere possumus conjectura, si quidem recte C. Friebel. (apud Kœpk. p. 21) correctione infra exhibita Argivos ex Ionis fabularum numero exstinxit.

I. (9.)

Hesych. v. Σάρον. Ἴων Ἀργείοις· ὡς παλαιὸν ἀκίσσαρον· βαρυτονητέον, ὡς παρὰ Σώφρονι. Θέλει δὲ λέγειν, ὅτι ἄχρηστοί εἰσι διὰ τὸ γῆρας. Optime Ionis verba Toup. Ep. Crit. p. 86 in hunc modum restituit :

◡ — ◡ ὡς παλαιὸν οἰκίας σάρον.

Nescio cur nonnulli viri docti hæc verba in tragœdia locum habere non potuisse arbitrati sint, ideoque Hesychii verba, quasi corrupta essent, emendaverint; nam quum nesciamus, de qua persona vel re Ion verba faciat, confidenter de hoc loco judicare temerarium est. Improbandum igitur erit quod Friebel. (apud Kœpk. p. 21) sic scribendum esse censuit : σάρον· Ἴων· ἀχρεῖοι ὡς παλαιὸν οἰκίας σάρον, κτλ., neque opus erat, ut Welck. Frag. Græc. p. 946 hanc conjecturam eo refutaret, ut ostenderet, locum accepta ista correctione ita comparatum esse, quasi ἀχρεῖοι, neque vero verba ὡς παλαιὸν οἰκίας σάρον explicatione indigerent, quæ adjecta voce ἀχρεῖοι tamen statim explicata essent.

ΕΥΡΥΤΙΔΑΙ.

Eurytidæ non, ut vulgo nomina pluralia in fabularum titulis solent, velut Ἱκέτιδες, Δαναΐδες. alia, chorum significant, sed Euryti liberos, quemadmodum Ἀλῳάδαι Aloei, Ἡρακλεῖδαι Herculis, Τημενίδαι Temeni posteros in fabula cognominata primas partes tenuisse indicant. Optime enim Bentl. Opusc. p. 503 hujus tragœdiæ argumentum iis exhiberi conjecit, quæ referat Lichas in Soph. Trach. 245 sqq. (collat. Schol. Soph. Trach. 266), et post eum Apollod. II, 6, 1 sq., Hygin. fab. 31, 35, Schol. Hom. Il. ε', 392. Ubi narratur, Eurytum, Œchaliæ regem, certamine instituto filiam ei spopondisse, qui de se et filiis suis victoriam in telis jaculandis reportaturus esset. In certantium numero autem Hercules fuit ac facile vicit. Cui quum Eurytus, ne ille aliquando liberos ex Iola susceptos interficeret veritus, filiam dare nollet, Hercules bellum paravit eumque cum filiis interfecit, Iolam vero captam secum abduxit. Unus tantummodo filiorum, Iphitus, se fuga Tirynthem receperat, ubi paulo post ab Hercule captus de turri præcipitabatur; ob quod scelus Hercules Omphalæ per tres annos servire coactus erat. Ceterum de Eurytidarum numero inter veteres non constitisse patet e Schol. Soph. Trach. l. c.

I. (10.)

Athen. XI, p. 495, B : Καθάπερ Ἴων ὁ Χῖος ἐν Εὐρυτίδαις φησίν,

Ἐκ ζαθέων πιθακνῶν ἀφύσσοντες ὄλπαις
οἶνον ὑπερφίαλον κελαρύζετε.

Hæc verba e chori carmine petita esse videntur; versus sunt logaœdici et dactylici.

II. (11.)

Hesych. v. Ἀθίκτορας, ἀνεπάφους (ἀνεπάφας ms. Schow.) παρθένους, ἀνάνδρους, οἷον Εὐρύτιδες. Quem locum Bentl. sic correxit : ἀθίκτους κόρας, ἀνεπάφους παρθένους, ἀνάνδρους. Ἴων Εὐρυτίδαις. Recte autem monuit Kœpk. p. 23, ἀθίκτορας mutandum non esse, quippe quod etiam tueantur Etym. M. p. 25,9 : Ἄθικτον, μιαρὸν, ἀκάθαρτον, καὶ ἡ παρθένος δὲ οὕτως ἐλέγετο· καὶ ἀθίκτορας, ἀνεπάφους παρθένους, ἀνάνδρους, et Phavorin. v. Ἄθικτος.

7.

Αὐτάγητοι, (mulieres) se ipsæ gloriantes atque admirantes. Io Alcmena.

8.

Καταφράκτοις ψυχαῖς, (animis) obscuratis, futura nescientibus. Io Alcmena.

9.

— ut vetus domus purgamentum

10.

Divinis e doliolis vinum trullis haurientes immoderate tumultuamini.

11.

Ἀθίκτορας, integras virgines, virum nondum expertas. Io Eurytidis.

III. (12.)

Hesych. v. Ἰήϊος. ... ἀλλὰ καὶ θρῆνον σημαίνει ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ καὶ Ἴων Εὐρυτίδαις (εὐρίτιδες ms. Schow.) ὡς αἴλινον, ἰάλεμος (αἰλίνων ἰαλέως ms. Schow.) Cf. Etym. M. p. 469, 50; 463, 19; Eustath. p. 500, 43; 1020, 23.

IV. (13.)

Hesych. v. Κυδρός· ἔνδοξος, καὶ τὰ ὅμοια, γαυριῶν, πεποιθώς· εὐρύτιδες· συγκοπὸν δὲ τοῦ κυδρός· Καλλίστρατος. (συγκοπὸν Καλλίστρατος πεποιθώς ms. Schow.). Bentl. correxit : πεποιθώς. Ἴων Εὐρυτίδαις.

ΛΑΕΡΤΗΣ.

Laertes, cujus pariter atque *Argivorum* unum tantummodo fragmentum superest, quid continuerit, ne conjectura quidem indagari potest, quum nihil, quod sciam, Laerti acciderit, quod tragœdiæ argumentum præbere potuisset. Atqui Kœpk. p. 24, Odysseæ lib. XIV inde a vs. 204 ad nostram Laerten spectare et fabulam de Ulyssis adventu apud patrem deque ejus agnitione egisse conjecit. Et quum Ithacenses Eupitha duce ad Laerten venissent, ut Ulyssem, procorum mortem ulturi, interficerent, senem pro filii vita timentem servo acclamasse, ut portas clauderet. Huc enim pertinere illud unum, quod superest, fragmentum. Nieberding. vero p. 23 fabulam satyricam fuisse ac Laertæ et Anticleæ a Sisypho gravidæ nuptias (de quibus cf. Tzetz. ad Lycophr. 344) continuisse suspicatus est. Sed videant de hoc dramate, si quidem drama fuit, doctiores.

I. (14.)

Athen. VI, p. 267, D : Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Λαέρτῃ τὸν οἰκέτην ἐπὶ δούλου τέθεικεν εἰπών,

Οἴμοι, δόμον, οἰκέτα, κλεῖσον ὑπόπτερος,
μή τις ἔλθῃ βροτῶν.

Male Schweigh. hunc senarium exhibuit : Οἴμοι | δόμον, οἰκέτα, κλεῖσον ὑπόπτερος μή τις βροτῶν | ἔλθῃ.

ΜΕΓΑ ΔΡΑΜΑ.

Quale argumentum in *Magni dramatis* titulo delitescat, haud facile explores; Nieberding. p. 24 in eo non tam justam fabulam, quam lyricum vel epicum carmen, vel etiam poema ex utroque mixtum, quale fuerint Timothei Cyclops et Chæremonis Centaurus, latere dicit. Kœpkio contra p. 26 persuasum est, fabulam a viris criticis μέγα δρᾶμα esse inscriptam ob magnum et ingentem rei scenicæ apparatum et fortasse ob majorem histrionum numerum, qui eam ab Ione docti sint.

I. (15.)

Pollux X, 45, 177 : Καὶ νάρθηκα δ' ἂν εἴποις, Πλάτωνος μὲν ναρθηκοφόρους ὀνομάσαντος, Ἴωνος δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ δράματι εἰπόντος Ψαφαρὸν νάρθηκα. Nonnulli codd. præbent Ψαθαρὸν, quod idem significat teste Hesych. s. v.

II. (16.)

Hesych. v. Μελάγχετον· μεγάλῳ δράματι, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· οἷον ἀκμάζουσαν. Bentl. Opusc. p. 497 corrigit : μελαγχαίταν, Ἴων μεγάλῳ δράματι, quippe ὁ Ἴων facile excidere potuerit propter sequens οἷον, quod iisdem literis scribebatur.

III. (17.)

Hesych. v. Ὀνοταζομένη· πορθουμένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι. Κυρίως δὲ ἐπὶ τοῦ ἐκφαυλίζεσθαι. Cf. Phot. p. 339, 12 et Phavor. s. v. ὀνοταζομένη, ἐκφαυλιζομένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι.

ΟΜΦΑΛΗ.

Hanc fabulam fuisse satyricam quum ex fragmentis argumentique ipsius natura tum aperto Strabonis testimonio (cf. fgm. XI) constat. Argumentum, quod eleganter Kœpkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836, nr. 75) descripsit, secundum Apollod. II, 6, 3, Hygin. fab. 32 hoc fere fuit. Hercules propter Eurytidarum cædem exul ex oraculi jussu a Mercurio Omphalæ, quæ post Tmoli conjugis mortem Lydiæ regnum acceperat, pro servo vendebatur. Mox autem tum maximo

12.
Ἰήϊος. ... sed etiam threnum (carmen lugubre) significat, ut Sophocles Troilo et Io Eurytidis dicit, quemadmodum αἴλινον, ἰάλεμος.

13.
Κυδρός, clarus, et similia, glorians, sibi confisus. Io Eurytidis.

14.
Heu mihi, tanquam ales properans,
famule, claude domum, ne quis intret mortalium.

15.
Ψαφαρὸν νάρθηκα, friabilem narthecem.

16.
Μελαγχαίταν (nigris capillis præditam), Io in Magno Dramate de hominibus velut *juvenilem* (usurpavit).

17.
Ὀνοταζομένη, deleta, Io Magno Dramate. Proprie vero de detrectando adhibetur.

reginæ amore captus tum Lydorum mollitie ac luxuria allectus ita naturam suam oppressit, ut habitu muliebri indutus inter Omphalæ ancillas tardo et inhabili pollice colum tractaret, regina vero interea leoninam pellem clavumque teneret. Huc vel ad Achæi Omphalen spectare videtur imago descripta a Lucian. De conscrib. hist. II, 10: Ἑωρακέναι γάρ πού σε εἰκὸς γεγραμμένον (sc. τὸν Ἡρακλέα) τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένον καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι ἔρια ξαίνοντα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδάλῳ· καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος καὶ μὴ προσιζάνουσα καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον. Cf. Deor. dialog. XI, XII, Terent. Eun. V, 8, 3. Plut. An seni ger. sit resp. c. 4, p. 785, E: Ἢ καθάπερ ἔνιοι τὸν Ἡρακλέα παίζοντες οὐκ εὖ γράφουσιν ἐν Ὀμφάλης κροκωτοφόρον ἐνδιδόντα Λυδαῖς θεραπαινίσι ῥιπίζειν καὶ παραπλέκειν ἑαυτόν· Vit. Thes. c. 9. Postremo tamen Omphale et amore Herculis et narratione rerum ab eo gestarum devicta nuptias cum eo celebrasse videtur choro hymenæum canente. — Ceterum Herculem etiam in hac fabula, ut in plerisque satyricis, ultra modum voracem, vinosum ac libidinosum, præterea permagnum quidem, sed ignavum atque inhabilem apparuisse, vix est quod moneamus, quum id fragmenta ipsa luculenter ostendant. Haud dubie enim heros in Omphalæ domum receptus, ubi primum ejus origo atque res gestæ innotuerant, lautis epulis instruebatur, nisi forte statim post adventum fame vexatus clam Omphala omnia comederat, quæcunque in domo invenerat; cf. fgm. II. sq.

I. (18.)

Athen. VI, p. 258, F: Καὶ τὰ ἐξ Ὀμφάλης Ἴωνος τοῦ τραγῳδιοποιοῦ·

Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν λέγειν
[οἷον καθημερινήν].

Sic hæc in codd. mss. leguntur. Optime vero Bentl. l. c. verba οἷον καθημερινὴν, utpote a librario ascripta ad explicandam vocem ἐνιαυσίαν, omisit et λέγειν in ἄγειν mutavit, in quam emendationem etiam Porsonus incidit. Utrum vero ἑορτὴν per synizesim legendum an ὁρτὴν, ut Dindorfius in Athenæo edidit, scribendum sit, dubitari posset, si Eustathii (p. 1908, 56) verba: δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὴν ἑορτὴν ὁρτὴν δισυλλάβως οἱ μεταγενέστεροι ἔλεγον, in universum valerent neque ex commutatione alterius (Ionicæ) formæ ὁρτή cum longiore exorta viderentur. Sed quum multo minus probabile sit, Ionem Ionica forma ὁρτή usum esse, Meinek. Exerc. philol. in Athen. (Berol. 1843) p. 22 locum bene sic restituit:

Ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἑορτὴν δεῖ μ' ἄγειν

II. (19.)

Phot. Lex. v. Εὔκηλον, εὔκαυστον, εὔσχιστον. Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ·

Ἐξανθρακώσας πυθμέν' εὔκηλον δρυός.

Eadem leguntur in Etym. M. v. Εὔκηλον sine Ionis nomine, eodemque respexerunt Hesych. et Phavor., male sic scribentes. v. Εὔκληρον δρυός, εὔσχιστον, εὔξυλον, εὔκαυστον.

III. (20.)

Athen. X, p. 411, B: Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ ἐμφανίσας τὴν ἀδηφαγίαν ἐπιφέρει,

Ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας
κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας.

Codd. VPL. τὰ κῶλα i. e. ὀστᾶ (cf. Suid.), quod haud ineptum. Locum respexit etiam Eustath. p. 870, 12: Τῷ παμφάγῳ Ἡρακλεῖ, ὃς καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας κατέπινε, καθά τις ἕτερος ἔσκωψεν.

IV. (21.)

Athen. XI, p. 498, E: Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ
Οἶνος οὐκ ἔνι
ἐν τῷ σκύφει,

τῷ (τὸ Schweigh.) σκύφει ἰδίως ἀπὸ τοῦ σκύφος σχηματίσας οὐδετέρως ἔφη. Idem habet Eustath. p. 1775, 19.

V. (22.)

Athen. XI, p. 501, F: Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ

Ἴτ', ἐκφορεῖτε παρθένοι κύπελλα καὶ
μεσομφάλους,

οὕτως εἴρηκε τὰς βαλανειομφάλους. Consentit Eustath.

18.
Annuum enim festum celebrare me oportet.

19.
In carbones vertisti quercus truncum bene fissum.

20.
Inter silentium vero deglutivit ligna etiam atque carbones.

21.
Vinum non inest in scypho.

22.
Ite, efferte, virgines, calices et pocula umbilico ornata.

ad Il. X, p. 1261, 23: Διὸ καὶ μεσομφάλους αὐτὰς Ἴων λέγει ἐν τῷ· ἴτ' κτλ. Athenæi codd. PVL. εἴτ' pro ἴτ'. De voce μεσομφάλους cf. Hesych. et Phavorin. s. v. Μεσομφάλους, φιάλας: Ἴων Ὀμφάλη.

VI. (23.)

Etym. M. v. Πῖθι, p. 671: Πῖθι Πακτώλου ῥοάς· ἀντὶ τοῦ πίε. Ἴων Ὀμφάλη.

VII. (24.)

Athen. XIV, p. 634, C: Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Ὀμφάλῃ ὡς περὶ αὐλῶν λέγει διὰ τούτων·

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Cf. Hesych. v. Μαγάδεις· αὐλοὶ κιθαριστήριοι ἢ ὄργανον ψαλτικόν· ὅθεν καὶ τὸ ψάλλειν μαγάζειν λέγουσιν. Ἴων Ὀμφάλῃ· μαγάδης αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς· ἀντὶ τοῦ συνάδων τῇ μαγάδῃ (sic cod. Schow.). Phavor. v. Μαγάδεις, οἷον Ὀμφάλων [recte Kœpk. Ἴων Ὀμφάλῃ] ἢ μαγάδης αὐλὸς ἢ γηθηβοῆς [Kœpk. μαγάδης αὐλὸς (imo μάγαδις αὐλὸς) ἡγείσθω βοῆς]. De magade præter varias veterum sententias ab Athenæo h. l. allatas cf. Bœckh. De metr. Pind. III, c. II, p. 261 sq.

VIII. (25.)

Athen. XIV, p. 634, F: Διὸ καὶ τὰς Λυδὰς ψαλτρίας φησὶν εἶναι ὁ Ἴων ἐν τῇ Ὀμφάλῃ διὰ τούτων·

Ἀλλ' εἶα, Λυδαὶ ψάλτριαι, παλαιθετῶν
ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε.

Ἀλλ' εἶα bene Bentl. restituit pro eo, quod codd. præbent: ἄλλεια (A.), ἄλλειαι (B.) ἀλλ' αἱ (PVL.) Kœpk. p. 35 hoc et antecedens fgm. ita conjungi jubet, ut hi versus isti præfigantur.

IX. (26.)

Athen. XV, p. 690, B: Ἴων Ὀμφάλῃ·

Βακκάρεις τε καὶ μύρα
καὶ Σαρδιανὸν κόσμον εἰδέναι χροὸς
ἄμεινον ἢ τὸν Πέλοπος ἐν νήσῳ τρόπον.

Codd. omnes præbent βακκάρις, quod recte Dindorf. correxit. Nam quos ad hanc scripturam firmandam Kœpk. p. 30 affert locos Æsch. Pers. 488 (πόλις) et Sept. 159 ed. Well. (φιλόπολις), parum valent: quum priori loco plerique codd. πόλεις, altero vero omnes libri excepta edit. Ald. φιλοπόλιες, quod calami errore pro φιλοπόλεις exortum esse neminem fugit, teneant.

X. (27.)

Pollux V, 16, 101: Καὶ ἡ στίμμις παρ' Ἴωνι ἐν Ὀμφάλῃ·

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Cf. Eustath. ad Od. σ', 355, p. 1761, 32: Ἔτι καὶ τὸ στίμμι, περὶ οὗ ἀλλαχόθι ἐγράφη, θηλυκῶς προάγει εἰπὼν, ὅτι στίμμις ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνὴ, κεῖται δὲ ὅμως παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ ἐν τῷ· καὶ τὴν κτλ. Bekk. An. Gr. p. 1208, 30. Τὸ σίνηπι καὶ τὸ στίμμι, ὅπερ αἱ γυναῖκες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίονται, ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λαχᾶς καλεῖται, οὐκ εἰσὶν Ἑλληνικὰ, κλίνονται δὲ διὰ καθαροῦ τοῦ ος. ... Εὑρέθη δὲ καὶ τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον, οἷον ἡ στίμμι, τῆς στίμμιδος. Ἴων Ὀμφάλῃ· καὶ τὴν κτλ. Idem versus tacito auctoris nomine citatur a Schol. Hom. Il. θ', 545 in Cram. Anecd. Græc. Paris. III, p. 46, 8 et a Chœrobosco in Cram. Anecd. Græc. Oxon. II, p. 259, 15, ubi male: Στῖμι· σημαίνει δὲ τὸν λεγόμενον χόλλαν, διὰ τοῦ ι· τὰ γὰρ εἰς ι λήγοντα οὐδέτερα οὐ θέλουσι τὴν ει δίφθογγον παραλήγεσθαι· οἷον μέλι, κιννάβαρι, σίνηπι, πίπερι· οὕτως οὖν καὶ στῖμι· ἰστέον δὲ ὅτι λέγεται ἡ στῖμις, τῆς στίμεος, τὴν στῖμιν· καὶ τὴν μέλαιναν στῖμιν ὀμματόγραφος (sic). Rectius alius grammaticus ibid. II, p. 413, 1. Στίμμι· διατί τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον; οἷον ἡ στίμμι, τῆς στίμμεως (στίμεως cod.). Ἴων Ὀμφάλῃ· καὶ τὴν κτλ.— Recte Nieberding. p. 31 hunc quoque versum ad Σαρδιανὸν κόσμον (fgm. IX) pertinere monuit.

XI. (28.)

Strabo I, 3, 60: Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας ἐν Ὀμφάλῃ σατυρεῖς (σατύροις recte Bentl.)

Εὐβοῖδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς ἐκτεμὼν
προβλῆτα πορθμόν.

Extrema, quæ in codd. sic leguntur: πρὸς Κρῆτα

23.
Bibe Pactoli fluctus.

24.
Et Lydia magadis tibi præeat clamori.

25.
Agite, Lydiæ psaltriæ, patriorum
hymnorum cantrices honorate hospitem.

26.
Baccares vero et unguenta
et Sardiana cutis ornamenta nosse
melius est, quam Peloponnesi mores.

27.
Et nigrum stibium oculos tingens.

28.
Terram Euboicam lenis Euripi
fluctus a littore Bœotiæ abscidit, exsecans
fretum prominens.

πορθμόν, Bentl. Opusc. p. 500, in hunc modum correxit : ἀκτὴν ἐκτεμὼν προβλῆτα πορθμῷ, in quibus certissima quidem est emendatio προβλῆτα, retineri autem possunt ἀκτῆς et πορθμόν. Nam sic legisse videtur, quæ huc respexit, Eudoc. II, p. 342 : Ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι πιστεύεται τὴν Λέσβον ἀπερρωγέναι τῆς Ἴδης, ὡς καὶ τὴν Σικελίαν τῆς Ῥηγίνης καὶ τὴν Ὄσσαν τοῦ Μακεδονικοῦ Ὀλύμπου, ὡς μέσον ἔκτοτε διέρρευσεν ὁ Πηνειός· καὶ τὴν Εὐβοΐδα δὲ γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισε, καθά τίς φησι ποιητής.

XII. (29.)

Hesych. v. Ἐρρωπίζομεν· Ἴων Ὀμφάλῃ. Τινὲς ῥωπίζειν ἀπέδοσαν τὸ ἀτεχνιτεύεσθαι καὶ ἀμαθεύεσθαι· κακῶς· ἐστὶ γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς φόρτος (χόρτος ms. Schow.), καὶ ποικίλος καὶ βέβαιος, καὶ τὰ ἔσω τῶν ῥώπων πλέγματα κανᾶ καὶ σῆστρα (σίστρα ms. Schow.) κυρίως. Eadem sunt apud Phavorin. s. v., nisi quod habet : ἀτεχνεύεσθαι, χόρτος, σεῖστρα. Bentl. p. 498 copiose de verbo ῥωπίζειν disputans post φόρτος inserit verba : καὶ γέλγαι.

XIII. (30.)

Hesych. v. Σπίλον Παρνασίαν (Παρνασείαν ms. Schow.). Ἴων Ὀμφάλῃ· οὐκ εὖ· σπιλάδες γὰρ πέτραι. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 28.

XIV. (31.)

Schol. Aristoph. Av. 1679 : Οὕτω δὲ αὐτό φησι βαρβάρως καὶ δυσφράστως, ὥσπερ αἱ χελιδόνες· καὶ Αἰσχύλος τὸ βαρβαρίζειν χελιδονίζειν φησὶ καὶ Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρσενικῶς φησιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς καθόλου φησίν.

XV. (32.)

Harpocrat., Phot., Suid., Zonar. s. v. Θίασός ἐστι τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελετῇ καὶ τιμῇ θεῶν· Ἴων δὲ ἐν Ὀμφάλῃ κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος ἔταξε τοὔνομα.

XVI. (33.)

Pollux II, 4 : Κατὰ δὲ τὴν Ἴωνος τοῦ Χίου δόξαν ὁ Ἡρακλῆς τριστοίχους (εἶχεν τοὺς ὀδόντας). Cf. Tzetz. Chil. III, 115, 957 :

> Ὡς καὶ τὸν Ἡρακλέα δὲ ὁ Χῖος Ἴων λέγει
> ἔχειν ὀδόντων τρίστοιχον θέσιν ἀρραγεστάτην.

Egregie Nieberding. p. 33 hæc verba ad Omphalen rettulit : ubi enim Hercules tres dentium ordines ostendere potuit, nisi in hac fabula, in qua tam præclarum voracitatis specimen exhibuit? cf. fgm. II sq.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Teucri argumentum sive idem fuit, quod *Æschylus* in *Salaminiis* (cf. Æsch. fragm. ed. Ahrens. p. 216) et *Sophocles* in *Teucro* (cf. Soph. fragm. ed. Ahrens p. 282) tractavit, sive in iis latet, ut egregie Welck. Trag. Græc. p. 951 monuit, quæ de accusatione Teucri ab Ulysse constituta Aristoteles disputavit. Cujus verba hæc sunt (Rhet. III, 15) : Ἄλλος ἐκ τοῦ διαβολῆς κατηγορεῖν, ἡλίκον, καὶ τοῦτο ὅτι ἄλλας κρίσεις ποιεῖ καὶ ὅτι οὐ πιστεύει τῷ πράγματι· κοινὸς δ' ἀμφοῖν ὁ τόπος τὸ σύμβολα λέγειν, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ ὁ Ὀδυσσεὺς ὅτι οἰκεῖος (ὁ Τεῦκρος) τῷ Πριάμῳ· ἡ γὰρ Ἡσιόνη ἀδελφή· ὁ δὲ (Τεῦκρος), ὅτι ὁ πατὴρ ἐχθρὸς τῷ Πριάμῳ, ὁ Τελαμών, καὶ ὅτι οὐ κατεῖπε τῶν κατασκόπων. Et (II, 23) : Ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὑτοὺς πρὸς τὸν εἰπόντα· διαφέρει δὲ ὁ τρόπος, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ· ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν· οὐ φάσκοντος δὲ, εἶτα εἶπεν, σὺ μὲν ὢν Ἀριστοφῶν οὐκ ἂν προδοίης, ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης; Hinc apparet, Teucrum, quum Ajacis corpus in solitudine exanime esset repertum, ab Ulysse tanquam illius interfectorem esse accusatum. Quam accusationem sat probabilem videri Græcis potuisse, inde cognosci potest, quod Teucer ipse apud Soph. Aj. 1012 sq. tale quid metuens de se dicit :

> Οὗτος τί κρύψει; ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν
> τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον,
> τὸν δειλίᾳ προδόντα καὶ κακανδρίᾳ
> σὲ, φίλτατ' Αἴας, ἢ δόλοισιν, ὡς τὰ σὰ
> κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς.

Teucer vero ab gravi ista incusatione, qua in extremum fere discrimen adductus est, fortiter se defendit, cujus ex defensione particulam præbet Aristoteles altero loco fortasse sic restituendam :

> Σὺ μέν γ' Ὀδυσσεὺς ὢν ἂν αὐτὸν οὐ κτάνοις,
> ἐγὼ δὲ Τεῦκρος ὤν;

ac per se intelligitur, in fine fabulæ ejus innocentiam atque integritatem esse patefactam.

30.

Σπίλον Παρνασίαν, scopulum Parnasium. Io Omphala : male : σπιλάδες enim sunt scopuli.

31.

Æschylus τὸ βαρβαρίζειν (barbare se gerere) χελιδονίζειν et Io in Omphala barbaros χελιδόνας (hirundines) masculino genere dicit.

32.

θιάσος est multitudo, quæ convenit ad venerandos atque honorandos deos. Io vero in Omphala in universum de quavis concione vocabulum posuit.

33.

Secundum Ionis Chii sententiam Hercules tres dentium ordines habuit.

I. (34.)

Hesych. v. Ἀϊδροί· ἀΐδριες. Ἰὼν τευκρ. (sic ms. Schow.) Cf. Phavor. et Etym. M. s. v. Ἄϊδροι καὶ ἀΐδριες, ἀμαθεῖς, ἄπειροι.

II. (35.)

Hesych. et Phavorin. v. Ἀμφιβώτης, περιβόητος· Ἴων (υἱῶν ms. Schow.) Τεύκρῳ. Bentl. p. 498 correxit περιβοήτου, quasi ἀμφιβώτης genitivus feminini generis ab ἀμφίβωτος esset. Cui adstipulatur Schow. in adnot. ad Hesych. depravationem nominis Ἴων simul sic explicans: περιβόητος ιων. Fortassis recte; conferas enim Ionicas formas βώσομαι, ἔβωσα, βέβωμαι.

ΦΟΙΝΙΞ.

Duplicem hujus fabulæ editionem veteres citant, quarum altera Φοῖνιξ ἢ Καινεὺς inscripta erat, altera vero, Φοῖνιξ ὁ δεύτερος, haud dubie novam illius prioris recensionem continebat. Nam ubi fabulæ titulus nonnisi numero quodam adjecto ab simili titulo distinguitur, semper fere altera illa fabula alterius nova recensio est, velut Aristophanis Εἰρήνη β', Νεφέλαι β', Πλοῦτος β', Euripidis Αὐτόλυκος β', Sophoclis Τυρὼ β', Λήμνιαι β', Φινεὺς β', etc., ac perraro tantummodo fit, ut numerus β' continuationem prioris fabulæ indicet, velut Aristophanis Θεσμοφοριάζουσαι β'. Ubi vero argumentum mutabatur, titulo quoque additamentum accedere debebat, quo similes tituli discernerentur. Itaque inscribebantur Euripidis fabulæ, Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος et Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου, Μελανίππη ἡ σοφὴ et Μελανίππη ἡ δεσμῶτις, Ἰφιγένεια ἐν Ταύροις et Ἰφιγένεια ἐν Αὐλίδι, etc. neque vero Ἀλκμαίων α' et β' etc. Mirum autem in fabula Φοῖνιξ ἢ Καινεὺς est, quod duorum heroum nomina in titulo conjuncta sunt, quippe cujus usus in nulla alia tragœdia atque etiam in comœdia perraro (cf. Athen. IV, p. 130, C; XI, p. 460, E; XV, p. 678, F) exemplum reperiatur. Quæ inscriptio eo mirabilior fit, quum de Phœnicis rebus nihil nobis innotuerit, quod ad Cæneum simul pertineat, præter illud unum, quod uterque apri Calydonii venationi interfuit. Sed hinc quomodo dramatis argumentum petitum esse potuerit, haud facile intelligitur. Quare Kœpk. p. 37, *Phœnicem sive Cæneum* non tragœdiam sed satyricum hilarioris generis drama fuisse conjecit, in quo haud dubie locum habuerit mirifica Cænei historia (cf. Apoll. Rhod. I, 58 sq. collat. Schol. Ælian. N. A. I, 25. Anton. Liber. 17, Schol. Hom. Il. I, 264, Hygin. fab. 14, 173, Ovid. Metam. VIII, 305 sq.; XII, 189, Rhett. Gr. ed. Walz. III, p. 377) a poetis comicis etiam scenæ commissa (cf. Meinek. Poet. com. I, p. 344 sq.). Is enim antea virgo Cænidis nomine fuit, cujus amore Neptunus ita captus est, ut, quæcunque expeteret, se facturum esse sponderet. Rogavit igitur Cænis, ut in virum mutaretur, cui voto Neptunus obsecutus corpore masculo et vulneribus non obnoxio eam exstruxit. Quo facto Cænei nomen ascivit, et quum multa alia præclare gessit, tum apri Calydonii venationi interfuit, cujus etiam participem Phœnicem fuisse constat; cf. Hygin. fab. 173, Ovid. Met. VIII, 301, Tzetz. ad Lyc. 419. — Sed quum fragmenta satyrici coloris nihil præbeant, Welck. Trag. Gr. p. 955, longe aliam viam iniit. Nobis enim persuadere studet, Phœnicem, postquam a patre obcæcatus (vide nos de ejus historia ad Euripidis Phœnicem) ad Peleum confugerat ibique sive Chironis (Apollod. III, 13, 8, Schol. Plat. Legg. XI, p. 682, F) sive Asclepii (Phylarch. ap. Sext. Emp. Adv. math. I 12, p. 272) sive Boreadum (Orph. Argon. 674) ope oculorum lumen receperat, tanquam alterum Cæneum atque regeneratum ex omnibus calamitatibus prodiisse victorem. Quæ sententia si vera est, fabula non multum differebat ab Euripidis Phœnice. Sed non prorsus intelligo, quo modo is, qui initio oculorum usum habuit, deinde cæcus factus est, postea oculorum lumine restituto alter Cæneus appellari possit.

I. (36.)

Athen. III, p. 91, D: Ὅτι δὲ οἱ ἐχῖνοι, λέγω δὲ καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους, καὶ ἑαυτῶν εἰσι φυλακτικοὶ πρὸς τοὺς θηρῶντας, προβαλλόμενοι τὰς ἀκάνθας ὥσπερ τι χαράκωμα, Ἴων ὁ Χῖος μαρτυρεῖ ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ λέγων οὕτως·

> Ἀλλ' ἔν γε χέρσῳ τὰς λέοντος ᾔνεσα
> ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας·
> ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ,
> στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας
> κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.

34.

Ἀϊδροί, inscii. Io Teucro.

35.

Ἀμφιβώτης, famosus. I. T.

36.

Terrestria inter plures leoninos probo
mores echini misera quam molimina:
qui simul ab aliis impeti se scit feris,
denso sub orbe sentium corpus tegens,
mordere et ultro tangere ignarus jacet.

GROT.

Titulus Φοίνικι ἢ Καινεῖ Dalecampii conjectura respecto Athen. IV, p. 184, F (fgm. III) restitutus est; libri enim præbent Φοίνικι χαίνῃ. Eosdem versus citant sine auctoris nomine Schol. Hom. Il. ο', 714, in Cram. Anecd. gr. Paris. III, p. 387, 10, et Zenob. V, 68, uterque tamen vs. 3 male præbens : ὅς εὖτ' ἂν ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ, Zenob. præterea vs. 5 θιγεῖν τε καὶ δαχεῖν. Recte vero Schol. Hom. vs. 1 ἔν γε, in quod etiam Osannus conjectura inciderat, exhibet pro vulgato ἔντε. — Vss. 4 et 5 Plut. De solert. anim. XVI, 8, p. 971, citat, pariter atque Zenob. scribens : θιγεῖν τε καὶ δακεῖν. Grot στρόβιλον.

II. (37.)

Schol. Aristoph. Ran. 718 (706) : Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν· τοῦτο Ἴωνός ἐστιν ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως·

Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὦ πολιῆται.

Sic locum Bentl. l. c. p. 498 restituit, quum antea legeretur : Φοινίκης ἢ καὶ Οἰνέως, et postea inter ἀνέρος et πολιῆται syllaba longa (ὦ) deesset.

III. (38.)

Athen. IV, p. 184, F : Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν καλεῖ ἐν τούτοις· « ἐπὶ δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν. Cf. Eustath. p. 1479, 29 : Ἴων δὲ ὁ τραγικὸς ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν εἶπε διὰ τὸ ἡδὺ, οὗ χάριν οὐκ ἔχει ὁ ἀκροάτης λέγεσθαι ἤγουν κοιμᾶσθαι. Casaub. pro ἐπὶ δ' dedit ἐπῇδ', quod recepit Schweigh., voce αὐλὸς tanquam glossemate ejecta locum sic constituens : « ἐπῇδ' ἀλέκτωρ Λύδιος ὕμνον Ἀχαιῶν. » Eandem correctionem ἐπῇδ' probarunt Emperius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1835, nr. 1) et Kœpkius, p. 40, nec immerito, quum Athenæus in excerpendis veterum locis non tam negligenter versatus sit, ut verba omitteret, a quibus casus obliqui penderent. Sed quod Emperius pro Ἀχαιῶν scribi ἀχέων (ἠχέων) voluit, ut versus esset parœmiacus (?), recte Kœpk. l. c. improbavit, ipse locum sic constituens :

υ — ἐπῇδ' ἀλέκτωρ
Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν,

in quibus Ἀχαιῶν ad ἀλέκτωρ relatum et αὐλὸς ut glossema hujus ἀλέκτορος Ἀχαιῶν ejectum est. Nieberdingio p. 37 nihil mutandum, sed prima arsis deesse et totus versus hexameter dactylicus esse videtur (ut fgm. II) e chori carmine fortasse ductus, qui in antecedentibus aut subsequentibus verbum habuerit, ex quo tota sententia penderet. Mihi olim scribendum videbatur :

Ἔπι δ' (αὐλὸς) ἀλέκτωρ
Λύδιον ὑμνῶν ὕμνον Ἀχαιῶν

sed nunc fere hæreo, an probabilior sit Kœpkii sententia.

IV. (39.)

Athen. X, p. 451, D : Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ δρυὸς ἱδρῶτα εἴρηκε τὸν ἰξὸν ἐν τούτοις·

Δρυὸς μὲν ἱδρὼς
καὶ θαμνομήκης ῥάβδος, ἥ τ' Αἰγυπτία
βόσκει λινοῦλκος χλαῖνα θήραγρος πέδη.

Ad hunc locum respexit Phavorin. p. 923, 14 v. Ἱδρώς· ὁ δέ γε τὰς πηγὰς γῆς ἱδρῶτα εἰπὼν τροπικῶς εἶπεν, ὥσπερ καὶ ὁ τὸν οἶνον εἰπὼν βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς, καὶ τὸν ἰξὸν δὲ δρυὸς ἱδρῶτα ὡς τὸ δρυὸς ἱδρὼς καὶ θαμνήμκης [sic] κλάδος. Similiter Eustath. p. 865, 15. — Vs. 1 libri omnes δρυὸς μὲν ἱδρὼς, ut initium versus iambici sit et penultima in ἱδρὼς producatur; sed Attici, ut egregie Meinek. Poet. com. III, p. 251, monuit, hanc syllabam constanter corripere videntur (cf. Soph. Aj. 10, Eur. Phœn. 1388, Aristoph. Ach. 695 etc.); quare probabilius est, verba δρυὸς μὲν ἱδρὼς, quum arctissime cum sequentibus cohæreant, versus effecisse exitum. Quod si verum est, ea sic ferri non posse intelligitur, sed correctione indigere : quod bene jam Casaubonus perspexit scribens δρυός μ' ἱδρὼς, in quam emendationem etiam Meinek. l. c. incidit. Eamque eo probabiliorem duco, quum particula μὲν vix habeat quo explicetur. — Vs. 2 Ionismum vulgatæ (Αἰγυπτίη) sustuli.

V. (40.)

Athen. IV, p. 184, F sq. : Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ αὐτὸς Ἴων φησίν· Ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ. » οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ· βαρὺς γὰρ οὗτος· παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν, ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι

37.

Si ego autem, o cives, callidus sum dispicere vitam hominis.

38.

Accinebat (tibia) gallus Lydium hymnum Achæorum.

39.

Me quidem alit
quercinum viscum et surculi virga longa, et
Ægyptium funiculis aptum rete, capiendis
feris pedica.

Bentl. Opusc. p. 498, ut locum in senarii formam redigeret, scripsit :

ἐκτύπουν ἄγων βαρὺν
αὐλὸν τρέχοντα ῥυθμὸν,

comparans (Eurip.) Rhes. 304. Quæ correctio confirmari videtur scriptura codicis B. apud Dindorfium τρέχοντα. Sed quum valde dubium sit, num versus in diverbio locum habuerint, ab omni correctione abstinendum est. Recte enim et Nieberding. p. 41 et Kœpk. p. 44 eos ad chori carmen rettulisse videntur : ille hoc metri schema exhibens :

⏑ ⊥ ⏑̄ ⏑ – ⊥ ⏑ – ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑̄

hic accepta Bentleii correctione ἐκτύπουν :

⊥ ⏑ – ⏑ ⊥ ⏑ ⏑ ⊥ ⊥ ⏑ – ⏑ – –

Quorum quis propius ad verum accesserit, alii explorent.

VI. (41.)

Hesych. Phavorin. v. Τιμαλφής· ἔντιμος, τιμὴν ἀλφαίνουσα, διὰ τῆς τιμῆς ἀγομένη. Ἴων Φοίνικι δευτέρῳ· τινὲς μὲν τὴν ἰώνιον (lege ὤνιον. Vales.). Cf. Phot., Suid., Hesych. v. Τιμαλφέστατον. Bachm. Anecd. Gr. p. 287, 26.

VII. (42.)

Athen. VII, p. 318, E : Τοῦ πολύποδος μνημονεύει καὶ ὁ τραγικὸς Ἴων ἐν Φοίνικι λέγων,

Καὶ τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμοσι
στυγῶ μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός.

Eosdem versus affert Eustath. p. 1541, 43, hominem παλίμβολον iis carpi dicens. Vitiose autem omisso καὶ præbet ἀναίμονα et πολύπουν. Si quæris, utrum hi versus ad *Phœnicem sive Cæneum* an ad *alterum Phœnicem* pertineant, haud improbabiliter Nieberding. p. 37 annotavit, eos quodammodo cum versibus fgm. 1 cohærere.

VIII. (43.)

Pollux IX, 5, 37 : Ἴων δὲ ἐν Φοίνικι σαφέστερον·

Ἀλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί.

Jam Nieberding. et Kœpk. bene intellexerunt, hoc versu aliquem deos invocasse.

Ad *Phœnicem sive Cæneum* fortassis etiam referendum est inc. fab. fgm. XVI.

ΦΡΟΥΡΟΙ.

Hujus dramatis titulus, ut nomina pluralia in fabularum titulis solent, custodum chorum indicat. Longe autem a vero aberrarunt Urlichs. (De Achæo p. 8), qui eo castrorum Græcorum custodes, et Nieberding. p. 41, qui præsidiarios Trojanos Priamum in castra Græcorum comitantes significari censet. Nam dramatis scenam in Græcorum castris fuisse non posse, e fgm. III elucet, ubi Helena Ulixem alloquitur. Quam ob rem egregie Welck. Trag. Græc. p. 948 conjecit, fabulæ argumentum ex ea cycli Epici parte petitum esse, quæ Ἰλιὰς μικρὰ inscripta fuerit. De qua Proclus hæc habet : Ὀδυσσεὺς δὲ αἰκισάμενος ἑαυτὸν κατάσκοπος εἰς Ἴλιον παραγίνεται, καὶ ἀναγνωρισθεὶς ὑφ' Ἑλένης, περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως συντίθεται, κτείνας τέ τινας τῶν Τρώων ἐπὶ τὰς ναῦς ἀφικνεῖται. Quæ ex parte etiam Homerus ipse narrat Odyss. IV, 242 sq. Chorus igitur constabat e custodibus Iliacis, qui Ulixem, quum scissis ac mendici vestibus indutus, ne cognosceretur (δυσχλαινίᾳ ἄμορφος Eur. Hec. 240), Palladium rapturus et expugnandæ urbis opportunitatem exploraturus Ilium venisset, deprehenderant deprehensumque ad regem adduxerant. Ibi Laertiades versutia sua omnes fefellit præter unam Helenam, quæ facile quidem eum agnovit, sed originis Græcæ haud immemor coram Troibus notitiam viri popularis dissimulavit. Num eum in domo sua receperit, ut Welck. opinatur, in medio relinquimus; hoc autem dubium esse nequit, quin ipsa cum Ulixe de urbis expugnatione deque reditu in patriam consilia conjunxerit ac suum auxilium promiserit. Mox autem Ulixes in summum periculum ac vitæ fere discrimen eo redactus est, quod, ut ex Eurip. Hec. 239 sq. coll. Plaut. Bacch. 942 suspicari licet, nescio qua ratione commota Hecubæ patefecit, quis peregrinus ille esset. At vero ex hoc etiam periculo calliditate atque eloquentia sua evasit et incolumis ad Græcorum castra reversus est. Fabulam prima luce incepisse concludendum videtur ex fgm. I, II.

40.

Sonum edidi gravem tractans tibiam
aspero rhythmo.

41.

Τιμαλφής, inclyta honorem afferens, honore permota. Io Phœnice altera.

42.

Saxatilemque cum exsanguibus cirris
odi mutantem colorem polypum.

43.

Vos autem, hisce foribus vicini dii —

I. (44.)

Athen. IV, p. 184. F : Ἐν δὲ Φρουροῖς (Ἴων) τὸν ἀλεκτρύονα Ἰδαῖον εἴρηκε σύριγγα διὰ τούτων·

Προθεῖ δέ τοι
σῦριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

Sic cum Kœpk. p. 47 hos versus dedimus sine dubio e chori carmine petitos, quos Schweigh. eumque secutus Nieberding. p. 43 non in hunc vitiosum senarium compingere debebant : προθεῖ δέ τοι σῦριγξ Ἰδαῖος ἀλεκτρυών.

II. (45.)

Hesych., Phot. v. Νιφόεσσα Ἑλένη (Phot. σελήνη, quod accipiendum videtur), ἀντὶ τοῦ λευκή. Ἴων Φρουροῖς.

III. (46.)

Schol. Aristoph. Ran. 1462 (1472) : Ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δέ)· παρὰ τὰ ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν, ὅπου ἡ Ἑλένη πρὸς τὸν Ὀδυσσέα φησὶ,

Σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν.

Apud Suidam v. Σίφνιοι s. fin. ineptissime hæc adjiciuntur : ἐκ τῶν Ἴωνος φρουρῶν· φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης· ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. Attamen ibi non excidit ille Ionis versus, ut Nieberding. p. 43 opinatur, sed exstat apud eumdem Suid. v. Σιγῶ quamquam corruptus : σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν, ut facile intelligi possit, verba ista sub finem articuli Σίφνιοι exhibita librarii cujusdam incuria alio, quam debuerint, loco esse ascripta. Discernenda igitur sunt ab articulo Σίφνιοι et v. Σιγῶ adjungenda, ut ibi legatur : Σιγῶ· — σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν· ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν. Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης· ποθεῖ μεν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. Nam quod etiam Suid. v. Σιγῶ Ionis et Aristophanis locos confundens scripsit : βούλεται δ' ἔχειν, nemini, credo, impedimento erit, quominus ad sententiam nostram accedat.

IV. (47.)

Schol. Platon. De rep. VIII, p. 394, 20, p. 415 ed. Bekk. : Στρεπτούς·) ὅρμους περὶ τὸν τράχηλον ἢ τὰς χεῖρας, οὓς καὶ στεφάνους χειρῶν λέγει Ἴων ἐν Φρουροῖς.

V. (48.)

Hesych., Phavorin. v. Κλητῆρα· τὸν καλέσαντα. Ἴων Φρουροῖς.

VI. (49.)

Hesych. v. Πυργήρως, μετέωρος (lege μετεώρως) ὡς πύργος· καὶ ἐν Φρουροῖς· πυργείαν κώπην (κοπὴν ms. Schow.) Similiter Phavorin. v. Πυργήρως, μετεώρως, ὡς πυρός (sic)· καὶ ἐν Φρουροῖς· πυργίαν κώπην. Recte Kœpk. 46, quum unius tantum Ionis Φρουροὶ citentur, Ἴων Φρουροῖς pro καὶ ἐν Φρουροῖς scripsisse videtur. Ceterum de hoc loco explicando emendandove doctiores videant.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (50.)

Plut. Consol. ad Apoll. 22, p. 113, B : Τούτων γὰρ (sc. τῶν βαρβάρων) τοὺς μὲν εἰς βόθρους τινὰς καταδύντας, ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν, μηδὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν βουλομένους, ἐπειδὴ καὶ ὁ τετελευτηκὼς ἀπεστέρηται τούτου. Ἴων γοῦν ὁ τραγικὸς ποιητὴς, οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων εὐηθείας, πεποίηκέ τινα λέγουσαν,

ἐξῆλθον ὑμῶν ἱκέτις ἡβώντων τροφὸς
παίδων, βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Sic Wyttenb. et Dübner. ex. codd. Paris., quum antea legeretur ἐξῆλθον ἡμῶν καὶ τὰ ἡμῶν τροφὸς κτλ., quæ Porson. Adv. p. 278 et Jacobs. Animadv. in Eurip. p. 38 sic correxerant : ἐξῆλθον ἡ μόνη τε καὶ τλήμων τροφός. Quorum emendatione quamvis carere nunc possimus, tamen recte se habent quæ Jacobs. l. c. ascripsit : « Verba sunt nutricis in scenam prodeuntis et prologum, ut videtur, agentis : novi certi actus initium constituunt. » Nec minus vera videntur quæ Welck. Trag. Gr. p. 946, adnot. 13, monuit, hæc verba in undecim fabulis, quarum tituli nobis servati sint, locum habere vix potuisse.

44.

Præcurrit vero tibia, Idæus gallus.

45.

Nivea Helena (Luna) pro alba.

46.

Tacet quidem oditque, attamen vult.

47.

Στρεπτούς, torques circa collem manusque, quas Io in Custodibus *manuum coronas* dicit.

48.

Κλητῆρα, eum qui vocavit.

49.

Πυργήρως, celsus sicut turris. Io in Custodibus πυργείαν κώπην (altum remum).

50.

Nutrix ego supplex vestræ prolis exii,
scrobibus relictis ad luctum quas feceram.

II. (51.)

Ibid. 28, p. 116, D : Δύ' ἐστὶ τῶν Δελφικῶν γραμμάτων τὰ μάλιστ' ἀναγκαιότατα πρὸς τὸν βίον, τὸ Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν· ἐκ τούτων γὰρ ἤρτηται καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Ταῦτα δέ ἐστιν ἀλλήλοις σύμφωνα καὶ συνῳδὰ, καὶ διὰ θατέρου θάτερον ἔοικε δηλοῦσθαι κατὰ δύναμιν. Ἔν τε γὰρ τῷ γινώσκειν ἑαυτὸν περιέχεται τὸ μηδὲν ἄγαν, καὶ ἐν τούτῳ τὸ γινώσκειν ἑαυτόν. Διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων φησὶν ὁ Ἴων οὕτως·

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
ἔργον δ', ὅσον Ζεὺς μόνος ἐπίσταται θεῶν.

Eundem locum ante oculos habuerunt Olympiod. ad Plat. Alcibiad. I, p. 201 Creuz. : Διὰ τὴν τραγῳδίαν λέγουσαν· τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα, ἔργῳ μόνος δὲ Ζεὺς ἐπίσταται θεῶν· et Schol. Plat. p. 81 ed. Ruhnk. : Καὶ γὰρ λέγεται· τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα, ἔργῳ δὲ μόνος ταῦτ' ἐπίσταται θεός, uterque haud dubie e memoria citans.

III. (52.)

Plut. De tranq. animi 3, p. 466, D : Καὶ γὰρ ἡ γυνὴ λυπεῖ, καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶνται, καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κλινίδιον·

Φίλων δ' ὅ τ' ἐλθὼν λυπρὸς, ὅ τ' ἀπιὼν βαρύς,

ὥς ὁ Ἴων φησίν. Idem habet Stob. Flor. IV, 117.

IV. (53.)

Plut. Quæst. Sympos. III, 10, c. 2, 3, p. 658, B : Τὴν δὲ σελήνην ἀνδρανεστέρας ἀφιέναι τὰς αὐγάς·

Μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς

κατὰ τὸν Ἴωνα. Cf. Plut. De fac. in orb. lun. 16, 5, p. 929, A : Αὐτῆς (sc. τῆς σελήνης) δὲ νωθείαν καὶ τάχους ἀμβλύτητα, καὶ τὸ θερμὸν ἀνδρανὲς καὶ ἀμαυρὸν, [ᾧ] κατὰ τὸν Ἴωνα μέλας οὐ πεπαίνεται βότρυς, εἰς τί θησόμεθα πλὴν ἀσθένειαν αὐτῆς καὶ πάθος, εἰ πάθος ἀϊδίῳ σώματι καὶ ὀλυμπίῳ μέτεστιν; Nieberding. p. 49 haud male censet, verba γὰρ αὐταῖς a Plutarcho adjecta esse, Ionem vero scripsisse : μέλας σελήνης οὐ πεπαίνεται βότρυς (αὐγαῖς κτλ.), Kœpk. vero locum e dramate satyrico ductum esse ratus dubitat an pro αὐταῖς mutatione lenissima scribendum sit αὐγαῖς.

V. (54.)

Plut. Vit. Demosth. 3 : Κἀκεῖ γάρ, ὥς φησιν Ἴων, δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. Grotius Exc. p. 450, ut versui succurreret et metrum restitueret, dedit κεῖται γὰρ ἡ δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία · vertens : *virtus enim delphinis in sicco jacet.* Quæ sententia vereor ut cuiquam arrideat. Probabilius vero Reisk. scripsit :

Κακὴ γὰρ ἡ δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία.

Quem versum cum Ionis fgm. 36 cohæsisse egregie Kœpk. p. 95 conjecit.

VI. (55.)

Stob. XX, 6, sine lemm.

A. Ἐπίσχες ὀργιζόμενος·
B. Ἀλλὰ βούλομαι,
οὐδεὶς γὰρ ὀργῆς χάριν ἀπείληφεν, πάτερ.

Ionis hunc locum esse optime Toup. Opusc. II, p. 85 ex hoc Plutarchi loco Comparat. Alcibiad. c. Coriol. (c. 2.) concludit : Οὐ γὰρ ἐκ φιλονεικείας οὔτε πολιτικῆς μάχης ἢ ἁμίλλης ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὀργῇ χαριζόμενος, παρ' ἧς οὐδέν φησιν ὁ Δίων ἀπολαβεῖν χάριν, quem procul dubio bene sic correxit : — παρ' ἧς οὐδένα φησὶν ὁ δ' Ἴων ἀπολαβεῖν χάριν. Similiter enim Ionis nomen in Δίων corruptum est apud Athen. XIV, p. 638, A (cf. Ion. fgm. 97 ed. Kœpk.).

VII. (56.)

Athen. I, p. 21, A : Ἴων

Ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας.

Eundem versum citat Eustath. p. 1942, 4.

51.

« Te nosce » dictum esse illud haud longum quidem,
operi deorum nemo par præter Jovem.

GR.

52.

Veniens amicus tædio est, absens gravis.

GR.

54.

— Nam iis non maturatur uva nigra.

54.

Exigua enim est delphini in terra vis.

55.

PAT. Iram moderare.
FIL. Cupio, quippe ita est, pater :
ira indulgenti nullam referet gratiam.

56.

Re insperata magis exsultabat animo.

VIII. (57.)

Athen. XI, p. 478, B : Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Ἴων ὁ Χῖος κότυλον οἴνου πλέων λέγων. Dindorf. πλέων correxit, quum vulgo legeretur πλέον.

IX. (58.)

Sext. Empiric. Adv. Mathem. II, 24 ed. Fabr. Πρὸς ῥητ. p. 679, 25 ed. Bekk. : Ἐκ μέσων μέντοι γε καὶ τὸν Χίων πρεσβευτὴν περὶ ἐξαγωγῆς πυροῦ δεόμενον, ἐπεὶ μακρῶς ἡρμήνευσε τὴν δέησιν, ἄπρακτον ἐξαπέστειλαν, ἑτέρου δὲ πεμφθέντος συντομωτέρου (ἤπειγε γὰρ ἀνάγκη τοὺς Χίους) ἔδοσαν· κενὸν γὰρ θύλακον αὐτοῖς οὕτως ἀνατείνας, ἀλφίτων αὐτῶν ἔφη δεῖσθαι· ὅμως δ' οὖν καὶ τοῦτον ὡς ἀδολέσχην ἐμέμψαντο· ἀποχρώντως γὰρ κενὸς δειχθεὶς ὁ θύλακος ἐσήμηνε τὴν τῶν Χίων αἴτησιν. Ἔνθεν ὁ τραγικὸς Ἴων κινηθεὶς εἶπεν ἐπ' αὐτῶν·

Οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις,
ἀλλ' εὖτ' Ἄρης νεοχμὸς ἐμπέσῃ στρατῷ,
βουλὴ μὲν ἄρχει, χεὶρ δ' ἐπεξεργάζεται·

ἅτε βουλομένων μὲν τὰ κράτιστα, στυγούντων δὲ τὴν ῥητορικήν. — Vs. 3 exstat etiam apud Schol. Hom. Il. β', 273.

X. (59.)

Pollux, VI, 16, 99 : Βομβύλιος (corrige βομβυλιός) δὲ, τὸ στενὸν ἔκπωμα καὶ βομβοῦν ἐν τῇ πόσει, ὡς Ἀντισθένης ἐν Προτρεπτικῷ· τὸ δὲ ποτήριον Ἴων ἐκάλεσεν (βομβυλιὸν subaudiendum esse recte Kœpk. p. 68 dicit). De poculorum genere, quod βομβυλιὸς vocabatur; cf. Athen. XI, p. 784, D, Hesych. s. v., Bachm. An. Gr. p. 180, 19.

XI. (60.)

Pollux, VII, 13, 60 : Ὁ δὲ κύπασσις λίνου πεποίηται σμικρὸς χιτωνίσκος ἄχρι μέσου μηροῦ, ὡς Ἴων φησί·

Βραχὺς λίνου κύπασσις ἐς μηρὸν μέσον
ἐσταλμένος

Cf. Phot., Hesych., Suid. v. Κύπασσις, κόσμος γυναικεῖος. ... οἱ γλωσσογράφοι χιτῶνος εἶδός φασι τὸν κύπασσιν οἱ μὲν γυναικείου, οἱ δὲ ἀνδρείου. Kuhn. κύπασσιν, ut de homine brevis staturæ sermo esset; fortassis recte.

XII. (61.)

Philo Jud. Quod omn. prob. liber sit. § 19 (p. 446 M., p. 885 P.) : Τοῦ δὲ περὶ τοὺς ὄρνιθας ἐναγωνίου μέμνηται καὶ ὁ τραγικὸς Ἴων διὰ τούτων·

Οὐδ' ὅγε σῶμα τυπεὶς διφυεῖς τε κόρας ἐπιλάθεται ἀλκᾶς,
ἀλλ' ὀλιγοδρανέων φθογγάζεται·
θάνατον δ' ὅγε δουλοσύνας προβέβουλε.

Sic locum cum Nieberdingio p. 58 dedi, qui eum inter lyrica Ionis fragmenta recepit. Sed equidem potius ad Kœpkii (p. 92) accedo sententiam, verba e chori carmine, quo Io duorum fortissimorum virorum certamen cum solenni gallorum gallinaceorum, ut e Philone liquet, pugna comparaverit, petita suspicantis. Id autem probare nequeo, quod idem vir doctus Grotio auctore θάνατον bis ponendum ac priori loco vel articulum adjiciendum esse ratus est. Grot. præterea scripsit vs. 1. ἀλλ' οὐδ', et vs. 3 φθεγγάζεται, vertitque : *et deficiens mortem vocitat.*

XIII. (62.)

Schol. ad Eur. Phœn. 219 ed. Valck. : Περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος·) τῶν σφοδρῶς ῥεομένων καὶ κύκλῳ κεχυμένων· ἀκάρπιστα δὲ πεδία τὴν θάλασσάν φησι, ἐπεὶ ἱππεύειν αἱ νῆες δοκοῦσιν ὀχήματος τρόπον· οὕτω καὶ Ἴων λέγει·

Ὅταν δὲ πόντου πεδίον Αἰγαῖον δραμῶ.

Καὶ Αἰσχύλος Νηρεΐσι· « Δελφινοφόρον πεδίον πῶς διαμειψάμεναι. »

XIV. (63.)

Ibid. 1166 : Ξανθὸν δὲ κρᾶτα διεπάλυνε·) ἀμφίβολον πότερον τὸν κρᾶτα εἶπεν ἢ τὸ κρᾶτα (sic Valck. pro vulg. τὰς κρᾶτας), ἐπεὶ καὶ ἐν Ἀρχελάῳ (Eurip. Archel. fgm. XIV) « ἐγὼ δὲ τὸν σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι

57.

Ejusdem meminit Io Chius dicens : *cotylum vini plenum.*

58.

Lacæna verbis non superbit civitas,
sed vis ut aliqua Martis incubuit recens,
consilia præsunt, fortis exsequitur manus.
GROT.

59.

— Io autem poculum βομβυλιόν dixit.

60.

Brevis linteus cypassis ad medium femur
extensus.

61.

Hic corpore et utroque oculo saucius
virtutis haud immemor est,
sed impotens clamat :
mortem vero is præfert servitio.

62.

Si Ægæum maris campum percurro —

θέλω· » καὶ Ὅμηρος ἀμφιβόλως εἴρηκεν, εἰπὼν « κρατῶν τυπτομένων. » Καὶ Ἴων·

Τύπτων τὸν αὐτοῦ κρᾶτα.

Sophocles enim τὸ κρᾶτα dixit, quod novatum ab eo esse Eustath. ad Il. θ′, p. 582, 42 tradit; cf. Soph. OR. 271, Phil. 998, 1453.

XV. (64.)

Strabo VIII. p. 364 : Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥᾴδιον (λέγουσι) ῥᾴ. De hac apocopa cf. Apollon. Dysc. De adv. p. 566, 10, Etym. M. p. 700, 26, v. Ῥᾴ

XVI. (65.)

Etym. Gud. p. 216, 30, v. Ἐτύχθη· ἄφυκτος ὃν οὐ δύναταί τις διαλαθεῖν, καὶ ὁ Ἴων ἐν τοῖς κανόσι·

Σειραῖς ἀφύκτοις ὃν διαρθροῖ δακτύλοις.

Consentit Etym. M p. 755, 24, v. Τέτυκται, nisi quod ibi pro ὁ Ἴων ἐν τοῖς κανόσι legitur ὁ Ἰωάννης, pro quo tamen Bekkero (Anecd. Gr. Ind. s. v, *Ion*. p. 1457) teste recte in cod. Paris. n. 2630 ὁ Ἴων reperitur. Quid in vocabulis corruptis ἐν τοῖς κανόσι lateat, haud facile divines : hoc autem Welck. Trag. Gr. p. 946 nemini, opinor, persuadebit, Ionem etiam libros argumenti grammatici scripsisse. Vide tamen ne ex istis verbis eruendum sit : ἐν τῷ Καινεῖ, vel ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ.

XVII. (66.)

Hesych. v. Νυμφαῖον ὄχθον, Ἴων· ὁ πόρος (sic egregie Nieberding. p. 51 correxit pro vulg. πάρος) ὃν ὁ Ἀλφεὸς τὴν Ἀρκαδίαν παραμειβόμενος, τὰς λεγομένας γλύφας διέρχεται. Eadem habet Phavorin. s. v., præterquam quod verba Ἴων ὁ πάρος omisit.

XVIII. (67.)

Hesych. v. Πυκνά· συχνά· συνετά· παλαιά. Πυκνά. (Ms. Schow. πυκναί) πτερά. τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον, τὴν πνύκα. Ἴων.

Utrumque locum conjungendum esse bene vidit Toup. Ep. crit. p. 95, sed prorsus restituit eum primus Kœpk. p. 86 sic scribens : πυκνά· συχνὰ, συνετὰ, παλαιά· πυκνὰ πτερά (cf. Hom. Il. XI, 454, Od. II. 151.) Τὸ δὲ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον τὴν πύκνα Ἴων (Ms. Schow. πυκναίων). De correctione τὴν πύκνα codice Schow. confirmata pro τὴν πνύκα nemo dubitabit : disputat enim Hesych. de significatione vocis πυκνὰ, quæ mutato accentu pro accusativo πνύκα ab Ione adhibita est.

XIX. (68.)

Hesych. v. Φοινικόλεγνον· Ἴων, τὸν πηνέλοπα, τὸ ὄρνεον· τὸν γὰρ τράχηλον ἐπίπαν φοινικοῦν· ἡ δὲ λέγνη παρέλκει. Cf. Eustath. ad Od. α′, p. 1422, 7. Aristot. hist. an. VIII. 3.

XX. (69.)

Bekk. An. Gr. III, p. 1195, 20, Theodos. Canon. p. 982, 23. Ἰστέον ὅτι οὐ συναιρεῖται ἐνταῦθα ἡ εὐθεῖα τῶν δυϊκῶν· οὐδὲ γὰρ λέγομεν τὼ ἡδέε τὼ ἡδῆ, ὥσπερ τὼ Δημοσθένεε τὼ Δημοσθενῆ.... δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸ τραχύς μόνον εὑρίσκεται συναιρούμενον κατὰ τὴν εὐθεῖαν τῶν δυϊκῶν εἰς τὴν ει δίφθογγον παρὰ Ἴωνι τῷ τραγικῷ, οἷον τὼ τραχέε τὼ τραχεῖ. De simili contractione adjectivorum in ης desinentium egimus ad Eurip. Thes. fgm. VI.

ΑΧΑΙΟΣ.

Duo innotuerunt *Achæi* nomine poetæ tragici, quorum alter Eretriensis, alter idemque multo junior Syracusanus fuit. Bene inter utrumque jam Suidas distinxit, de priori, de quo h. l. sermonem instituemus, hæc scribens : Ἀχαιός, Πυθοδώρου ἢ Πυθοδωρίδου, Ἐρετριεύς, τραγικός, γέγονε κατὰ τὴν οδ′ Ὀλυμπιάδα, καὶ δράματα ἐδίδαξε μδ′· οἱ δὲ τριάκοντα ἱστορήκασιν· ἄλλοι κδ′· ἐνίκησε δὲ ἕν· ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους ὀλίγῳ τινί· ἐπεδείκνυντο δὲ κοινῇ σὺν καὶ Εὐριπίδῃ ἀπὸ τῆς πγ′ Ὀλυμπιάδος. Similiter Eudoc. p. 69 : Ἀχαιὸς Πυθοδώρου ἢ Πυθοδώριδος, Ἐρετριεύς, τραγικός· ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους· ἐδίδαξε

63.

Verberans ejus caput.

64.

Sophocles et Io pro ῥᾴδιον (*facile*) ῥᾴ dicunt.

65.

Quem digitis vincit per restes haud fugiendas.

66.

Νυμφαῖον ὄχθον, Nympharum collem. Io.

67.

Πυκνά, crebra prudentia, vetera. Πυκνὰ πτερά, densæ alæ. Io vero judicium Atheniensium *pnycem* πύκνα dicit.

68.

Φοινικόλεγνον, purpureo limbo præditum, Io penelopem avem dicit.

69.

Sciendum vero est, adjectivum τραχύς solum contractum in nominativo numeri dualis inveniri per ει diphthongum apud Ionem tragicum, velut τὼ τραχέε — τὼ τραχεῖ.

δράματα ξδ'. Cf. Eustath. ad Il. β', 246, p. 325, Etym. M. et Phavorin. v. Ἀχαιός. Hinc quidem Achæum, de quo nostratium egregie C. L. *Urlichs* peculiari libello (Achæi Eretriensis quæ supersunt collecta et illustrata. Bonnæ, 1834) egit, Ol. LXXIV, 1 natum esse cognoscitur, sed quo tempore mortem obierit, non liquet, neque conjectura explorari id posse videtur, nisi forte inde, quod Aristophanes in Ranis, (quæ comœdia Lenæis Ol. XCIII, 3 acta est), ubi de superstitibus poetis tragicis loquitur, Achæi mentionem non fecit, concludendum est, eum illo tempore non amplius inter vivos fuisse. Si quis autem ex Aristoph. Thesm. 162, ubi omnes codd. Achæi nomen præbent, eum Ol. XCII, 2 (quo anno hæc fabula docta est) nondum mortuum fuisse colligere velit, ne in errorem rapiatur caveat : ibi enim jam Didymus (cf. schol.) in Achæi nomine hæsit ac mihi persuasissimum est, recte Fritzschium pro χἀχαιὸς correxisse χὠ Κεῖος (sc. Σιμωνίδης). Verumtamen mirum est, quod, quamquam maxima fuit ejus apud veteres gloria, ita quidem, ut grammatici Alexandrini nec in tragicorum canonem eum recipere nec (velut Didymus, cf. fgm. 4) ejus fabulis interpretandis singularem operam navare dubitarent, tamen de ejus vita nihil memoriæ proditum est. Nam de iis, quæ Ovid. Ibis 539 habet :

Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condit apis,

(ad quæ vetus interpres : « Achæus poeta fuit, cujus per hortum ambulantis capiti examen apum insedit, quod quum expellere vellet, eorum aculeis acie oculorum privatus est »), dubitari potest, sintne ad hunc Achæum referenda an ad Syracusanum. Hoc autem scimus, incepisse eum Ol. LXXXIII fabulas docere, quarum de numero jam grammatici certarunt. Alii enim 44, alii 30, alii 24 fuisse tradunt. Nam quod Eudocia refert, 64 fabulas ab eo scriptas esse, numeris vitium inesse credendum est, quippe quum parum veri simile sit, eam tanto plures cognitas habuisse, quam ipsum Suidam, ex quo tamen fere omnia sua hauserit. Plures vero quam 24 atque adeo plures quam 30 fabulas ab Achæo editas esse, e numero fabularum satyricarum concludi potest, quarum quum octo : Αἴθων, Ἀλκμαίων, Ἥφαιστος, Ἶρις, Λίνος, Μοῖραι, Μῶμος, Ὀμφάλη commemorentur, triginta duo saltem dramata ab eo in scenam prolata esse apparet. Præter octo illa dramata satyrica decem tragœdiarum tituli nobis servati sunt : Ἄδραστος, Ἀζᾶνες, Ἆθλοι vel Ἆθλα Ἀλφεσίβοια, Θησεύς, Κύκνος, Οἰδίπους, Πειρίθους, Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ, Φρίξος, nisi forte etiam Ἆθλοι, Κύκνος et Πειρίθους rectius fabulis satyricis adnumerantur, ut re vera 44 dramata, h. e. undecim tetralogias ab Achæo scriptas esse statuendum sit. Nam si ex tribus illis numeris, quos veteres grammatici nobis tradiderunt, unus pro vero habendus est, equidem numerum 44 genuinum esse, reliquos autem, 30 et 24, diversis temporibus exortos mihi persuadeo, quum fati invidia plures pluresque fabulæ intercidissent. — De scribendi genere, quo Achæus usus est, luculentum habemus Athenæi (cf. fgm. 17.) testimonium hæc scribentis : « Achæus vero Eretriensis, quum elegans alioquin in structura sermonis sit poeta, nonnunquam tamen dictionem suam obscurat et multa ænigmatice profert. » Quod judicium bene paucis illis, quæ supersunt, fragmentis confirmatur. Ceterum Achæum maxime dramate satyrico excelluisse, e verbis Diogenis Laertii (II, 17, 133) concludi potest de Menedemo sic loquentis : Μάλιστα δὲ πάντα Ὁμήρῳ προσεῖχεν· εἶτα καὶ τοῖς Μελικοῖς· ἔπειτα Σοφοκλεῖ, καὶ δὴ καὶ Ἀχαιῷ, ᾧπερ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ πρωτεῖον ἀπεδίδου. Quibus cave ne nimium tribuas : nam eodem modo Pausanias de Pratinæ Aristiæque fabulis satyricis judicavit (Vide quæ ad Pratinæ vitam disputavimus). Ceterum Menedemus vix in ea sententia fuisset, si ullum Chœrili drama nosset.

ΑΔΡΑΣΤΟΣ.

Quum in uno quod superest hujus fabulæ fragmento de occiso dracone sermo sit, Urlichs. p. 10 argumentum ea amplexum esse suspicatus est, quæ tradiderint Pausan. X, 25, Apollod. III, 6, 14, Hygin. fab. 74, quæque ab Æschylo in Nemeis, ab Euripide vero in Hypsipyla expressa sint. (Vide nos ad Eurip. Hypsipyl.) Recte autem monuit Welck. Trag. Græc. p. 962, Adrastum ibi tragici nihil perpessum esse, ut ejus nomine tragœdia inscribi potuisset. Ipse igitur argumentum in bello Thebano ac præcipue in eo quærendum esse dicit, quod Adrastus, quum Creo mortuorum ducum corpora sepelienda tradere nollet, Athenas se contulerit, ut Thesei auxilio corpora ad sepulturam acciperet. Verum etiam in hoc argumento non video, quale illud sit quod Adrasto acciderit, ut tragœdiæ nomen dare potuisset. Quare probabilius esse mihi videtur, quod Bodius Hist. Poes. Græc. III, p. 545, conjecit, Achæum in hac tragœdia ea tractasse, quæ Adrastus longe ante bellum Thebanum perpessus sit, nimirum quum ab Amphiarao Argis expulsus Sicyonem pervenerit. Ad quæ respexit Pind. Nem. IX, 30; cf. schol. ad

h. l. φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρηον·) περὶ τῆς Ἀδράστου εἰς Σικυῶνα μεταστάσεως Ἡρόδοτος (V. 67) μὲν οὕτω φησίν· οἱ δὲ Σικυώνιοι εἰώθεισαν κάρτα (Herod. ἐώθεσαν μεγαλωστὶ κάρτα) τιμᾶν τὸν Ἄδρηστον· ἡ γὰρ χώρη αὕτη ἦν Πολύβου· ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος, ἄπαις δὲ ὁ Πόλυβος τελευτῶν διδοῖ Ἀδρήστῳ τὴν χώρην (Herod. ἀρχήν). Μέναιχμος δὲ ὁ Σικυώνιος οὕτω γράφει· χρόνου παρελθόντος πολλοῦ Πρῶναξ μὲν ὁ Ταλαοῦ καὶ Λυσιμάχης, τῆς Πολύβου, βασιλεύων Ἀργείων ἀποθνήσκει, κατασταθεὶς ὑπὸ Ἀμφιαράου καὶ τῶν Ἀναξαγοριδῶν. Ἄδραστος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Πρώνακτος φυγὼν ἦλθεν εἰς Σικυῶνα, καὶ τὴν Πολύβου μητροπάτορος βασιλείαν λαβὼν ἐβασίλευσε τῆς Σικυῶνος, καὶ τῆς Ἥρας τῆς Ἀλεξάνδρου καλουμένης ἱερὸν καθ' ὅνπερ ᾤκει τόπον ἱδρύσατο· τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβε ταύτην τὸ ἱερὸν διὰ τὸ φεύγοντα τὸν Ἄδραστον ἱδρύσασθαι καὶ καλέσαι ἱερὸν Ἥρας ἀλεξάνδρου. τὸ δὲ φυγεῖν τινες ἀλᾶσθαι ὠνόμαζον.

I. (1.)

Hesych. v. Ἀργῆν ἔπεφνεν· ὄφιν· ἔστι δὲ ἐπίθετον δράκοντος. Hæc verba ex Achæi Adrasto fluxisse docet Harpocr. v. Ἀργᾶς : ... πιθανώτερόν ἐστι λέγειν ὅτι Δωριεῖς, μάλιστα δὲ Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἀργᾶν ἐκάλουν, ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἀδράστῳ. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος οὐ κατὰ γλῶτταν καλεῖσθαι τὸν ὄφιν ἀργᾶν φησιν, ἀλλὰ γένος τι εἶναι ὀφέων τοὺς ἀργᾶς.... Ἔνιοι δὲ τοῦ δράκοντος εἶναί φασι τὸ ἀργᾶν ἐπίθετον.

ΑΖΑΝΕΣ.

Chorus in hac fabula, ut e titulo colligi potest (vide nos ad Ionis Φρουρούς), ex Azanibus constabat, qui Arcadiæ partem habitabant (cf. Steph. Byz. v. Ἀζανία, Strabon. VIII, p. 306) nomenque ab Azane, Eratonis Nymphæ filio, acceperant. De quibus copiose quidem egit Urlichs. p. 14 sq., nihil autem in eorum historia invenire potuit, quod aptum tragœdiæ argumentum præbuisset. Quare Orestis in Arcadiam fugam atque expiationem hac fabula expressam fuisse opinatur. Orestes enim, matre occisa, ut a quibusdam traditur, a Furiis vexatus in Arcadiam se contulit, ubi in loco quodam Parrhasiæ vel Mænaliæ in Dianæ templum confugit et ad deæ aram consedit; cf. Eur. Or. 1463 sq,. Electr. 1273. sq. Morbo liberatus in rei memoriam urbem condidit postea Oresteum appellatam et post aliquod tempus serpentis morsu mortuus est; cf. schol. Eur. Or. 1645, Pausan. VIII, 34, 2. Id autem nemini offensioni sit, quod fabula Azanum nomine inscripta est, quamquam Orestes non in ea Arcadiæ parte, quæ proprie Azania appellabatur, consedit. Sed latius patuisse Azanum nomen quum ex Euripide ll. cc. colligi potest, tum aliunde Urlichs. p. 14 sqq. recte concludit, præsertim quum Lycosura et Phigalia, quæ alibi inter Parrhasiæ urbes enumerantur, a Pausania VIII, 4, 3; 42, 4, Azanibus tribuantur. Idem vir doctus p. 20 sq. præclare monuit, non temere factum esse, ut poetæ tragici ad Arcadum fabulas confugerent, sed eo consilio fuisse ductos, ut inter Arcadiæ populos et Athenienses jam antiquitus aliquam necessitudinem intercessisse ostenderent, quum Ol. XC nonnullæ civitates Arcadicæ cum Atheniensibus fœdus inirent. Hinc etiam fabulam Ol. XC actam esse probabile fit. — Longe aliam vero de fabulæ argumento sententiam amplexus est Welcker. l. c. p. 964. Putat enim, quum in fragmento infra exhibito de sacrificiis quibusdam Jovis tollendis sermo sit, Azanum chorum illis verbis usum esse, ut Lycaonem ad abolenda sæva ista Jovis Lycæi, cui homines immolatos esse constat, sacrificia commoveret; itaque hac tragœdia expressam fuisse Lycaonis historiam, quam descripsit Apollod. III, 8, 1. Idem argumentum Ol. XCI, 2 Xenocles in Lycaone (quam conferas velim) tractavit. — Quorum doctorum virorum quis propius ad verum accesserit, decernere non ausim.

I. (2.)

Schol. Eur. Orest. 373 : Ἀχαιὸς Ἀζᾶσι·

Νῦν οὖν
ἡμεῖς ἱκέται θαλλούς τε θεῶν
γέρας. . . . .
τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν, λῆξαι
τῆς ἀστερόπου Ζηνὸς θυσίας.

Sic locum disposuit Urlichs. p. 20, Welckero consentiente lacunam post γέρας statuens, quod Matthiæus tanquam glossema ejiciendum esse censet. At ego quoque aliquid excidisse puto, itaque probare nequeo G. Hermanni (De Apolline et Diana. Opusc. VII, p. 291) correctionem : καὶ νῦν ἡμεῖς | ἱκέται τε θεῶν θάλλους τε γέρας | τίθεμεν

1.
Ἀργῆν interfecit, serpentem. Est epitheton draconis.

2.
Nunc igitur nos supplices adsumus et frondes, deorum munera, ad pedes tuos deponimus, ut a sacrificio Jovis fulgurantis desistas.

κτλ. Egregie vero Hermann. ex Arcad. p. 67, 13 ἀστερόπου pro vulg. ἀστεροποῦ scripsit.

Huc Welckero auctore etiam referendum est inc. fab. fgm. VI.

ΑΘΛΟΙ.

De hoc dramate tanta nos tenet inscitia, ut ne de titulo quidem dicere queamus, fueritne Ἆθλα an Ἆθλοι, quum Athenæus, qui solus hanc fabulam citat, ubique scripserit : Ἀχαιὸς ἐν Ἄθλοις. Urlichs. p. 21 drama Ἆθλα inscribendum duxit, quum etiam Thespis similiter tragœdiæ nomen Ἆθλα ἢ Φόρβας præposuerit. Quæ ratio quam incerta sit, vix est quod moneam : quare dubito an præferenda sit inscriptio Ἆθλοι, quum Herculis cum nescio quo Syleo vel simili portento certamen hac fabula repræsentatum fuisse mihi videatur. Nec multum abest quin in iis argumentum quæram, quæ narrat Ælian. V. H. I, 24 : Γλαύκωνος τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Φόρβαντος γίνεται παῖς Λεπρέας, ὅσπερ οὖν συνεβούλευσε τῷ Αὐγέᾳ δῆσαι τὸν Ἡρακλῆ, ὅτε αὐτὸν ἀπῄτει τὸν ὑπὲρ τοῦ ἄθλου μισθὸν Ἡρακλῆς. Ἦν οὖν, οἷα εἰκός, πολέμιος τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Λεπρέας ἐκ τῆς τοιαύτης συμβουλῆς. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ μὲν τοῦ Διὸς παῖς εἰς Καύκωνος ἀφίκετο· δεηθείσης δὲ τῆς Ἀστυδαμείας, διαλύεται τὴν πρὸς Λεπρέαν ὁ Ἡρακλῆς ἔχθραν. Φιλονεικία δ' οὖν αὐτοῖς ἐμπίπτει νεανικὴ, καὶ ἐρίζουσιν ἀλλήλοις περὶ δίσκου καὶ ὕδατος ἀντλήσεως καὶ τίς καταδειπνήσει ταῦρον πρότερος· καὶ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττᾶται Λεπρέας. Καὶ ὑπὲρ πολυποσίας ἀγὼν αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ ἐνταῦθα πάλιν ὁ Ἡρακλῆς ἐκράτει. Διανιώμενος δὲ ὁ Λεπρέας, λαβὼν ὅπλα, εἰς μονομαχίαν προκαλεῖται τὸν Ἡρακλῆ. Καὶ οὖν καὶ ἔτισε δίκας ὑπὲρ τῶν παρ' Αὐγέᾳ· μαχόμενος γὰρ ἀποθνήσκει. Ab omni enim parte ea accipio, quæ Friebel. Poet. Satyr. p. 57 et Welck. l. c. p. 960, hanc fabulam satyricis adnumerantes, disputarunt : quippe quum omnia quæ supersunt fragmenta ad athletarum mores atque inprimis ad eorum voracitatem spectent, nemo credo talia locum habere in tragœdia potuisse sibi persuadebit. Prorsus similiter vero egisse videmus Euripidem in Autolyco satyrico (vid. fgm. I).

I. (3.)

Athen. X, p. 417, F : Ἀχαιὸς δ' ἐν Ἄθλοις·

Πότερα θεωροῖς εἶτ' ἀγωνισταῖς λέγεις;
B. Πόλλ' ἐσθίουσιν, ὡς ἐπασκούντων τρόπος.
A. Ποδαποὶ γάρ εἰσιν οἱ ξένοι; B. Βοιώτιοι.

Vs. 1 cod. Palat. et editt. Ald. et Commelin. habent εἶτ', quod Schweighæuserus in εἴτ' mutavit. Id autem Meinek. (Exercit. philol. in Athenæum, Berol. 1843, p. 31) post πότερα non magis quam in Latino sermone *sive* post *utrum* ferendum esse dicit. In qua re vereor ne erraverit vir doctissimus. Quum enim εἴτε sæpius secundam duplicis interrogationis partem incipiat (cf. Matth. Gr. Gr. § 617, 5, p. 1476), non intelligo, quidni etiam post πότερα feratur. Carere igitur possumus ingeniosa emendatione, qua ille hoc vitium tolli voluit. Suspicatur enim in superioribus personam B. nuntiasse adventum hospitum, iisque largas et exquisitas epulas apponendas esse dixisse. Quibus auditis alterum mirabundum interrogasse :

πότερα θεωροῖς ἢ ταγηνισταῖς λέγεις;

His quod inferatur deinceps πόλλ' ἐσθίουσιν item dativum esse participii facile intelligitur.

II. (4.)

Athen. XV, p. 689, B : Τοῦ δ' Αἰγυπτίου μύρου μνημονεύων Ἀχαιὸς ἐν Ἄθλοις φησίν,

Ἰσάργυρόν τ' ἐς χεῖρα Κυπρίου λίθου
δώσουσι κόσμον χριμάτων τ' Αἰγυπτίων.

Μήποτε, φησὶν ὁ Δίδυμος, τὴν καλουμένην στακτὴν λέγει, διὰ τὴν σμύρναν, ἣν εἰς Αἴγυπτον καταγομένην κομίζεσθαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. — Vs. 1 Ἰσάργυρόν τ' ἐς bene Heringa (Observ. p. 276) correxit pro eo quod codd. præbent εἰς ἀργυροῦν τις et εἰς ἀργυροῦντες. Cf. Blomf. Gloss. ad Æsch. Agam. 932.

III. (5.)

Athen. X, p. 414, C, D : Ὁ Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριεὺς περὶ τῆς εὐεξίας τῶν ἀθλητῶν διηγούμενός φησι,

Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας
ἥβῃ σφριγῶντες ἐμπορεύονται, νέῳ
στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας·

3.

A. Spectatoribusne an certantibus dicis?
B. Multum comedentibus (dico) ut athletarum mos est.
A. Cujates ergo sunt hi hospites? B. Bœotii.

4.

Pretiosumque dabunt e Cyprio lapide
ornatum manus et Ægyptia unguenta.

5.

Nudi enim brachia nitentia motitabant,
pubertate turgentes incedunt, recenti
splendentes flore validos circum lacertos;

ἄδην δ' ἐλαίου στέρνα καὶ ποδῶν κύτος
χρίουσιν, ὡς ἔχοντες οἴκοθεν τρυφήν.

Egregie hunc locum ad Achæi Ἆθλους rettulit Schweighæus. — Vs. 1 recte in ὤθουν hæserunt Th. Bergk. (Comment. de reliqu. comœd. Att. p. 423) et Meinek. (Exercit. philol. in Athenæum p. 31), pro quo ille : γυμνοὶ γὰρ ὤμους, φαιδίμους βραχ. ἥβῃ σφριγ., hic aptius γυμνοὶ δ' ἄνωθεν φαιδ. κτλ. scribi voluit, comparans locum Athen. XIV, p. 651, F., ubi similiter γὰρ αἰδῶν pro Δαναΐδων legitur. — Vs. 2 ἥβῃ primus Ruhnk. ad Timæum p. 245 pro vulg. ἥβης restituit. — Vs. 4 Meinek. (Cur. crit. in Athen. p. 37) ἐλαίῳ, quo tamen haud opus.

ΑΙΘΩΝ.

Hujus fabulæ, de qua nuper peculiari dissertatione (De Æthone satyrico Achæi Eretriensis, Lips. 1837) eleganter *Ed. Müller* egit, quale fuerit argumentum, haud facile est ad definiendum, quum maxima virorum doctorum vel de tituli significatione sit dissensio. Alii enim, quorum princeps est Welck. Append. Tril. p. 317, quum Ulixes id Od. XIX, 183 de se ipse dicat : ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Αἴθων, etiam hoc loco voce Αἴθων, quippe qua vulpina indoles vel calliditas significetur, Ulixem dictum esse censent : quam conjecturam Ed. Müller. p. 4 — 12 eo firmare studuit, ut accurate circumspecto illius vocabuli usu ostenderet, αἴθωνα pro vulpe fuisse Græcis. Sed quamvis in haud paucis egregie vir doctus disputaverit, vereor tamen ut multis, quod voluit, persuaserit. Ac mihi quoque non leves in animo scrupuli resident. Primum enim non intelligo quî fieri potuerit ut κατ' ἐξοχὴν vulpes αἴθων appellaretur, quum eodem cognomine sæpissime permulta alia animalia adornata essent, ut ex exemplis diligenter a Mullero ipso collectis liquet. Deinde mirum est, quod, si re vera apud Homerum αἴθων vulpem significaret, nullum hujus usus exemplum apud alium quenquam scriptorem ad nos pervenit, præsertim quum vulpes et calliditatis notio, quæ per hanc bestiam exprimi solet, sat frequenter apud omnes fere scriptores, maxime apud poetas comicos eosque, qui αἴνους scripsere, reperiatur. Nam quæ Müller. præterea ex Pind. Ol. XI (X), 20 et Hermipp. (apud Plut. Vit. Pericl. 33) attulit exempla nihil valent : quippe apud Pindarum αἴθων ἀλώπηξ eodem modo dicitur, ut apud alios scriptores αἴθων λέων, ἵππος, βοῦς, etc. ; apud Hermippum vero αἴθωνι Κλέωνι significat : *fervido, incenso Cleoni*, quod cum ex continuitate sermonis (cf. Meinek. Poet. com. II, p. 397) tum ex adjecto verbo δηχθεὶς cognosci potest. Quæ quum ita sint, haud probabilia existimo quæ Mull. ingeniose excogitavit, Achæi *Æthonem*, ut in Æschyli Circa, Ulixem esse apud Circen versantem. Etenim quæ ad sententiam suam firmandam ex fragmentis ipsis repetiit argumenta, speciosa, ne dicam falsa, esse infra docebitur. Ut autem de Homeri loco quæ sentio proferam, primum non perspicio cur se Ulixes potissimum apud Penelopam *vulpem* dixerit, ubi tamen vulpinæ naturæ nihil prodit; deinde quid causæ sit, ut nulla hujus cognominis Ulixei mentio alibi reperiatur, quamvis nullus fere heros Ulixe frequentius commemoretur. Quapropter ei rei, quod Ulixes Αἴθωνα se appellat, non plus tribuendum esse censeo, quam ei, quod se apud Eumæum (Od. XIV, 204) pariter Cretensem, sed Castoris Hylacidæ filium esse simulat : fingit enim primum quodque nomen, ne statim cognoscatur. Si quis autem æquo pertinacius illi αἴθων aliquam vim inesse affirmet, equidem *fervidi* notionem inferre non dubitem. Quidni enim Ulixes se *fervidum*, *acrem* (sc. in pugna) appellatum esse dixerit? (cf. Æsch. S. c. Th. 430, Soph. Aj. 1067.) Quas ob caussas quum ad Mülleri sententiam accedere nequeam, ad eorum transeo partes, qui voce Αἴθων Erysichthonem significatum esse conjiciunt. Nec temere eos agere apparet ex Hellanico (apud Athen. X, p. 416, B) : Ἑλλάνικος δὲ ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας Ἐρυσίχθονά φησι τὸν Μυρμιδόνος, ὅτι ἦν ἄπληστος βορᾶς, Αἴθωνα κληθῆναι· et Ælian. V. H. I, 27 : Ἀδδηφάγους λέγουσιν ἀνθρώπους γεγονέναι... καὶ Ἐρυσίχθονα τὸν Μυρμιδόνος· ἔνθεν τοι καὶ Αἴθων ἐκλήθη οὗτος. Cf. Eustath. ad Il. λ', p. 806, 21, Tzetz. ad Lycophr. 1393, Suid. v. Αἴθων. His testimoniis adde quod veteres famem ipsam αἴθωνα vel αἴθοπα dixerunt. Cf. Hes. Op. 361, Epigr. ap. Æsch. C. Ctesiph. § 184, p. 574 Reisk., Callim. Hymn. in Cerer. 67, collat. Ovid. Met. VIII, 828, 837. Expressa igitur hoc dramate fuit Erysichthonis historia, qui, quum Cererem sprevisset, tam dira fame ab ea punitus est, ut omnia sua ac postremo vel artus suos devorare inciperet; cf. Ovid. Met. VIII, 740 sqq. Haud dubie etiam Mestra, Erysichthonis filia, ut bene Kœpk. (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1837, p. 253) conjecit, partes egit eo patrem adjuvans, ut, quum pulchritudine excelleret, corpore quæstum faceret; cf. Tzetz. l. c. Chil. II, 47. Mich. Apost. XII, 61, qui hausit ex Palæph. De incredib. 24 : Περὶ Μήστρας τῆς Ἐρυσίχθονός φασιν ὡς, ὁπότε βούλοιτο, ἀλλάσσειν τὴν ἰδέαν· ὁ δὲ μῦθος καταγέλαστος.

---

affatim oleo pedes pectusque inungunt | ut qui domi assueverunt luxuriæ.

Πῶς γὰρ εἰκὸς ἐκ κόρης γενέσθαι βοῦν, καὶ αὖθις κύνα ἢ ὄρνεον; τὸ δ᾽ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἐρυσίχθων ἦν ἀνὴρ Θετταλὸς, καὶ διαφθείρας τὰ χρήματα πένης ἐγένετο· ἦν δὲ θυγάτηρ αὐτῷ καλὴ καὶ ὡραία, Μήστρα τὸ ὄνομα· ὅστις δὲ εἶδε ταύτην, ἤρα αὐτῆς. Ἀργυρίῳ μὲν οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι οὐκ ἐμνηστεύοντο, ἐδίδοσαν δὲ οἱ μὲν ἵππους, οἱ δὲ βοῦς, τινὲς δὲ πρόβατα ἢ ὅ τι ἂν ἐθέλοι ἡ Μήστρα. Ἔλεγον δὲ οἱ Θετταλοὶ ὁρῶντες ἀθροιζόμενον τῷ Ἐρυσίχθονι τὸν βίον ὅτι ἡ Μήστρα ἐγένετο αὐτῷ πάντα καὶ ἵππος καὶ τἆλλα· ἀφ᾽ ὧν ὁ μῦθος προσανεπλάσθη. Nec facetum lepidumque hoc argumentum fuisse negabit qui in altera parte Erysichthonem insatiabili fame vexatum, Satyros vero satiatos ebriosque et lascivitate petulantiaque abundantes in altera conspectos esse consideraverit.

I. (6.)

Athen. VI, p. 270, C.

Ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά,

Ἀχαιός φησιν ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ. Cf. Eustath. ad Od. p. 1596, 40. Ed. Müll. p. 20 hoc fragmentum ad Erysichthonem referri propterea non posse dicit, quia nemo eum ad amorem esse pellectum tradiderit; quasi non per se intelligeretur, Satyros petulantia et salacitate insignes, quum jocarentur cum Mestra, Erysichthonem cohortatos esse, ut horum gaudiorum particeps fieret. Haud male autem Müll. vs. 1 explevit τῇ post ἐν inserto.

II. (7.)

Athen. IX, p. 368, A: Ἀχαιὸς δ᾽ ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ·

Κεκερματίσθω δ᾽ ἄλλα μοι παροψίδων
κάθεφθα, καὶ κνισηρὰ παραφλογίσματα.

Vs. 1 non cum Müllero post παροψίδων, sed post κάθεφθα interpunxi, nec quomodo hic vs. cum antecedenti fragmento cohærere potuerit, ut ille censet, equidem intelligo. Ceterum hoc fragm. pariter atque fragm. IV, V, parum in Ulixem, optime vero in hominem voracissimum, qualis fuit Erysichtho, quadrare, nemo est quin videat.

III. (8.)

Athen. IX, p. 376, A: Πεταλίδων συῶν μνημονεύει Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ λέγων οὕτως· « Πεταλίδων δέ τοι συῶν μορφαῖς πόλλ᾽ ἐπάϊον. » Πεταλίδας δ᾽ αὐτὰς εἴρηκε, μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων· οὗτοι γὰρ πέτηλοι λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσι. Hinc Dindorf. Achæi versus sic constituit:

Πεταλίδων δέ τοι συῶν
μορφαῖς * * ταῖσδε πόλλ᾽ ἐπάϊον.

Eundem locum respexit Hesych. v. Πεταλίδων ὑῶν· μετήχθη ἀπὸ τῶν μόσχων· πέτηλοι γὰρ οὗτοι λέγονται. Rectius autem Friebel. Poet. Satyrogr. p. 25, vs. 2 scripsisse videtur μορφαῖσι ταῖσδε κτλ. nullam lacunam statuens. — Hoc fragm. Müll. plurimum ad sententiam suam firmandam valere opinatur, quippe in quo suum mentio sit facta; sed primum illud non animadvertit, Ulixis sodales non potuisse in πεταλίδας, sed in πετάλους mutari. Deinde quis neget, in quavis fabula, in qua cœnatum sit, commemorari sues potuisse? Optime autem hoc fragm. ad Erysichthonem refertur, qui, quum Satyri ei assidue se ingurgitanti adultas sues commendarent, se multa de earum forma, h. e. pinguedine, percepisse ait.

IV. (9.)

Athen. X, p. 427, C: Ἀχαιὸς δ᾽ Αἴθωνι σατυρικῷ τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὑδαρῆ πίνειν καὶ λέγοντας·

Μῶν ἀχελῷος ἦν κεκραμμένος πολύς;
B. Ἀλλ᾽ οὐδὲ λεῖξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.
A. Καλῶς μὲν οὖν ἄγειν * * Σκύθῃ πιεῖν.

Vs. 1 citat etiam Eustath. p. 1624, 53. Quod ibi legebatur ἀχελῷος et vs. sequ. λῆξαι correxit Meinek. ad Euphor. p. 119 ed. prim. Idem vero nunc pro ἦν κεκραμμένος, quum imperfectum ἦν nonnihil offensionis habeat, ingeniose (Exerc. philol. in Athen. p. 33) scribi jubet ἐγκεκραμμένος. — *Acheloum* veteribus pro quavis aqua ad-

---

6.

Nam vacuo in ventre pulchrarum amor
non inest. Acerba enim Cypris esurientibus.

7.

Dissecentur vero mihi alia obsonia
cocta, et nidorem exhalantia assa.

8.

De hisce Petalidum suum formis autem profecto [multa audivi.

9.

A. Num totus Achelous vino mixtus est?
B. At ne lingere quidem eum huic generi fas est.
A. Bene igitur edendum (?) Scytharum more et bibendum est.

hibitum esse satis notum est; cf. Eurip. Hypsipyl. fgm. II, Schol. Ven. ad Il. ω', 616. Elmsl. ad Eur. Bacch. 625. — Vs. 3 cod. Venet. præbet : σκύθῃ πιεῖν. Laurent. σκυθηπιεῖν. Palat. σκυθιπιεῖν. Edd. Ald. et Commel. σκυθιστὶ πιεῖν. Loco valde depravato certatim viri docti mederi conati fuere, sed, ut equidem opinor, parum feliciter. Ac primum quidem Dindorf. conjecit : καλῶς μὲν οὖν ἄγειν ἔχει Σκύθῃ πιεῖν, quam conjecturam egregie jam Friebel. l. c. p. 27 sq. repulit. Jacobs. (Animadv. in Athen. p. 231) paullo audacius : ἀλλ' οὐδὲ θῖξαι τοῦδ' ἐμῷ γένει θέμις. Χάλιος μὲν οὖν ἄγ' ἔγχεον Σκύθῃ πιεῖν. Urlichs. p. 45, καλῶς μὲν οὖν· ἄγ' ἐν χέον Σκύθῃ πιεῖν. Meinek. l. c. καλῶς μὲν οὖν ἂν ἐγχέοις Σκύθῃ πιεῖν. In his emendationibus, ut alia taceam, maxime offendit Σκύθῃ nude positum, præcipue quum haud facile intelligatur quis Scytha ille sit, cui vinum infundatur. Müll. p. 18 dedit : καλῶς· μέθυος οὖν ἔγχεον σκύθει πιεῖν. In qua correctione duplici modo offendit σκύθει. Primum enim e continuitate verborum apud Athenæum apparet, de Scytharum immodico bibendi more sermonem esse; deinde σκύθος ab Atticorum loquendi usu alienum est. Friebel. p. 28 denique proposuit : καλῶς μὲν οὖν ἄγαν δίκην Σκύθου πιεῖν, haud male, nisi quod ἄγαν post καλῶς μὲν οὖν paullulum languet. Ipse igitur vestigiis editionum Ald. et Commelin. insistens scribi malim : καλῶς μὲν οὖν φαγεῖν Σκυθιστὶ καὶ πιεῖν.

V. (10.)

Athen. XV, p. 690, B : Ἀχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ·

Βακκάρει χρισθέντα καὶ ψυκτηρίοις
πτεροῖς ἀναστήσαντα προσθίαν τρίχα.

Vs. 2 codd. πρὸς θείαν, quod emendavit Canter. — Ad sententiam cf. Ovid. Met. V, 52.

Haud inepte Friebel. p. 25 huc etiam referendum esse dicit inc. fgm. V. — Minime vero ad hanc fabulam pertinere versum, quem Demetrio auctore ex Æthone Schol. Aristoph. Ran. 186 citat, ad Pirithoi fragmenta (I) ostendimus.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Optime vidit Urlichs. p. 50, quum e fragm. I, II dramatis scenam Delphis fuisse appareat, Achæum illud sibi argumentum elegisse tractandum, quod novimus ex Thuc. II, 102, Apollod. III, 7, 5, Pausan. VIII, 24, 4. Alcmæo enim, quum ob matris cædem a Furiis agitatus Argos reliquisset, Psophidem venit, ubi a Phegeo rege lustratus ejus filiam Alphesibœam (Arsinoam apud Apollod.) uxorem duxit, eique monile illud fatale, quod jam parentibus suis exitio fuerat, dono dedit. Sed quum ne hic quidem prorsus morbo liberaretur, Delphos se contulit et Apollinem de insaniæ remediis consuluit. A quo responsum tulit, se in ea terræ parte a morbo liberatum iri, quæ, dum scelus patraretur, nondum fuerit. Ad Acheloum igitur concessit, a quo iterum lustratus in solo a fluvio aggesto urbem condidit et Acheloi filiam Callirrhoen in matrimonium duxit. Quod argumentum quomodo a poetis satyricis et comicis (nam Alcmæonem etiam Amphis et Mnesimachus scripserunt) in usum suum converti potuerit, nunc haud facile explores : verissime tamen Urlichs. monuit, Achæum debuisse Alcmæonis insaniam ad risum detorquere, itaque levissima quæque eum expavescentem fecisse. Nec improbabile est, quod idem vir doctus conjecit, Achæum rem suam ita instituisse, ut Alcmæonis morbum tempestivis conviviis a Delphis harum rerum peritissimis sanatum esse fingeret.

I. (11.)

Athen. IV, p. 173, C : Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ σατυρικῷ καρυκοποιοὺς καλεῖ τοὺς Δελφοὺς διὰ τούτων·

Καρυκοποιοὺς προσβλέπων βδελύττομαι·

παρόσον τὰ ἱερεῖα περιτέμνοντες δῆλον ὡς ἐμαγείρευον αὐτὰ καὶ ἐκαρύκευον.

II. (12.)

Ibid. D : Κἀν τοῖς ἑξῆς δ' ὁ Ἀχαιός φησιν,

Τίς ὑποκεκρυμμένος μένει
Σαραβικῶν κοπίδων συνομώνυμε;

ἐπισκώπτουσι γὰρ οἱ Σάτυροι τοὺς Δελφοὺς ὡς περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς θοίνας διατρίβοντας. — Vs. 2 in omnibus codd. est σαραβάκων : quod quum intelligi nequeat, viris doctis variam conjectandi opportunitatem dedit. Scripsit igitur Casaubonus : τί δ' ὑποκεκρυμμένος μένεις σαλάκων, κοπίδων σύ γ' ὁμώνυμε; h. e. *Quid te clam occultans manes, qui*

10.
Baccari unctum, et refrigerantibus
pinnis erigentem anteriores crines.

11.
Condimentorum artifices aspiciens abominor.

12.
Quid te clam occultans manes, qui a
Sarabicis (i. e. coquinariis) cultris nomen habes?

vulgo Κοπίς *cluis?* Sed parum probabile est σαλάκων, quod quomodo in σαραβάκων depravari potuerit, haud facile perspicitur. Longe melius Toup. Epist. crit. vol. II, p. 50 ed. Lips., τί ὑποκεχρυμμένος μένεις, Σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμε; scribens, Sarambi, clarissimi Atheniensium cauponis (de quo cf. Plat. Gorg. p. 518, B, Themist. Sophist. p. 297, Aristid. Orat. ὑπὲρ τῶν τεσσάρων t. III, p. 317, Athen. III, p. 112, E, Suid. v. Σάραμβος, Davis. ad Max. Tyr. IV, 5. Casaub. ad Athen. locum cit., Toup. Opusc. I, p. 409) nomen restituit. Sed conjecturæ suæ bonitatem eo infregit, quod coquum alloqui censet, quamvis Athen. aperte Satyros his verbis in Delphos invectos esse tradiderit. At vero etiam forma Σαραμβικῶν propter metrum, quod manifesto dactylicum est, ferri nequit, recteque ab Urlichs. p. 52. in Σαραβικῶν mutata est, quum Sarambus ille alibi et quidem rectius, ut Meinek. Poet. com. IV, p. 525, jure affirmavit, Sarabus vel Sarabo appelletur; cf. Posidipp. apud Dicæarch. Vit. Græc. in Hudsoni Geogr. Min. II, p. 14 (Meinek. l. c.), Dio Chrysost. Or, IV, p. 75 ed. Morell., Tzetz. Chil. X, 818, Polluc. VII, 193. Ac fortasse ambiguitatis aliquid inest voci Σαραβικῶν, siquidem verum est quod Suidas dicit v. Σάραβον, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον οἱ κωμικοὶ καλοῦσι. Ceterum vs. 1 nescio an accipienda sit Casauboni correctio : τί δ' ὑποκεχρυμμένος μένεις; cui etiam calculum adjecit Jacobs. Animadv. in Athen. p. 113, altero versu simul συνώνυμε scribi volens.

III. (13.)

Athen. XI, p. 480, F : Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι ἀντὶ τοῦ κύλικες παραγώγως κυλιχνίδας εἴρηκε διὰ τούτων·

Ἀλλ' ὡς τάχιστα μέλανα δεῦρ' οἶνον φέρειν
κοινόν τε χρὴ κρατῆρα καὶ κυλιχνίδας.

Vs. 1 codd. Ven. et Palat. δεῦρα μόνον, reliqui δεῦρο μόνον, quod correxit Casaub. Schweighæuserus autem retinuit δεῦρο μόνον, ad μέλανα subaudiens οἶνον, quod fieri sane potest, si in antecedentibus de vino sermo fuit.

Ad eandem fabulam rettulerim inc. fab. fragm. IV.

ΑΛΦΕΣΙΒΟΙΑ.

Hoc dramate pariter atque antecedente Alcmæonis historiam expressam fuisse jam ex ipso titulo concludes, si respexeris quæ de præcedentis fabulæ argumento (init.) disputavimus. Quibus illud tantummodo adjiciendum est, Callirrhoam, quum cupidissime monile illud expeteret, Alcmæonem commovisse ut Psophidem reverteretur et torquem reposceret, simulans se Apollini eam esse consecraturum. Ibi vero a Phegeo ejusque filiis occisus est; cf. Pausan. l. c., Apollod. l. c. et nos ad Eurip. Alcmæonem. Fabulæ finem ex Propertio (I, 15, 15) cognoscimus hæc scribente :

Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres,
sanguinis et cari vincula rupit amor;

indeque simul intelligimus, cur fabula non Alcmæonis, sed Alphesibœæ nomine inscripta fuerit.

I. (14.)

Hesych. : Ἔναστρος ὥστε Μαινάς· Ἀχαιὸς Ἀλφεσιβοίᾳ· ἀντὶ τοῦ Θυάς· τὰς γὰρ Βάκχας Θυάδας ἔλεγον. Sic locum bene restituit Wesseling. Prob. p. 41, quum in codice esset : Ἔναστρος, ὠστεμένας, ἀχαιὸς ἀλφεσιβοῖαι, ἀντὶ τοῦ ὑαστὰς κτλ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Hujus fabulæ argumentum, quod ingeniose primus Welckerus (Append. Tril. Æsch. p. 300) perspexit, egregie Urlichs. p. 53 sqq. descripsit. Uterque profectus ab hoc Photii (p. 74) loco, quem exscripsit Suid. v. Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος· Πολιτείας β' (Plat. Rep. II, p. 378, D)· οὕτω γραπτέον· παρὰ Πινδάρῳ γὰρ ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμεύεται ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντι θρόνῳ· ὅ τινες ἀγνοήσαντες γράφουσιν ὑπὸ Διός· καί φασι δεθῆναι αὐτὴν ἐπιβουλεύσασαν Ἡρακλεῖ. Κλήμεντος (Κλήμης Suid.) ἡ ἱστορία καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ ἐν Κωμασταῖς ἢ Ἡφαίστῳ. Ex hoc loco consequitur, jam in ipsa antiquitate duplicem ejus rei fuisse narrationem. Alii enim Homero auctore (Il. I, 590, XV, 18 sq.) tradebant, Jovem, quum Herculem tempestate a Junone missa in summum discrimen venisse vidisset, filium a periculo liberasse, uxorem vero iratum vinculis constrixisse. Quam quum reliqui dii miserarentur ac Vulcanus etiam solvere conaretur, a Jove ex Olympo in Lemnum insulam ejectus est. Cf. Schol. ad Hom. l. c., Apollod. I, 3, 5. Alii contra narrabant, Vulcanum ipsum ægre ferentem, quod propter corporis deformitatem a matre

---

13.
At quam celerrime nigrum vinum huc
afferre communemque oportet craterem
et calices.

14.
Ut Mænas astris concitata (i. e. furibunda).

in terram dejectus esset, callido consilio odium dissimulasse et, quasi confirmandæ amicitiæ caussa, omnibus diis præclarissima artis suæ opera, aurea solia dono misisse. In quibus quum omnes lætabundi consedissent, repente Juno vinculis se teneri sensit, ac frustra surgere conata est, quamvis omnes dii auxiliarentur. Miserunt igitur ad Vulcanum nuntium, qui eum ad matrem solvendam commoveret; at is se habere matrem negat. Cf. Hygin. fab. 166, Pausan. I, 20, 2. Utram narrationem Achæus secutus sit, nunc vix decernas : mihi tamen persuasum est, eum ad posteriorem sese applicuisse, quippe in qua propter Vulcani calliditatem multo plus facetiarum inesset. Reliqua fabula sic processit. Quum Juno nullis modis solvi posset, magna perturbatio inter deos exorta est. Singuli Vulcanum adeunt, precantur, minitantur : at nihil consequuntur. Cf. Paus. l. c. Quum igitur diu solatii atque consilii inopes hæsissent, tandem Bacchus, fretus diuturna, qua cum Mulcibro conjunctus erat, familiaritate difficillimum munus suscepit. Ad Vulcanum igitur cum Satyris se contulit, comissari se cum eo velle simulans, lautissimasque epulas instruxit. Deinde illum ebrium factum asino imposuit et quamvis reluctantem in Olympum reduxit.

I. (15.)

Athen. XIV, p. 641, D : Οἱ δὲ παλαιότεροι ἁπλῶς τραπέζας ἔλεγον, ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἡφαίστῳ σατυρικῷ.

A Θοίνῃ σε πρῶτον τέρψομεν· πάρεστι δέ.
B. Τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;
A. Μύρῳ σε χρίσω πάμπαν εὐόσμῳ δέμας.
B. Ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;
A. Ναί· καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἀπαίρεται.

Recte monuit Urlichs. p. 60, colloqui inter se Bacchum et Vulcanum. — Vs. 1 θοίνην δὲ in codd. est, quod Casaub. correxit. — Vs. 2 δὲ addiderunt Casaub. De Satyr. poes. p. 138 et Jacobs. Animadv. in Athen. p. 300. — Vs. 5 καὶ adjecit Casaub.

ΘΗΣΕΥΣ.

In hac fabula quid repræsentaverit Achæus dici nequit. Conjecit quidem Urlichs. p. 62, quum in uno quod superest fragmento Saroniæ Dianæ, cujus templum prope locum, quo Hippolytus occisus esse ferebatur, situm erat (cf. Eur. Hipp. 1423 sq., Pausan. II, 30 et 32) mentio injecta sit, scenam Trœzene fuisse, ac drama ipsum infelicem Hippolyti sortem continuisse, præsertim quum Theseus Trœzene nihil aliud memoria dignum fecerit. Sed primum e Saroniæ Dianæ commemoratione non sequitur, scenam Trœzene fuisse : deinde, si fabula Hippolyti ac Phædræ historiam amplexa esset, nullo modo *Theseus* inscribi potuisset. Argumentum igitur tale fuisse suspicor, quale ab Euripide in *Ægeo* vel in *Theseo* (quas fabulas conferas velim) expressum erat. Nam Welckeri Trag. Græc. p. 963 conjecturæ Theseum a Pirithoo non diversam judicantis nihil tribuo, quum eodem jure Alcmæonem ab Alphesibœa non discrepuisse aliquis dicere possit.

I. (16.)

Hesych. v. Σαρωνία. Σαρωνία Ἄρτεμις. Ἀχαιὸς Θησεῖ· ἀπὸ τοῦ ἐν Τροιζῆνι Σαρωνικοῦ κόλπου. Cf. Pausan. l. c.

ΙΡΙΣ.

Iridis quale fuerit argumentum incertum est. Urlichs. p. 61 vero hanc fabulam a Sophoclis Inacho satyrico (cf. Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 366), ubi Iris Arcadico petaso amicta in scenam prodierit (fgm. 689 ed. Ahrens.), in universum non recessisse censet, Achæum autem in eo rem aliter instituisse, quod primarias partes, quæ apud Sophoclem Mercurius egit, ad Iridem transtulerit. De qua conjectura doctiores videant.

I. (17.)

Athen. X, p. 451, C sq. : Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεὺς, γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὴν φράσιν καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἴριδι σατυρικῇ· λέγει γὰρ « Λιθάργυρος δ' ὄλπη προῃωρεῖτο χρίσματος, πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ. » τὸν γὰρ λευκὸν ἱμᾶντα βουληθεὶς εἰπεῖν, ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος ἐξήρτητο, Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν ἀντὶ τοῦ Σπαρτιᾶτιν σκυτάλην. Achæi verba ut nunc exhibentur, nec satis intelligi nec in justos versus redigi possunt. Quid enim est ὄλπη χρίσματος? unde pendent accusativi πλεκτὸν etc.? Bene autem intellexit Toup. Epist. crit. II, p. 29 corrupte-

15.

BACCH. Epulo primum te delectabimus. Adest [quidem.
VULC. Deinde vero quo modo me demulcebitis?
BACCH. Unguento bene olente corpus tibi plane [inungam.
VULC. Aquam autem lavandis manibus nonne prius [dabis?
BACCH. Dabo, et mensa de medio tollitur.

16.

Saronia Diana

lam latere in πλεκτὸν, ex quo leni mutatione elicuit πλέα, priorem fragmenti partem sic constituens :

Λιθάργυρος δ'
ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα.

Ex reliquis vocis πλεκτὸν literis retineri possunt tres extremæ, et una voce transposita bene sic procedit altera fragmenti pars :

τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ
(ἔχουσα) κύρϐιν —

Carere igitur possumus virorum doctorum correctionibus, quorum Urlichs. p. 62 vel tetrametros troch. constituit, Kœpk. (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1837, p. 253) vero Athenæum ex memoria Achæi verba citasse arbitratus scripsit : Ὄλπη λιθάργυρος δὲ χρίσματος πλέα / ἐκ Σπαρτιάτης γραπτοῦ ἐν διπλῷ ξύλῳ / κύρϐεως παρῃωρεῖτο —. Friebel. l. c. p. 40 denique : Λιθάργυρος δ' / ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέκος / τοῦ Σπαρτιάτου κύρϐεως γραπτοῦ τ' ἐνὶ / διπλῷ ξύλῳ.

II. (18.)

Pollux X, 34, 157 : Ἀκτηρίδα δὲ τὴν βακτηρίαν Ἀχαιὸς ἐν Ἴριδι ὠνόμασεν· καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος ἢ τῆς ἁμάξης ἀνέχον ξύλον, ὅταν ἄζευκτος ᾖ, ὃ στήριγμα καλεῖ Λυσίας. In his vide ne pro ἀκτηρίδα Passovii correctio βακτηρίδα accipienda sit.

III. (19.)

Suid. v. Βοῦς ἕϐδομος· πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. Ἐκάλουν δὲ αὐτὸ βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἕϐδομον, ὅτι ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕϐδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σεληναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν. Ἔστι δὲ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ (fragm. XIV) καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴριδι· τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀναισθήτων, καὶ Βοῦς ἐν αὐλείῳ ἐπὶ τῶν μηδὲν χρησιμευόντων. Cf. Mich. Apost. V, 76, Diogenian. III, 50, Eustath. ad Il. σ', p. 1165.

IV. (20.)

Hesych. v. Ἐκολλόπωσε, συνήρμοσε κόλλῃ· καὶ γὰρ ἡ κόλλα ἀπὸ τῶν κολλόπων· ἔστι δὲ τὰ νωτιαῖα μέρη τῶν βοῶν, ἐξ ὧν γίνονται οἱ κόλλοπες, καὶ, ᾧ ἐπιτείνουσι τὰς χορδὰς, κόλλοπα ἔλεγον διὰ τὸ δερματιναῖς τὸ παλαιὸν χρῆσθαι. Ἀχαιὸς Ἴριδι. (sic primus Casaub. De Satyr. poes. I, 5, correxit pro vulg. Ἀχαιοὶ ἶριον.) Similiter Etym. M. s. v., Suid. s. v., Eustath. ad Od. φ', p. 1915, 9. Nec negligendus Hesych. ipse s. v. Κόλλα, κόλλοπες

Ad eandem fabulam Urlichs. p. 67 haud male refert inc. fab. fragm. VIII.

ΚΥΚΝΟΣ.

Quid in hac fabula Achæus repræsentaverit, plane ignoramus, ac ne conjectura quidem indagare possumus, de quo Cycno egerit. Nam quattuor aut quinque Cycni a veteribus commemorantur. Primus, Martis et Pyrenes filius, ad Echedorum Macedoniæ fluvium ab Hercule interfectus est, quem quum Mars ulcisci cœpisset, fulmine immisso Juppiter certamini finem imposuit; cf. Apollod. II, 5, 11, § 3, Hygin. fab. 31. — Alter Cycnus, Martis et Pelopeæ filius, immanitate insignis, quippe quum peregrinorum, quotquot eum adibant, capita abscinderet iisque Marti templum exstrueret (cf. Schol. Pind. Ol. II, 82; XI, 15), pariter ab Hercule occisus est; cf. Pind. Ol. XI, 15, Eur. Herc. F. 390. sq. coll. Apollod. II, 7, 7, § 5. Ex his duobus alterutrum Achæi fabulæ argumentum præbuisse censet Friebel. Poet. Satyr. p. 55, quam satyricis adnumerare non dubitat. — Tertius quidam Cycnus, Stheneli filius, ob nimium dolorem, quo infelicem Phaethontis sortem prosecutus est, a Jove in olorem mutatus (cf. Ovid. Met. II, 367 sq.) ab Æschylo in Heliadibus in scenam productus esse videtur. — Quartus denique idemque omnium notissimus, Neptuni et Calyces (Hygin. fab. 157) vel Scamandrodices vel Harpales filius (Schol. Pind. Ol. II, 82, Tzetz. ad. Lyc. 232), insulæ Tenedi regnum tenebat et

---

17.

Lithargyra (stannea?) ampulla olei plena suspensa erat, Spartanum κύρϐιν in duplici ligno scriptum (continens).

18.

Baculum Achæus in Iride ἀκτηρίδα appellavit.

19.

Bos septimus. Est genus placentæ cornua habens ad imitationem lunæ, quum primum apparere cœpit. Vocabant autem bovem, addentes septimum, quod post sex lunas immolaretur, ut Euthycles in Atalanta testatur. Similiter etiam lunæ erant placentæ latæ et rotundæ, sic proprie dictæ. Reperitur autem nomen apud Euripidem in Erechtheo et Achæum in Iride. Dicitur proverbium illud in homines valde stupidos.

20.

Ἐκολλόπωσε, glutino coagmentavit.

fœdere cum Troibus icto cum Hectore Græcos a litore arcere conabatur, quum classem suam ad Trojam appulissent. Ubi quum Græci vehementer premerentur, Achilles auxilio venit et manus cum Cycno conseruit. Uterque autem quippe divina stirpe oriundus nullo ferro vulnerari potuit : quare Achilles eum terræ afflixit et galeæ vinculis adductis suffocavit; cf. Ovid. Met. XII, 64 sq., Tzetz. Anteh. 257-59, Athen. IX, p. 393, D, E, Dict. Cret. II, 12. In hoc Achillis cum Cycno certamine summam fabulæ positam fuisse arbitratur Welck. Trag. Græc. p. 961, a quo longe recedit Urlichs. p. 29 sq., quanquam eundem Cycnum primarias in hac fabula partes egisse statuit. Suspicatur enim, Cycnum in ea Tennem filium, qui novercæ Philonoes libidinibus fortiter restiterat ideoque ab ea, quasi vim afferre ei voluisset, apud patrem accusatus erat, cum Hemithea sorore arcæ imposuisse et in mare conjecisse. Idem argumentum Euripides in Tenne tractasse videtur, ad quam fabulam nos veterum scriptorum locos huc spectantes collegimus. At quemadmodum Euripidis Hippolytus Thesei nomine inscribi non potuerit, ita Achæi fabulæ tale argumentum, quale Urlichs. statuit, complexæ potuisse Cycni titulum convenire nego. Ipse autem ad Friebelii sententiam accedo, quum fragmenta quæ supersunt, cum argumento, quod Welck. statuit, conciliari mihi non posse videantur; cf. fgm. I.

I. (21.)

Hephæst. De metr. I, 3, p. 18 ed. Gaisf. : Ἄλλως τε καὶ τὸ ἐλήλυμεν ἐδείξαμεν καὶ ἐν ἄλλοις μέτροις συνήθως αὐτοῖς λεγόμενον, ὡς παρ' Ἀχαιῷ ἐν Κύκνῳ·

Κύκνου δὲ πρῶτα πρὸς δόμους ἐλήλυμεν·

παρ' ᾧ καὶ τὸ δεύτερόν ἐστιν ἀκολούθως πρόσωπον·

Τοιοῦδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε.

E versu 2 consequi mihi videtur, eum, quem secundo loco commemoravimus Cycnum, Martis et Pelopeæ filium primas in hac fabula egisse partes. Ceterum huic versui interrogationis signum adjiciendum esse puto.

II. (22.)

Athen. VI, p. 270, E.

Πεινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα τιμιωτέρα
χρυσοῦ τε κἀλέφαντος,

κατὰ τὸν τοῦ Ἐρετριέως Ἀχαιοῦ Κύκνον. Libri κύκλον, quod bene correxit Casaub. Sæpius enim vocabula κύκνος et κύκλος confusa esse observavit Gaisf. ad Hephæst. p. 18. — Achæi locum citat etiam Eustath. ad Od. ρ', p. 1818, 10, sed ad metrum rectius scribens : πεινῶντι δ' ἀνδρὶ κτλ. Verumtamen anapæstus in secundo pede ferri potest, si fabula satyrica fuit; cf. Eur. Cycl. 272, 334, 560, 562, 647, 684. Ac sane fragmentum ipsum multo magis satyros quam tragœdiam sapit.

ΛΙΝΟΣ.

Lini argumentum iis contineri quæ memoriæ mandaverint Apollod. II, 4, 9, Pausan. IX, 29, 3, Diod. III, 67, collat. Schol. ad Hom. Il. p. 513, 32 Bekk., egregie jam Welcker. (Append. Æsch. Tril. p. 321, et dissert. De Lino, quæ inserta est Zimmerm. Diar. Schol. 1830, II, p. 38) perspexit, cujus sententia tum fragmento, quod superest, tum eo confirmatur, quod Athenæo (IV, p. 164, B) teste Alexis in Lino comœdia eodem argumento usus est. Apollodori verba hæc sunt : « Hercules currus regere doctus est ab Amphitryone, luctari ab Autolyco, sagittari ab Euryto, armis dimicare a Castore, citharam pulsare a Lino; qui Orphei frater, quum Thebas venisset et in Thebanorum civium numerum esset receptus, ab Hercule cithara perculsus periit. Nam Hercules, quia ab eo castigatus erat, ira abreptus eum interfecit. Quem quum quidam cædis reum agerent, legem recitavit Rhadamanthi, qui eum qui injustis manibus injuriam inferre conantem repulerit, insontem esse dixit. Atque ita absolutus est. » Quam narrationem, ut e fragmento mox subjecto concludi potest, Achæus sic in usum suum convertit, ut Herculem absente Lino cum Satyris potantem, cottabi ludum exercentem, tumultuantem petulanterque agentem introduceret. Cui compotationi haud dubie Linus ex inopinato et admodum intempestive intervenit, ac primum leniter, deinde acerbius Herculem castigavit, qui, quum hisce ludis multo magis quam qualibet arte oblectaretur, magistri morositate offensus eum interfecit. Ob quod facinus num Hercules accusatus in hac fabula sit, dubitari potest : mihi vero veri simile non videtur. Hoc autem verissime Urlichs. p. 69 conjecisse videtur, Herculem etiam in cottabo ludendo pariter atque in musica arte exercenda admodum inhabilem se gessisse.

21.

A. Primum vero ad Cycni ædes pervenimus.
B. Ad talis viri domum venistis?

22.

Esurienti enim homini maza pretiosior
est auro et ebore.

I. (23.)

Athen. XV, p. 668, A : Ἀχαιὸς δ' ἐν Λίνῳ περὶ τῶν Σατύρων λέγων φησί·

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες, τί μ' οὐ
λέγοντες, ὦ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ.

Τοῦτο δὲ « λέγοντες » παρ' ὅσον τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. Extrema verba exscripsit Schol. Aristoph. Pac. 1243 s. fin. Achæi verba bene restituit Dindorf. codicum vestigia premens, qui in fine vs. 1 τίμου vel τί μου præbent, quod a Toup. Epist. II, p. 45 et Jacobs. Animadv. in Athen. p. 353, in τίν' -οὐ, a Fiorillo ad Herod. Attic. p. 163 vero inepte in θ' ὁμοῦ mutatum erat. Hercules enim in Satyros invehitur, quod potantes et cottabi ludum exercentes sui non meminerint.

ΜΟΙΡΑΙ.

Ingeniose Urlichs. p. 71 conjecit, Parcas in hac fabula obsoleta gravitate ridiculas dolo deceptas risum movisse, itaque Achæum fortasse notissimam illam Apollinis fraudem tractasse, qua in Pheretis domo Admeti gratia Parcas fefellerit. Vino enim Apollo eas ebrias fecisse et hac ratione commovisse dicitur, ut Admeto longiorem vitam darent; cf. Æsch. Eum. 723-28, Eur. Alc. 12, 33, 44. Schol. Flor. ad Eur. l. c.: Οὕτω γὰρ ταύτας, φασὶ, τῶν λογισμῶν ἀπαγαγὼν ἐξῃτήσατο Ἄδμητον, οὕτω μέντοι, ὥστε ἀντιδοῦναι ἑαυτοῦ ἕτερον τῷ Ἅδῃ. Minus apta dramati esse videtur, quam ex Istri commentariis attulit Schol. Il. XIX, 119, Parcas, quum Alcumenam impedirent, mustelæ interventu elusas esse; cf. Pausan. IX, 11, 2.

I. (24.)

Athen. VII, p. 277, B : Καὶ κατὰ τὰς Ἀχαιοῦ δὲ Μοίρας

Πολὺς γὰρ ὅμιλος ποντίου
κύκλου σοβῶν *, ἐνάλιος θεωρία,
χραίνοντες οὐραίοισιν εὔδιαν ἁλός.

Sic locum dedi vario modo a viris doctis tentatum. Vs. 1 Erfurdt. pro γὰρ maluit δὲ, sed in trimetro satyrico anapæstus ferri potest; cf. fgm. 22. — Versu 2, quem Dindorf., vocem ἐνάλιος proceleusmaticum efficere non curans, cum verbis ἐνάλιος θεωρία incepit, aliquid deesse videtur, nec male Friebel. Poet. Satyrogr. et metro et sententiæ succurrens πόντιον κύκλον σοβοῦσιν scripsit; facile enim ῑν ante ε̄ν excidere et σοβοῦσ' in σοβῶν transire potuit. Simile quid Blomfieldo (ad Æsch. Sept. c. Theb. 379) in mentem venisse videtur, qui ad reliqua parum probabiliter scribi jussit : πόντιος κύκλῳ σέβουσιν (sc. Neptunum vel Amphitritem) ἐν. θε. χρ. οὐρ. τὴν κεκτημένην, in extremis locum Sophocleum cum Achæi verbis confundens. Urlichs. p. 72 verba ποντίου κύκλου intacta quidem reliquit, sed longiorem inter σοβῶν et ἐνάλιος lacunam statuit. Mihi vero Friebelii ratio probabilior videtur. Ceterum vs. 3 χραίνοντες pro eo, quod in codd. est χραίνοντος, Casaubono debemus.

II. (25.)

Hesych. v. Νυμφόβας· Ἀχαιός, ὃς ἦν δεινὸς ἐπιβαίνειν (ἐπιβαίων cod.) ταῖς Νύμφαις· καὶ ἐν Μοίραις. (ἐν μυρ' cod. Schow.) βαβαῖ, βαβαῖ, βήσομαι γυναῖκας· ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης. Duos Achæi locos afferri jam vidit Casaub. De Sat. poes. p. 140, qui primus etiam fabulæ nomen e compendio elicuit. Pro ἐπιβαίνων autem ab eodem ex ἐπιβαίων revocato Toup. Opusc. II. p. 82 rectius ἐπιβαίνειν scripsisse videtur, nisi forte accipienda est ingeniosa Casauboni emendatio pro ὃς ἦν δεινὸς corrigentis : ὁ Σειληνός, quæ hoc Photii loco confirmari videtur : Νυμφόβας, ὁ Σειληνὸς τῶν Νυμφῶν ἀνήρ. — In altero loco autem e Parcis citato miror editores non hæsisse in Achæi verbis, quippe quæ nihil contineant, quod aliquo modo cum voce Νυμφόβας, ad quam explicandam Hesychius Achæi loco usus est, conspiret. Suspicor igitur Achæum, quemadmodum adjectivum νυμφόβας finxit, etiam verbum νυμφοβαίνειν fingere non dubitasse, ut Achæi versus fortasse sic restituendus sit :

Βαβαῖ, βαβαῖ, γυναῖκα νυμφοβήσομαι.

ΜΩΜΟΣ.

Hæc fabula quid continuerit ne conjectura quidem explorari potest. Nam haud facile intelligitur,

---

23.
Jacientes, ejicientes, frangentes, quid me non nuncupantes, o pulcherrimum Herculi latax!

24.
Frequens enim cœtus æquoreum
orbem movet, marina pompa, caudis
maris tranquillitatem turbantes.

25.
Νυμφόβας, ab Achæo dicebatur, qui validus erat in comprimendis Nymphis. (Silenus Nymphas comprimens) Et in Parcis : « Papæ, papæ, cum virgine concumbam. »

quamvis Sophocles ejusdem nominis fabulam scripsisse videatur (cf. Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 370), qua ratione Momus, Noctis filius, in dramate partes agere potuerit. Quare videndum est, ne titulus Μῶμος corruptus sit, quemadmodum etiam apud Sophoclem nonnulli codd. inter Μῶμος et Κῶμος fluctuant. Sed vocem Μῶμος e Μοίραις depravatam esse, ut Friebel. l. c. p. 78 censet, mihi non verisimile videtur.

I. (26.)

Schol. Aristoph. Pac. 352 fin. : Τὸ δὲ σὺν δόρει ἀσπίδι Ἀχαιοῦ ἐστιν ἐκ Μώμου· οὐδὲν δὲ χεῖρον ὁλόκληρον θεῖναι τὸ ἰαμβεῖον, ὅπερ οὕτως ἔχει·

Ἄρης ὁ λῃστὴς σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

Quod idem fragmentum a Chœrobosco (in Bekk. An. Gr. p. 1364) e Sophoclis Momo (fgm. 726 ed. Ahrens.) citatur, nec offensioni esse nec caussam cuipiam præbere debet, ut id Achæo detractum Sophocli assignet. Nam primum pro poetarum minus clarorum nominibus errore sæpe clariora nomina substituta sunt; deinde Scholiastam e longe meliori fonte hausisse quam Chœroboscum inde apparet, quod ille totum versum attulit, hic autem nonnisi verba σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι ex Sophoclis Momo exhibet. Accedit quod idem Scholiastes etiam alio loco ad Vesp. 1076 (1081) scribit : τὸ (sc. σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι) τοῦ Ἀχαιοῦ ἀπὸ Μώμου δράματος. Ceterum cogitari quoque potest utrumque poetam iisdem verbis esse usum.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Œdipi fata notiora sunt quam ut pluribus enarrentur necesse sit. Qua ratione vero ab Achæo tractata sint, propter fragmentorum penuriam enucleari nequit.

I. (27.)

Hesych. v. Ἀκάθαρτον· μανιῶδες. Ἀχαιὸς Οἰδίποδι.

II. (28.)

Hesych. v. Ἐκλωτίζεται· ἐξανθίζεται. Ἀχαιὸς Οἰδίποδι. In cod. est ἐκλωπίζεται, quod correxit Salmasius. Lotum enim jam ab Hom. Il. XII, 683, pro flore in universum positum esse bene monuit Urlichs. p. 32. Ceterum cf. Hesychium ipsum v. Λῶτα, ἄνθη, et Λωτίζειν, ἀπανθίζεσθαι, et v. Ἐξελώτιζεν.

ΟΜΦΑΛΗ.

In hac fabula quin Achæus idem argumentum tractaverit, quod etiam ab Ione in Omphala expressum ac supra a nobis expositum est, vix potest dubium esse. In qua re autem uterque poeta discesserit, fragmentis destituti explorare non possumus.

I. (29.)

Athen. VI, p. 267, D : Ἀχαιὸς δ' ἐν Ὀμφάλῃ περὶ τοῦ Σατύρου λέγων φησιν,

——— ὡς εὔδουλος, ὡς εὔοικος ἦν,

ἰδίως λέγων, ὡς χρηστὸς ἐς τοὺς δούλους ἐστὶ καὶ τοὺς οἰκέτας. Ulrichs. p. 77 de Sileno sermonem esse suspicatur.

II. (30.)

Athen. XI, p. 466, E, F : Ἀχαιὸς δ' ὁ τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς σατύρους τάδε λέγοντας·

Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
τὸ γράμμα φαίνων, δέλτ', ἰῶτα, καὶ τρίτον
ὦ, νῦ, τὸ τ' ὖ πάρεστιν, οὖ κἀπουσίαν
ἐκ τοὐπέκεινα σὰν τό τ' οὖ κηρύσσετον.

Ἐν τούτοις λείπει τὸ ὖ στοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ οὖ ἀπεχρῶντο οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει, διὰ τοῦ οὖ μόνον γράφουσι. Παραπλησίως δὲ καὶ τὸ εἶ γράφουσιν, ὅταν καὶ καθ' αὑτὸ μόνον ἐκφωνῆται καὶ ὅταν συζευγνυμένου τοῦ ἰῶτα· κἂν τοῖς προκειμένοις οὖν οἱ Σάτυροι τοῦ Διονύσου τὴν τελευταίαν συλλαβὴν διὰ τοῦ ο μόνου, ὡς βραχέος ἐγκεχαραγμένου, ἐδήλωσαν ὅτι συνυπακούεσθαι δεῖ καὶ τὸ υ, ἵν' ᾖ Διονύσου. Τὸ δὲ σὰν ἀντὶ τοῦ σίγμα Δωρικῶς εἰρήκασιν. Bene perspexit Urlichs. p. 79, Satyros invenisse poculum, quod vocem ΔΙΟΝΥΣΟ ita inscriptam habuerit, ut in altera parte literæ ΔΙΟΝΥ, in altera literæ ΣΟ legerentur. De similibus legendi periculis in tragœdia græca factis ad Eurip. Thes. fgm. III lo-

---

26.
Mars latro cum hasta cum scuto.

27.
Ἀκάθαρτον, furiale. Achæus Œdipo.

28.
Ἐκλωτίζεται, efflorescit. A. O.

29.
Servis erat quam facilis et toti domo. GR.

30.
Scyphus vero dei vocat me jam dudum
inscriptionem hanc ostendens : delta, iota,
tertiumque o, ny, tum adest y, ejusque
partis quæ desunt in opposita san
et u indicant.

cuti sumus. — Vs. 1 majori ex parte iteratur apud Athen. XI, p. 498, E. — Vs. 2 erat φαῖνον, quod correxit Toup. Emend. vol. II, p. 552. — Vs. 3 in codd. est : ο (Venet. et Laur. ω) ν τοῦ υ πάρεστιν κοὐκ ἀπουσίαν, in quibus Toup. l. c. τό τ' υ pro τοῦ υ, extrema autem Porson. *Miscellan. Tracts* p. 242 restituit.

III. (31.)

Diog. Laert. II, 5, 133 : Ὅθεν (Μενέδημος) καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους ταῦτα, φασὶ, προσεφέρετο·

Ἡλίσκετ' ἆρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς,
καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς βραχεῖ χρόνῳ.

Ταῦτα δέ ἐστιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης. Libri ἄρα, quod Hübnerus correxit.

IV. (32.)

Hesych. v. Φαναῖος Ἀπόλλων· Ἀχαίος Ὀμφάλῃ. παρὰ Χίοις οὕτω λέγεται. Cf. (Eurip.) Rhes. 355. Strabo XIV, p. 645.

ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.

Pirithoi historiam, qui, quum Plutoni Proserpinam rapere voluisset, una cum Theseo apud inferos vinculis tenebatur, postea vero ab Hercule, quem Eurystheus eo miserat, ut Cerberum arcesseret, liberatus in terram reducebatur, jam satis ad Euripidis Pirithoum exposuimus. Restat igitur ut quæramus, qua ratione ea ab Achæo tractata sit. Qui, ni fallor, ab reliquis poetis tragicis eodem argumento usis eo discessisse videtur, ut Satyris inductis rem ad ludicrum verteret. Non dubito enim quin huc referendum sit fragm. I, quod Demetrius (Ixion Adramyttenus; ut videtur; cf. O. Schneider. De font. schol. Aristoph. p. 90) haud dubie memoria falsus ad Æthonem rettulit. Nec ex alio fonte, quam ex hac fabula fluxisse videntur, quæ de Pirithoo tradunt Eudoc. p. 47. et Nonn. Narrat. ad Gregor. Invect. I, 39, p. 140 (in Westermann. Mythogr. p. 380, LVI) ὁ Πειρίθους κατελθὼν εἰς τὸν Ἅδην διὰ τὸ ἁρπάσαι τὴν Περσεφόνην τὴν τοῦ Πλούτωνος, ἐδέθη κάτω παρὰ πέτραις τισί· κατελθὼν δὲ Ἡρακλῆς καὶ θέλων λαβεῖν τὸν Πειρίθουν, αὐτὸν μὲν ἀνείλκυσεν, αἱ δὲ πυγαὶ αὐτοῦ προσέμειναν τῇ πέτρᾳ· ἐκλήθη οὖν ὁ Πειρίθους ἄπυγος.

I. (33.)

Schol. Aristoph. Ran. 184 : Χαῖρ' ὦ Χάρων. Δημήτριός φησιν Ἀχαιοῦ ὅλον εἶναι ἐκ τοῦ Αἴθωνος (sic codd. Rav., Ven.)· λέγουσι δ' αὐτὸ οἱ (sic Dobr. pro vulg. αὐτοὶ) σάτυροι.

Χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων.
ἦ που σφόδρα θυμοῖ;

Facile intelligitur, hoc fragmentum in Æthone, qualecunque ejus argumentum fuit, locum habere non potuisse : nam scenam ibi apud inferos fuisse, perquam improbabile est. Quum autem in hac fabula res apud inferos agatur, haudquaquam a vero aberrasse nobis videmur, quod hoc fragmentum huc rettulimus. Nec illud cuipiam offensioni fore spero, quod verba ἦπου σφόδρα θυμοῖ, quæ vulgo, quasi Scholiastæ essent, exhibebantur, Achæo reddidimus. Nam quid Scholiastes iis exprimere voluerit, non facile perspicitur; optime autem conveniunt Satyris, quippe quibus simul cum Hercule fortasse advenientibus Charo austerum ac morosum vultum præbuerit. Ceterum poetarum et scholiastarum verba sæpius inter se confusa esse satis constat, ejusque confusionis luculentum exemplum apud Scholiastam Aristophanis exstans proposuit Meinek. Poet. com. I, p. 514 sq.

II. (34.)

Hesych. v. Ἀμφερκῆ πίθον (ἀμφερκήπιθον cod. Schow.), τὸ πάντοθεν περιειργόμενον. Ἀχαιὸς Πειρίθῳ. Similiter Etym. M. et Phavor. s. v. ἀμφερκῆ· πάντοθεν περιειργόμενον.

Ad eandem fabulam fortasse referendum est inc. fab. fragm. XI.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ ΕΝ ΤΡΟΙᾼ.

Quum ex titulo tum ex fragmento quod superest egregie Urlichs. p. 34 sq. concludit, Achæum in hac tragœdia idem argumentum tractasse, quod ex Parva Iliade petitum etiam Sophocles in fabula pariter cognominata (cf. Sophocl. fragm. ed.

31.
Ab invalente sæpe quantumvis celer
repente capitur, aquilaque a testudine.
GR.

32.
Φαναῖος (lucem præbens) Apollo. Achæus in Omphala. Sic apud Chios dicitur.

33.
Salve Charon, salve Charon, salve Charon.
An vehementer indignaris?

34.
Ἀμερκῆ πέδον, cadum ab omni parte circumclusum

Ahrens. p. 265 sq.) amplexus sit. Quod breviter a Proclo significatum est his verbis : Ἰαθεὶς δὲ οὗτος (sc. ὁ Φιλοκτήτης) ὑπὸ Μαχάονος καὶ μονομαχήσας Ἀλεξάνδρῳ κτείνει· καὶ τὸν νεκρὸν ὑπὸ Μενελάου καταικισθέντα ἀνελόμενοι θάπτουσιν οἱ Τρῶες. Hinc conjicias, Philoctetam initio fabulæ claudum tetroque vulnere vexatum et acerbissimis doloribus cruciatum spectatorum misericordiam movisse, deinde vero Machaonis arte sanatum ac victorem e certamine cum Alexandro progressum maximam gloriam comparasse. Haud dubie in exordio etiam oraculorum, quibus Ilium sine Herculis sagittis capi non posse edictum erat, pariter atque doli, quo Ulixes Philoctetam circumvenerat et in Græcorum castra traduxerat, mentio injecta erat.

I. (35.)

Suid. v. Ἐλελελεῦ· ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελεῦ· καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως· καθὸ καὶ Ἀχαιὸς Ἐρετριεὺς ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ποιεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα παραγγέλλοντα τοῖς Ἀχαιοῖς.

Ὥρα βοηθεῖν ἐστ'. ἐγὼ δ' ἡγήσομαι·
προσβαλλέτω τις χεῖρα φασγάνου λαβῇ,
σάλπιγγι δ' ἄλλος ὡς τάχος σημαινέτω.
Ὥρα ταχύνειν, ἐλελελεῦ.

Verba ἐλελελεῦ — — — τοῖς Ἀχαιοῖς habet etiam Schol. Aristoph. Av. 363, sed Achæi versus omisit. Qui quum valde corrupti in codicibus circumferrentur, virorum doctorum curis sanati sunt. Vs. 1 enim erat : ὥρα βοηθεῖν ἐστιν, quod correxit Toup. Emend. in Suid. I, p. 163 ed. Ox. — Vs. 2 προσλαβέτω τις χ. φ. λαβῆς, quod quum et metro et grammaticæ rationi repugnet, egregie eo quo dedimus modo emendatum est a Grot. Exc. 443, astipulantibus Porsono (in Toup. Emend. in Suid. IV, p. 444) et Blomf. ad Æsch. Ag. 1039.

ΦΡΙΞΟΣ.

De Phrixi historia vide quæ ad Euripidis Phrixum disputavimus; nam Achæus vix aliud in hac fabula argumentum expressit, quam Euripides. Qua ratione id autem factum sit, quum unum tantummodo fragmentum supersit, divinari nequit.

I. (36.)

Hesych. v. Πελεός. Ἀχαιὸς Φρίξῳ· καὶ μήποτε τὴν παρ' Ὁμήρῳ Πτελεόν (Il. II, 594, 697)· δύναται δὲ καὶ τὰ Πέλη τὰ ἐν Θεσσαλίᾳ λεγόμενα δηλοῦν.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (37.)

Plut. Consol. ad Apollon. 21 fin. (p. 112, E) : Οἱ δ' ἀγεννέστεροι καὶ ἀνασκήτως διακείμενοι οὐδὲ ἀναστροφὴν ἐνίοτε λαμβάνουσι πρὸς τὸ βουλεύεσθαί τι τῶν εὐσχημόνων καὶ συμφερόντων, ἀλλ' ἐκτρέπονται πρὸς τὰς ἐσχάτας ταλαιπωρίας, τὸ μηδὲν αἴτιον σῶμα τιμωροῦμενοι, καὶ τὰ μὴ νοσοῦντα, κατὰ τὸν Ἀχαιὸν, συναλγεῖν ἀναγκάζοντες. Inde fortasse hos versus elicias :

ἀναγκάζουσι γὰρ
τὰ μὴ νοσοῦντα συννοσεῖν.

Cf. Eurip. inc. fab. fgm. CXXXIV, vs. 5.

II. (38.)

Athen. I, p. 31, A : Ἀχαιὸς (codd. BCD. ἀχαιοὶ) δὲ τὸν Βίβλινον

« Ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος ἐκπώματι. »

Καλεῖται δὲ οὕτως ἀπό τινος χωρίου οὕτω προσαγορευομένου. — Μέθυος Casaub. restituit pro eo, quod in codd. est : μέθης vel μέθους. Friebel. Poet. Satyr. p. 58 hoc et sequens fragm. e fabula sat. ducta censet. Sed haud scio an μέθης retinendum locusque sic in versus redigendus sit :

ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου (vel Βυβλίνου) μέθης
ἐκπώματι.

Cf. Soph. OT. 779. Similiter locutus est Eurip. Ion. 1210 ed. Herm.

35.

Tempus nunc est auxilium ferre; ego vobis dux ero. Admoveat quisque manum capulo, alii vero tuba quam citissime signum dent. Festinare tempus est, eleleleu!

36.

Peleos. Achæus in Phrixo. Neque vero Homericum illud *Pteleum*. Potest vero etiam *Pele* in Thessalia sita indicare.

37.

Et quæ nondum ægrotant, coægrotare cogentes.

38.

Accepit eum Biblini meri calice.

III. (39.)

Athen. II, p. 63, B : Ἀχαιός,

Η τόσουσδ' Αἴτνη τρέφει
κοχλίας κεράστας.

Sic versus ordinavi. Αἴτνη Casaub. e codd. correxit pro ἄλτνη, quod in Aldina est. Schweigh. infeliciter ἀκμή conjecit. — Urlichs. p. 81 in fine sententiæ interrogationis signum adjecit, sine idonea caussa, ut equidem opinor.

IV. (40.)

Lucian. De laps. inter salut. 6, Ἀχαιός,

Ἥκω πεπραγὼς δεινά, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι.

Ad Alcmæonem pertinere videtur.

V. (41.)

Eustath. ad Il. ι', p. 753, 55; Schol. ad Il. ι', 323 in Cram. Anecd. græc. Paris. III, p. 236, 26 : Ἀχαιὸς δὲ σκληρότερον ἔφη τὸ

Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος·

δέον ὂν εἰπεῖν νεοττὸν, ἤγουν ἀλλὰ χελιδονιδῆ. Cf. Æl. Hist. An. VII. 47 : Ἀχαιὸς δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς τὸν νεοττὸν τῆς χελιδόνος μόσχον ὠνόμασεν. Friebel. locum haud inepte ad Æthonem rettulit.

VI. (42.)

Artemidor. Onir. II, 25 : Καὶ ὁ Ἀρχαῖός (sic) φησιν,

Ἀρκάδες ἦσαν βαλανηφάγοι.

Welck. locum ad Azanes referri jubet.

VII. (43.)

Theo Smyrn. in Arat. Phæn. 169 : Θαλῆς μὲν οὖν δύο αὐτὰς (τὰς Ὑάδας) εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι (fgm. XII) τρεῖς. Ἀχαιὸς δὲ δ'. Ἱππίας τε καὶ Φερεκύδης ρ'.

VIII. (44.)

Bekk. An. gr. p. 361, 1, Bachm. An. gr. I, p. 49, 27 : Αἰόλη, ἡ ταχεῖα. Ἀχαιός. Bene Urlichs. hoc fragmentum ad Iridem refert.

IX. (45.)

Hesych. v. Ἁλίβαπτον (ἀλιβάπτοις cod. Schow.) πορφυρᾶν ὄρνιν. Ἀχαιὸς καὶ Ἀλκμάν. Sed Alcman apud Athen. IX, p. 374, D, præbet : ἁλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.

X. (46.)

Hesych. v. Ἀμηνίτως· ἀμέμπτως. Ἀχαιοί (sic).

XI. (47.)

Hesych. v. Δίχολοι· διάφοροι. Ἀχαιός· καταπεῖραι (sic) δίχολοι γνῶμαι (διχολογνῶναι cod. Schow.), παρὰ τὸ δίχα ἢ δίτροποι κατὰ μετάληψιν κτλ. Pro καταπεῖραι L. præbet. ἐν τῷ Πειρίθῳ, Kusterus autem scribi vult : καθάπερ αἱ διχ. γν. recte, ut videtur; cf. Zenob. III, 25, Diogenian. IV, 32, Mich. Apost. VII, 81.

XII. (48.)

Hesych. v. Κύτταροι· οὕτω τὰς τρήμας τῶν κηρίων ἔφη Ἀχαιός· τινὲς δὲ σφῆκας κτλ. Cf. Schol. ad Aristoph. Pac. 198, Vesp. 1106, Thesm. 523, Polluc. I, 254, VII, 147, Suid., Phot.

XIII. (49.)

Phot. Lex. p. 180 ed. Herm., p. 210 ed. Pors. : Μάλευρον· τὸ ἄλευρον. Ἀχαιός. Cf. Zonar. p. 1334 v. Μάλευρον· τὸ ἄλευρον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ μάλευρον· « μίγδα μάλευρον. »

39.

Profecto tot cochleas cornutas Ætna alit.

40.

Diris peractis adsum : tu autem sanitatem mihi restitue.

41.

Os fame diducentem velut hirundinis pullum.

42.

Arcades comedebant glandes.

43.

Thales igitur duas esse ait Hyades, alteram borealem, alteram meridionalem ; Euripides vero in Phaethonte tres ; Achæus autem quattuor.

44.

Αἰόλη, (varia,) celeris.

45.

In mare immersam purpuream avem.

46.

Ἀμηνίτως, sine probro.

47.

Δίχολοι, contrarii ; velut (δίχολοι γνῶμαι) sententiæ contrariæ.

48.

Κύτταροι. Sic Achæus favorum foramina appellavit.

49.

Μάλευρον, farina triticea.

XIV. (50.)

Hesych. v. Νίρνος· φθείρ. Ἀχαιοί (sic)· ἤ νίρμος.

XV. (51.)

Hesych. v. Νυμφόβας. Cf. fgm. 25.

XVI. (52.)

Hesych. v. Οἴνη· ἡ ἄμπελος· καὶ κυβευτικὸς βόλος, ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τῷ ἕξ. Ἀχαιός. Cf. Athen. II, p. 35, B : Οἱ γὰρ παλαιοὶ Ἕλληνες οἴνας ἐκάλουν τὰς ἀμπέλους.

XVII. (53.)

Hesych. v. Πανόπτης· πολυόφθαλμος. Ζεύς. Ἀχαιοί (sic.)

XVIII. (54.)

Phot. Lex. p. 418 ed. Herm., p. 491 Pors. v. Ταραντῖναι βαφαί· παρὰ Ἀχαιῷ· οἶμαι, τὰ ἁλουργῆ ἢ τὰ ἀπὸ τοῦ ὀστρέου.

ΑΓΑΘΩΝ.

Non minorem fere ea quam quinque illi poetæ, quos grammatici Alexandrini in tragicorum canonem receperunt, nacti sunt, Agatho consecutus est gloriam, de cujus stirpe edocemur scholio ad Lucian. Rhet. Præc. § 11, quod e cod. Barocc. (56, fol. 152) Cramer. in Anecd. gr. Oxon. vol. IV, p. 269, e cod. Vindobon. (123) Jacobitz. in edit. Luciani vol. IV, p. 222, 19 edidit : Ἀγάθων τραγῳδίας ποιητὴς εἰς μαλακίαν σκωπτόμενος Ἀριστοφάνει τῷ Γηρυτάδῃ· ἦν δὲ Τισαμενοῦ τοῦ Ἀθηναίου υἱὸς, παιδικὰ γεγονὼς Παυσανίου [τοῦ τραγικοῦ], μεθ' οὗ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος· ἐμιμεῖτο δὲ τὴν κομψότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ ῥήτορος, ὡς Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν Συμποσίῳ. Eadem antea sed mutilata exhibebantur a Schol. Plat. Clark. p. 373, in Gaisf. Lectt. Plat. p. 173 (Catal. p. 79). Cf. Schol. Aristoph. Ran. 83, Suid. v. Ἀγάθων. Agathonis ætatem in universum indicavit Praxiphanes apud Marcellin. in Vit. Thucyd. § 28 hæc scribens : Συνεχρόνισε δ' (sc. ὁ Θουκυδίδης) ὥς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ Περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τῷ τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ καὶ Χοιρίλῳ, καὶ Μελανιππίδῃ. Nam quum Thucydides ab Ol. LXXVII, 2, usque ad Ol. XCIV, 2, Plato inter Ol. LXXXVIII et XCVII, 3 (cf. Meinek. Poet. com. I, p. 160), Chœrilus ab Ol. LXXVII, 1 usque XCIV, 3 (cf. Næk. De Chœrilo p. 27 sq.) vixerit, iisdem finibus Ol. (LXXVIII-XCVIII). Agathonis vitam contineri manifestum est. Sed multo accuratius ejus vitæ tempus ac præcipue annum natalem cognoscimus, si ab iis proficiscimur, quæ memoriæ tradiderunt Plut. Amator. 24, 8 (p. 770, C), Apophthegm. reg. p. 177, C, Vit. Alcib. 1, Philostr. Epist. 73, iisque copiosius Ælian. V. H. XIII, 4 : Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἑστίασιν παρεσκεύασε πολυτελῆ τοῖς ἑταίροις. Προϊόντος δὲ τοῦ πότου, ζωρότερον πιὼν Εὐριπίδης ὑπήχθη πως κατ' ὀλίγον εἰς μέθην, εἶτα συγκλιθέντα αὐτῷ Ἀγάθωνα τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητὴν, περιλαβὼν κατεφίλει, τεσσαράκοντα ἐτῶν που γεγονότα· τοῦ δὲ Ἀρχελάου πυθομένου, εἰ καὶ νῦν ἔτι ἐρώμενος αὐτῷ δοκεῖ εἶναι, ἀπεκρίνατο· Ναὶ μὰ Δία, οὐ γὰρ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετόπωρον. Cui narrationi profecto non est cur fidem derogemus, quum etiam ex Aristoph. Ran. 85 : ἩΡ. Ποῖ γῆς ὁ τλήμων (sc. ὁ Ἀγάθων); ΔΙ. Ἐς μακάρων εὐωχίαν, collat. Schol. ἐς μακάρων εὐωχίαν) ἢ ὡς περὶ τετελευτηκότος λέγει, ὡσανεὶ εἶπε τὰς μακάρων νήσους· ἢ ὅτι Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ μέχρι τῆς τελευτῆς μετὰ ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ μακάρων εὐωχίαν ἔφη τὴν ἐν τοῖς βασιλείοις διατριβήν, et ex Schol. Luc. l. c. appareat, Agathonem cum Pausania in Macedoniam se contulisse. Nec amplius natalis ejus dies nos latet, si consideramus, Euripidem (vide ea quæ ad Euripidis Antiopam et Archelaum disputavimus) Ol. XCIII, 1 in Macedoniam ad Archelaum venisse ibique anno sequenti mortem obiisse. Incidit igitur illud convivium, in quo Euripides Agathonem osculatus esse fertur, in Olympiadis XCIII annum primum vel secundum ; itaque natus est Agatho Ol. LXXXIII, 1 vel 2. Hoc jam pridem docuerat Fr. Ritschelius in Commentationis de Agathonis vita, arte et tragœdiarum reliquiis part., Halis, 1829, p. 17, cujus tria tantum capita, quibus de Agathonis ætate agitur, a viro doctissimo edita esse magnopere dolendum est. Optime cum natali isto, quem constituimus, anno conspirat, quod Plato in Convivio, qui dialogus tempore, quo Agatho primam victoriam reportavit, h. e. Ol. XC, 4 (cf. Athen. V, p. 217, B. Anonym. Descript. Olymp. ad Ol. XC, 4 : Ἀγάθων ὁ τραγῳδοποιὸς στεφανοῦται Ληναίοις. Hinc errare Scholiastam Aristoph. Thesm. 32

50.

Νίρνος, (vel νίρμος) pediculus.

52.

Οἴνη, vitis; et tesseræ jactus, vacuus et numero *sex* op-

53.

Πανόπτης, multis oculis instructus. Juppiter.

54.

Ταραντῖναι βαφαί, apud Achæum : purpurea, opinor, vel ostro tincta.

manifestum est) habitus esse fingitur, poetam tum duodetriginta annos natum (p. 175, E) νέον et (p. 198, A) νεανίσκον appellavit; nec offensioni erit, quod eadem appellatione Aristophanes vel Mnesilochum in Thesmophoriazusis (quæ comœdia Ol. XCII, 2 acta est) utentem introduxit (vs. 134 coll. 173), quum Agatho jam tricesimum quartum annum ageret, si mollem ac fere muliebrem speciem, qua ibi apparet, respicimus. — Multo difficilior exploratu est annus, quo Agatho mortuus est. Collegit autem Ritschl. l. c. e Schol. Aristoph. Ran. l. c. Agathonem ante Archelai mortem, h. e. ante Ol. XCV, 1, mortem obiisse. Quod per se quidem haud improbabile est, præsertim quum de virili ac provectiori Agathonis, poetæ clarissimi, ætate omnes scriptores taceant, quumque inde, quod Plato (Conviv. p. 172, C: Οὐκ οἶσθ' ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν;) perfecto ἐπιδεδήμηκεν usus est, concludi possit, Agathonem tempore, quo Plato Convivium scripserit (i. e. mox post Ol. XCVIII, 4) jam aliquod tempus mortuum fuisse. Atqui cavendum est ne nimium Scholiastæ confidamus. Cujus scilicet fides propterea aliquam dubitationem movet, quod duas easque inter se contrarias ejusdem loci explicationes profert, neque tamen alteram probans alteri opponit; deinde quæritur, sintne verba μέχρι τελευτῆς ad Archelaum — nam etiam tales ineptiæ a Scholiastis non alienæ sunt — an ad Agathonem referenda. — De tempore denique si quæris, quo Agatho Athenas reliquerit, inde, quod in Thesmophoriazusis castigatus est, jure concluditur, eum ante Ol. XCII, 2 patriam non reliquisse; atque hoc temporis punctum iis confirmatur, quæ narrat Aristot. Eudem. III, 5, p. 1232, b, 8 ed. Bekk.: Καὶ μᾶλλον ἂν φροντίσειεν ἀνὴρ μεγαλόψυχος τί δοκεῖ ἑνὶ σπουδαίῳ ἢ πολλοῖς τοῖς τυγχάνουσιν, ὥσπερ Ἀντιφῶν ἔφη πρὸς Ἀγάθωνα κατεψηφισμένος, τὴν ἀπολογίαν ἐπαινέσαντα. Antipho enim Ol. XCII, 2 damnabatur.

Externam Agathonis speciem describit Aristophanes Thesm. 190, ubi Euripides Agathonem sic alloquitur:

Ἔπειτα πολιός εἰμι καὶ πώγων' ἔχω,
σὺ δ' εὐπρόσωπος, λευκὸς, ἐξυρημένος,
γυναικόφωνος, ἁπαλὸς, εὐπρεπὴς ἰδεῖν.

Quibuscum cf. vss. 31, 33 et schol. ad h. l.; eumque pulcherrimum fuisse testantur etiam Plat. Protag. p. 315, D: Παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίναις Παυσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων καὶ μετὰ Παυσανίου νέον τε ἔτι μειράκιον (sc. Ἀγάθωνα) ὡς μὲν ἐγῷμαι, καλόν τε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός. Conviv. p. 174, A: Ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω. Cf. ibid. p. 212, E; 213, C; Athen. V, p. 185, B; X, p. 445, C; XV, p. 701, B. Qua pulchritudine pariter atque divitiis, quibus uti ei licuit, ut ex Aristophane et Platone liquet, factum esse videtur, ut inde a tenera ætate plurimos amatores alliceret, et delicatæ atque effeminatæ vitæ se traderet. Nam ob mollitiem maxime ab Aristophane in Gerytade (cf. schol. Luc. l. c.) et Thesmophoriazusis (vss. 130—175) perstrictus est, nec turpibus libidinibus prorsus abstinuisse videtur, si Thesm. vss. 35, 98, 157, 200, 206 respicis, quum comœdia antiqua, quamvis sæpe personarum vitia non mediocriter auxerit, nemini tamen affingere aliquid potuerit; quod alienum ab ejus natura fuit. Accedit quod Max. Tyr. (Diss. XXIV, p. 460 Reisk.) Agathonem ἁβρότατον appellavit, et Lucian. (Rhet. præc. 11) vel cum Cinyra et Sardanapalo comparavit, quorum luxuries ac libidines vel in proverbium abierunt; cf. Diogen. VIII, 53, Mich. Apost. XVIII, 93, Arsen. p. 441 ed. Walz., Schol. ad Aristoph. Av. 1201, Append. Proverb. Bodl. IV, 68, Apost. XVII, 26, Arsen. p. 426 ed. W., Schneidewin. fgm. poet. græc. e Pap. Paris. p. 13. Fortassis autem poeta libidinis macula aspersus est propter necessitudinem familiaritatemque, qua cum Pausania Cerameo conjunctus erat. Certatim enim veteres scriptores Pausaniam Agathonis amatorem dicunt; cf. Plat. Protag. l. c. et sq.: Ἔδοξα ἀκοῦσαι ὄνομα αὐτῷ εἶναι Ἀγάθωνα, καὶ οὐκ ἂν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν. Xen. Conviv. 8, 32: Καίτοι Παυσανίας γε, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων εἴρηκεν, ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν. Schol. Luc. l. c. Et ad utriusque necessitudinem Plato aliis quoque locis respexit; cf. Conviv. p. 177, D; 193, B; 193, E. At neque in oratione, quam Pausanias apud Platonem (Conviv. p. 180, C — 185, C), neque in ea, quam Agatho (ibid. p. 193, E—197, E) habuisse fingitur, quidquam est ex quo alterius erga alterum amorem turpem fuisse aliquo jure concludas; verumtamen non dubito quin ex hac utriusque viri familiaritate maximam partem Aristophanis irrisiones originem duxerint. Commenticia autem manifesto sunt quæ de Euripidis erga Agathonem amore Ælian. V. H, II, 21 fin. narrat: Ἡρα δὲ, φασὶ, τοῦ αὐτοῦ Ἀγάθωνος τούτου καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς καὶ τὸν Χρύσιππον τὸ δρᾶμα αὐτῷ χαριζόμενος λέγεται διαφροντίσαι. Facile ergo intelligitur, etiam iis, quæ Ælianus de Euripidis Chrysippo in Agathonis

gratiam scripta referat, non multum tribuendum esse, præsertim quum ea de re Ælianus ipse dubitans (διαφροντίσαι λέγεται) verba fecerit. Hoc autem ante, quam finem huic de Pausania disputationi imponamus, paucis attingendum est, eum a Schol. Luc. l. c. poetis tragicis adnumerari. At Scholiasten sive calamo sive memoria lapsum esse, quum ex eo, quod nemo tragœdiarum Pausaniæ mentionem fecit, tum ex Athenæo cognosci potest, quippe qui (V, p. 216, F) scripserit : Παυσανίου γὰρ οὐκ οἶδα σύγγραμμα, utique ejus fabulas silentio obtegere non potuisset. Cramer. quidem Scholiastæ verbis eo mederi studuit, ut post Παυσανίου nomen verba καὶ Εὐριπίδου excidisse statueret; recte autem Welck. monuit, verba sequentia μεθ' οὗ divelli a Pausaniæ nomine nullo modo posse.

Agatho prima quam scripsit tetralogia (Ol. XC, 4, ut supra docuimus) victoriam reportavit teste Platone (Conviv. p. 173, A), quippe qui illud convivium habitum esse finxerit, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων. De industria autem Agathonem tetralogia vicisse diximus : nam ne quis e Platonis verbis modo citatis illum singulis tragœdiis certasse concludat, Welck. p. 998 similibus exemplis collatis, quibus addi potest Diog. Laert. III, 8, collat. Ælian. V. H. II, 30, egregie docuit, voce τραγῳδία, non solum unam tragœdiam, sed etiam tetralogiam vel poesim tragicam in universum significari, quum veteribus vocum τριλογία et τετραλογία usus ignotus fuisse videatur. Quo accedit quod et in Aristoph. Thesm. 157, et in Plat. Conviv. p. 222, D, ad ejus dramata satyrica respicitur. — Præterea memorabile est, Agathonem fabulas suas non solis histrionibus tradidisse agendas, sed, sicut antiquissimi poetæ tragici, ipsum in scenam processisse. Cf. Plat. Conviv. p. 194, A : Ἐπιλήσμων μένταν εἴην, ὦ Ἀγάθων, εἰπεῖν τὸν Σωκράτην, εἰ ἰδὼν τὴν σὴν ἀνδρείαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν καὶ βλέψαντος ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ, μέλλοντος ἐπιδείξεσθαι σαυτοῦ λόγους, καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐκπλαγέντος κτλ. Suid. s. v. Μυρμήκων ἀτραποὺς et v. Χορικός... Ἀγάθων... ὑποκριτικὰ μέλη ἐποίει καὶ αὐτὸς ὑπεκρίνετο. (sic recte Suid. v. Χορικ. pro vulg. ὑποκρίνεται). Quot fabulas autem Agatho scripserit, ignoramus; supersunt tamen septem tragœdiarum tituli, Ἀερόπη, Ἀλκμαίων, Ἄνθος, Θυέστης, Ἰλίου πέρσις, Μυσοί, Τήλεφος, de quibus infra copiosius agemus. Quibus adnumerandæ fortasse sunt Ἀχιλλεὺς propter locum Aristot. Poet. c. 15, p. 1454, b, 8 ed. Bekk. : Ἐπεὶ δὲ μίμησίς ἐστιν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογράφους· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν ἰδίαν μορφὴν, ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν· οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους καὶ ῥαθύμους καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ἔχοντας ἐπὶ τῶν ἠθῶν, ἐπιεικεῖς ποιεῖν παράδειγμα σκληρότητος δεῖ, οἷον τὸν Ἀχιλλέα Ἀγάθων καὶ Ὅμηρος· nisi forte Achilles in Telepho partes tenuit (id quod Welck. negat, Agathonis Achillem idem argumentum complexam esse statuens, quod in Aristarchi vel Chæremonis, de quibus suo loco agetur, expressum fuerit); deinde Φαίδρα propter locum Aristoph. Thesm. 153 :

Οὐκοῦν κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποιῇς;

utpote cui multum salis detrahitur, si Agatho Phædram non scripsit. Atque fabulis suis docendis Agathonem magnum applausum et multam Atheniensium laudem consecutum esse inde cognoscitur, quod nonnisi unum ejus drama (Ilii Excidium) Aristotele teste (cujus verba infra apposuimus) explosum est. Eo major igitur subit miratio, quod poeta gloria patriæ neglecta in Macedoniam se contulit.

Quod ad poeticam Agathonis virtutem et dicendi genus, quo usus est, attinet, inprimis animadvertendum est, diligentissime eum, ut Euripidem, philosophorum ac sophistarum, præcipue Prodici Cei (Plat. Protag. p. 315, D sq.) et Gorgiæ Leontini, institutione usum esse; cf. Schol. Luc. l. c. Philostr. Vit. Soph. I, 9, 1, p. 14 ed. Kays. : Καὶ Ἀγάθων δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής, ὃν ἡ κωμῳδία σοφόν τε καὶ καλλιεπῆ οἶδε, πολλαχοῦ τῶν ἰάμβων γοργιάζει· collat. Plat. Conviv. p. 198, B, C. Non mireris igitur quod Euripides Agathonem (apud Aristoph. Thesm. 187) sic alloquitur :

Μόνος γὰρ ἂν λέξειας ἀξίως ἐμοῦ·

nec exiguam Aristophanes his verbis poetæ tribuit laudem. Nam Welckero (p. 987, not. 13) ea non magni ponderis esse dicenti, quia Euripides supplex veniat ideoque blanditiis uti coactus sit, non possum assentiri, quum Euripides Agathoni satis blandiri potuisset, etiamsi non dixisset, λέξειας ἂν ἀξίως ἐμοῦ. Maxime vero Agathonem e Gorgiæ disciplina prodiisse inde apparet, quod antithetis, isocolis, eorundem verborum iteratione similibusque artibus rhetoricis, quas a Gorgia inventas esse constat (cf. Foss. De Gorgia p. 55, sq.) sæpissime usus esse fertur. Ælian. V. H. XIV, 13 : Πολλοῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων· ἐπεὶ δέ τις, οἷον ἐπανορθούμενος αὐτὸν, ἐβούλετο περιαιρεῖν αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων εἶπεν· Ἀλλὰ σύ γε, γενναῖε, λέληθας σεαυτὸν, τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. Οὕτως ἐκόμα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος, καὶ ᾤετο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταῦτ' εἶναι. Athen. V, p. 187, C : (Πλάτων) χλευάζει τε

τὰ ἰσόκωλα τὰ Ἀγάθωνος καὶ τὰ ἀντίθετα. Tales propter artes igitur irrisus est ab Aristophane Thesm. 146 sq., 199 sq. et in Thesmophoriazusis posterioribus fgm. 300, b ed. Dindf. (fgm. VII ed. Bergk.), earumque exempla etiam in fragmentis, quæ supersunt, licet pauca, reperiuntur; cf. fgm. 6, 8, 10, 11, 16. Fritzsch, ad Aristoph. Thesm. p. 66 sq., 590 sq. Spengel. Συναγωγὴ τεχν. p. 41.—In universum autem Agatho propter elegantiam sermonis rhetorum artibus non mediocriter auctam audari solet; καλλιεπὴς enim vocatur ab Aristoph. Thesm. 49, 60; cf. Philostr. l. c. Atque ejus pompam orationis pariter atque artem in eligendis collocandisque verbis positam Plato in fine orationis, quam Agathoni in Convivio tribuit, egregie imitatus est, eandemque ibid. p. 198, B, Socrates admiratur. Non possum tamen, quoniam iterum Convivii Platonici mentionem feci, facere quin addam, eos vehementer falli mihi videri, qui in illo Agathonis et dicendi et sentiendi rationem plane expressam esse censeant; cf. Hermogen. De form. orat. II, p. 240.

In ipsa arte tragica Agatho multa novavit, de quibus paullo inferius ad singulas quasdam tragœdias (Ἄνθος, Ἰλίου πέρσις, Μυσοὶ) disputavimus. Quibus adjiciendus est locus Aristot. Poet. c. 18, p. 1456, 25 ed. Bekk.: Καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ· τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ ᾀδόμενα (διδόμενα Bk.) οὐ (omittit Bk.) μᾶλλον τοῦ μύθου ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί· δι' ὃ ἐμβόλιμα ᾄδουσι, πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοιούτου. Καίτοι τί διαφέρει ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν ἢ εἰ ῥῆσιν ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο ἁρμόττοι, ἢ ἐπεισόδιον ὅλον; Hinc Agathonem in veteris tragœdiæ morem, quem paucis adumbravit Hor. A. P. 193 sq.:

> Actoris partes chorus officiumque virile
> defendat, neu quid medios intercinat actus,
> quod non proposito conducat et hæreat apte,

peccasse apparet, et choro ejusmodi carmina dedisse canenda, quæ nullo vinculo cum tragœdiæ argumento connexa fuerint, itaque in qualibet fabula adhiberi potuerint. Qua re etiam chori officium ipsum prorsus immutatum esse facile intelligitur. Naturam vero illorum carminum docuit nos Aristophanes in Thesmophoriazusis primum inde a vs. 53 sqq., ubi famulus eam sic describit: Κάμπτει δὲ νέας ἁψῖδας ἐπῶν· τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ, καὶ γνωμοτυπεῖ κἀντονομάζει καὶ κηροχυτεῖ καὶ γογγύλλει καὶ χοανεύει. Deinde a vs. 100, ubi Aristophanes Agathonem tale carmen canentem introduxit, postremo vs. 130 sq., ubi Mnesilochum sic de eo judicantem fecit:

> Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες,
> καὶ θηλυδριῶδες καὶ κατεγλωττισμένον
> καὶ μανδαλωτὸν, ὥστ' ἐμοῦ γ' ἀκροωμένου
> ὑπὸ τὴν ἕδραν αὐτὴν ὑπῆλθε γάργαλος.

Nec prætermittendus est alius locus (vs. 100), ubi Mnesilochus, quum Agatho canere inciperet, dicit:

> Μύρμηκος ἀτραποὺς, ἢ τί διαμινύρεται;

ad quem cf. Schol. Ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνακρουομένου μέλη τοῦ Ἀγάθωνος· τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μυρμήκων ὁδοί (vide Ælian. H. A. VI, 43: Μυρμήκων ἐν γεωργίᾳ ποικίλας τε ἀτραποὺς καὶ ἑλιγμοὺς καὶ περιόδους). Suid. v. Μύρμηξ· περὶ Ἀγάθωνός φησι τοῦ ποιητοῦ· ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνακρουομένου· τοιαῦτα γὰρ αἱ τῶν μυρμήκων ὁδοί· ὁ δὲ Ἀγάθων ὑποκριτικὰ μέλη ἐποίει καὶ ὑπεκρίνετο. (sic e Suid. v. χορικὰ, ubi eadem leguntur, restitutum est pro vulg. ὑποκρίνεται)· διὸ καὶ χορικὰ λέγεται (!). Tali poesi accommodatam etiam fuisse musicam consentaneum est, nec habemus, cur miremur, quod Agatho chromatico genere (vide nos ad Μυσοὺς) iisque artificiis lusibusque usus est, quibus poetæ dithyrambici illo tempore musicam depravare cœperant; cf. Meinek. Poet. com. II, p. 326 sqq. Huc haud dubie spectant quæ traduntur ab Hesych., Suid v. Ἀγαθώνιον αὔλησιν· τὴν μαλακήν· Ἀγάθων γὰρ ὁ τραγικὸς ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο. Cf. Mich. Apost. I, 9, Arsen. p. 13 ed. Walz.: Ἀγαθώνειος αὔλησις· ἡ μαλθακὴ καὶ μήτε μικρὰ μήτε χλιαρὰ, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη, ἄλλοις δὲ (desunt apud Arsen.) μαλακὴ καὶ ἐκλελυμένη· ἀπὸ Ἀγάθωνος αὐλητοῦ. Οὗτος ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον, καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις· ἐκωμῳδεῖτο δὲ εἰς θηλύτητα. Consentiunt Proverb. e cod. Bodl. 7, Diogen. I, 7, Zenob. I, 2. — Jam vero si reprehensiones omnes, quibus Agathonis poesis obnoxia fuit, comprehendimus iterumque animo perpendimus, jam inde, quod nihil aliud quam sectationem quandam antithetorum et chori cantica castigata videmus, jure concludere possemus, Agathonem optimis tragœdiæ poetis adnumeratum fuisse, nisi etiam apertum Aristophanis (Ran. 83) exstaret testimonium:

> ἩΡ. Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στιν;
> ΔΙΟΝ. Ἀπολιπών μ' ἀποίχεται,
> ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις.

quod iis tantum ironice prolatum esse videbitur, qui verborum continuitatem non satis animo volverunt atque intellexerunt. Si autem Agatho tragœdia tantopere excelluit, non amplius mira-

bimur quod ab Aristotele tam sæpe respectu dignus habitus est.

ΑΕΡΟΠΗ.

Semel tantum hæc tragœdia commemoratur, cujus de argumento igitur dici nihil potest, nisi quod ex titulo consequitur, Aeropes et Thyestæ historiam (qua de vide, quæ ad Euripidis Cressas disputavimus) dramate expressam fuisse.

I. (1.)

Etym. M. p. 301, 36, v. Εἰσῆμεν... καὶ εἰσῆσαν, ἀντὶ τοῦ εἰσήεσαν, σὺν τῷ ι, Ἀγάθων Ἀερόπῃ.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

De hac fabula idem atque de antecedente valet, præterquam quod ne conjectura quidem explorare ex titulo possumus, tractaritne Agatho illud argumentum, quod Euripides in *Alcmæone in Psophide*, an illud, quod Euripides in *Alcmæone in Corintho*, an illud denique, quod Achæus *in Alphesibœa* (quas fabulas conferas) expressit.

I. (2.)

Bekk. An. gr. p. 353, 7, Bachm. An. gr. I, p. 41, 1 : « Ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια δρᾶν » Δείναρχος εἶπε καὶ Σοφοκλῆς· καὶ ἀθεμιστότεροι Ξενοφῶν· καὶ ἀθέμιτοι Μοῦσαι (imo μοῦσαι i. e. artes) Ἀγάθων ἐν Ἀλκμαίωνι.

ΑΝΘΟΣ.

Hujus fabulæ memoriam uni Aristoteli debemus, quam perditam nobis esse eo magis dolendum est, quum Agatho ea novum tragœdiæ genus inceperit. Aristotelis (Poet. 9, p. 1451, b, 19) verba hæc sunt : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἐνίαις μὲν ἓν ἢ δύο τῶν γνωρίμων ἐστὶν ὀνομάτων, τὰ δὲ ἄλλα πεποιημένα, ἐν ἐνίοις δὲ οὐθέν, οἷον ἐν τῷ Ἀγάθωνος Ἄνθει· ὁμοίως γὰρ ἐν τούτῳ τά τε πράγματα καὶ τὰ ὀνόματα πεποίηται, καὶ οὐδὲν ἧττον εὐφραίνει· ὥστ' οὐ πάντως εἶναι ζητητέον τῶν παραδεδομένων μύθων, περὶ οὓς αἱ τραγῳδίαι εἰσίν, ἀντέχεσθαι· καὶ γὰρ γελοῖον τοῦτο ζητεῖν, ἐπεὶ καὶ τὰ γνώριμα ὀλίγοις γνώριμά ἐστιν, ἀλλ' ὅμως εὐφραίνει πάντας, κτλ. Recessit igitur Agatho a veterum tragicorum more, quum hujus dramatis argumentum non ex antiqua deorum atque heroum historia, sed ex ingenio suo repeteret et pro arbitrio etiam personarum nomina fingeret. Quænam significatio nomini Ἄνθος fuerit nescimus; at hoc minime credendum est, corruptam esse hanc vocem, id quod quibusdam in mentem venit, qui, ut viri nomen nanciscerentur, varias emendationes proposuerunt. Nam Ἄνθος etiam per se hominis nomen esse potest; cf. Boeckh. Corp. Insc. n. 183, Anton. Liberal. 7. Welck. p. 996.

ΘΥΕΣΤΗΣ.

In hac fabula quid repræsentaverit Agatho ex titulo non magis, quam in Alcmæone concludi potest, quum Thyestes varia fata perpessus sit. Suspicor tamen, quum necessitudo, quæ inter Thyesten et Aeropen intercedebat, sine dubio in Thyesta tractata fuit, Agathonem in hac fabula aliud egisse argumentum, quemadmodum Euripides quoque Thyestæ sortem in duabus tragœdiis (in Thyesta et in Cressis) in scenam produxit. Atque si Agathonis Aerope, ut supra conjecimus, non multum ab Euripidis Cressis discrepuit, etiam ejusdem Thyesten ab Euripidis Thyesta non valde diversam fuisse mihi persuadeo. Lucis nihil ad argumentum cognoscendum affert fragmentum quod superest.

I. (3.)

Athen. XII, p. 528, D : Ἀγάθων δ' ἐν τῷ Θυέστῃ τοὺς τὴν Πρώνακτος θυγατέρα μνηστεύοντας τοῖς τε λοιποῖς πᾶσιν ἐξησκημένους ἐλθεῖν καὶ κομῶντας τὰς κεφαλάς, ἐπεὶ δ' ἀπέτυχον τοῦ γάμου,

Κόμας ἐκειράμεσθα (φησὶ) μάρτυρας τρυφῆς,
ἦ που ποθεινὸν χρῆμα παιζούσῃ φρενί.
Ἐπώνυμον γοῦν εὐθὺς ἔσχομεν κλέος,
κούρητες εἶναι, κουρίμου χάριν τριχός.

Καὶ Κυμαῖοι δὲ οἱ ἐν Ἰταλίᾳ, ὥς φησιν Ὑπέροχος ἢ ὁ ποιήσας τὰ εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενα Κυμαϊκά, διετέλε-

1.

— et εἰσῆσαν (inibant) pro εἰσῄσαν cum iota subscripto. Agatho Aerope.

2.

« Nefaria (ἀθέμιστα) et impia committere, » Dinarchus dixit et Sophocles; et *nefariæ* (ἀθέμιτοι) *musæ* (*artes*) Agatho in Alcmæone.

3.

Comam nobis abscidimus, testem luxuriæ,
optabilem nempe rem ludenti animo.
Igitur cognomen statim famosum nacti sumus
Curetas nos esse ob tonsum capillum.

σαν χρυσοφοροῦντες καὶ ἀνθιναῖς ἐσθῆσι χρώμενοι καὶ μετὰ γυναικῶν εἰς τοὺς ἀγροὺς ἐξιόντες ἐπὶ ζευγῶν ὀχούμενοι. — Eosdem versus præbet Eustath. ad Il. p. 1292, 58, sed vs. 1 cum Athenæi codd. PVL. ἐχειράμεθα habet.

ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΣ.

Hæc fabula non aperte ab aliquo vetere scriptore citatur, sed conjectura tantum eaque admodum probabili elicitur e verbis Aristot. Poet. c. 18, p. 1456, 10 : Χρὴ δὲ, ὅπερ εἴρηται πολλάκις, μεμνῆσθαι καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιικὸν σύστημα τραγῳδίαν· ἐποποιικὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον, οἷον εἴ τις τὸν τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιεῖ μῦθον· ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος, ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. Σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος, [ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην, καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος], ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται, ἐπεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ· ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται ὧν βούλονται θαυμαστῶς· τραγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον. Cf. God. Hermann. ad h. l. Nam quæ Ritter. (Comment. ad Aristot. Poet. p. 216) contra disputavit, admodum infirma ac bene a Welckero (p. 992, adnot. 20) repudiata sunt. Non est igitur cur dubitemus quin Agatho re vera talem tragœdiam scripserit, quum etiam alii poetæ tragici, velut Iophon, Cleophon, Nicomachus, ut suo loco docebimus, Ἰλίου πέρσιν composuerint; cf. Meinek. Poet. com. I, p. 497. E multis autem, qui hoc argumento usi sunt, Aristoteles Agathonem tanquam exemplum nominavit, ac reprehendit, quia cunctas res, quæ in Ilii Excidio, carmine epico (cf. Welck. Epic. Cycl. p. 288 sq.) narrata erant, una tragœdia comprehenderat.

ΜΥΣΟΙ.

Hanc fabulam nemo commemorat præter Plut. Quæst. Sympos. III, 1, 3 (p. 645, D), ubi Agathonem reprehendit, quod chromaticum genus in tragœdia adhibuit, quippe quod a tragœdia alienissimum sit. Plutarchi verba hæc sunt : Θαυμάζω δὲ καὶ Ἐράτωνα τοῦτον, εἰ τὰς μὲν ἐν τοῖς μέλεσι παραχρώσεις βδελυττόμενος, καὶ κατηγορῶν τοῦ καλοῦ Ἀγάθωνος, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν φασὶν ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομῖξαι τὸ χρωματικὸν, ὅτε τοὺς Μυσοὺς ἐδίδασκεν, αὐτὸς δὲ ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, ποικίλων χρωμάτων καὶ ἀνθηρῶν τὸ συμπόσιον ἐμπέπληκε κτλ. Quibuscum conferas Plut. De mus. 20 (p. 1137, E) : Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τῶν τῆς τραγῳδίας ποιητῶν· τῷ γὰρ χρωματικῷ γένει καὶ τῷ ῥυθμῷ τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται, κιθάρα δὲ, πολλαῖς γενεαῖς πρεσβυτέρα τραγῳδίας οὖσα, ἐξ ἀρχῆς ἐχρήσατο. — Præterea vide quæ de hac fabula ad Telephum monuimus.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Telephi historia satis nota et a nobis ad Euripidis Telephum copiose exposita est, in qua tractanda Agathonem a vulgari mytho longe recessisse ex fragmento, quod superest, cognoscitur, quippe ex quo Theseum in hoc dramate egisse appareat. Sed haud facile, quales ejus fuerint partes, definias, nec conjectando quidquam proficimus. Ceterum haud scio an Telephus et Mysi eadem fabula fuerint, quamvis Welckero Argis fuisse hujus dramatis scenam videri me non fugiat.

I. (4.)

Athen. X, p. 454, D : Τὸ δ' αὐτὸ πεποίηκε καὶ Ἀγάθων ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν τῷ Τηλέφῳ· ἀγράμματος γάρ τις κἀνταῦθα δηλοῖ τὴν τοῦ Θησέως ἐπιγραφὴν οὕτως·

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος·
ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο,
Σκυθικῷ τε τόξῳ τὸ τρίτον ἦν προσεμφερές·
ἔπειτα τριόδους πλάγιος ἦν προσκείμενος·
ἐφ' ἑνός τε κανόνος ἐζυγωμένοι δύο·
ὅπερ δὲ τρίτον ἦν καὶ τελευταῖον πλέον.

Simili modo Thesei nomen describitur in Eurip. Thes. fgm. III.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (5.)

Aristot. Ethic. Nicom. VI, 2, p. 1139, b, 10 Bkk. : Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐθὲν γεγονὸς, οἷον οὐθεὶς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι· οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου καὶ ἐνδε-

---

4.

Scripturæ primordium, umbilicatus erat in medio [circulus,
deinde erectæ lineæ duæ conjugatæ invicem;
arcui Scythico simile elementum tertium;
post hoc, tridens in obliquum rejectus :
deinde uni rectæ superne junctæ duæ :
ultimum vero simile rursus fuit tertio.

χομένου, τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. Διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων·

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

II. (6)

Aristot. Ethic. Nicom. VI, 4, p. 1140, 19 : Bekk. Καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἡ τύχη καὶ ἡ τέχνη, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησί·

Τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

Eundem versum habet Simplic. ad Aristot. Phys. p. 73, B, Ald., quocum dignus est qui conferatur versus inter Menandri γνώμας μονοστίχους (nr. 495 apud Meinek.) exstans : Τύχη τέχνην ὤρθωσεν, οὐ τέχνη τύχην.

III. (7.)

Aristot. Ethic. Eudem. III, 1, p. 1230, 1 Bekk. : Οὔτ' εἰ φεύγοντες τὸ πονεῖν, ὅπερ πολλοὶ ποιοῦσιν, οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδεὶς ἀνδρεῖος, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησί·

Φαῦλοι βροτῶν γὰρ τοῦ πονεῖν ἡσσώμενοι
θανεῖν ἐρῶσιν.

IV. (8.)

Aristot. Rhet. II, 19, p. 1392, b, 8 Bekk. : Ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται

Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ
ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τέχνῃ προσγίγνεται.

Sic apud Aristotelem editum est, sed bene vidit Grot. Exc. p. 436, voces τύχῃ et τέχνῃ commutare loca sua debere, ut vs. 1 τέχνῃ, vs. 2 τύχῃ legatur.

V. (9.)

Ibid. II, 24, p. 1402, 10 Bekk. : Οὕτω καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἐστὶ φαινόμενον ἐνθύμημα παρὰ τὸ μὴ ἁπλῶς εἰκὸς, ἀλλά τι εἰκός. Ἔστι δὲ τοῦτο οὐ καθόλου, ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει,

Τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι,
βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα·

γίγνεται γὰρ τὸ παρὰ τὸ εἰκὸς, ὥστε εἰκὸς καὶ τὸ παρὰ τὸ εἰκός. — Ad eundem locum respexit Aristot. ipse Poet. 18, p. 1456, 21 Bekk. : Ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν μετὰ πονηρίας δὲ ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος, καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν ἄδικος δὲ ἡττηθῇ· ἔστι δὲ τοῦτο εἰκὸς, ὥσπερ Ἀγάθων λέγει· εἰκὸς γὰρ γίνεσθαι πολλὰ καὶ παρὰ τὸ εἰκός.

VI. (10.)

Athen. V, p. 185, A sq. : Ἡμεῖς γὰρ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Paullo aliter hunc locum exhibet Clem. Alex. Strom. V, 12, § 140, p. 733 P. : Καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις ἐπιρρεῖ μοι παρατίθεσθαι, συμμετρίας δ' οὖν ἕνεκα καταπαυστέον ἤδη τὸν λόγον, ὅπως μὴ τὸ τοῦ τραγῳδοποιοῦ Ἀγάθωνος πάθωμεν καὶ αὐτοὶ,

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ἡγούμενοι,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμενοι.

Manifesto autem Clemens versus memoriter citavit.

VII. (11.)

Athen. V, p. 211, E : Κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα
Εἰ μὲν φράσω τἀληθὲς, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

5.
Una hæc potestas desit etiam ipsi deo,
infecta facere, facta quæ jam sunt prius.
GR.

6.
Ars atque fortuna invicem se diligunt.
GR.

7.
Victi malorum mole degeneres solent
optare mortem.
GR.

8.
Quædam potest ars facere, sed multa accidunt
nobis, ita ut sors jussit aut necessitas. GR.

9.
Bene forte dicas hoc fide dignissimum,
accidere multa hominibus aliena a fide.
GR.

10.
Operose id agimus, agere quod non est opus,
at in eo, quod opus est, opera perfunctoria est.
GR.

11.
Si vera dicam, gaudio tibi non ero;
si gaudio sum, vera non dicam tibi. GR.

VIII. (12.)

Athen. X, p. 445, C :... καὶ ὅς ἔφη

(Ἀπολεῖς μ' ἐρωτῶν)

κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα

καὶ σὺ χὼ νέος τρόπος,
ἐν οὐ πρέποντι τοῖς λόγοισι χρώμενος.

Grot. Exc. p. 436 mirifice καὶ ὁ Νεότροπος.

IX. (13.)

Athen. XIII, p. 584, A. :... κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα

Γυνὴ τὸ σῶμα* * δι' ἀργίαν
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

Priora Grot. l. c. sic constituit : — γυνὴ δὲ σώματος δι' ἀργίαν, Porson. (Append. ad Aristoph. Nub. 53) — γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν. Meinek. (Exercit. philol. in Athen. spec. 1, Berol. 1843, p. 41) vero ingeniosius :-γυνὴ τὸ σῶμ' ἀνειμένη δι' ἀργίαν κτλ. conjecit, et ita etiam ἀνειμένος et ἀργὸς conjuncta esse a Plut. Fort. Alex. p. 332, E, monuit.

X. (14.)

Athen. XV, p. 701, B :... ἵνα κἀγὼ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα ἀναφωνήσω τάδε τοῦ ἡδίστου Ἀριστοφάνους,

Ἐκφέρετε πεύκας, κατ' Ἀγάθωνα, φωσφόρους.

Recte adnotavit Fritzsch. ad Arist. Thesm. p. 591, verba πεύκας φωσφόρους ab Agathone esse repetita; non dubito autem quin tota dictio ἐκφέρετε πεύκας φωσφόρους tragico originem debeat; cf. Eur. Troad. 351, Phœn. 779.

XI. (15.)

Stob. Ecl. I, 9, 7, p. 226 ed. Heer.

Οὐπώποτ' ἠξίωσα χρήσασθαι τρόποις.

Pro τρόποις Grot. scribi maluit χρόνῳ, quum in Stobæi titulo de tempore ageretur, sed multo acutius et probabilius Heeren. correxit : τροπαῖς χρόνου, illud χρόνου, a quo sequens versus initium ceperit, excidisse statuens. Ceterum scriptura vulg. sententiæ minime expers est.

XII. (16.)

Stob. Floril. III, 16.

Οὐ τῇ φρονήσει, τῇ τύχῃ δ' εσφάλμεθα.

Ἐσφάλμεθα præbent codd. Paris. A, B a mann. sec. et Gesn. margo pro vulg. ἐπητέον.

XIII. (17.)

Stob. XXIX, 39.

Ἰδίας ὁδοὺς ζητοῦσι φιλόπονοι φύσεις.

XIV. (18.)

Stob. XXXI, 17.

Ἀδικεῖν νομίζων, ὄψιν αἰδοῦμαι φίλων.

Pro ἀδικεῖν cod. Flor. δοκεῖν, quod Welck. præfert.

XV. (19.)

Stob. XXXVIII, 7, sine lemm.

Ὄλοιθ' ὁ τοῖς ἔχουσι τἀγαθὰ φθονῶν.

Adnotat Gaisf. : « Vs. sine lemmate in cod. A., ubi tamen post nr. 21 repetitur c. lemmate Ἀγάθωνος. »

XVI. (20.)

Stob. XXXVIII, 12. Maxim. (in edit. Stobæi. Aurel. Allobrog. 1609) serm. XCIX, p. 163, 20.

Οὐκ ἦν ἂν ἀνθρώποισιν ἐν βίῳ φθόνος,
εἰ πάντες ἦμεν ἐξίσου πεφυκότες.

12.

Occidis me interrogando, et tu et novus mos
intempestivis me sermonibus interpellans.

13.

Non si feminæ corpus pigrum est,
etiam intus animi pigra cogitatio est.
GR.

14.

Efferte piceas, secundum Agathonem, luciferas.

15.

Nunquam mihi illud placuit uti tempore (moribus).
GR.

16.

Fortuna lapsa est nobis, non prudentia.
GR.

17.

Itinere trito non it anima industria.
GR.

18.

Vultus amicos revereor male conscius.
GR.

19.

Bona possidenti qui invidet pereat male.
GR.

20.

Immunis hominum vita ab invidia foret,
si nascerentur sorte mortales pari.
GR.

XVII. (21.)

Stob. XXXVIII, 23.

Σοφίας φθονῆσαι μᾶλλον ἢ πλούτου καλόν.

XVIII. (22.)

Stob. XLVI, 24. Maxim. (l. c.) serm. CIV, p. 175, 21 : Ἀγάθων ἔφη, τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖ μεμνῆσθαι· πρῶτον μὲν, ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει· δεύτερον, ὅτι κατὰ νόμους ἄρχει· τρίτον, ὅτι οὐκ ἀεὶ ἄρχει.

XIX. (23.)

Stob. LII, 6. Arsen. Viol. p. 365 ed. Walz.

Νέων γὰρ ἀνδρῶν πολλὰ κάμπτονται φρένες.

XX. (24.)

Stob. LIV, 4. Arsen. Viol. p. 165 ed. W.

Γνώμη δὲ κρείσσων ἐστὶν, ἢ ῥώμη χερῶν.

Cf. Soph. fgm. 761 ed. Ahrens., Eurip. Antiop. fgm. XXX.

XXI. (25.)

Stob. LXXIX, 12.

Ὡς ἡδὺ τῷ φύσαντι πείθεσθαι τέκνα.

XXII. (26.)

Aristoph. Eccles. 1.

Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου —

ubi schol. adnotat : Πραξαγόρα λύχνον ἔχουσα προέρχεται· ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους, διὰ τὰς ἑταίρας ἐγκαθιζομένας· πρὸς ὃ οὐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ μόνον ὅτι τὰς ἑταίρας δεῖ πῶς.

XXIII. (27.)

Schol. Soph. Trach. 639 : Ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραί) Ὅπου συνάγονται οἱ Ἀμφικτύονες εἰς τὴν λεγομένην Πυλαίαν, περὶ ἧς Ἀγάθων φησὶ, Πυλάδην τὸν Στροφίου πρῶτον συστήσασθαι (κριθῆναι Brunck.) ἐν τῇ Φωκίδι, καθαιρόμενον τὸ ἐπὶ Κλυταιμνήστρᾳ μύσος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν σύνοδον Πυλαίαν φησὶ προαγορεύεσθαι, ἢ ὅτι ὁ τόπος (Τραχὶν) πύλη τῆς Ἑλλάδος ἐστίν. Locum huc rettulimus, quamvis aliquis fortasse Agathonem Samium, scriptorem geographicum, dictum esse suspicetur.

XXIV. (28.)

Maxim. (in edit. Stobæi. Aurel. Allobrog. 1609) serm. XCIX, p. 163 sq. : Ἀγάθων εἶπεν, τοὺς φθονεροὺς τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως εὐφραίνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς.

XXV. (29.)

Marc. Antonin. Τῶν εἰς ἑαυτ. IV, § 18 : ... ὅσην ἀσχολίαν κερδαίνει ὁ μὴ βλέπων, τί ὁ πλησίον εἶπεν ἢ ἔπραξεν ἢ διενοήθη· ἀλλὰ μόνον τί αὐτὸς ποιεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῦτο δίκαιον ᾖ καὶ ὅσιον, ἢ κατὰ τὸν ἀγαθὸν (Ἀγάθωνα Xyland., Menag., Casaub.) μὴ μέλαν ἦθος περιβλέπεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γραμμῆς τρέχειν ὀρθὸν μὴ διερριμμένον. Haud improbabilis est Xylandri conjectura Agathonis nomen revocantis, sed ad restituendum difficiles sunt poetæ versus. Sed nescio an Agatho scripserit :

μηδ' ἦθος μέλαν
περιβλέπεσθαί γ', ἀλλὰ τῆς γραμμῆς ἔπι
ὀρθὸν τρέχειν, (καὶ) μή (ποτε) διερριμμένον.

21.

Sapientiæ ergo melius inviderier
quam propter aurum.

GR.

22.

Agatho dixit, tria imperatori esse spectanda : primum, imperare se hominibus ; deinde, secundum leges imperandum sibi esse ; tertium, se non semper esse imperaturum.

23.

Juvenilis animus flexiles motus habet.

GR.

24.

Valente dextra potior est prudentia.

GR.

25.

Quam dulce natos esse morigeros patri ! GR.

26.

O lucidum jubar lychni fictilis —

27.

— Ubi Amphictyones in Pylæam quam dicunt conveniunt, de qua Agatho dicit, Pyladen Strophii filium eos primum convocasse in Phocide, expiatum a scelere Clytæmnestræ, et ab eo conventum nomen accepisse ferunt Pylæum, vel quia locus tanquam (πύλη) porta Græciæ sit.

28.

Agatho dixit, invidos homines non tam propriis bonis, quam alienis malis lætari.

29.

Quantum is otii lucretur, qui non animadvertit, quid alius dixerit, egerit, cogitaverit ; sed, quid ipse tantum agat, quo id justum fiat piumque, vel, ut Agatho dicit : « non nigros circumspicere mores, sed lineæ insistere rectum, non vagantem.

Versus, quos Stob. Ecl. 1, 9, 16, p. 230. ed. Heeren., sub Agathonis nomine affert:

Ὤφελεν ὡς ἀφανὴς οὕτως φανερώτατος εἶναι,
καιρὸς, ὃς αὔξάνεται πλεῖστον ἀπ' εὐλαβίης.

non a tragico, sed ab epigrammatico quodam poeta profectos esse, jam pridem Heeren. (Comment. de font. eclog. Jo. Stob.) perspexit, nec refragaturum quemquam esse mihi persuasum est. Nescio igitur an pro Agathonis nomine Agathiæ memoria in Stobæi lemmate revocanda sit.

Alium quendam locum a Grotio Agathoni conjectura tributum inter *Aristonis* (Sophoclis filii) fragmenta exhibuimus atque tractavimus.

SCHOLARUM TRAGICARUM POETÆ.

I. POETÆ SCHOLÆ ÆSCHYLEÆ.

In quavis fere arte ac disciplina fieri videmus ut, qui ingenio pollent ac singulare quid præstant, reliquos homines non modo in admirationem sui rapiant, sed plurimos etiam ad æmulationem vel potius, quum plerique propter ingenii imbecillitatem non multum valeant, ad solam imitationem pelliciant. Sic exoriuntur scholæ quædam, si hac voce uti licet, in quibus imitatores isti tanquam discipulorum, illi vero, quos imitantur, magistrorum munere, quamquam inviti, funguntur. Habemus igitur varias poetarum, philosophorum, rhetorum, artificum scholas, nec mirabimur, quod etiam clarissimi poetæ tragici multos æmulos imitatoresque nacti sunt. Maxime hoc in Æschylum, Sophoclem, Euripidem cadere perquam probabiliter primus *A. Bœckhius* (Tragic. Princ. Græc. p. 31 sq.) ostendit, cujus sententiam, quamvis initio nonnulli, quorum princeps est God. Hermannus (Opusc. II, p. 154), obloquerentur, nunc omnes fere viri docti amplexi sunt ac peculiari libello nuper *Gust. Exnerus* (De schola Æschyli et trilogiarum ratione, Vratisl. 1840) diligenter defendit. —

Æschyli autem sectam ac scholam quandam, qua de primo agendum nobis est, re vera fuisse, quum ex multis indiciis concludi potest, tum ex apertis veterum testimoniis liquet. Atque ut testimonia primum afferamus, haud levis opinor momenti est quod plures loci inveniuntur, ubi aperte οἱ περὶ Αἰσχύλον commemorantur. Legitur enim apud Schol. Aristoph. Ran. 73. [ubi tamen in optimis codd. Rav., Ven. verba desunt]: Οὐ μόνον δὲ (sc. ἠγωνίσατο ὁ Σοφοκλῆς) Χοιρίλῳ καὶ τοῖς περὶ Αἰσχύλον καὶ Εὐριπίδην, ἀλλὰ καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ. Similia præbet script. Vit. Sophocl. (Biograph. Græc. ed. Westerm. p. 131, 87): Συνηγωνίσατο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Ἀριστίᾳ καὶ ἄλλοις καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ. Attamen in his verbis scholiastæ Aristophanei fontem non tam confidenter, ut Guil. Dindorfius fecit, affirmaverim; imo et Scholiastes et Vitæ auctor ex eodem fonte hausisse mihi videntur. Nam Musurus, si scholia Aristoph. loco illo interpolasset, vix locutione τοῖς περὶ Αἰσχύλον καὶ Εὐριπίδην, quæ parum interpolatorem sapit, usus esset, nec Aristiam inter poetas cum Sophocle certantes omisisset. Neminem autem in his verbis propterea hæsurum esse spero, quia iis, quod ad ætatem Chœrili attinet error inest (vide quæ ad Chœrilum disputavimus); quum error ille reliquæ sententiæ veritati non offecerit. Recte enim se habere, quæ Schol. Aristoph tradidit: Sophoclem cum Æschylo ejusque assectatoribus certasse, patet primum ex Aristophanis Byz. Argum. Eur. Med.: Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Cui adde Arg. Soph. Œd. Tyr.: Χαριέντως δὲ Τύραννον ἅπαντες αὐτὸν ἐπέγραφον ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος. Nam Euphorionem et Philoclem prosapiæ Æschyleæ poetas tragicos fuisse mox docebimus. Quibus testimoniis ut Scholiastæ Aristoph. auctoritas firmatur, ita simul significatio dictionis « οἱ περὶ Αἰσχύλον » extra dubitationem ponitur, quippe quæ quibusdam tantummodo Æschylum ipsum indicare videatur, quamvis jam pridem inter viros doctos constet, locutione « οἱ περί τινα » multo sæpius aliquem scholæ principem cum assectatoribus vel solos ejus assectatores, quam magistrum solum significari. Omnes denique scrupuli, si qui in cujuspiam animo resideant, eximuntur loco Diog. Laert. II, 5, 43: Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθη-

ναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων· καὶ γὰρ Ὅμηρον (καθά φησιν Ἡρακλείδης) πεντήκοντα δραχμαῖς, ὡς μαινόμενον, ἐτίμησαν καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ. *) Ibi enim Diogenes Atheniensibus (temere, ut egregie Od. Müllerus Histor. Liter. Græc. II, p. 186, not. 2, monuit) probro vertit, quod poetarum Æschyleorum primo Astydamanti h. e. præ Æschylo ipso statuam æneam collocaverint. Quis his verbis satis perpensis scholam Æschyleam fuisse neget? præcipue quum poetarum Æschyleorum statuas in theatro collocatas esse etiam Athen. I, p. 19, E (Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Εὐρυκλείδην ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνέστησαν μετὰ τῶν περὶ Αἰσχύλον) testis sit.

Jam vero quæritur, quinam fuerint isti οἱ περὶ Αἰσχύλον et qua re maxime Æschyli poesi se addictos esse ostenderint. Atque ut primo de scholæ Æschyleæ efficacitate loquamur, jam ex Aristoph. Acharn. 10, Ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον, κτλ. Ran. 868, (Αἰσχ.) ὅτι ἡ ποίησις οὐχὶ συντέθνηκέ μοι [et Schol. ad Ach. l. c. προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον) ἀντὶ τοῦ Αἰσχύλου τραγῳδίας, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἔχοντες τὰ Αἰσχύλου Αἰσχύλον ἔχειν λέγομεν· οὐ γὰρ ἔζη κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον· ἐτελεύτησε γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου τοῦ μετὰ Μνησιθέου τούτοις πρότερον ἐνιαυτῷ λ'· τιμῆς δὲ μεγίστης ἔτυχε παρὰ Ἀθηναίοις ὁ Αἰσχύλος, καὶ μόνου αὐτοῦ τὰ δράματα ψηφίσματι κοινῷ καὶ μετὰ θάνατον ἐδιδάσκετο. Cf. Schol. Ran. 868, script. Vit. Æsch., Philostr. Vit. Apollon. VI, p. 258], discimus, Æschyli tragœdias etiam post poetæ mortem in scenam esse productas. Fuerunt igitur qui iis iterum docendis operam darent. Quorum princeps Euphorio, Æschyli filius fuit, qui vel patris fabulis vicit. Neque tamen in eo acquieverunt, ut integras illas agerent, sed multa, ut Atheniensium sensui ac judicio pro temporibus mutato satisfacerent, in iis correxerunt easque ita retractatas iterum scenæ commiserunt. Cf. Quint. X, 1, 66: *Tragœdias primus in lucem Æschylus protulit, sublimis et gravis et grandiloquus sæpe usque ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus: propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus poetis Athenienses permisere, suntque eo modo multi coronati.* Quum vero per longum temporis spatium (Æschylus mortem obiit Ol. LXXX, 1) Æschyli fabulæ sensim sensimque ita immutatæ essent, ut Æschylei fere nihil inveniri in iis posset, Lycurgus circa Ol. CX lege constituit, ut Æschyli, Sophoclis et Euripidis tragœdiæ diligenter descriptæ publice asservarentur, utque civitatis scriba eas legeret, dum agerentur, verba histrionum in scripto sequens, ne quid aliter in scena proponeretur, quam ab Æschylo scriptum esset. Cf. Plut. Vit. X oratt. Lycurg. II, p. 841, F: Τὸν δὲ, ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις· οὐκ ἐξεῖναι γὰρ ἄλλως ὑποκρίνεσθαι. Ceteroquin hos Æschyli assectatores, quum non modo fabulis magistri dedocendis atque retractandis occupati fuerint, sed etiam ex ingenio suo novas finxerint, — id quod et veterum testimoniis constat et inde consequitur, quod multæ eorum fabulæ citantur ab Æschylo nondum tractatæ —, omne id, quod poesis Æschyleæ proprium fuerit, quoad per ingenii imbecillitatem fieri potuerit, diligenter imitatos esse facile intelligitur. Jure igitur horum numero illos etiam poetas ascribemus, qui ea tetralogiæ forma usi sunt, qua quattuor vel saltem tres fabulæ unius ejusdemque mythi vinculo colligatæ in scenam prodierunt. Nam Sophoclem primum ab eo more recessisse ejusque exemplum mox Euripidem aliosque secutos esse, inter omnes fere constat: quorum sectatores igitur tetralogias e fabulis nullo mythi vinculo inter se conjunctis scripsisse credendum est.

(*) De his verbis vide quæ ad Astydamantem disputavimus.

Sed ut tandem aliquando patefaciamus, qui poetæ Æschyli vestigia presserint, procul dubio recte omnes, qui ex ejus stirpe fuerunt, huc referemus, præsertim quum de nonnullis aperte traditum sit, eos aut fabulas Æschyli iterum in scenam produxisse aut tetralogias more Æschyleo composuisse. Ab Æschylo vero ejusque sorore oriundi sunt septem octove Tragici, quos, ut cognatio eorum facilius perspiceretur, sic ordinavimus:

Euphorio.

Æschylus. — Æschyli soror Philopithi nupta.

Bio. Euphorio. — Philocles I.

Morsimus. [Melanthius.]

Astydamas I.

Philocles II. Astydamas II.

Quos, quum Æschyleæ gentis fuerint, rectius *prosapiæ Æschyleæ poetas* nominabimus, ut ab aliis discernerentur, qui, quamvis Æschylum gentis auctorem non habuerint, tamen ad idem poesis genus se converterunt.

ΒΙΩΝ. ΕΥΦΟΡΙΩΝ.

De *Bione* et *Euphorione*, Æschyli filiis iisdemque poetis tragicis, testis est Suid. v. Αἰσχύλος : ... ἔσχε δὲ καὶ υἱοὺς τραγικοὺς δύο Εὐφορίωνα καὶ Βίωνα. De *Bione* nihil præterea scimus, de *Euphorione* vero hæc habet Suid. v. Εὐφορίων· υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ αὐτός· ὃς καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρὸς, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν. Ἔγραψε δὲ καὶ οἰκεῖα. Nec spernendum ipsum fuisse poetam inde conjiciemus, quod vel Sophoclem et Euripidem vicit. Aristoph. Byz. Argum. ad Eur. Med. : Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Nam quod Elmsl. ad Eur. Med. p. 70 Euphorionem non suis, sed patris fabulis victoriam istam reportasse suspicatus est, id opinor egregie iis reprobatum est, quæ contra disputavit God. Hermannus Opusc. II, p. 158, quippe qui inprimis monuerit, non Euphorionis, sed Æschyli nomen in didascaliis inscribi oportuisse, si patris ille fabulis vicisset. Fragmenta Euphorionis nulla supersunt : nisi tribuere ei velis locum Clem. Alex. Strom. V, § 115, p. 717 P. fin. : Ὅ τε Εὐφορίων ὅ τε Αἰσχύλος ἐπὶ τοῦ θεοῦ σεμνῶς σφόδρα φησίν·

Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανὸς,
Ζεύς τοι τὰ πάντα χὤτι τῶνδ' ὑπέρτερον·

ubi nunc pro ὅ τε Εὐφορίων ὅ τε Αἰσχύλου e codd. ὅ τε Εὐφορίωνος Αἰσχύλος exhibitum est, ut editores versus inter Æschyli fragmenta recipere non dubitaverint. (Cf. Æsch. fgm. 345 ed. Ahrens.) Ceterum equidem non diffiteor, miri quid habere patris nomen nomini Æschyli appositum ; nam Æschylum alicubi ita citari non memini : quare dubito an librorum scriptura in ὅ τε Εὐφορίων ὁ τοῦ Αἰσχύλου mutanda sit, quum Euphorionis nomini aliquid adjiceretur necesse esset, quo a Chalcidensi Euphorione distingueretur.

ΦΙΛΟΚΛΗΣ.

Duo fuere *Philoclis* nominis poetæ tragici, inter quos bene jam distinxerunt Schol. Aristoph. Av. 282 : Ἔστι δὲ ὁ Φιλοκλῆς τραγῳδίας (vulgo erat κωμῳδίας) ποιητὴς, καὶ Φιλοπείθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς· ὅσοι δὲ Ἀλμίωνος αὐτόν φασιν, ἐπιθετικῶς λέγουσι διὰ τὸ πικρὸν εἶναι· ἅλμη γὰρ ἡ πικρία. Γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο τραγῳδιῶν ποιηταί· εἷς μὲν ὁ Φιλοκλέους (Bœckh. Trag. Græc. Princ. p. 33 correxit Φιλοπείθους) ἀπόγονος· ἐκείνου μὲν γὰρ ἄρης (Bœckh. l. c. γὰρ ἦν. Dindorf. minus probabiliter υἱὸς) Μόρσιμος· τούτου δὲ Ἀστυδάμας, ἐκ τούτου δὲ Φιλοκλῆς καὶ ἕτερος (Ἀστυδάμας inserit Bœckh.) ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ νεωτέρῳ Φιλοκλεῖ. Et Suid. v. Φιλοκλῆς, Πολυπείθους (corrige Φιλοπείθους) Ἀθηναῖος τραγικὸς τοῖς χρόνοις μετὰ (Clinton. rectius κατά : vide infra) Εὐριπίδην· ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ χολὴ διὰ τὸ πικρόν. Ἔγραψε δὲ τραγῳδίας ρ', ὧν ἐστι καὶ ταῦτα· Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεὺς, Πρίαμος, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης. Αἰσχύλου δὲ τραγικοῦ ἦν ἀδελφιδοῦς καὶ ἔσχεν υἱὸν Μόρσιμον τὸν τραγικὸν, οὗτινος γίνεται Ἀστυδάμας, ὁ τραγικός· τούτου δ' ἕτερος Φιλοκλῆς στρατηγός (corrige τραγικός. Frequens enim est vocabulorum στρατηγὸς et τραγικὸς permutatio. Cf. Wunder. ad Argum. Soph. Œd. Col. p. 13). Cf. Eudoc. p. 427. Non est igitur cur Kustero ad Suid. vol. III, p. 605, auctore aut unum tantummodo Philoclem fuisse aut alterum utrum poetis comicis adnumerandum esse dicamus, quamvis eam ad sententiam, quam extremo loco posuimus, etiam Meinekius (Poet. hist. crit. com. p. 521) accesserit. (Cf. fgm. II.) Nam quod Philocles a Schol. Aristoph. poeta comicus appellatur, offensioni iis certe non erit, qui etiam Ionem, Agathonem, Moschionem, Euripidem (cf. fgm. 760, 908) inter poetas comicos relatos et vocabula τραγικὸς et κωμικὸς sexcenties confusa (cf. Casaub. De poes. Sat. I, 5, p. 148, Bentl. Resp. ad Boyl. p. 63 ed. Lips., Meinek. l. c. p. 340, 521, 524, etc.) esse meminerint. Atque hoc loco vocem κωμῳδίας calami errori originem debere luculenter e sequentibus verbis : γεγόνασι... τραγῳδιῶν ποιηταὶ apparet, id quod bene perspexit Meinek. l. c. Cf. Schol. Aristoph. Thesm. 175. Si quis autem inde aliquid colligere velit, quod de Philocle minore præter ea, quæ Schol. Aristoph. et Suid. præbent, nihil amplius scimus, ne vehementer fallatur caveat : nam eodem jure duos fuisse Achæos negari possit. Ætatem Philoclis majoris inde cognoscimus, quod ejus filius, Morsimus, propter frigidas tragœdias in Aristoph. Equ. 397. sq., h. e. Ol. LXXXVIII, 4, perstrictus est ; qui si illo tempore annum vigesimum quartum egit, a vero non multo aberrabimus, si ejus patrem Philoclem tum circiter quinquaginta annos natum fuisse, h. e. Ol. LXXVI aut LXXVII, sub lucem editum esse statuimus. Manifesto igitur erravit Suid. l. c. scribens : τρα-

---

Juppiter est æther, Juppiter terra, Juppiter cœlum, | Juppiter rerum universitas et quidquid ea majus.

γικὸς τοῖς χρόνοις μετὰ Εὐριπίδην, nisi forte minorem Philoclem cum majore confudit. Eundem inter vivos etiam fuisse scimus Ol. XCII, 2, quo anno ab Aristophane in Thesmophoriazusis (168) perstrictus est. Quem a poetis comicis ob corporis deformitatem derisum esse Scholiastæ tradunt (cf. Schol. Aristoph. Av. 280. Suid. v. Φιλοκλῆς, κωμῳδίας ποιητής, αἰσχροπρόσωπος· ἦν δὲ προκέφαλος ὡς ἔποψ· ἤγουν ὀξυκέφαλος. Suid. v. Προκέφαλος ἦν ὁ Φιλοκλῆς, ὡς ἔποψ· ἦν δὲ κωμῳδίας ποιητής· εἴρηται ἐπὶ τῶν ὀξυκεφάλων); sed Exnero l. c. p. 10 assentior has narrationes ex Aristophanis verbis male intellectis fluxisse dicenti. Nam in Avibus (95 sq., 280 sq.), ubi Aristophanes Philoclem perstrinxit, non homo, sed poeta tragicus irrisus est, quippe qui in tragœdia quadam Tereum in alitem mutatum ac mirabiliter exornatum in scenam induxerit. Quod etiam alius Scholiastes sensisse videtur, qui ad Av. 282 hæc scripsit : ἐν ἐνίοις ὑπομνήμασιν, ὅτι προκέφαλός ἐστιν ὁ Φιλοκλῆς ὡς ὁ ἔποψ. Ἀλλ' οὐδαμοῦ κεκωμῴδηται. Εἴη ἂν οὖν τὸν ἔποπα ἐσκευοποιηκὼς τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις ἀναγράφει. Cf. Schol. Av. 1295. Facile igitur intelligitur nihil tribuendum esse Schol. Aristoph. Thesm. (168) 175 : (Φιλοκλῆς) τραγῳδίας ποιητὴς αἰσχρὸς τὸ πρόσωπον καὶ σιμὸς καὶ μικρὸς τὸ σῶμα, quem hic ut sexcentis aliis locis e comico ipso sua hausisse consentaneum est. Aristophanes enim ibi verbis : ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλέης αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποεῖ, nonnisi in Philoclis poesim ac acerbum scribendi genus invehitur, id quod et ex verborum continuitate apparet, et aliis Aristophanis aliorumque scriptorum locis confirmatur. Cf. Aristoph. Vesp. 491 :

Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ ῥᾳδίως οὕτως ἂν αὐτοὺς διέφυγες,
εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες·

Ubi cf. Schol. : τῶν μελέων Φιλοκλέους βεβρωκότες·) [ὡς αὐστηροῦ κατὰ τὴν μελοποιίαν ὄντος. Rav.] ὡς τοῦ Φιλοκλέους ἀγρίου ὄντος ἐν τῇ μελοποιίᾳ· ὁ Σοφοκλῆς γὰρ ἡδύς· διὸ καὶ μέλιττα ἐκαλεῖτο. Ἔπαιξεν οὖν, ὡσεὶ εἶπεν " εἴπερ τὴν πικρίαν καὶ τὴν σκληρότητα εἶχον, οὐκ ἂν αὐτοὺς ῥᾳδίως διέφυγες κτλ. Cratin. apud Schol. Soph. Antig. 402 (inc. fab. fgm. CLXII, vol. II, p. 226, ed. Meinek.)... Κρατῖνος.

Ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν·

ubi Meinek. egregie λόγον tragœdiæ argumentum esse monuit, quod Philocles corruperit. Adde Teleclid. apud Schol. Aristoph. Thesm. (168) 175 (Poet. com. II, p. 366 ed. Meinek.) : Τηλεκλείδης Ἡσιόδοις·

Ἀλλ' ἡ τάλαινα Φιλοκλέα * * * οὖν,
εἰ δ' ἐστὶν Αἰσχύλου φρόνημ' ἔχων.

Eodem spectant verba Schol. Arist. Av. 282, ὅσοι δὲ Ἀλμίωνος etc. et Suid. v. Φιλοκλῆς (vide supra). Quibus de Philoclis poesi testibus quantum fidei habendum sit, nunc difficillimum est ad explorandum : atqui non prorsus immerito reprehensum eum esse inde consequitur, quod Tereum et Procnen in scena in aves commutaverit. Nam ad Philoclem solum (non ad Sophoclem) pertinere potest Horatii (A. P. 187) reprehensio : *Aut in avem Procne vertatur, Cadmus in anguem.* Mirum igitur est, quod talis poeta de Sophocle (Œdipum Tyrannum agente) et Euripide victoriam reportare potuit. Cf. Argum. Soph. Œd. Tyr. Χαριέντως δὲ Τύραννον ἅπαντες αὐτὸν (Οἰδίπουν) ἐπέγραφον, ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος. Nec facile nunc quisquam rationes exploret, quibus ducti Athenienses Philocli palmam concesserint, quamvis iis vehementer id exprobret Aristid. XLVI Ὑπὲρ τῶν τεττάρων, II, p. 422 = p. 256 (II. p. 334 ed. Dindf.). Nullo pacto autem cum Droysenio (Æsch. II, p. 320, 325) Philoclem propter hanc victoriam inter excellentissimos poetas rettulerim.

Præter septem fabulas a Suida commemoratas : *Erigonam*, *Nauplium*, *OEdipum*, *OEneum*, *Priamum*, *Penelopam*, *Philoctetam*, quarum de argumentis nihil, nisi quod e titulis conjici potest, compertum habemus, tota tetralogia citatur Πανδιονὶς inscripta, de qua paucis agendum nobis est.

ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ.

Aristophanes (in Av. 280 sq.) Philoclem castigans hæc habet :

Πεισθ. Τί τὸ τέρας τουτί ποτ' ἐστίν; οὐ σὺ μόνος [ἄρ' ἦσθ' ἔποψ,
ἀλλὰ χοὖτος ἕτερος;
Ἔποψ. Ἀλλ' οὗτος μέν ἐστι Φιλοκλέους
ἐξ ἔποπος, ἐγὼ δὲ τούτου πάππος, ὥσπερ εἰ λέγοις
Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας.

Ubi Schol. adnotat : οὗτος μέν ἐστι Φιλοκλέους) οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ κτλ. (cf. fgm. I.) Ἄλλως· Φιλοκλεῖ ἐστι δρᾶμα Τηρεὺς ἢ Ἔποψ· διὰ τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐγὼ δὲ πάππος, ἀντὶ τοῦ « πρὸ αὐτοῦ ἐγράφην. » Non potest igitur dubium esse quin hac tetralogia, cujus unum drama *Terei* nomine inscriptum fuisse videtur, notissima illa Terei et Procnes historia expressa fuerit, quam narrant Ovid. Met. VI, 411 sq., Apollod. III, 14, 8, Conon. XXXI, Heraclit. De incred. XXXV (Mythogr. Græc. ed. Westermann. p. 319), Li-

banii narrat. 12, 13, p. 1103 (ibid. p. 382 sq.), Probus ad Virg. Æn. v. 78 (primum e cod. Paris. publicatus a Dübnero in : *Revue de philol., de litt. et d'hist. anc.* I. Paris. 1845, p. 26) : « Pandionis, regis Athenarum, filiam Procnen Tereus, rex Thracum, accepit uxorem, et ex ea filium Ityn generavit; postea quum forte Athenas isset, et aliam Pandionis filiam, Philomelam, virginem speciosam, vidisset, ementitus Procnen interisse, Philomelam uxorem accepit, eique corruptæ linguam amputavit, ne quoquo modo scelus permanaret ad Procnen, et in abditis regni sui eam ablegaverat. Sed in veste descripsit facinora et sic sorori declaravit. Procne filium communem Ityn, per membra laceratum, Tereo præbuit epulandum. Confessa deinde quod fecisset, cum sorore effugit. Tereus vindex persequebatur, sed omnes demutati sunt in aves : Procne in lusciniam, Philomela in hirundinem, Tereus in upupam. » cf. Welck. Trag. Græc. p. 374, Soph. fgm. ed. Ahrens. p. 341. Facile autem hanc materiam ita extendi potuisse, ut ea tres fabulæ explerentur, egregie docuit Welck. l. c. p. 968.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (1.)

Schol. Aristoph. Av. 282 : Οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, οὗ ἡ ἀρχή,

σὲ τῶν πάντων δεσπότην λέγω.

Metro flagitante corrige : ἁπάντων. Initio autem vide, ne exciderint verba : Ὦ Ζεῦ.

I. (2.)

Athen. II, p. 66, B :... καὶ γὰρ Φιλοκλῆς τε ἐγκέφαλόν φησιν·

Οὐδ' ἂν ἐγκέφαλον ἔσθων λίποι.

Καὶ Ἀριστοφάνης, « Ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίω δύο. » — Meinek. Poet. com. I, p. 521, et Welck. l. c. p. 969, not. 12, hunc locum Philocli comico, quem fingunt, tribuunt, sed neuter rationem, cur ita agat, affert. Atque equidem fateor me invenire ullam rationem non potuisse. Nam nec vox ἐγκέφαλος, nec sententia, nec forma versus a tragœdia alienæ sunt (cf. Eur. Ion. 209, Cycl. 7, fgm. 388) : at etiamsi versiculus a tragœdia abhorruisset, tamen in dramate satyrico locum habere potuisset, quod recte affirmasse mihi videtur Bod. Hist. poes. Græc. III, 1, p. 538, not. 4. Nam quod Athenæus Philoclem simul cum Aristophane citavit, id opinor nemini in causa erit, ut Philoclem pro comico habeat, quum Athenæus sexcenties tragicos et comicos poetas promiscue laudaverit.

II. (3.)

Cf. *Aristarchi* Tegeatæ inc. fab. fragm. III

III. (4.)

Hesych. v. Δορυφόνον· τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ. Ὅτι δὲ Φιλοκλῆς τῇ λέξει ἐχρήσατο, δηλοῖ Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσι (vulg. Πρυτανεῦσι). Δηλοῖ δὲ τὸν δολοφονοῦντα. *Philoclis* nomen conjectura perquam probabili pro vulg. Φιλοκτήτης revocavit Meinek. Poet. com. I, p. 89, eundem etiam in Hesiodis a Teleclide (vide supra) castigatum esse monens. Ceterum pro δορυφόνον, quod fugit Meinekium, manifesto corrigendum est : δολοφόνον, quam vocem etiam Æschylus ipse (Agam. 1100) adhibuit.

Præterea dubitari potest num, quæ ex Æschyli (fgm. 257 ed. Ahrens.) et Euripidis (fgm. 502) *Penelopis* citantur fragmenta, Philocli assignanda sint.

ΜΟΡΣΙΜΟΣ.

De *Morsimo*, Philoclis filio, hæc habet Suid. s. v. Μόρσιμος, τραγῳδίας ποιητής, ὀφθαλμῶν ἰατρός, μικρός, ὑπόψυχρος, et proxime ante v. Μόρσιμος καὶ Μελάνθιος, ποιηταὶ τραγικοί. Μόρσιμος δέ, Φιλοκλέους τοῦ τραγικοῦ υἱός, ποιητὴς ψυχρός· ἦν δὲ καὶ ἰατρός. Ἀριστοφάνης (Equ. 401) « Καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν »· τουτέστιν ἐκβαλλοίμην, καὶ συριττοίην ὡς ἐκεῖνος· πονηρῶν γὰρ ὄντων αὐτοῦ τῶν ποιημάτων, ἐν ἀρᾶς ἔθηκε μέρει. Quæ conflata sunt ex Scholl. Aristoph. Equ. 401, Pac. 803 (vide nos ad Melanthium). Cf. Aristoph. Ran. 147 sq. : Ἐν δὲ τούτῳ (sc. σκατί) κειμένους εἴ που ξένον τις ἠδίκησε πώποτε... ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο· ubi Schol. adnotat : ἡ Μορσίμου) τραγῳδίας ποιητὴς ὑπόψυχρος· ἔστι δὲ Φιλοκλέους υἱός· ἦν δὲ ὀφθαλμῶν ἰατρὸς οὐκ ἀγαθός· ἦν δὲ καὶ σμικρός, υἱὸν δὲ ἔσχεν Ἀστυδάμαντα (vulg. Ἀμφιδάμαντα)· ubi Meinekio (Poet. com. II, p. 659) auctore οὐκ ante ἀγαθός inseruimus propter

---

1.
(Juppiter,) te omnium dominum dico.

2.
Ne cerebrum quidem comedere cessaverit

3.
Δορυφόνον (imo Δολοφόνον) eum, qui dolo occidit.

locos Suidæ citatos et Hesych. v. Κλύμενος, ἰατρὸς ἀφυής, ὃν Ἀριστοφάνης φησὶν ἀναμεμίχθαι τῷ Μορσίμῳ, διὰ τὸ καὶ τὸν Μόρσιμον ἰατρὸν εἶναι ἀφυῆ· ἦν δὲ καὶ τραγῳδοποιὸς ἀφυὴς ὁ Μόρσιμος. Quo tempore Morsimus fabulas egerit, ex Aristophane scimus, qui eum jam in Equitibus (401) i. e. Ol. LXXXVIII, 4, perstrinxit. Aristophanis verba hæc sunt :

Εἴ σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κῴδιον,
καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν·

ubi consulendi Schol. et Suid. l. c. Locus Platonis com. ap. Schol. Aristoph. Vesp. 1312, (Meinek. Poet. com. I, p. 189; II, p. 659), nisi ibi pro Μορσίμῳ corrigendum est μορσίμῳ, corruptior est, quam ut inde aliquid de Morsimo colligi possit. In tragica poesi, si fides his poetis comicis habenda est, vel multo inferior patre fuit. Cf. præter locos supra citatos ea, quæ ad Melanthium disputavimus.

ΜΕΛΑΝΘΙΟΣ.

Melanthius tantummodo A. Fabricii conjectura inter prosapiæ Æschyleæ poetas receptus est, quippe cui propter Aristophanis locum quendam persuasum fuerit, Melanthium Morsimi fratrem, Philoclis filium fuisse. Cujus sententiam viri docti fere omnes amplexi sunt. Aristophanis verba sunt hæc (Pac. 796 sq.) :

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων
τὸν σοφὸν ποιητὴν
ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδὼν
ἑζομένη κελαδῇ, χορὸν δὲ μὴ ᾿χῃ Μόρσιμος
μηδὲ Μελάνθιος, οὗ δὴ
πικροτάτην ὄπα γηρύσαντος ἤκουσ᾿,
ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν
τὸν χορὸν εἶχον ἀδελ-
φός τε καὶ αὐτός, ἄμφω
Γοργόνες ὀψοφάγοι, βατιδοσκόποι, ἅρπυιαι,
γραοσόβαι, μιαροί, τραγομάσχαλοι, ἰχθυολῦμαι.

Ex quibus haud temere aliquis Melanthium Morsimi fratrem fuisse conjiciat, cui conjecturæ favent Schol. Aristoph. Pac. 809, ἄ μ φ ω· στικτέον εἰς τὸ ἄμφω· ὅτι μὲν γὰρ τραγικοὶ ἀμφότεροι, Μελάνθιος καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς, δῆλον· τὸ δὲ Γοργόνες καὶ ὀψοφάγοι ἐπὶ Μελανθίου μόνου· τοιοῦτος γὰρ οὗτος διαβάλλεται. (Qui sic interpungi voluit haud dubie Morsimum, quem nusquam ob voracitatem ac luxuriem a Comicis irrisum invenerat, Melanthii fratrem esse credidit.) Τινὲς δὲ εἰς τὸ εἶχον στίζουσιν, ἵνα Μελάνθιος μὲν ἔχῃ τὸν χορὸν, ἀμφότεροι δὲ ὦσιν ὀψοφάγοι. Suid. v. Μελάνθιος καὶ Μόρσιμος· λέγει Ἀριστοφάνης περὶ αὐτῶν οὕτως, ἄμφω Γοργόνες κτλ. (vide supra.) Suid. v. Μόρσιμον καὶ Μελάνθιον· ἄμφω διαβάλλει Ἀριστοφάνης λέγων οὕτως· « Γοργόνες κτλ. Obstant Schol. Arist. Pac. 803 : Μόρσιμος μηδὲ Μελάνθιος· τραγικοὶ ποιηταὶ ἀμφότεροι· ὁ δὲ Μόρσιμος Φιλοκλέους τοῦ τραγικοῦ υἱὸς, πονηρὸς καὶ ἄμετρος· ὁ δὲ Μελάνθιος κωμῳδεῖται εἰς μαλακίαν καὶ ὀψοφαγίαν· καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Κόλαξιν Εὔπολις αὐτὸν ὡς κίναιδον διαβάλλει καὶ κόλακα· ἀλλὰ καὶ ὡς λευκὰς ἔχοντα καὶ λεπρὸν Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν « ὃς οὐκ ἰδὼν βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου » Id. 808. ἀδελφός τε καὶ αὐτός·) ὡς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Μελανθίου τραγικοῦ ὄντος ἀσήμου. Εἰς τὸ αὐτὸ δέχονταί τινες ὡς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Μελανθίου τραγικοῦ ποιητοῦ ὄντος, ἀσήμου δέ. Οὐκ ἀνάγκη δὲ διαιρεῖν καὶ ποιεῖν, πρὸς « τὸ τὸν χορὸν εἶχε », τὸ « ἀδελφός τε καὶ αὐτός· » ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα ἰδίᾳ περὶ τοῦ Μελανθίου μέχρι τοῦ « χορὸν εἶχεν· » ἀπ᾿ ἄλλης δὲ ἀρχῆς περί τε αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, τὰ εἰς ὀψοφαγίαν· ὅτι γὰρ ὁ Μελάνθιος ὀψοφάγος, προείρηται· καὶ παρ᾿ Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις. Quum igitur certi quid ex his testimoniis erui nequeat, aliæ rationes circumspiciantur necesse est. At bene juvat nos, quod e Plutarcho (Vit. Cim. 4 : Κίμων ὁ Μιλτιάδου μητρὸς ἦν Ἡγησιπύλης, γένος Θρᾴττης, θυγατρὸς Ὀλόρου τοῦ βασιλέως, ὡς ἐν τοῖς Ἀρχελάου καὶ Μελανθίου ποιήμασιν εἰς αὐτὸν Κίμωνα γεγραμμένοις ἱστόρηται. Ibid. 4 : ... καὶ γὰρ Ἀστερίας τῷ γένει Σαλαμινίας καὶ πάλιν Μνήστρας τινὸς ὁ ποιητὴς Μελάνθιος μνημονεύει πρὸς τὸν Κίμωνα παίζων δι᾿ ἐλεγείας) scimus Melanthium elegias in Cimonem scripsisse. Quod quin factum esse post Cimonis mortem h. e. Ol. LXXXII, 4, nequeat, non dubium erat accuratius Plutarchi verba consideranti, idque maxime declarant verba : καὶ πάλιν Μνήστρας κτλ. Si igitur Melanthius tempore, quo Cimo mortem obiit, viginti annos natus fuit, Morsimum ejus fratrem esse nullo modo potuisse facile intelligitur, quum hujus pater Philocles Ol. LXXVI vel LXXVII demum, ut supra docuimus, originem duxerit. An forte aliquis elegiacum et tragicum poetam eundem Melanthium fuisse neget? Is perpendat velim Athenæi (VIII, p. 343, C) verba : Τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ Μελάνθιος ἦν ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής· ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγεῖα, de quibus cur Welck. Trag. Gr. p. 1032 dubitationem moverit, equidem nullam video causam. Nam Æschylus etiam et Ion elegias scripserunt. Non possum igitur quin Melanthium e gente Æschylea oriundum esse negem; ac ne inter scholæ Æschyleæ quidem poetas eum rettulerim. Nam si quis inde, quod

Aristophanes Melanthium cum Morsimo conjunxit, inter utriusque poesim similitudinis aliquid intercessisse concludat, ego id quidem non præfracte infitiaturus sim, sed similitudinem illam in nulla alia re positam fuisse mihi persuadeo, quam quod uterque *malus* poeta fuit. Morsimus enim erat, ut supra vidimus, ποιητὴς ψυχρὸς, ἄμετρος καὶ πονηρός, de Melanthio autem Aristophanes ipse l. c. dicit : οὗ δὴ πικροτάτην ὄπα γηρύσαντος ἤκουσ' (*). Nullum præter hoc unum de Melanthii poesi exstat testimonium, plurima vero de ejusdem mollitie, luxuria ac liguritione. Cf. Schol. Aristoph. Pac. ll. cc. Athen. I. p. 6, C (collat. XII, p. 549, A, Eudoc. p. 376, Tzetz. ad Lyc. 16) : Κλέαρχος δὲ Μελάνθιόν φησι τοῦτ' εὔξασθαι λέγων· « Τιθωνοῦ Μελάνθιος ἔοικε βουλεύσασθαι βέλτιον· ὁ μὲν γὰρ ἀθανασίας ἐπιθυμήσας ἐν θαλάμῳ κρέμαται, πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος τῶν ἡδέων, Μελάνθιος δὲ τῶν ἀπολαύσεων ἐρῶν ηὔξατο τῆς μακραύχενος ὄρνιθος τὸν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ὅτι πλεῖστον τοῖς ἡδέσιν ἐνδιατρίβῃ. » Athen. VIII, p. 343, C :... κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν (sc. τὸν Μελάνθιον) ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτορσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ· ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον. Phot. Epist. 88, p. 122 : Μελάνθιόν φασι τὸν τραγῳδίας ὑποκριτὴν (imo ποιητὴν) οὕτω τῆς ὀψοφαγίας ἥττω γενέσθαι, ὥστε καὶ ἀθυμεῖν ἐπεὶ μὴ κύκνου τὸν τράχηλον εἶχεν. Non mirum igitur potest esse, quod Melanthius in tanta cupiditatum intemperantia nonnunquam morbis affectus est, velut lepra; cf. Aristoph. Av. 151, ibique Schol. Suid. v. Βδελύττεσθαι :... οὗτος (sc. ὁ Μελάνθιος) εἶχε λέπραν· ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν. Ἦν δὲ καὶ κακοπράγμων καὶ ὀψοφάγος καὶ λάλος. (Aristoph. Av. 150 :) « Νὴ τοὺς θεοὺς, ὅς οὐκ ἰδὼν βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου. » Ceterum homo haud infacetus nec inurbanus fuisse videtur, si quidem lepores, quos Plutarchus (De aud. poet. p. 20, C; p. 41, D, E, De cohib. ira 2, p. 453, F, De sera num. vind. p. 551, A, Quæst. conviv. II, 1, c. 9, 6, p. 633, D) ei tribuit, ad hunc unum referendi sunt, de qua re dubitari vix potest propter locum Quæst. conviv. II, 1, c. 4, 5, p. 631, D (καὶ Μελάνθιος ὑπὸ τοῦ κωμῳδοποιοῦ καταγελώμενος, ἔφη, οὐκ ὀφειλόμενόν μοι ἀποδίδως ἔρανον), quippe ex quo Melanthium Comicorum irrisiones nihil curasse appareat. Nam nullus alius, quod sciam, Melanthius præter tragicum eundemque elegiacum poetam a Comicis perstrictus est.

(*) Ceterum ne quis opinetur, Aristophanis locum explicari non posse, nisi verba ἀδελφός τε καὶ αὐτός ad Morsimum simul ac Melanthium referantur, is perpendat velim, facile potuisse nescio quem Melanthii fratrem (simul cum fratre) in ejus tragœdiis agere, quemadmodum Euripides minor fratrem habuit Mnesilochum histrionem (vide infra ad Euripid.) et Xenoclis fratres cum in patris tum in fratris aliorumque poetarum fabulis saltarunt. (Vide infra ad Carcin.) Ceterum dubito, an Melanthius ipse in Medea sua primas partes tenuerit. cf. fgm. I.

1.

Tragœdiarum, quas Melanthius scripsit, unus tantum titulus innotuit cura Scholiastæ Aristoph. Pac. 1008, qui ad poetæ verba :

κᾆτα Μελάνθιον
ἥκειν ὕστερον εἰς τὴν ἀγορὰν,
τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀτοτύζειν,
εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας,

ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχηρωθεὶς
τᾶς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας,

hæc adnotat : μήποτε ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μηδείας (vs. 96) παραγράφει ἐκεῖνα « ὦ δύστηνος ἐγὼ μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν. » οἱ δὲ αὐτοῦ τοῦ Μελανθίου φασὶν εἶναι Μήδειαν, ἐξ ἧς ταῦτα. *Medeam* igitur composuit Melanthius, ex qua petiti fuere versus : ὀλόμαν κτλ. ab Aristophane levi mutatione in ridiculum detorti. Verissime enim monuit Welck. l. c. p. 1031, Aristophanis versibus omne detrahi sal, nisi Melanthius suis verbis locutus sit. In qua fabula nescio an Melanthius ipse in scenam processerit. Perquam dubium autem est num isti versus, ut Elmsl. ad Eur. Med. p. 98 opinatur, ab Iasone in Melanthii Medea prolati sint.

2.

Præterea ex incerta fabula fragmentum servarunt Plut. De cohib. ira 1, p. 453, E, De sera num. vind. 5, p. 551, A. Tzetz. schol. ad Hes. Op. 336. Ἐνίοτε καὶ Μελάνθιος ὁ τραγικὸς περὶ θυμοῦ φησι :

Πράσσει τὰ δεινὰ, τὰς φρένας μετοικίσας.

Plut. utroque loco : τὰ δεινὰ πράσσει, quod præ-

1.

Deinde Melanthius
ut veniat posterior ad forum,
illæ autem venditæ jam sint, et iste ejulet,
et Medea sic lamentetur :
Perii, perii, postquam viduatus sum
anguilla in betis delitescente.

2.

Dira ac tristia
Facit ira mentem sede demutans sua.

GR.

3.

Ipse suo sumtu divorum templa forumque
Cecropium ornavit semideûm effigie.

S.

ferendum videtur. Grot. Exc. p. 454 antecedentis versus finem sic revocavit : θυμός τε μήν κτλ.

3.

His denique addere liceat, quum nemo adhuc Melanthii reliquias collegerit, unum quod superest elegiarum fragmentum a Plut. (Vit. Cim. c. 4.) memoriæ mandatum :

Αὐτοῦ γὰρ δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε
Κεκροπίαν κόσμησ' ἡμιθέων ἀρεταῖς.

quod ex elegia in Cimonem scripta ductum esse neminem fugit.

ΑΣΤΥΔΑΜΑΣ.

Astydamantes duo, pater et filius, a veteribus commemorantur, qui, quum non satis accurate discernantur, nonnisi conjuncti a nobis tractari possunt. De quibus nostratium præter Exnerum (l. c. p. 22 sq.) et Welckerum (l. c. p. 1052 sq.) bene disputarunt Friebelius (Satyrogr. Græc. Fragm. p. 71 sq.) et Kœpkius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1840, p. 477 sq.), omnes, ut in ejusmodi quæstionibus fieri solet, a Suida profecti. Cujus verba hæc sunt v. Ἀστυδάμας, ὁ πρεσβύτης, υἱὸς Μορσίμου τοῦ Φιλοκλέους, τραγικῶν ἀμφοτέρων, Ἀθηναῖος, τραγικός. Ἔγραψε τραγῳδίας σμ', ἐνίκησε ιε', ἀκροασάμενος δὲ ἦν Ἰσοκράτους, καὶ ἐτράπη πρὸς τραγῳδίαν. Deinceps : Ἀστυδάμας, ὁ νέος, υἱὸς τοῦ προτέρου, τραγικὸς καὶ αὐτός. Δράματα αὐτοῦ, Ἡρακλῆς σατυρικὸς, Ἐπίγονοι, Αἴας μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρὼ, Ἀλκμήνη, Φοῖνιξ, Παλαμήδης. Adde locos Schol. Aristoph. ad Philoclem et Morsimum citatos. Tempus, quo Astydamas major fabulas docere cœpit, cognoscimus ex Diod. Sic. XIV, 43 ad Ol. XCV, 3 hæc adnotante : Ἀστυδάμας δ' ὁ τραγῳδιογράφος τότε πρῶτον ἐδίδαξεν· ἔζησε δὲ ἔτη ἑξήκοντα. Unde simul consequitur, non utique necessarium esse, ut ad Astydamantem minorem referantur quæ ad Ol. CI, 4 habet marmor Parium ep. 71, v. 83 : ἀφ' οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν, ἔτη ΗΓΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀστείου· κατεκάη δὲ τότε κα[τα τὸν οὐρανὸν ἡ πυρίνη δοκίς], quamquam mihi quoque ad hunc potius, quem ad majorem pertinere videntur. Nam primum alicujus momenti est, quod bene Clinto monuit, Marmor Parium vulgo primam tantum poetarum victoriam commemorare; deinde animadvertendum est, Astydamantem majorem ante, quam ad tragœdias componendas se converteret, Isocratis scholam frequentasse, nisi forte quis a Suida id errore ad majorem Astydamantem translatum esse dicat. Nam aliquam dubitationem hæc narratio propterea sane movet; quia Isocrates ipse Ol. LXXXVI, 1 demum natus fuit; deinde quia Plut. (Vit. X oratt. Isocr. 10, p. 837, C) inter clarissimos Isocratis discipulos Astydamantem non attulit, quum Theodectem tragicum et Asclepiadem, qui de rebus tragicis scripsit, commemoraverit. Egregie autem e Diodori verbis restitutum est Marm. Par. ep. 67, v. 80, ad Ol. 95, 2—3 : ἀφ' οὗ Ἀστυδάμας πρῶτον ἐδίδαξεν Ἀθήνησι, ἔτη ΗΔΔΔΓ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους. Jam vero inde, quod Astydamas in marmore Pario commemoratur et quod decies quinquies vicisse fertur, eum poetarum Æschyleorum clarissimum fuisse conjici posset, nisi eam conjecturam etiam aperta veterum scriptorum testimonia confirmarent. Cf. Mich. Apost. XVII, 29 : Σαυτὸν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας ποτέ.) Ἀστυδάμᾳ τοῦ Μορσίμου εὐημερήσαντι ἐπὶ τραγῳδίας διδασκαλίᾳ, Παρθενοπαίου δοθῆναι ὑπ' Ἀθηναίων εἰκόνος ἀνάθεσιν ἐν θεάτρῳ· τὸν δὲ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα ποιῆσαι. ἀλαζονικὸν τοῦτο·

Εἴθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην, ἢ κεῖνοι ἅμ' ἡμῖν,
οἳ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν,
ὡς ἐπ' ἀληθείης ἐκρίθην ἀφεθεὶς παράμιλλος,
νῦν δὲ χρόνῳ προσέχουσ' (Suid παρέχουσ'), οἷς φθόνος οὐχ ἕπεται.

Διὰ οὖν τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀλαζονείαν παραιτήσασθαι τὴν ἐπιγραφὴν, καὶ παροιμία παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἐγένετο, ὡς παρὰ Φιλήμονι (fgm. inc. 95, p. 425 ed. Meinek.). Cf. Suid. Phot. v. Σαυτὴν ἐπαινεῖς. Athen. I, p. 33, F sq. Zenob. V, 100, Proverb. e cod. Bodl. 855, p. 105. ed. Gaisf., Julian. Ep. 12, p. 381, D, Bekk. An. Gr. III, p. 1454, Schol. Tzetz. ad Hermog. in Cram. An. Gr. Ox. IV, p. 143, 2, Arsen. Viol. p. 427 ed. Walz. Eodem referenda videtur Diogenis Laert. (II, 5, 43) narratio :... οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων. Καὶ γὰρ Ὅμηρον (καθά φησιν Ἡρακλείδης) πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν, καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον, καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλου ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ. In quibus verbis qui corruptelam latere suspicati sunt, a vero longe aberrarunt, id quod primus intellexit Od. Müller. Hist. Græc. Lit. II, p. 186. Reprehendit enim Diogenes Athenienses, quod multis viris optime de iis meritis injuriam fecerint, quum Socratem morte dignum censuerint, Homerum

quinquaginta drachmis mulctaverint, Tyrtæum insanire dixerint, et Astydamantem primum ex poetis Æschyleis (h. e. ante Æschylum ipsum) statua ænea honoraverint (itaque Æschylum læserint). Quicunque hanc Diogenis sententiam satis consideraverit, pronomen ὃν inseri nec post Ἀστυδάμαντα, ut Welck. voluit, nec post Αἰσχύλον, ut Casaubonus proposuit, posse intelliget: nam quid quæso reprehendendum in Atheniensibus fuisset, si Astydamantem, qui semet ipsum laudando splendidissimum arrogantiæ atque fastus exemplum præbuerat, insanum dixissent? Nec multo probabiliorem G. Hermanni correctionem πρῶτον in πρότερον et verba τῶν περὶ Αἰσχύλον ad solum Æschylum referentis judicabit, qui ea meminerit, quæ supra de locutionis οἱ περὶ Αἰσχύλον significatione disputavimus. Ceterum Athenienses temere a Diogene reprehensos esse bene observavit Od. Müller. l. c.; tempore enim, quo Astydamas fabulas docere cœperat, primum usu venit, ut viri excellentes statuis honorarentur. Itaque mirum esse nequit, quod Æschylo ipsi, Sophocli atque Euripidi Lycurgo demum auctore statuæ collocatæ sunt; cf. Plut. Vit. X oratt. p. 841, F. — In fabularum numero autem, quas Suidas Astydamanti majori tribuit, haud dubie error inest, quum haud facile intelligatur, qua ratione poeta, qui sexaginta annos tantum vixit, sexaginta tetralogias agere potuerit; quare nescio an Welck. p. 1053 recte ρμ´ pro σμ´ correxerit. Ex CCXL dramatis istis quinque tantum innotuerunt: Ἀλκμαίων, Ἕκτωρ, Ἑρμῆς, Ναύπλιος, Παρθενοπαῖος: nisi forte etiam hæc Astydamanti minori eique clariori assignanda sunt (vide infra ad *Hectorem* Astydamantis), quamvis Suidam omnes, quas cognitas habuerit, Astydamantis minoris fabulas attulisse veri simile sit.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

In hac fabula Astydamas non prorsus idem argumentum, quod et ante et post eum multi poetæ tragici tractandum sibi sumpserunt (cf. Euripid. Alcmæon. in Psophid., Achæi Alphesibœa, Agathonis Alcmæon, etc.), tractasse, sed consilium paullo diversum secutus esse videtur. Alcmæonem enim Aristotele teste ita introduxit, ut is in dramate ipso Eriphylen matrem inscius interficeret, id quod Aristoteli magna laude dignum visum est. Cujus verba hæc sunt (Poet. 14, p. 1453, 22 ed. Bekk.): Τοὺς μὲν οὖν παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστιν, λέγω δὲ οἷον τὴν Κλυταιμνήστραν ἀποθανοῦσαν ὑπὸ τοῦ Ὀρέστου καὶ τὴν Ἐριφύλην ὑπὸ τοῦ Ἀλκμαίωνος, αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ, καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς· τὸ δ καλῶς τί λέγομεν, εἴπωμεν σαφέστερον. Ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίγνεσθαι τὴν πρᾶξιν ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γινώσκοντας, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐποίησεν ἀποκτείνουσαν τοὺς παῖδας τὴν Μήδειαν· ἔστι δὲ πρᾶξαι μέν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινόν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὴν φιλίαν, ὥσπερ ὁ Σοφοκλέους Οἰδίπους. Τοῦτο μὲν οὖν ἔξω τοῦ δράματος, ἐν δ' αὐτῇ τῇ τραγῳδίᾳ, οἷος ὁ Ἀλκμαίων ὁ Ἀστυδάμαντος ἢ ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ, κτλ. — Fragmenta præter unum versum nulla supersunt.

I. (1.)

Append. e cod. Florent. Stob. 10, p. 381 ed. Gaisf. c. lemm. Ἀστυδάμαντος Ἀλκμαίωνος·

Οὔ τοῦ δοκεῖν μοι, τῆς δ' ἀληθείας μέλει.

Nemo non videt, Astydamantem imitatum esse Æschyli Sept. c. Theb. vs. 574 Well.

ΕΚΤΩΡ.

Nemo hujus fabulæ, qua Astydamas victoriam reportavit, meminit præter Plut. De glor. Athen. 7, p. 349, F: Ταῦτα ἡ πόλις ἑορτάζει, καὶ ὑπὲρ τούτων θύει τοῖς θεοῖς, οὐχ ἐπὶ ταῖς Αἰσχύλου νίκαις, ἢ Σοφοκλέους. Οὐδὲ ὅτε Καρκίνος Ἀερόπῃ συνῆν (εὐημέρει Pors. ad Eur. Hec. 539, Ἀερόπην καθῆκεν Kœpk. l. c. p. 481. Sed fortasse scribendum est συνέστη, h. e *certabat*) ἢ Ἕκτορι Ἀστυδάμας, ἀλλὰ ἕκτῃ μὲν ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος ἐσέτι νῦν τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἡ πόλις ἑορτάζει. Inde autem non liquet, quid ea poeta expresserit, attamen dubitari non posse videtur, quin Hector tetralogiæ pars fuerit, cujus argumentum e cyclo epico ductum erat. Quam fabulam, ut probabiliter Welck. p. 1059 conjecit, Nævius imitatus in *Hectore proficiscente* esse videtur, cujus pluries meminerunt Cic. ad Fam. XV, 6, 1; V, 12, 7, Tusc. IV, 31, 67. Priscian. VIII, 7, p. 801. — Ceterum vereor ne ex eo, quod Plutarchus h. l. Astydamantem cum Carcino conjunxit, Astydamantem minorem dictum esse conjiciendum sit, quum Carcinus minor circa Ol. C demum inclaruerit. (Vide infra.)

I. (2.)

Schol. Venet. ad Il. VI, 472, p. 197, b. 41: Σημειοῦνταί τινες τοῦτον διὰ τὸ τὸν τραγικὸν Ἀστυδά-

---

1. Non species, sed verum mihi curæ est.

2. Accipe mihi galeam, famule. Perterritus est puer.

μαντα παράγειν τὸν Ἕκτορα λέγοντα· «δέξαι κοινήν μοι πρὸς πόλεμόν μοι δὲ καὶ φοβηθῇ παῖς.» Inde Pors. ad Eur. Hec. 539 hos versus elicuit :

Δέξαι κυνῆν μοι πρόσπολ', ὧδε προσμολὼν,
δέξαι, 'φοβήθη παῖς.

Bekkerus contra scripsit :

Δέξαι κυνῆν μοι, πρόσπολε· πεφόβηθ' ὁ παῖς.

ΕΡΜΗΣ.

Mercurii quale fuerit argumentum haud facile dixeris : fabulam autem satyricam fuisse bene intellexit Friebel. l. c. p. 77 sq. e fragmento, quod superest.

I. (3.)

Athen. IX, p. 496, E : Ῥέοντα· οὕτως ποτήριά τινα ἐκαλεῖτο. Μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἀστυδάμας ἐν Ἑρμῇ λέγων οὕτως·

Κρατῆρε μὲν πρώτιστον ἀργυρὼ δύο,
φιάλας δὲ πεντήκοντα, δέκα δὲ κυμβία,
ῥέοντα δώδεχ', ὧν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾶ
ἦν, δύο δὲ χρυσᾶ, γρὺψ, τὸ δ' ἕτερον πήγασος.

Vs. 1 ἀργυρὼ pro vulg. ἀργυρῶ restituimus secundum Gœttling. De accent. Græc. p. 166.

ΝΑΥΠΛΙΟΣ.

Hujus tragœdiæ argumentum vix diversum fuit ab eo, quod Sophocles in fabula pariter cognominata tractavit (cf. Soph. fgm. ed. Ahrens. p. 280) quodque paucis descripsit Hygin. fab. CXVI : *Ilio capto et divisa præda Danai quum domum redirent, ira deorum, tempestate et flatibus adversis ad saxa Capharea naufragium fecerunt. ... Noctu quum fidem deorum implorarent, Nauplius audivit, sensitque tempus venisse ad persequendas filii sui Palamedis injurias. Itaque, tanquam auxilium eis afferret, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta et locus periculosissimus erat. Illi credentes humanitatis caussa id factum, naves eo duxerunt. Quo facto plurimæ eorum confractæ sunt, militesque plurimi cum ducibus tempestate occisi sunt, membraque eorum cum visceribus ad saxa sunt inlisa : si qui autem potuerunt ad terram natare, a Nauplio interficiebantur.* Quam fabulam si extremum in trilogia vel tetralogia locum obtinuisse dixerimus, a vero vix multum aberraverimus. Aptissimam enim Palamedis historiam fuisse ad tetralogiam ex Æschyli mente componendam facile ex iis intelligi potest, quæ ad Euripidis Palamedem disputavimus.

I. (4.)

Stob. CXX, 15, c. l. Ἀστυδάμαντος Ναυπλίου.

Χαῖρ', εἰ τὸ χαίρειν ἔστι που κάτω χθονὸς,
δοκῶ δέ· ποῦ γὰρ μή 'στι λυπεῖσθαι βίῳ,
ἔστιν τὸ χαίρειν τῶν κακῶν λελασμένῳ.

V. 2 Paris. A. B μή τι pro μή ἐστι. Tyrhwit. δοκῶ δ' ὅτου pro δὲ ποῦ. — Vs. 3 λελασμένῳ. Paris. A. B; vulgo λελασμένον. — Welckero p. 1059 verba Nauplii ipsius esse videntur filio tanquam valedicentis.

ΠΑΡΘΕΝΟΠΑΙΟΣ.

Parthenopæus, Talai, ut vulgo fertur, filius, cum Adrasto fratre et aliis quinque ducibus, quos enumerat Apollod. III, 6, 2 sq., primæ contra Thebas expeditioni interfuit ; neque tamen talia perpessus est, ut per se solus tragœdiæ argumentum præbere potuisset. Itaque veri est simillimum, Parthenopæum pariter atque antecedentes fabulas tetralogiæ more Æschyleo compositæ partem fuisse.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ
(ASTYDAMANTIS MINORIS).

In hoc dramate quid poeta repræsentaverit haud facile indagare possis, quum in plerisque fabulis satyricis Hercules primas partes egerit. Atqui nescio an argumentum simile ejus fuerit, quod Sophocles in *Hercule in Tænaro* tractavit (cf. Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 372), vel ejus, quod Ion et Achæus in Omphala expresserunt. Cf. etiam Achæi Ἆθλους.

I. (5.)

Athen. X, p. 411, A.

Ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν

3.

Crateras quidem primum argenteas duas,
tum phialas quinquaginta, et decem cymbia,
rheonta (*fluentia*) XII, quorum decem erant argentea,
duo vero aurea; alterum gryphus, pegasus alterum.

4.

Salve, salutis si quid est apud inferos :
Reor esse. Nam quo nullus accedit dolor,
Ibi sat salutis est malorum oblivio. GR.

5.

Qui sapit poeta, debet ille spectatoribus
Ceu dapes præbere lectas splendido in convivio

ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν καὶ πιὼν ᾧπερ λαβὼν
χαίρει τις καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς,

Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, ἑταῖρε, φησὶ, Τιμόκρατες· φέρε, εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδηφάγος. — Vs. 3 codd. ὥσπερ λαβὼν, quod Porson. in ὅπερ correxit, Dindorf. vero in ᾧπερ mutavit Reisigium secutus, qui (Conject. crit. I, p. 234) sic scripserat : ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο λαβὼν ᾧπερ πίνων καὶ φαγὼν χαίρει τις. G. Hermann. (El. doctr. metr. p. 580) : ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο λαβὼν, καὶ φαγών τε καὶ πιών, ᾧ χαίρει κτλ. — Locus haud levi offensioni fuit viris doctis. Nam quum propter metrum Eupolideum tum propter versuum argumentum Droysen. (Æschyl. II, p. 325), Kœster. (De parabasi, Sundiæ 1835, p. 2) et Kœpkius (l. c. p. 485) versus ipsos e parabasi quadam ductos esse censent, Astydamanti vero extrema tantum verba assignant. Quæ rationes vereor ut sufficiant. Nam ad metrum quod attinet, nemo ignorat, quantopere illo tempore etiam tragœdia a pristina severitate revocata sit, quum dithyrambi effrenatio in quodvis fere poesis genus sese insinuasset; sententia loci autem nemini offensioni erit, qui poetas tragicos non ita raro spectatores de se ipsos commonuisse (cf. Polluc. IV, 16, 111 sq.) meminerit; cf. Bartsch. De Chærem. p. 14 sq. Atque ut scrupulus quisque, qui in animis residere possit, removeatur, Friebel. l. c. p. 77 locos congessit tragicorum, quibus carminum aut sermonum suavitates cum epulis comparantur. Non est igitur cur ab Astydamante versus abjudicemus. Levis tamen corruptela Athenæi verbis inesse videtur; nam nimis abrupte dicta sunt, quæ istos versus excipiunt verba : ἑταῖρε, φησὶ, Τιμόκρατες· φέρε, εἴπωμεν κτλ. Quod bene jam Schweighæus. sensit, qui ἀλλὰ, quod initio vs. 1 positum est, Athenæo restituit et deinceps ἐπεὶ excidisse censet, ut Athenæus scripserit : Ἀλλ' ἐπεὶ « Ὥσπερ κτλ. Syllabam, qua nunc versus 1 eget. supplevit Friebel. l. c. scribendo : ὡσπερεί.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

De versibus, quos hic collegimus, dubium est sintne majoris an minoris Astydamantis.

I. (6.)

Athen. II, p. 40, B : Καὶ Ἀστυδάμας δέ φησι,

Θνητοῖσι τὴν ἀκέσφορον
λύπης ἔφηνεν οἰνομήτορ' ἄμπελον.

Friebelio l. c. p. 78 versus e fabula satyrica fluxisse videntur.

II. (7.)

Stob. XXXVI, 4 : Ἀστυδάμαντος·

Γλώσσης περίπατός ἐστιν ἀδολεσχία.

III. (8.)

Stob. LXXXVI, 3 : Ἀστυδάμαντος·

Γένους δ' ἔπαινός ἐστιν ἀσφαλέστατος,
κατ' ἄνδρ' ἐπαινεῖν ὅστις ἂν δίκαιος ᾖ
τρόπους τ' ἄριστος, τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν.
Ἓν ἑκατόν ἐστιν (ἔργον) εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα,
κεἰ τοῦτον οἱ ζητοῦντές εἰσι μύριοι.

Sic Gaisfordius fragmentum edidit, in quo ante Halmium (Lectt. Stobens. p. 55) neminem hæsisse miror. Qui primus verborum continuitati eo succurrere studuit, ut scriberet : κατ' ἄνδρ' ἐπαινεῖν, χὤστις κτλ., haud inepte; atqui nescio an loco leniori mutatione mederi præstet, si vs. 3 scribatur : ὅστις ἂν δίκαιος ᾖ τρόπους τ' ἄριστος. Τοῦτον εὐγενῆ κάλει (vel καλεῖν, nam sæpius infinitivo pro imperativo utuntur tragici). — Vs. 4 ἕν' ἄνδρα τούτων ἐστὶν εὑρεῖν δυσχερές. καὶ τοῦτον κτλ. Paris. A et in marg. B Cod. B ipse habet : οὐχ ἕν' ἄνδρα τούτων ἐστὶν εὑρεῖν εὐχερές. Grot. dedit : ἀλλ' οὐχ ἓν ἑκατόν ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα, κἂν... ὦσι μύριοι. Pors. Adv. p. 305 ἓν δ' ἑκατόν ἐστιν ἔργον εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα, κεἰ — εἰσὶ μύριοι. Jure autem miratus est Halm. l. c., quod viri docti sequi optimorum codd. auctoritatem mutatione lenissima firmandam (ἕν' ἄνδρα τοῦτόν ἐστιν εὑρεῖν δυσχερὲς, κεἰ κτλ.) noluerunt. De spondeo in quinto pede vide

---

Ut bibat qui vult edatque quod bibens simul atque [edens
Gaudeat nec apparatus adsit unus musicæ.

6. GR.

Vitemque hominibus
Mœrori medicam vini genitricem dedit. GR.

7.

Garrulitas linguæ quasi deambulatio est. GR.

8.

Laus tuta generis, si virum laudes simul,
Cui sancta morum norma, cui juris pudor,
Mens casta, recte nobilem appellaveris :
Qualem vel unum longus ægre invenerit
In centum hominibus mille quærentum labos.
GR.

Pors. Suppl. ad præf. Hecub. p. XXXII, XXXVI, et ad vs. 343. Cf. Theodect. fgm. 13, vs. 2.

IV. (9.)

Schol. Soph. OC. 57 : Χαλκόπους ὀδός (vulgo ὁδός)· ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ χαλκόποδος ὀδοῦ (vulgo ὁδοῦ). Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος δι' αὐτοῦ κατάβασιν εἶναι εἰς Ἅδου. Καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ (sic codd. ; τῆς χαλκῆς Elmsl.) ὀδοῦ (vulgo ὁδοῦ) καὶ Ἀστυδάμας.

De *Philocle minore,* Astydamantis minoris fratre eodemque; si fides schol. Aristoph. Av. 282 et Suidæ habenda, poeta tragico supra egimus, ubi de ejus abavo Philocle disputavimus. Nihil igitur superest, quum alii de stirpe Æschylea poetæ nobis non innotuerint, nisi ut ad eos poetas animum advertamus, qui, licet e gente Æschyli oriundi non fuerint, tamen idem poesis genus coluisse videntur. Tales fuere, si probabilitati quidquam tribuendum, *Meletus* et *Plato* philosophus.

ΜΕΛΗΤΟΣ

Neminem fore puto qui Meletum famosissimum Socratis accusatorem, cognitum non habeat, quamvis de ejus nomine etiam nunc viri docti disceptent. Nam quum ante vulgo Μέλιτος scriberetur, deinde vero e bonis codd. Μέλητος restitutum esset, nunc Welck. Trag. Gr. p. 973 sq. denuo veteris scripturæ patrocinium suscepit. At ex argumentis, quibus ad confirmandam sententiam, maxime ex formis Μελιτίδαι (Aristoph. Ran. 1002) et Μελίτων (Harpocr. v. Καθέτος), si quid concludi potest, nihil aliud consequi mihi videtur, quam exstare formam Μέλῖτος potuisse, neque tamen re vera exstitisse vel exstare oportuisse. Immo Μέλητος est ubique in *optimis codd.* apud Aristophanem (Ran. 1337, fgm. 176, 198, 376 ed. Dindf.), Platonem (Apol. Socr. p. 19, A; 23, E; 25, D, E; 32, C; 36, A etc. Euthyphr. p. 2, B etc. Theætet. extr. etc.). Xenophontem (Mem. IV, 4, 4. 8, 4.), Athenæum (XII, p. 551, E; XIII, p. 605, E), Lucianum, Schol. Aristoph. Ran. 1307, Suid. v. Μελ. etc., etc. Itaque nos eam formam revocare non dubitavimus : nam cui tandem, quæso, ejusmodi in rebus fides habenda est nisi bonorum librorum auctoritati? Accedit primum, quod Plato ipse (Apol. p. 24, C, D; 25, C; 26, E) verborum lusu aperte ad nomen Μέλητον respexit : nam iste lusus quo modo cum forma Μέλῖτος conjungi queat, ut Welckero visum est, equidem non video. Adde porro, quod sexcenties literæ η et ι confusæ sunt, ut veram scripturam non cognoscere nisi e bonis codd. possis. Nemini enim, opinor, Eustathii (ad Odyss. XIII, 106) Μέλιτος a μέλι derivantis sententia in caussa erit, ut ad veterem istam scripturam revertatur, si quidem ι in μέλι breve esse meminerit.

Fuerunt qui poetam tragicum et Socratis accusatorem eundem Meletum esse negarent. Qui animis non satis perpenderunt verba Plat. Apol. Socr. p. 23, E (coll. p. 22, A) : Ἐκ τούτων καὶ Μέλητός μοι ἐπέθετο καὶ Ἄνυτος καὶ Λύκων, Μέλητος μὲν ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος κτλ. Schol. Aristoph. Ran. 1302 (1337) : Προείρηται ὅτι τραγικὸς ποιητὴς ὁ Μέλητος· οὗτος δέ ἐστιν ὁ Σωκράτην γραψάμενος. Κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς ψυχρὸς ἐν τῇ ποιήσει καὶ ὡς πονηρὸς τὸν τρόπον. Epist. Socr. 14, p. 20 ed. Orell. (vide infra). Suid. v. Μέλητος· τραγῳδίας ποιητὴς ὑπόψυχρος· καὶ Ἀριστοφάνης (Ran. l. c.) « Σκόλια Μελήτου Καρικῶν αὐλημάτων. » Οὗτός ἐστιν ὁ Σωκράτην γραψάμενος. Κωμῳδεῖται δὲ ὡς ψυχρὸς ἐν τῇ ποιήσει καὶ ὡς πονηρὸς τὸν τρόπον. Τὰ δὲ Καρικὰ αὐλήματα καὶ μέλη θρηνώδη ἦσαν. Et deinceps : Μέλητος, Λάρου, Ἀθηναῖος ῥήτωρ· οὗτος ἐγράψατο Σωκράτην μετὰ Ἀνύτου. Πεποίηνται δὲ αὐτῷ καὶ τραγῳδίαι. Κατελιθώθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Καὶ ἦν ἐπὶ τῶν Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου καὶ Ἐμπεδοκλοῦς χρόνων. οὗτος ἔγραψε περὶ τοῦ Ὄντος. Καὶ ἀντεπολιτεύσατο δὲ Περικλεῖ. Καὶ ὑπὲρ Σαμίων στρατηγήσας ἐναυμάχησε πρὸς Σοφοκλῆν τὸν τραγικόν, ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ τετάρτῃ. Hæc verba olim post Μέλιτος μυελὸς demum legebantur, Gaisfordio vero ex optimis codd. eo loco, quo debent, exhibita sunt. Quæ quum igitur alio loco ante exstarent, non valde mirum potest esse (quoniam id sæpius apud Suidam factum est), quod duo loci inter se diversissimi coaluerunt; nam verba καὶ ἦν ἐπὶ τῶν Ζήνωνος etc. non ad Meletum, sed ad Melissum philosophum pertinent, ut Clinto aliique viri docti jam pridem monuerunt; cf. Diog. Laert. IX, 24, Æl. V. H. VII, 14. Socratem autem a *Meleto poeta* accusatum esse inde etiam cognoscitur, quod Phavor. apud Diog. Laert. II, 4, narrat, ætate sua in Metroo Atheniensium accusationis exemplar asservatum esse ab his verbis exordiens : Μέλιτος (imo Μέλητος) Μελίτου (Με–

9.

Æneum limen. quippe locus quidam in templo ænei liminis nomine appellatus est. Dicit autem Apollodorum, per id introitum esse in Orcum. Atque Ister meminit æenei liminis et Astydamas

λήτου) Πιτθεὺς, Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν. Nam Socratis accusatorem Meleti filium Pitthensem fuisse e Plat. Euthyphr. p. 2, B sq. (vide infra) constat. Idem non diversus fuisse videtur ab eo Meleto, quem cum aliis quibusdam jussu XXX tyrannorum Leontem Salaminium Athenas deduxit et Ol. XCIV publice adversus Andocidem verba fecit (cf. Andocid. De myst. p. 46 ed. Reisk.); nam vix sine justa ratione Socrates Platonicus (Apolog. p. 32, C) rem illam (qua de videsis Lys. C. Agor. p. 106 ed. Brem., C. Eratosth. p. 77 ibid.) ibi commemoravit, ubi a Meleti et Anyti incusationibus se defendit. Sed utut est, hoc certe dubium esse nequit, quin Socratis accusator Meletus, poeta tragicus, Meleti filius, Pitthensis fuerit, quamvis a Suida Lari cujusdam filius appelletur. Nam illud Λάρου apud Suid. e Λαΐου corruptum esse egregie Clinto vidit e Schol. Plat. Clark. p. 72 = p. 330 : ed. Bekk. : Μέλητος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητὴς, Θρᾷξ γένος, ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις, Πελαργοῖς « Λαΐου υἱὸν αὐτὸν » λέγων, ἐπεὶ ᾧ ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιποδείαν καθῆκεν, ὡς Ἀριστοτέλης Διδασκαλίαις· ἐν δὲ Γεωργοῖς ὡς Καλλίαν περαίνοντος αὐτοῦ (Bergk. Aristoph. fgm. p. 105 et 239, Καλλίου περαίνοντος αὐτὸν) μέμνηται. Μέμνηται αὐτοῦ καὶ Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ. Laii filium vero cur Meletum dixerit Aristophanes, bene intellexit atque explicuit Meinek. Poet. com. I, p. 177, collato Athen. XIII, p. 602, F (τοῦ παιδεραστεῖν παρὰ πρώτων Κρήτων εἰς τοὺς Ἕλληνας παρελθόντος, ὡς ἱστορεῖ Τίμαιος· ἄλλοι δέ φασιν τῶν τοιούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λάϊον ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν). In istis Aristophanis fabulis igitur quemadmodum Meletus propter incestum Calliæ amorem irridebatur, ita in Gerytade (cf. Athen. XII, p. 551, A, Aristoph. fgm. 198 Dindf.) propter corporis gracilitatem atque maciem castigatur et, quum umbræ simillimus esset, quum ab Aristophane (Athen. l. c.) tum a Sannyrione (Athen. XII, p. 551, C) inter legatos a poetis ad poetas in Orco versantes missos commemoratur. Cui corporis descriptioni supplendæ inservit Plat. Euthyphr. p. 2, B : Οὐδ' αὐτὸς πάνυ τι γιγνώσκω, ὦ Εὐθύφρον, τὸν ἄνδρα· νέος γάρ τις μοι φαίνεται καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι μέντοι αὐτὸν, ὡς ἐγῷμαι, Μέλητον· ἔστι δὲ τὸν δῆμον Πιτθεὺς, εἴ τινα νῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλητον, οἷον τετανότριχα καὶ οὐ πάνυ εὐγένειον, ἐπίγρυπον δέ. Cf. Stallb. ad h. l. Hinc simul pariter atque ex Apolog. p. 25, D; 26, E, apparere videtur, Meletum, quum Socratem accusaret, h. e. Ol. XCV, 1, nondum ex adolescentia egressum fuisse. A vero igitur non multum aberrabimus, si eum, quamvis νέος appelletur (vide enim de ampla hujus vocabuli significatione, quæ ad Agathonis Vitam disputavimus), illo tempore circiter annum tricesimum egisse statuerimus. Quocum bene conspirat quod Aristophanes jam in Ranis (1302) 1337, h. e. Ol. XCIII, 3, Scolia Meleti notavit eaque ab Euripide in tragœdiis imitatione expressa dixit, quæ verba qua ratione intelligenda sint ostendit Welck. l. c. p. 971. Ex Aristophanis loco simul concludendum est, Meletum præter tragicam poesim etiam lyricæ operam dedisse, quæ conjectura loco ex Epicratis Antilaide ducto (ap. Athen. XIII, p. 605, E) confirmatur, ubi ad illius carmina amatoria respicitur. Ne quis autem temporum rationes obstare opinetur, quum Epicrates comœdiæ mediæ adstrictus fuerit, is reputet, quæ Meinek. I, p. 414, de anno (Ol. CI ineunte), quo Epicrates Antilais acta sit, disputavit. Verumtamen nec in tragica nec in lyrica poesi Meletus talia præstitit, quæ laude digna fuerint, id quod et comicorum irrisiones et loci (Suid., Schol. Plat., Aristoph.) supra citati testantur. — Quæ Suidas denique l. c. de Meleti morte narrat, ea confirmantur quidem a Diog. Laert. I. 43, Diod. XIV, 37, neque tamen valde credibilia sunt, sed grammatici cujusdam commento originem debere videntur.

Inter poetas Æschyleos *Meletus* a nobis relatus est propter Οἰδιποδείαν, quam Schol. Plat. l. c. teste finxit; nam quin isto nomine nonnisi tetralogia Æschyleo more composita significari potuerit, dubium esse, opinor, cuiquam nequit. Cujus in tertio quartove dramate nescio an repræsentata fuerint, quæ narrat Hygin. fab. CLXXII quæque Welckerus Euripidis Antigonæ subfuisse infeliciter conjecit (vide nos ad Eurip. Antig.). Hygini verba hæc sunt : *Creon Menœcei filius edixit, ne quis Polynicen, aut qui una venerunt, sepulturæ traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror et Argia conjunx clam noctu Polynicis corpus sublatum in eadem pyra, qua Eteocles sepultus est, imposuerunt : quæ quum a custodibus deprehensæ essent, Argia profugit, Antigona ad regem est perducta. Ille eam Hæmoni filio, cujus sponsa fuerat, dedit interficiendam. Hæmon amore captus patris imperium neglexit et Antigonam ad pastores demandavit, ementitusque est se eam interfecisse. Quæ quum filium procreasset et ad puberem ætatem venisset, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit. Quum Hercules pro Hæmone deprecaretur, ut ei ignosceret, non impetravit. Hæmon se et Antigonam conjugem interfecit. At Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in conjugium, ex*

qua nati sunt Therimachus et Ophites. Ad eandem tetralogiam Pseudo-Æschines in epistola ad Xenophontem scripta, quæ inter Socraticas circumfertur (14, p. 20 ed. Orell.), respexisse videtur, ubi Meletum eodem modo in judicio locutum esse narrat, quo Menœceum in tragœdia philosophantem introduxerit. Æschinis verba hæc sunt : Οὗτος γὰρ (sc. ὁ Μέλητος) ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ ὑπεκρίνετο Μενοικέα τὸν φιλόσοφον ὡς ἡ πόλις ἀδικοῖτο ὑπὸ τούτων ἡ αὐτή.

ΠΛΑΤΩΝ.

Platonem, clarissimum illum philosophum, ante quam Socratis disciplinæ se traderet et ad philosophiam se converteret, poesi operam dedisse testes sunt Olympiod. Vit. Plat. (Biogr. Gr. ed. Westerm. p. 383, 73 collat. p. 383, 46 sq.) : Ἐποίησε δὲ καὶ τραγικὰ ποιήματα καὶ διθυραμβικὰ καὶ ἄλλα τινά, ἅπερ πάντα κατέπαυσε, τῆς Σωκράτους πειραθεὶς διατριβῆς. Appulej. De habitu doctr. 2. Maxime vero eum in scenicam poesim incubuisse cum dramatica ejus operum, quæ supersunt, natura docet (cf. Frid. Thiersch. in Comment. Acad. Monac. 1837, II, 1, p. 3 sq.), tum apertis verbis traditum est ab Æl. V. H. II, 30 : Ἐπέθετο τραγῳδίᾳ καὶ δὴ καὶ τετραλογίαν εἰργάσατο καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι, δοὺς ἤδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα· et Diog. Laert. III, 8 : Ἔπειτα μέντοι μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ Ὀλυμπιακοῦ θεάτρου Σωκράτους ἀκούσας, κατέφλεξε τὰ ποιήματα, εἰπών· « Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει. » In quibus nemini offensioni fore persuasum mihi est, quod Diogenes non de tetralogia, ut Ælianus, sed tantummodo de tragœdia loquitur, si quidem ea meminerit, quæ supra (ad Agathonis Vitam) de vocis τραγῳδίας significatione monuimus. Non possumus autem quin Welckero (Æsch. Tril. p. 557) suffragantes Platonem magis Æschyli quam alius cujusdam tragici mori sese applicuisse statuamus, præsertim quum Thrasyllo auctore (apud Diog. Laert. III, 56) Plato in dialogis philosophicis adornandis eadem forma, quam in concinnandis tragœdiis, h. e. tetralogica, usus sit. Cf. Schleiermacheri Platon. I, p. 23, Ast. De Plat. vit. et script. p. 48 sqq.

II. POETÆ SCHOLÆ SOPHOCLEÆ.

Quod supra monuimus, ubi verba de Æschyli schola fecimus, fuisse qui magistri vel patris fabulas aut iterum docerent aut retractarent, aut argumenta ab illo inchoata ad finem perducerent, aut proprias denique ad illius exemplar compositas fingerent, id etiam in poetas quosdam e gente Sophoclea oriundos cadit. Cf. Argum. ad Soph. OC. init. p. 12 ed. Wunder., Suid. v. Ἰοφῶν, Bœckh. Trag. Gr. Princ. p. 115, Welck. Trag. Græc. I, p. 85 ; III, p. 975 sq. At quemadmodum pauci tantum ejus prosapiæ poetæ nobis nominantur, ita eos maxime in dedocendis Sophoclis fabulis atque in elaborandis argumentis, quæ ab eo imperfecta erant relicta, occupatos fuisse probabile est; nam Sophoclis tragœdia non tam in singulis quibusdam partibus vel rebus fortuitis, quarum ad imitationem studio aliquis atque diligentia pervenire posset, summam præstantiam præ se ferebat, quam ab omnibus numeris ita perfecta atque absoluta erat, ac tanto omnium partium concentu splendebat, ut simile drama fingere non posset, nisi qui ingenio par Sophocli esset. Talem vero hominem Græcia iterum genuisse non videtur. Non mirum igitur potest esse, quod qui tragœdias Sophocleas scripserunt, aut Sophoclem spoliasse aut ejus auxilio usi esse credebantur, id quod luculenter cognosci potest ex Aristophanis (Ran. 73 sq. coll. Schol.) de Iophonte judicio (quode infra). Nec aliter eum egisse statuendum est, sive is *Dionysius Metathemenus* sive *Spintharus* fuit, qui teste Diog. Laert. VII, 167 (collat. V, 92, et Suid. v. Παραστιχίς) tragœdiam quandam *Parthenopæum* a se fictam Sophoclis nomine inscripsit, eaque vel Heraclidem Ponticum fefellit, ut locos ex ea petitos pro Sophocleis citaret. Nam is haud dubie undique e Sophoclis tragœdiis sententiarum verborumque flores decerpsit et tam artificiose inter se connexuit, [quemadmodum postea quoque multi fecerunt, qui Centones scripserunt (*),] ut falli facile posset, qui judicio non multum valebat.

(*) Cf. v. c. Ausonii *Centonem Nuptialem* e Virgilii versibus compositum.

ΙΟΦΩΝ.

De Sophoclis posteris hæc habet Suidas (v. Σοφοκλῆς) : Παῖδας οὓς ἔσχεν οὗτοι, Ἰοφῶν, Λεωσθένης, Ἀρίστων, Στέφανος, Μενεκλείδης. Reliqui autem scriptores nonnisi Iophontem et Aristonem agnoscunt; cf. script. Vit. Soph. p. 129, 52 ed. Westerm. : Ἔχων γὰρ ἐκ μὲν Νικοστράτης Ἰοφῶντα, ἐκ δὲ Θεωρίδος Σικυωνίας Ἀρίστωνα, τὸν ἐκ τούτου γενόμενον παῖδα, Σοφοκλέα τοὔνομα, πλέον ἔστεργεν. Suid. v. Ἰοφῶν Ἀθηναῖος, τραγικός, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγικοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης. Γέγονε δ' αὐτῷ καὶ νόθος υἱὸς Ἀρίστων ἀπὸ Θεωρίδος Σικυωνίας. Δράματα δ' Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν', ὧν ἐστιν Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἰλίου πέρσις, Δεξαμενός, Βάκχαι, Πενθεὺς καὶ ἄλλα τινὰ μετὰ τοῦ πατρός. Eudoc. p. 248. Schol. Aristoph. Ran. 73 : Τί δ' οὐκ Ἰοφῶν·) υἱὸς Σοφοκλέους ὁ Ἰοφῶν· ἠγωνίσατο δὲ καὶ ἐνίκησε λαμπρῶς ἔτι ζῶντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Quod inde sequitur, Iophontem jam vivo patre tragœdias docuisse, id Aristophane (Ran. l. c.), scriptore Vit. Soph. (p. 131, 87 ed. Westerm. : Συνηγωνίσατο (sc. ὁ Σοφοκλῆς) δ' Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Ἀριστίᾳ καὶ ἄλλοις καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ) ac præcipue Argum. in Eurip. Hippolyt. (ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ', ἔτει δ'· πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων) confirmatur. Minime autem commendandis ejus moribus inserviunt, quæ certatim veteres scriptores narrant (Lucian. Macrob. 24; Cic. De sen. 7, Val. Max. VIII, 7, 12), nisi forte ea ex comœdia quadam fluxerunt (cf script. Vit. Soph. p. 129, 55 ed. Westerm.), Iophontem sive solum sive cum fratribus patrem senem, quum propter nimium tragœdiarum studium rem familiarem negligeret, amentiæ accusasse. Multo magis poetica laude excelluisse videtur, ut ex Aristophane liquet (Ran. 73 sq.), ubi Dionysus Iophontem bonis poetis accensere non dubitat, attamen simul suspicatur, in componendis tragœdiis eum a patre esse adjutum, ideoque exploraturum esse se dicit, quid Iopho post patris mortem (Ol. XCIII, 3) ipse valeat. Aristophanis verba hæc sunt :

ΗΡΑΚΛ.

Τί δ'; οὐκ Ἰοφῶν ζῇ;

ΔΙΟΝ.

Τοῦτο γάρ τοι καὶ μόνον
ἔτ' ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα·
οὐ γὰρ σάφ' οἶδ' οὐδ' αὐτὸ τοῦθ' ὅπως ἔχει.

ΗΡΑΚΛ.

Εἶτ' οὐ Σοφοκλέα, πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου,
μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν·

ΔΙΟΝ.

Οὔ, πρίν γ' ἂν Ἰοφῶντ', ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον,
ἄνευ Σοφοκλέους ὅ τι ποιεῖ κωδωνίσω.

Ad quæ non pœnitebit Scholiasten contulisse sic scribentem : (ad vs. 75) εἴτε αὐτοῦ δηλονότι τὰ ποιήματα εἴτε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Σοφοκλέους. Τοιαύτη γὰρ περὶ αὐτοῦ τοὺς πολλοὺς δόξα κατεῖχε. Πρότερον δέ, τῇ ἡλικίᾳ, ἢ τιμιώτερον. (Et ad vs. 78.) Κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Ἰοφῶν ὁ υἱὸς Σοφοκλέους ὡς τὰ τοῦ πατρὸς λέγων ποιήματα. Ἄλλως. οὐ μόνον ἐπὶ τῷ τοῦ πατρὸς τραγῳδίαις ἐπιγράφεσθαι κωμῳδεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καὶ ψυχρὸς καὶ μαλακὸς εἶναι. In quibus verendum est ne extrema fatuus quidam poetæ interpres commentus sit. Prorsus ridicula vero sunt ac procul dubio errori originem debent, quæ tradit anon. gramm. in Crameri Anecd. Gr. Oxon. vol. IV, p. 315, 22 : Πολλὰ γὰρ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη· λέγεται γὰρ εἶναι Ἀντιφῶντος (corrige Ἰοφῶντος) τοῦ Σοφοκλέους υἱοῦ. — E quinquaginta fabulis, quas Iopho docuisse fertur, octo vel, si Pentheus a Bacchis non diversa fuit, septem commemorantur, quarum nomina Suidas, Clemens Alexandrinus et Stobæus memoriæ prodiderunt : Ἀκταίων, Αὐλῳδοί, Ἀχιλλεύς, Βάκχαι, Δεξαμενός, Ἰλίου πέρσις, Πενθεύς, Τήλεφος.

ΑΚΤΑΙΩΝ.

Hæc fabula, ni fallor, pariter atque Phrynichi Actæo, Actæonis historiam continebat, quam Apollod. III, 4, 4 in hunc modum narrat : « Autonoes et Aristæi filius fuit Actæo, qui a Chirone educatus et venationem edoctus postea a suis ipsius canibus in Cithærone devoratus est. Atque sic finivit secundum Acusilaum Jovis ira, quod Semeles nuptias ambiisset; secundum plerosque autem, quod Dianam se lavantem conspexisset. Tum enim deam dicunt extemplo eum in cervum commutasse, atque quinquaginta qui eum sequebantur canibus rabiem injecisse, ab iisque ignaris dominum esse dilaceratum. Postquam Actæon perierat, canes herum cum ululatu vestigantes ad Chironis antrum devenerunt, qui Actæonis simulacrum effinxit, quo canibus objecto effecit ut mœrorem deponerent. » Cf. Ovid. Metam. III, 138 sq. Hygin. fab. CLXXXI. Facile intelligitur Iophontem eam narrationem secutum esse, quam Acusilaus proposuerit, ita ut Semeles et Jovis in hac fabula partes essent.

Sed qua ratione eam disposuerit atque conformaverit, fragmentis destitutus haud facile explores.

ΑΥΛΩΔΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Hujus fabulæ memoriam servavit Clem. Alex. l. c., ubi nemini offensioni fore spero, quod Iophon inter poetas comicos relatus est, si ea meminerit, quæ ad Philoclis fragmenta de frequenti grammaticorum errore poetas tragicos cum comicis commutantium disputavimus. Quale autem dramatis argumentum fuerit vix divines. Conjicio tamen Iophontem in hac fabula Marsyam introduxisse.

I. (1.)

Clem. Alex. Strom. I, 3, § 24, p. 329 P. : Ἰοφῶν τε ὁμοίως ὁ κωμικὸς ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις ἐπὶ ῥαψῳδῶν καὶ ἄλλων τινῶν λέγει·

Καὶ γὰρ εἰσελήλυθεν
πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτημένος.

Non opus est emendatione ἐξηρτυμένος, in quam vir doctus incidit, si comparatur Æsch. Prom. 711, ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

Hujus tragœdiæ argumentum utrum idem atque in Aristarchi Achille (quam conferas) fuerit, an ad Achillis cum Memnone certamen (velut in Æschyli Memnone) pertinuerit, an mortem denique Achillis repræsentaverit, incertum est.

ΒΑΚΧΑΙ (= ΠΕΝΘΕΥΣ).

Dubitari vix posse videtur, quin hujus tragœdiæ argumentum ab eo, quod Euripides in Bacchis expressit, non multum discrepuerit; id autem nondum satis constat, fuerintne Iophontis *Bacchæ* et *Pentheus*, velut apud Euripidem, diversi unius fabulæ tituli, an utraque diversam materiam continuerit. Atque etiamsi eas unam eandemque fabulam effecisse Valckenario (Diatr. p. 16, B) largimur, hanc tamen titulo Βάκχαι ἢ Πενθεύς inscribi nequaquam concedemus : quippe quum hæc fabularum inscribendarum ratio a poetis tragicis alienissima sit.

I. (2.)

Stob. Ecl. II, 1, 9, p. 10 ed. Heer., ἐξ Ἰοφῶντος Βακχῶν.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ τάδ᾽, οὖσά περ γυνή,
ὡς μᾶλλον, ὅστις εἰδέναι τὰ τῶν θεῶν
ζητεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἧσσον εἴσεται.

Agaves verba esse videntur.

ΔΕΞΑΜΕΝΟΣ.

Hæsit Welck. Trag. Græc. p. 936, quis fuerit ille Dexamenus, a quo hæc fabula nomen traxit, quum plures Dexameni a veteribus commemorentur. At id facili negotio, si satis considerantur, quæ de comœdiæ mediæ indole Meinekius (Hist. crit. com. I, p. 278 sq.) disputavit, e comœdia quadam Timoclis, nomine Κένταυρος ἢ Δεξαμενός, inscripta, conjici potest. Unde probabile fit, primas partes egisse Dexamenum, Oleni regem, de quo hæc tradit Apollod. II, 5, 6 : « Hercules Olenum ad Dexamenum abiit (et ibidem habitavit). Hunc necessitate compulsum ut Eurytioni Centauro Mnesimachen filiam in matrimonium daret, deprehendit; a quo ut sibi opem ferret exoratus Hercules Eurytionem, qui ad sponsam ducendam venerat, interemit. » Consentiunt Diod. IV, 33, et Jo. Pediasim. De Herc. lab. c. 5 s. fin., nisi quod Diod. Dexameni filiam Hippolyten vocat; cf. Callim. Hymn. in Del. 102, Pausan. V, 3, 3; VII, 68, 1. Ceterum vide ne fabula satyrica fuerit.

ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΣ.

Quid hac tragœdia expressum fuerit, nisi e titulo divinari non potest; quo ad suspicionem adducimur, argumentum pariter atque in *Agathonis Ilii Excidio* ex epico quodam carmine haustum fuisse, de quo consuluisse non pigebit Welck. Ep. Cycl. p. 288 sq.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Qua ratione Iophon hoc argumentum a permultis Tragicis in usum vocatum tractaverit, fragmentis plane destituti patefacere non possumus; de ipso argumento autem cf. Ahrens. ad Æsch. fragm. p. 246, ad Soph. fragm. p. 353 et nos ad

---

1.

Etenim intraverat
multorum sophistarum turba (citharis?) exornata.

2.

Hoc quoque, tametsi mulierem, me non latet :
Quanto magis quis scire divinas velit
Res, cogniturum protinus tanto minus. GR.

3.

Myrtus diis inferis dedicata est quippe a Dionysio data, quum Semelen reduceret. Tria enim ei sacra sunt, hedera, vitis, myrtus. Narrant autem in Samo ex diis soli Junoni illam non offerri. Nam quum, ut fama est, Semeles animam requireret, dii inferi, ut promissum erat, polliciti esse dicuntur, Orcum ei hoc facturum esse, si Dionysus ei

Euripid. Telephum. Probabilis tamen est Welckeri conjectura, Iophontem potius Æschylum vel Euripidem, quam patrem secutum esse.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (3.)

Schol. Ven. Aristoph. Ran. 333. : Ἡ μυρσίνη ᾠκείωται τοῖς χθονίοις θεοῖς, Διονύσου δεδωκότος, ὅτε ἀνήγαγε τὴν Σεμέλην· τρία γὰρ αὐτῷ ᾠκείωται, κισσὸς, ἄμπελος, μυρσίνη. Μυθολογοῦσι δ' ἐν Σάμῳ μόνῃ θεῶν μὴ προσφέρεσθαι τῇ Ἥρᾳ· ἐπεὶ γὰρ, ὥς φασιν, ἐξῃτεῖτο τὴν ψυχὴν τῆς Σεμέλης, τοὺς κάτω θεοὺς, καθάπερ ἦν ἐπηγγελμένον, ὑποσχέσθαι λέγουσιν αὐτῇ τὸν Ἅδην τοῦτο δράσειν, τοῦ Διονύσου τῶν μάλιστα τερπόντων αὐτῷ ἀντίψυχον ἀντ' ἐκείνης πέμψαντος· τὸν δὲ Διάνυσον πυθόμενον τὰ παρὰ τῶν κάτω θεῶν ἐπεσταλμένα, σοφίσασθαι πρὸς ταῦτα, καὶ τριῶν ὄντων αὐτῷ μάλιστα ἠγαπημένων, τοῦ τε κισσοῦ καὶ τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς μυρσίνης, ἀποστεῖλαι τοῖς κάτω θεοῖς αὐτήν. Δηλοῖ δὲ καὶ Ἰοφῶν ὁ τραγικός.

ΑΡΙΣΤΩΝ.

Aristonem nothum Sophoclis e Theoride Sicyonia filium fuisse e locis apparet, quos supra (ad Iophontem) citavimus, quibus adde Schol. Ven. Aristoph. Ran. 78. Quem inter poetas tragicos refert Diog. Laert. VII, 2, 9. Cui testi etiamsi sine idonea causa fides derogari non potest, negari tamen nequit, Aristonem haud magnam gloriam sibi comparasse videri, quum et veteres scriptores prorsus de eo taceant et Sophocles ipse Aristoni ejus filium Sophoclem longe prætulisse dicatur (cf. script. Vit. Soph. p. 129, 52 Westerm.). Duo autem circumferuntur loci numeris iambicis astricti, quos, quum a nonnullis viris doctis Aristoni tragico vindicentur, attulisse juvabit.

I.

Theophil. Ad Autolyc. I, 5, p. 296 sq. : Περὶ μὲν θεοῦ καὶ προνοίας Ἀρίστων ἔφη·

Α. Θάρσει· βοηθεῖν πᾶσι γὰρ τοῖς ἀξίοις
εἴωθεν ὁ θεὸς, τοῖς δὲ τοιούτοις σφόδρα.
Εἰ μὴ πάρεσται προεδρία τις κειμένη,
τοῖς ζῶσιν ὡς δεῖ, τί πλέον ἐστὶν εὐσεβεῖν;
Β. Εἴη γὰρ οὕτως· ἀλλὰ καὶ λίαν ὁρῶ
τοὺς εὐσεβῶς μὲν ἑλομένους διεξάγειν
πράττοντας ἀτόπως, τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἢ
τὸ λυσιτελὲς καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς μόνον,
ἐντιμοτέραν ἔχοντας ἡμῶν διάθεσιν.
Α. Ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἀλλὰ δεῖ πόρρω βλέπειν
καὶ τὴν ἁπάντων ἀναμένειν καταστροφήν.
Οὐχ ὃν τρόπον γὰρ παρ' ἐνίοις ἴσχυκέ τις
δόξα κακοήθης τῷ βίῳ τ' ἀνωφελὴς,
φορά τίς ἐστ' αὐτόματος, ἣ βραβεύεται
ὡς ἔτυχε πάντα· ταῦτα γὰρ κρίνουσ' ἔχειν
ἐφόδια πρὸς τὸν ἴδιον οἱ φαῦλοι τρόπον.
Ἔστιν δὲ καὶ τοῖς ζῶσιν ὁσίως προεδρία,
καὶ τοῖς πονήροις ὡς προσῆκ' ἐπιτιμία·
χωρὶς προνοίας γίνεται γὰρ οὐδὲ ἕν

His versibus, quos Grotius Exc. p. 1004, quum nec inter tragicos nec inter comicos poetas Aristonem ullum nosset, Aristophonti comico tribuerat, Meinekius (Hist. crit. com. præf. p. IX. sq.) egregie mederi conatus fuit, quum scribi juberet : vs. 1 πᾶσι μὲν τοῖς (γὰρ abest a cod. Bodlei. et antiquis editt.). Vs. 3 εἰ μὴ γὰρ ἔσται. Vs. 8 τὸ λυσιτελὲς δρῶντας τὸ καθ' ἑαυτοὺς μόνον (καὶ in cod. Bodl. recte abest). Grot. ἕτερον ἂν σκοποῦντας ἢ τὸ λυσιτελὲς αὐτοῖς κτλ. Vs. 14 ᾗ βραβεύεται. Vs. 15 Grotii conjecturam retinuit, quum

---

aliquid ex iis, quibus maxime gauderet, pro illius anima misisset : Bacchum vero mandatis inferorum præceptis fraudulenter ea in re egisse et, quum tria essent, quæ maxime in deliciis haberet, hederam, vitem et myrtum, hanc diis inferis misisse. Indicat hoc etiam Iophon tragicus.

1.

A. Animæquus esto : nam solet dignos deus
Juvare, tales, qualis es tu, maxime.
Quod decet agentes nisi quid eximium ferent,
Oro, quid ultra pietatem colere attinet?
B. Utinam quidem id sit, sæpe sed video nimis
Ad sanitatis regulam qui se exigunt
Premi miseriis : at quibus cordi est nihil
Privata nisi quod res et utilitas jubent,
Florere nobis melius.
A. In præsens ita
Fit nempe, sed prospicere nos longum decet,
Et opperiri, dum orbis in sese redit.
Haud namque vera est quæ tenet sententia
Plerosque prava, fortuitis lapsibus
Hanc fluere vitam : quod sibi viaticum
Corrupta turba sumit ad mores malos.
Sed et piorum facta mercedem ferent,
Et impiorum scelera supplicium manet,
Fitque absque nutu quippe cœlesti nihil. GR.

vulgo legeretur : ταῦτα κρίνουσι γὰρ ἅπαντ' ἔχειν, in cod. Bodl. ταῦτα γὰρ πάντα κρίνουσιν ἔχειν. — Idem vir doctissimus præclare hos vss. a tragœdia jam ob metricam rationem abhorrentes ne a comico quidem poeta profectos esse, sed Aristoni Chio, Stoæ alumno, originem debere ostendit, quum et aliorum philosophorum et Stoicorum maxime fuerit, placita sua, præcipue ea quæ ad morum doctrinam spectaverint, versibus sive iambicis sive dactylicis includere. (Vide exempla a Meinekio l. c. collecta.)

II.

Clem. Alex. Strom. II, 20, § 108, p. 486 ed. P. : Ὅθεν ὡς ἔλεγεν Ἀρίστων πρὸς ὅλον τὸ τετράχορδον, ἡδονὴν, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, πολλῆς δεῖ τῆς ἀσκήσεως καὶ μάχης.

Οὗτοι γὰρ, οὗτοι καὶ διὰ σπλάγχνων ἔσω
χωροῦσι καὶ κυκῶσιν ἀνθρώπων κέαρ.

Καὶ γὰρ τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς ἡ ἡδονὴ κηρίνους ποιεῖ κατὰ Πλάτωνα, ὅτι ἑκάστη ἡδονή τε καὶ λύπη προσπασσαλοῖ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν τοῦ γε μὴ ἀφορίζοντος καὶ ἀποσταυροῦντος ἑαυτὸν τῶν παθῶν. Quem locum Grot. Exc. p. 439 ob causam supra indicatam Agathoni assignavit et Clementis verbis etiam in versus redactis sic constituit : πρὸς τὸ τετράχορδον δ' ὅλον Τὴν ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, φόβον, Ἀσκήσεώς γε καὶ μάχης πολλῆς δέει Οὗτοι γὰρ κτλ. Quod emendandi periculum satis est verbo tetigisse. Facile autem, ut in præcedente, ita hoc loco, præcipue si, quæ apud Clementem sequuntur, verba contuleris, non poetam, sed philosophum loqui fateberis, nec amplius hunc quoque locum Aristoni Chio, Zenonis discipulo (cf. Diog. Laert. VII, 2, 4, Clem. Alex. Strom. II, 21, § 129, p. 497 P.) tribuere dubitabis, ubi primum istam affectionum animi divisionem Stoicorum propriam fuisse memineris. Cf. Diog. Laert. VII, 1, 63 : Τῶν δὲ παθῶν τὰ ἀνωτάτω (καθά φησι Ζήνων κτλ.) εἶναι γένη τέτταρα, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, ἡδονήν.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

De *Sophocle minore* hæc habet Suidas s. v. Σοφοκλῆς, Ἀρίστωνος, υἱωνὸς δὲ τοῦ προτέρου Σοφοκλέους, τοῦ πρεσβυτέρου, Ἀθηναῖος, τραγικός. Ἐδίδαξε δὲ δράματα μ', οἱ δέ φασιν να', νίκας δὲ εἶλεν ζ'. Ἔγραψε καὶ ἐλεγείας. Cf. Eudoc. p. 384. Cui quum oppugnaret Diod. Sic. XIV, 53 fin. sic scribens : Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους (hoc negligentius aut ampliori significatione dictum est) τραγῳδίαν διδάσκειν ἤρξατο καὶ νίκας ἔσχε δυοκαίδεκα. Bœckhius (Princ. Trag. Græc. p. 116) apud Suidam οἱ δέ φασιν ια', νίκας δὲ εἶλεν ιϐ', Clintonus (Fast. Hell. p. XXXV) ἐδίδαξε δὲ δράματα μ', νίκας δὲ εἶλεν ζ', οἱ δέ φασιν ια' scribi jussit. Sed in ejusmodi rebus certo nihil definiri potest. Gratissimum vero nobis est Diodori testimonium, quippe quo doceamur, Sophoclem cœpisse Ol. XCVI, 1 fabulas agere, postquam ante avi ac primum quidem, ut videtur, Ol. XCIV, 3 ejus Œdipum Coloneum in scenam produxerat. (Cf. Argum. Soph. Œd. Col. p. 12 ed. Wund. : Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱιδοῦς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὅς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι.) Jamque inde a pueris poetica facultate excelluisse, et ea re avi in se amorem excitasse videtur [cf. script. Vit. Soph. p. 129, 52 ed. Westerm. : Τὸν ἐκ τούτου (sc. Ἀρίστωνος) γενόμενον παῖδα, Σοφοκλέα τοὔνομα, πλέον ἔστεργεν (sc. ὁ Σοφοκλῆς)], cujus institutione haud dubie usus tantos progressus in re tragica fecit, ut mirandum non sit, quod multas victorias Athenis reportavit. Fabularum autem, quas scripsit, ne unum quidem titulum nobis innotuisse valde dolendum est, quum verendum sit ne nonnullæ in avi fabularum numerum relatæ sint, quamvis Welck. Trag. Græc. p. 85 sq. confidenter hoc negaverit. Sexcenties enim ejusdem nominis homines eorumque opera inter se confusa sunt. Ad quam suspicionem in Sophocle nepote eo majori jure adducimur, quum inter fabulas, quæ Sophocli majori tribui solebant, jam Aristophanis grammatici tempore, septemdecim pro subditivis haberentur. Omnia quæ de ejus tragœdiis scimus, iis continentur, quæ tradit Clem. Alex. Protr. II, 30, p. 26 P. : Πατροκλῆς τε ὁ Θούριος καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳδίαις ἱστορεῖτον τῶν Διοσκούρων πέρι· ἀνθρώπω τινὲ τούτω τὼ Διοσκούρω ἐπικήρω γενέσθην, εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι Ὅμηρος (Il. γ', 243) τὸ λελεγμένον· Τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ. In quibus verba ἐν τρισὶ τραγῳδίαις non de trilogia, ut Lessingius (Vit. Soph. not. *ij.*) voluit, sed de tribus singulis tragœdiis, accipienda esse, ita ut alteri una, alteri duæ fabulæ assignentur, optime Welck. l. c. p. 979 monet.

Hi namque sunt, hi, nostra qui sub viscera | Intrant et imo corde, qui fluctus cient. GR.

III. POETÆ SCHOLÆ EURIPIDEÆ.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

Quod de scholis Æschyli ac Sophoclis disputantes egimus, ut earum poetas singillatim percenseremus, id in scholæ Euripideæ poetis fieri eadem ratione nequit, quum præter poetas, quos adhuc tractavimus, præterque paucissimos alios, omnes fere Tragici et Euripidi æquales et paullo recentiores, quorum fragmenta infra collecta sunt, ut jam in præfatione ad Euripidis fragmenta significamus, magis minusve Euripidem imitati sint. Cujus rei caussam uberius, sicuti par esset, exponere quum et longum et ab hoc libro alienum sit, id duntaxat paucis attingere volumus, Æschyli poesis genus, isto tempore inveteratum ac sepositum fuisse; Sophoclem ob rationes, quas supra exposuimus, qui ipsum imitarentur, non habuisse; Euripidem vero temporibus cedentem philosophorum præcepta ac rhetorum artificia in tragœdiam introduxisse, et in exprimendis animi perturbationibus commovendisque spectatorum animis tantam vim atque solertiam præ se tulisse, ut mox acceptissimus populo fieret. Quid mirum igitur, quod etiam alii poetæ tragici, quum ingenii indole et facultate poetica non multum se valere intelligerent, ut populi favorem captarent, eandem viam ingressi sunt? Quid mirum porro, si hebetes quidam et ad nova invenienda parum apti Euripidem vel expilarunt, ut non modo tragœdiarum argumenta ac scenarum dispositiones, sed etiam sententias ab eo mutuarentur? Cujus rei etsi exemplorum copiam sat magnam habemus, tamen unum tantum afferre volumus, idque a Theodecta, tragicorum post Euripidem fere clarissimo, repetitum. Is enim non modo Alcmæonis argumentum, sed etiam singulas sententias ex Euripidea tragœdia, hausit. Cf. v. c. Theodect. fragm. 1 cum Eurip. Med. 231, Theodect. fgm. 3 cum Euripid. Phœniss. init., Theodect. fgm. 11 cum Euripid. fgm. 293, Theodect. fgm. 5 cum Eurip. fgm. 385 etc. (Vide etiam quæ ad Carcin. minor. disputavimus.)

Quæ quum ita se habeant, pauca tantum de poetis e gente Euripidea oriundis dicemus. Quorum utrum unus an duo fuerint dubitari potest. Suidas enim p. 906 hæc habet: Εὐριπίδης, τραγικὸς, πρεσβύτερος τοῦ ἐνδόξου γενομένου. Ἐδίδαξε δράματα ιβ'· εἶλε δὲ νίκας δύο. Deinceps: Εὐριπίδης τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. Ἔγραψε δὲ Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστίν. Δράματα αὐτοῦ ταῦτα· Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη. Deinde de clarissimo Euripide, Mnesarchidæ filio, agit ibique sub finem hæc scribit: νίκας δὲ εἵλετο ε', τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. Quæ verba si cum iis comparantur, quæ paullo ante attulimus, Εὐριπίδης τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς κτλ. facile intelligitur glossarum apud Suidam ordinem vehementer turbatum esse et verba ista olim locum post glossam, qua de clarissimo Euripide agatur, habuisse. Quam glossarum confusionem si consideraveris, ei, quæ Euripidem quendam clarissimo antiquiorem commemorat, quamvis Welck. Trag. Græc. p. 936 nuper ejus patrocinium susceperit, non multum tribues, præsertim quum Suidas haud raro ejusdem nominis scriptores inter se confuderit. Sed utut res se habet, id saltem e Suida constare videtur, Euripidis fratris filium, nomine *Euripidem*, tragœdiis scribendis operam dedisse. At vero clarissimus ille Euripides habuit etiam filium Euripidem (cf. Suid. v. Εὐριπίδης III, Thom. Magist. Vit. Eurip. p. LXVII ed. Pflugk., p. 139, 73 ed. Westerm., Moschopul. Vit. Eurip. p. LXV ed. Pflugk., p. 141, 13 ed. Westerm.; script. Vit. Eurip. Elmslei. p. LXX ed. Pflugk.; p. 134, 25 ed. Westerm.), de quo quæri potest, sitne pariter atque ὁ ἀδελφιδοῦς Euripidis inter Tragicos referendus, an errore ei tribuatur quod illius fuerit, scilicet ut Euripidis trilogiam ex Iphigenia Aulidensi, Alcmæone et Bacchis constantem post auctoris mortem scenæ commiserit. Suidas enim l. c. trilogiam istam (neminem opinor offendet, quod apud Suidam legitur δρᾶμα, si ea meminerit, quæ ad Agathonis Vitam de vocis τραγῳδία usu disputavimus) a fratris filio, scriptor Vitæ Eur. Elmsl. l. c. (καὶ υἱοὺς κατέλιπε τρεῖς, Μνησαρχίδην μὲν πρῶτον, ἔμπορον, δεύτερον δὲ Μνησίλοχον, ὑποκριτὴν, νεώτερον δ' Εὐριπίδην, ὃς ἐδίδαξε τοῦ πατρὸς ἔνια δράματα) et Schol. Aristoph. Ran. 67 (οὕτω γὰρ καὶ αἱ Διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμώνυμον ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας) ab Euripidis filio actam esse tradunt. Cuinam in tam lubrica re fidem habeamus? Ut autem dicam, quod ego sentio, mihi Scholiastæ Aristoph. et scriptori Vitæ Eurip. Elmsl. plus fidei habendum esse videtur, quam Suidæ; Scholiastes enim, ut ipse dicit (nec eo minus est, cur ei diffidamus, quum solus singulas trilogiæ Euripideæ fabulas memoriæ tradiderit),

e didascaliis hausit; pariter scriptor Vitæ Eurip. quem Elmsleius primus ad Baccharum calcem edidit, antiquioribus melioribusque fontibus usus est, quam reliqui Vitæ Eurip. scriptores; apud Suidam vero aliquantum perturbationis esse supra docuimus. Quæ quum ita sint, non Euripidis fratris, sed ipsius filium tragœdias scripsisse et patris fabulas post ejus mortem egisse statuemus. Qui eo facilius cum consobrino commutari potuit, quum uterque idem nomen haberet. Ex fabulis quas scripsit, præter tres titulos (Μήδεια, Ὀρέστης, Πολυξένη) nihil servatum est; itaque de earum argumentis, nisi quod ex ipsis titulis divinari potest, proferri quidquam nequit. Idem Euripides vero vinosus fuisse videtur, si quidem ad eum, ut Bergkius (De reliqu. com. Att. p. 85) suspicatus est, recte referuntur Anaxandridis et Ephippi loci apud Athen. XI, p. 482, C, D. In qua re equidem Bergkio assentiri non dubito, quum Euripides apud Ephippum cum Chæremone (haud dubie poeta tragico) conjunctus sit.

IV. POETÆ SCHOLÆ CARCINEÆ.

Præter Æschyli, Sophoclis et Euripidis familias tragœdiam excolentes una tantum, *Carcinea* fuit, in qua ars tragica quasi hereditate accepta per quattuor ætates viguit. De qua antequam disputationem instituamus, paucis excutiamus oportet, utrum ejus generis auctor Καρκίνος an Καρκῖνος appellatus fuerit, quum ea de re jam prius alii ac nuper denuo Welckerus (Trag. Gr. p. 1036 sq.) dubitationem moverit. Ut autem, uti par est, a codicum auctoritate proficiscamur, apud Athen. V, p. 189, D; XIII, p. 559, F, omnes apud Thuc. II, 20, Paus. X, 38, 11 ed. Schub. et Walz., Diod. Sic. V, 5, 1, XII, 42, 7, XIX, 2, 2, Suid. s. v. Καρκῖνος, aliquot iique haud spernendi codd. Καρκῖνος præbent. Hac ratione pariter ductus atque opinione, Græcos sibi animalium nomina non imposuisse nisi talia, quæ blandi quid expressissent (quæ opinio exemplis, quæ Papius in Lex. III, p. 1 collegit, satis redarguitur) Welckerus Καρκῖνος scribi jussit, quamvis et poetarum Carcinum commemorantium loci scripturam Καρκίνος tueantur, et grammatici inter hominis et bestiæ nomen discriminis nihil statuant; cf. Chœrobosc. in Cram. An. Gr. Ox. II, p. 286, 14, quem exscripsit gramm. ibid. p. 279, 33: Τὰ γὰρ διὰ τοῦ ινος ὀνόματα πρὸ μιᾶς τὸν τόνον ἔχοντα, μὴ ἔχοντα ἀπὸ πλεονασμοῦ τοῦ ι, καὶ περισπῶνται (περισπᾶται gramm. altero loco) καὶ διὰ τοῦ ι γράφεται καὶ μακρὸν ἔχουσι τὸ ι χωρὶς τοῦ καρκίνος· τοῦτο γὰρ βραχὺ ἔχει τὸ ι. Consentiunt Theognost. ibid. p. 67, 19, et alius gramm. ibid. p. 384, 19. Nec quidquam valet iis repugnans Arcadius p. 65, 16 ed. Bark.: Τὰ εἰς ινος μακρὸν τὸ ι ἔχοντα, ὅσα ἐν ὕδατι διαιτᾶται, περισπῶνται, ἐχῖνος, κορακῖνος, φοξῖνος, καρκῖνος· id quod cum alia docent, tum maxime, ex quo Arcadius haurire solitus est, Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 20: Καὶ ὁ αὐτὸς τόνος καὶ ἐπὶ τοῦ ζῳδίου τοῦ ἐν οὐρανῷ, ὁμοίως καὶ τοῦ θαλασσίου καὶ τοῦ κυρίου ἐπεγείου καὶ τοῦ ἐργαλείου. Præterea formam Καρκίνος tuentur codd. apud Isocrat. Trapez. c. 26, et Harpocr. v. Καρκίνος p. 105, 28 ed. Bekk. (quem locum in usum suum convertit Suid. l. c.): Λέγεται καρκίνος καὶ πάθος τι συμβαῖνον ἐν τοῖς σώμασιν, ὃ νῦν καρκίνωμα καλοῦσιν· ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα, οὗ μνημονεύει Ἰσοκράτης κτλ. (vide infra ad Carcin. II), ubi certo, si quidem ullo loco, adnotatum esset, si quid discriminis inter hominis et bestiæ nomen intercessisset, quum Harpocratio (et Suidas) primum de cancro (καρκίνος), deinde de Carcino homine locuti sint. Καρκίνος etiam Schol. Aristoph. Pac. 778 in libris suis recte scriptum invenit, qui quod eam scripturam miratur, ignorantiam suam prodit. Non est igitur cur poetæ, ducis et cuicunque Carcini nomen fuit, cur, inquam, ejus nomen Καρκῖνος scribamus.

ΚΑΡΚΙΝΟΣ.

Duos fuisse *Carcinos* quum e Suida tum aliunde, ut infra docebimus, liquet, de quibus eleganter ac docte, ut solent, disputarunt Meinek. Hist. crit. com. p. 505 sq. et Welck. Trag. Gr. p. 1016 sq. et 1056 sq. Suidæ verba hæc sunt: Καρκίνος Ἀκραγαντῖνος, τραγικός. Καὶ Καρκίνος, Θεοδέκτου ἢ Ξενοκλέους, Ἀθηναῖος, τραγικός· δράματα ἐδίδαξεν ρξ'· ἐνίκησε δὲ α'. Ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας τοῦ Μακεδόνος. Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἀχιλλεύς, Σεμέλη, ἧ ἀρχή, ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν Δειπνοσοφισταῖς. In quibus extrema ex Athen. XIII, p. 559, F, sic redintegranda sunt: Σεμέλη, ἧς ἡ ἀρχή· ὦ νύκτες κτλ. (Vide infra ad Carcin. minorem.) Ab his non diversus est tertius quidam Carcinus, quem Suidas paullo post com-

memorare videtur sic scribens : Καρκίνος, ποιητὴς Ἀττικός· κτλ. Nam Suidas more suo exscripsit Schol. Aristoph. Pac. 788 sq., (quod facile intelliges, si utriusque verba comparaveris), et ut omnis dubitatio tollatur, versus attulit Aristophanis (Pac. 785 sq.) ad filios Carcini majoris spectantes, de quibus mox videbimus. Carcinus major autem eodem Suida teste Agrigentinus fuit, quod Aristoph. Vesp. 1519, 1532 (1521), ubi cf. Schol., et Plato com. ap. Schol. Aristoph. Pac. 792 confirmare videntur, quum pariter ad transmarinam Carcini originem spectantes atque tecte cancri originem marinam significantes θαλάσσιον et ποντομέδοντα eum nominarint. Ac barbaram originem etiam quodammodo prodit patris, quo Carcinus Pherecrate apud Schol. Aristoph. Vesp. 1500 teste usus esse fertur, nomen Θωρύκιος. Ejusdem Carcini filii fuerint necesse est, qui Carcino quodam sati esse perhibentur Xenocles, Xenotimus et Xenarchus, Euripidis et Aristophanis æquales. Cf. Schol. Aristoph. Nub. 1259. Οἱ δὲ Καρκίνου παῖδες Ξενοκλῆς καὶ Ξενότιμος, καὶ ὁ μὲν χορευτής, Ξενοκλῆς δὲ τραγῳδίας ποιητής. Schol. Pac. 778 : Καρκίνος, τραγῳδίας ποιητής, ὃς εἶχε ταπεινούς τινας παῖδας.... Παῖδες δὲ Καρκίνου τρεῖς, Ξενοκλῆς, Ξενότιμος, Ξέναρχος· τραγικοὶ δὲ οὗτοι χορευταί, οἵτινες διὰ τὴν σμικρότητα τῶν σωμάτων ὄρτυγες ἐκαλοῦντο. Ibid. 797. Schol. Ran. 86 : Ξενοκλῆς, υἱὸς Καρκίνου, ὃς κωμῳδεῖται ὡς ἄξεστος ἐν τῇ ποιήσει καὶ ἀλληγορικός· ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ Ξενόκλειτος, Ξενότιμος, Δᾶτις· εἰσὶ δέ, ὥς φασιν, δύο Ξενοκλεῖς τραγῳδοὶ γεγονότες· τρίτος δέ ἐστι τούτοις ὁμώνυμος, πολιτικός, φαύλου (Φαύλλου corrigit Meinek.) μὲν πατρός, τῶν δὲ δήμων Χολαργεύς. Schol. Vesp. 1493 : Τέσσαρες μὲν δή εἰσιν· ἀλλ' οἱ τρεῖς χορευταί, Ξενοκλῆς δὲ ποιητής. Καταλέγει αὐτοὺς σαφῶς Φερεκράτης. (Cf. schol. Vesp. 1500 et infra.) Ex quibus locis simul intelligitur, non modo de numero, sed etiam de nominibus filiorum dissensionem fuisse, quam operæ haud pretium sit componere, quum unus tantum eorum, *Xenocles*, tragœdias scripserit, et aliquam famam nactus sit. Nam qui præterea a Schol. Ran. l. c. coll. Schol. Pac. 288 commemoratur *Datis* (tragicus), haud dubie errori originem debet, ut probabiliter observavit Meinek. l. c. p. 515 sq. Nimirum Xenocles opprobrii causa Datis appellatus esse videtur, quum ejus poesi haud obscura datismi (de quo vide Schol. Aristoph. Pac. l. c., Suid. v. Χαίρομαι et Δᾶτις) vestigia impressa fuerint. Xenocles filium genuit *Carcinum*, quod quum ex more veterum filiis avorum nomina imponentium probabile est, tum ex Harpocr. l. c. (vide Carcin. minor. fgm. 5) luculenter apparet. Nam nullius ponderis est Suidæ (v. Χαρκίνος vide supra) testimonium, qui, ubi de altero Carcino agit, de ejus patre inter Theodectam et Xenoclem fluctuat. Nam quum Carcinus minor jam Ol. C gloriam assecutus sit, Theodectæ tragici (si quidem is dictus fuit) filius esse nequit, quippe qui, ut infra docebimus, circa Ol. C demum natus sit. Alter igitur Carcinus avus, alter nepos fuit. Nepotis autem filius *alter ille Xenocles*, poeta tragicus fuisse videtur, cujus mentionem fecit solus Schol. Ran. l. c. Et quum Carcinus major, ut supra vidimus, Thorycio patre usus sit, hoc habemus familiæ Carcineæ stemma :

Thorycius.
|
Carcinus I.

Xenocles I.	Xenotimus.	Xenarchus. (Demotimus.) (Xenoclitus.)
| Carcinus II. | Xenocles II.		

Jam vero ut ad majorem illum *Carcinum Agrigentinum* redeamus, memorabilis de eo exstat Aristophanis (Pac. 775 sq.) locus :

Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους ἀπωσαμένη μετ' ἐμοῦ
τοῦ φίλου χόρευσον,
κλείουσα θεῶν τε γάμους ἀνδρῶν τε δαῖτας
καὶ θαλίας μακάρων· σοὶ γὰρ τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει.
Ἢν δέ σε Καρκίνος ἐλθὼν
ἀντιβολῇ μετὰ τῶν παίδων χορεῦσαι,
μηθ' ὑπάκουε μήτ' ἔλ-
θῃς συνέριθος αὐτοῖς,
ἀλλὰ νόμιζε πάντας
ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλιαύχενας ὀρχηστὰς
ναννοφυεῖς, σφυράδων ἀποκνίσματα, μηχανοδίφας.
Καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατήρ, ὃ παρ' ἐλπίδας
εἶχε, τὸ δρᾶμα γαλῆν τῆς
ἑσπέρας ἀπάγξαι.

Ad quem Scholiastes hæc adnotat (vs. 794.) : Ὃ παρ' ἐλπίδας·) τοῦτο πρὸς τὸ ἄνω « μήτ' ἔλθῃς αὐτοῖς συνέριθος· » καὶ γὰρ εἶπεν ὁ πατὴρ γαλῆν τινὰ τῆς ἑσπέρας ἀπάγξαι τὸ δρᾶμα αὐτοῦ, ὅπερ εἶχε παρὰ προσδοκίαν, τουτέστιν ὃ μετὰ μόχθου συνεγράψατο. Διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς νόθον περὶ τὰ κλέμματα (ὡς νωθρὸν περὶ τὰ σκέμματα rectius Meineck. scripsit). Ἄλλως· δρᾶμα ἐποίησε τοὺς Μύας· διὰ τοῦτο καὶ γαλῆν εἶπεν ἀπάγξαι. Deinceps : γαλῆν τῆς ἑσπέρας) ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῆς γαλῆς τὸ δρᾶμα ἀπαγχθῆναι. Δρᾶμα γὰρ ποιήσας ὁ Καρκίνος [ἢ ὁ Ξενοκλῆς] παρῆλθε μέγα καυχώμενος ἐπ' αὐτῷ, καὶ παρελθὼν ἡττήθη. Ὡς ἡττηθέντος οὖν εἶπεν, ἐν ᾧ μεγάλας εἶχεν ἐλπίδας δρᾶμα· ἐπειδὴ δὲ αἱ γαλαῖ τοὺς μῦς νυκτὸς πνίγουσι, παρὰ τοῦτο παίζει. (Hoc scholion in cod. Rav. deest.) Unde jam veteres interpretes hæsisse intelligitur, qua ratione

verba καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατὴρ κτλ. accipienda essent; nec nostra ætate res ad liquidum perducta est. Hoc autem mihi est persuasum, neminem amplius fore qui Scholiastæ Carcinum drama quoddam Μύας scripsisse tradenti fidem habeat : imo hanc narrationem a Scholiasta ipso excogitatam esse facile intelligitur. Nec video, quid Th. Bergkii correctione Μινύας pro Μύας scribentis proficiamus, quippe qua accepta pariter verba καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατὴρ κτλ. explicatione egeant. Si autem recte video, locutio γαλῆ ἀπῆγξε — proverbialis fuit, primum de cibis, deinde de omnibus rebus usurpata, quas aliquis subito ereptas sibi videt, quum maxime se habere eas opinatur. Significavit igitur Aristophanes, Carcino, quum fabula quadam se victurum esse confideret, ut murem a fele, sic victoriam fortunæ invidia præter exspectationem esse captam. Id alter Scholiastes etiam sensisse videtur, quum scribit : παρῆλθε μέγα καυχώμενος κτλ. Sed quæcumque hujus loci sententia fuit, inde tamen non cognoscimus, qualis fuerit Carcini poesis. Nec aliunde hoc discimus : nam reliqui qui de Carcino exstant loci non tam ad ipsum, quam ad ejus filios pertinent. Quorum utrum tres an quattuor fuerint, dubium esse supra significavimus, quamvis accuratissime rem exploratam habuisse videatur Pherecrates apud Schol. Aristoph. Vesp. 1500 : Εἰς σμικρὸν (σκώπτει) τὸν Ξενοκλέα (sic recte cod. Ven. pro vulg. Φιλοκλέα)· καὶ τὸ φαλάγγιον μικρὸν καὶ συνεστραμμένον. Δῆλον δὲ ἐκ τῶν Φερεκράτους Ἀγρίων· καὶ Καρκίνος μέν τις ἦν ὁ Θωρυκίου υἱός· ἦσαν δὲ αὐτῷ

τρεῖς τινες μικροὶ κομῆται καὶ φιλαρχικοὶ τότε,
παῖδες ὄντες· νῦν δέ γ' εἰσὶ καὶ φιλαρχικώτεροι.
B. Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ τρεῖς ἐκεῖνοί γ' εἰσίν, ἀλλὰ τέτ-
[ταρες.

Sic Meinek. l. c. et Poet. com. I, p. 258 Scholiastæ verba probabiliter in versus redegit, nisi quod extremo loco pro φιλαρχικοὶ et φιλαρχικώτεροι scribi φιλορχικοὶ et φιλορχικώτεροι maluit, quod sane in familiam saltatione excellentem multo magis quadrat. Nec improbabiliter idem vir doctus verba καὶ καρκίνος. . . αὐτῷ uncis inclusit, ante δῆλον κτλ. poni et sic restitui jussit : καὶ Καρκίνος μὲν τραγῳδίας ποιητὴς ἦν, Θωρυκίου υἱός· ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες τέτταρες (*). Ut autem inter Pherecratem et Aristophanem, apud quem (sub fin. Vesp.) tres tantum Carcinitæ in scenam prodeunt, de numero eorum dissensio sit, tamen in hoc consentiunt, fuisse eos choreutas; cf. Aristoph. Vesp. 1493 sq., ubi senex Philocleo cum iis in certamen descendit. Aristoph. fgm. 523, vs. 2; Schol. Arist. Nub. l. c. Aristoph. Pac. l. c. (vide supra). Quod extremo loco autem Carcinus simul cum filiis saltasse dicitur, id Bentleio (Opusc. p. 278 ed. Lips.), ut recte Welck. p. 1019 monuit, non debebat in caussa esse, ut in corrupto Athenæi I, p. 22, A.) loco (*) pro Cratino Carcinum inter veteres tragœdiæ poetas ὀρχηστικοὺς referret, quamvis etiam alibi Cratini et Carcini nomina confusa sint, velut Athen. XIII, p. 566, E, et Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 5, p. 738 P., si vera Meinekii correctio. (Cf. Carcin. min. inc. fab. fgm. VIII.) Nam Thespis, Pratinas, Phrynichus a Carcino ejusque prole et temporis intervallo et saltationis genere longe distant. (Vide ea quæ hujus libri initio de illis disputavimus.) Familia Carcinea ubique vehementer irridetur : sic v. c. chorus in Aristoph. Pac. l. c. vel Musam rogat, ut illam saltatum venturam arceat; cui testimonio locos addas, quibus eorum corpora ac saltationis genera paullo accuratius describuntur : Aristoph. Vesp. l. c., Pac. 788 et Schol. ad h. l., quem exscripsit Suid. v. Καρκίνος, ποιητὴς Ἀττικός· Pac. 864 et Schol. ad h. l.

E Carcini filiis maximam gloriam nactus est itaque plurimas Comicorum irrisiones excitavit Xenocles, de quo quum solus omnium tragœdias scripsisse videatur, nunc seorsum agemus.

ΞΕΝΟΚΛΗΣ.

Xenocles filiorum Carcini natu minimus erat (cf. Aristoph. Vesp. 1510 et Schol. ad h. l.) idemque non differebat, ut supra veri simile nobis visum est, a Date tragico. Fabulas jam ante Ol. LXXXIX, 1 egit, ut ex Aristophanis Nubibus liquet, in qua comœdia Schol. teste irrisus fuit. Aristophanis (Nub. 1259 sq.) verba hæc sunt :

ΑΜ. Ἰώ μοί μοι.
ΣΤΡ. Ἔα·
τίς οὑτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; οὔ τί που
τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο;
ΑΜ. Τί δ' ὅστις εἰμί, τοῦτο βούλεσθ' εἰδέναι;
ἀνὴρ κακοδαίμων.
ΣΤΡ. Κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου.
ΑΜ. Ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλάς, ὥς μ' ἀπώλεσας.
ΣΤΡ. Τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν;
ΑΜ. Μή σκῶπτέ μ', ὦ τᾶν, κτλ.

Ubi jam vs. τίς οὑτοσί ποτ' ἔσθ' κτλ., qui ante ad

(*) Fortasse Carcinus nothum quendam filium habuit, et propterea a Pherecrate istis versibus vellicatus est.

(*) De hoc loco vide quæ ad Thespidem disputavimus.

Carcinum, Xenoclis patrem referebantur, ad Xenoclem pertinere præclare monuit Welckerus adstipulantibus schol. Rav. et Ven. (τῶν Καρκίνου· ἐπεὶ τραγικῶς ἀνεφώνησε τὸ ἰώ μοί μοι· οἱ δὲ Καρκίνου παῖδες Ξενοκλῆς καὶ Ξενότιμος, Ξενοκλῆς δὲ τραγῳδίας ποιητής· παρ' ὑπόνοιαν δὲ εἶπε, δέον παίδων), et schol. Aldin. (παρ' ὑπόνοιαν εἶπεν ἀντὶ τοῦ παίδων· ἐπεὶ τραγικῶς ἀνεφώνησε τὸ ἰώ μοί μοι. Καρκίνου δὲ παῖδες κτλ. ut supra. ὡς βέβαιον δὲ ἔχων (recte Welck. ἔχοντος) τὸ νικᾶν κατειρωνεύεται αὐτοῦ.) Verba φασὶν ὡς ὁ Καρκίνος οὗτος ποιητὴς ὢν τραγικὸς, εἰσήγαγέ τινας τῶν θεῶν ἔν τινι δράματι δεινοπαθοῦντας, quæ contrariam virorum doctorum opinionem excitarunt, nec nisi in editt. Juntin. et Victor. exstant, recentioris haud dubie originis sunt. Nam Xenoclem carpi etiam sequentes Aristophanis versus docent, quibus ejus *Licymnius*, Schol. teste, perstringitur, cujus verba hæc sunt : ὦ σκληρὲ δαῖμον·) ταῦτα Ξενοκλέους ἐστὶν ἐκ τοῦ Λικυμνίου· λέγεται δὲ ὑπ' Ἀλκμήνης Λικύμνιον τεθνηκέναι ὑπὸ Τληπολέμου (sc. ἀκουσάσης)· διὸ καὶ ἐπιφέρει « τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν; » Εὐφρόνιος παρὰ Ξενοκλεῖ φησιν εἶναι τὸ χρυσάντυγες (schol. Aldin. fortasse rectius χρυσάμπυγες), ἐξ οὗ παραπεποιῆσθαι τὸ θραυσάντυγες τοῦτο, ἐπεὶ ἐμνήσθη αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πατρός. Cui cur fidem abrogemus profecto non est, præsertim quum aliquem castigari Aristophanes ipse verbis μὴ σκῶπτέ μ' indicaverit. Probabilis igitur est Welckeri conjectura et extremis schol. Aldin. verbis confirmari videtur, paulo ante quam Aristophanes Nubes docuerit, tetralogiam quandam Xenoclis victoriam sibi denegari non posse opinantis explosam esse, cujus pars fuerit *Licymnius* tragœdia. De cujus argumento quod nihil præterea scimus, valde dolendum est, quum haud dubie inde aliquid ad Euripidis Licymnium accuratius cognoscendam lucrari potuissemus. Cum judicio, quod Aristophanes de Xenoclis Licymnio fecit, si alia ejusdem auctoris et Platonis comici testimonia (Aristoph. Ran. 86 : Ὁ δὲ Ξενοκλῆς; ἐξόλοιτο νὴ Δία (*)· Thesm. 169 : Ὁ δὲ Ξενοκλέης ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ. Ibid. 440 : Ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου, ὡς ἐγῷμαι, πᾶσιν ἡμῖν ἄντικρυς μηδὲν λέγειν· ubi Schol. διὰ τὸ εὐμήχανον ἐν τοῖς δράμασι λέγεσθαι τὸν Ξενοκλέα πρὸς τὰς τῆς γυναικὸς μηχανὰς παρελήφθη· χλευάζων δὲ λέγει οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, ὡς ἐπὶ συμμέτρου. Plato apud Schol. Aristoph. Pac. 792 collat. Suid. v. Καρκίνος μηχανοδίφας· ἀπὸ μέρους τοῦτο· Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασι. Πλάτων Σοφισταῖς « Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου. » Schol. Aristoph. Ran. 86, quem exscripsit Suid. v. Ἄξεστος : Ξενοκλῆς, υἱὸς Καρκίνου, ὃς κωμῳδεῖται ὡς ἄξεστος ἐν τῇ ποιήσει καὶ ἀλληγορικός) comparamus, haud multum eum excelluisse recte statuemus. Præcipue propter impurum quoddam et artificiosum dicendi genus reprehensus esse videtur, quod quum ex locis Aristoph. Nub. l. c. Schol. Ran. 86, tum inde colligi potest, quod ei Datidis cognomen imponitur, vel quod — nam hoc idem valet — datismus ei exprobratur. (Vide nos supra ad Carcin.) Quum præterea Xenoclis variis artibus et justo sæpius machinis in tragœdia usus esse videatur, non potest mirum nobis esse, quod scripsit Æl. V. H. II, 8 : Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννεακοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης, καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ· τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδει καὶ Τρωσὶ (leg. Τρῳάσι)· γελοῖον δὲ (οὐ γάρ;) Εὐριπίδην μὲν ἡττᾶσθαι, Ξενοκλέα δὲ νικᾶν καὶ ταῦτα τοιούτοις δράμασιν. Imo comprobanda nobis videbitur Æliani sententia. E fabulis, quarum memoriam Ælianus servavit, nihil præter ipsos titulos superest : tamen ex his facile, qualia fuerint argumenta, conjicias, præcipue quum *OEdipum, Bacchas* et *Athamantem sat.* plures poetæ scripserint. *Lycaone* id repræsentatum fuisse videtur, quod tradit Apollod. III, 8, 1 : « Pelasgi et Melibœæ, Oceani filiæ, sive, ut alii volunt, Cyllenes nymphæ, filius erat Lycaon, qui Arcadibus imperans e multis uxoribus quinquaginta liberos suscepit : Mænalum etc. Hi superbia et impietate cunctis mortalibus antesteterunt. Quare Juppiter, ut horum impietatis periculum faceret, sumpta hominis mercenarii forma, ad eos accedit. Tum hi invitantes eum hospitio, e conterraneis puerum quendam jugulaverunt, cujus viscera cum victimarum carne commixta, Mænali fratris natu maximi suasu, in epulo ei apposuerunt. At Juppiter mensam evertit eo in loco, qui nunc Trapezus vocatur, Lycaonem vero et liberos ejus fulmine ictos interfecit præter Nyctimum natu minimum. Terra enim sublatis in altum manibus et dextra Jovis comprehensa illius iram compescuit. » — Fragmenta Xenoclis nulla supersunt præter versus quosdam e *Licymnio* ductos, quos expiscari possumus ex Aristophanis verbis supra allatis (1265—66) collat. Schol. et fortasse vs. 1272. Ἵππους ἐλαύνων ἐξέπεσον νὴ τοὺς θεούς· ad quem schol. : Ἵππους γ' ἐλαύνων· καὶ τοῦτο ἐκ παρῳδίας.

(*) Ex quo versu simul consequitur, Xenoclem etiam Ol. XCIII, 3 inter vivos fuisse.

ΚΑΡΚΙΝΟΣ.

Carcinum non Theodectæ, sed Xenoclis filium fuisse jam supra monuimus (ad Carcinum antiquiorem), idque luculenter patet ex Harpocr. v. Καρκίνος (vide fragm. 5). Unde simul Suidæ testimonium Carcinum circa Olympiadem centesimam floruisse tradentis confirmari videmus; nam Lysias, qui illic poetæ mentionem fecit, ipse Ol. C, 2 mortem obiit. Eundem vero vitam certe usque ad Ol. CVI produxisse, e Diog. Laert. II, 7, apparet, ubi Polycritus Carcinum una cum Æschine Socratico apud Dionysium (sc. minorem) tyrannum usque ad Dionis reditum versatum esse tradit : Dionysius enim expulsus est ineunte Ol. CVI (cf. Diod. Sic. XV, 73, 5). Neminem autem opinor offendet, quod Carcinus apud Diogenem κωμῳδοποιὸς dicitur, si quidem ea meminerit, quæ ad Philoclis Vitam de frequenti vocabulorum κωμῳδοποιός, κωμικός et τραγῳδοποιός, τραγικός commutatione disputavimus. Nec propterea Xenoclis filium, sed alium quendam Carcinum, poetam comicum, a Polycrito significari aliquis neget, quia hac ratione nimis longa vita illi tribuatur : nam re vera eum diuturnam egisse vitam jam ex numero centum et sexaginta fabularum, quas Suida teste (vide ad Carcinum majorem) docuit, jure concludi potest. Itaque vix amplius dubium erit, quin ad eundem Carcinum referenda sint, quæ tradit Diod. Sic. V, 5, p. 334 (vide fgm. 4). Quod bene intellexit Meinekius Hist. crit. com. p. 508 sq., Wesselingii de Carcino Agrigentino cogitantis opinionem vanam esse docens. — Carcini poesis genus quale fuerit, quum pauca tantum eaque non magni ambitus fragmenta supersint, accurate cognosci nequit : atqui hoc unum e nonnullis certo liquet, poetam ad Euripidis imitationem sese composuisse; cf. Carcin. fgm. 2 cum Eurip. fgm. 308, Carcin. fgm. 4 cum Eurip. fgm. 67, Carcin. fgm. 7 cum Eur. fgm. 947, Carc. fgm. 5 cum Eurip. fgm. 266. Nec multum eum arte sua valuisse, quum ex eo, quod semel tantum Suida teste (Aeropa ut videtur) vicit, quanquam 40 tetralogias docuit, tum ex iis perspicitur, quæ in ejus tragœdiis Menander et Aristoteles notarunt. (Vide paullo inferius de ejus Oreste, Amphiarao, Thyesta.) Ex quadraginta illis tetralogiis vel centum et sexaginta fabulis Suidas duas tantum *Achillem* et *Semelen*, easque ex Athenæo l. c. affert, sed præterea Carcino ab aliis hæ assignantur : *Orestes*, *Œdipus*, *Medea*, *Thyestes*, *Aerope*, *Tereus*, *Alope*, *Amphiaraus*. Perquam probabilis enim est Meinekii ac Welckeri sententia, quum de Carcini antiquioris tragœdiis, ut supra vidimus, nihil fere nobis traditum sit, fabulas omnes, quæ hic illic sub Carcini nomine citentur, nepoti, non avo, esse vindicandas. Sed cavendum esse ne inter eas referatur Κύπριος fabula, quam Fabricius corrupto Hesychii loco (v. Ἀλάθη) nixus affert, præclare monuit Meinek. l. c. p. 511 sq. De reliquis nunc seorsum paucis agemus.

ΑΕΡΟΠΗ [= ΘΥΕΣΤΗΣ].

Hujus fabulæ nemo meminit præter Plut. De glor. Athen. 7, p. 349, F : Ταῦτα ἡ πόλις ἑορτάζει καὶ ὑπὲρ τούτων θύει τοῖς θεοῖς, οὐκ ἐπὶ ταῖς Αἰσχύλου νίκαις ἢ Σοφοκλέους· οὐδὲ ὅτι Καρκίνος Ἀερόπῃ συνῆν (εὐημέρει Pors. ad Eur. Hec. 536. Ἀερόπην καθῆκεν Kœpkius in Zimmermanni Diar. Antiqu. a. 1844. p. 481. Sed fortasse scribendum est : συνέστη, h. e. *certabat*) ἢ Ἕκτορι Ἀστυδάμας. Itaque alii viri docti in universum de hac fabula dubitationes moverunt, alii eam certe non diversam esse a *Thyesta* judicarunt. Quorum sententia haud improbabilis videtur, quum Aerope in scenam sine Thyesta vix induci potuerit (vide enim quæ de utriusque necessitudine ad Euripidis Cressas disputavimus), quumque de *Carcini Thyesta* Aristoteles ita locutus sit, ut haud temere Thyestam in Aeropa tragœdia personam fuisse statui possit. Cujus verba hæc sunt (Poet. c. 16 init., p. 1454, 19 ed. Bekk.) : Εἴδη δὲ ἀναγνωρίσεως, πρώτη μὲν ἡ ἀτεχνοτάτη, καὶ ᾗ πλεῖστοι χρῶνται δι' ἀπορίαν, ἡ διὰ τῶν σημείων. Τούτων δὲ τὰ μὲν σύμφυτα, οἷον « λόγχην ἣν φοροῦσι Γηγενεῖς » ἢ ἀστέρας οἵους ἐν τῷ Θυέστῃ Καρκίνος, τὰ δὲ ἐπίκτητα κτλ. Aristoteles verba de variis agnitionis generibus fecit et innati quidem signi quasi exemplum Carcini Thyesten commemorat, quippe qui stellas, quibus Pelopidæ insignes erant, impressas habuerit. Recte inde Welck. l. c. p. 1063 concludisse mihi videtur, Thyesten aliena veste, ne agnosceretur, sumpta in Atrei domum venisse, ibi vero e stellis agnitum esse : manifesto igitur dramatis scenam in Atrei ædibus fuisse. Quæ conclusio si recte se habet, vix *Thyesten* diversam ab *Aeropa* fabulam fuisse statuere nobis licebit.

ΑΛΟΠΗ.

Alopes argumentum, nisi quod ad exitum spectabat, non differebat ab eo quod Euripides in fabula eodem nomine scripta tractaverat quodque nos ad Euripidis fragmenta exposuimus : exitum vero cognoscimus ex Aristotele (Ethic. Nicom. VII, 8, p. 1150, 5 ed. Bekk.) hæc tradente : Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ ἐγκράτειαν καὶ ἀκρα-

σίαν· οὐ γὰρ εἴ τις ἰσχυρῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἡττᾶται ἢ λυπῶν, θαυμαστὸν, ἀλλὰ συγγνωμονικὸν, εἰ ἀντιτείνων, ὥσπερ ὁ τοῦ Θεοδέκτου Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ ἔχεως πεπληγμένος, ἢ ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων, καὶ ὥσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα ἀθρόον ἐκκαγχάζουσιν, οἷον συνέπεσε Ξενοφάντῳ, ἀλλ' εἴ τις πρὸς ἃς οἱ πολλοὶ δύνανται ἀντέχειν, τούτων ἡττᾶται καὶ μὴ δύναται ἀντιτείνειν κτλ. Ad quem Aspasius et Schol. Aristot. in Cram. Anecd. Gr. Paris. I, p. 243, 15 adnotant : Ὁ Καρκίνος τραγικὸς ἦν· ὁ δὲ Κερκύων εἶχε θυγατέρα τὴν Ἀλόπην· μαθὼν δὲ ὅτι ἐμοιχεύθη ἡ αὐτοῦ θυγάτηρ Ἀλόπη, ἠρώτησεν αὐτὴν, τίς ὁ μοιχεύσας, λέγων· εἴ μοι τοῦτο εἴποις, οὐδόλως ἂν λυπηθῇς (rectius Aspas. Οὐδ' ὅλως ἂν λυπηθῶ). Εἶτα εἰπούσης τῆς Ἀλόπης τὸν αὐτὴν μοιχεύσαντα, οὐκέτι ὁ Κερκύων ὑπὸ τῆς λύπης ἔφερε ζῆν, ἀλλὰ τὸ ζῆν ἀπελέγετο. Inde Carcini Cercyonem longe diversum ab Euripidis Cercyone fuisse intelligitur : nam non irascitur nec sævit in filiam, sed ob ejus calamitatem atque ignominiam vehementissimis doloribus cruciatur nec vitam amplius ferre vult, quum filiam a suo ipsius patre Neptuno compressam esse comperit. Attamen Cercyonem non re vera mortuum, sed ab ipso Neptuno nece prohibitum esse mihi persuadeo.

ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ.

Amphiarai quale fuerit argumentum ignoramus ; hujus fabulæ notitiam enim reprehensioni tantum modo debemus, qua eam Aristoteles affecit, hæc scribens (Poet. c. 17, p. 1455, 22 ed. Bekk.) : Δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενον, Οὕτω γὰρ ἂν ἐναργέστατα ὁρῶν, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομένοις εὑρίσκει τὸ πρέπον, καὶ ἥκιστ' ἂν λανθάνοιτο τὰ ὑπεναντία. Σημεῖον δὲ τούτου ὃ ἐπετιμᾶτο Καρκίνῳ· ὁ γὰρ Ἀμφιάραος ἐξ ἱεροῦ ἀνῄει, ὃ μὴ ὁρῶντα τὸν θεατὴν ἐλάνθανεν, ἐπὶ δὲ τῆς σκηνῆς ἐξέπεσε δυσχερανάντων τοῦτο τῶν θεατῶν. (H. e. Amphiaraus spectatoribus insciis, quippe qui hoc non vidissent, ex templo redierat. Itaque in scena displicuit fabula ægre illud ferentibus spectatoribus.)

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

De hac fabula idem valet, quod de Iophontis Achille disputavimus : nam admodum dubium est, quod ex uno, qui superest, versu Welck. collegit, dramatis argumentum ex Iliade petitum videri.

I. (1.)

Athen. V, p. 189, D : ... οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς (sc. τὰς αὐλῶνας καλοῦσι). Καρκίνος μὲν Ἀχιλλεῖ :

Βαθεῖαν εἰς αὐλῶνα περίδρομον στρατοῦ.

ΜΗΔΕΙΑ.

Medeæ quale fuerit argumentum, facile ex ipso titulo conjicias, ac mox conjecturam confirmatam invenias Aristotelis testimonio, qui solus hujus fabulæ mentionem fecit, sic scribens (Rhet. II, 23, p. 1400, 7 ed. Bekk.) : Ἄλλος τόπος τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι, οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ οἱ μὲν κατηγοροῦσιν ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν, οὐ φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς· ἥμαρτε γὰρ ἡ Μήδεια περὶ τὴν ἀποστολὴν τῶν παίδων· ἡ δ' ἀπολογεῖται ὅτι οὐκ ἂν τοὺς παῖδας ἀλλὰ τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινεν· τοῦτο γὰρ ἥμαρτεν ἂν μὴ ποιήσασα, εἴπερ καὶ θάτερον ἐποίησεν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Quod de Medea diximus, idem cadit in Œdipum, de qua hæc habet Aristot. Rhet. III, 16 fin, p. 1417, 18 : Ἂν δ' ᾖ ἄπιστον, ὑπισχνεῖσθαί τε καὶ αἰτίαν λέγειν εὐθὺς καὶ διατάττειν οἷς βούλονται, οἷον ἡ Ἰοκάστη ἡ Καρκίνου ἐν τῷ Οἰδίποδι ἀεὶ ὑπισχνεῖται πυνθανομένου τοῦ ζητοῦντος τὸν υἱόν· καὶ ὁ Αἵμων ὁ Σοφοκλέους.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Hujus fabulæ memoriam servarunt Phot. et Suid. v. Καρκίνου ποιήματα : Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ· (ἀντὶ τοῦ Suid.) αἰνιγματώδη· ὁ Καρκίνος Ὀρέστην, ὑπὸ (ἀπὸ plerique Suidæ codd.) Ἡλίου (Ἰλίου Suid.) ἀναγκαζόμενον ὁμολογῆσαι ὅτι ἐμητροκτόνησεν ἐποίησε δι' αἰνιγμάτων ἀποκρινόμενον. Pro Ἡλίου Dobr. Addend. p. 710 et Meinek. l. c. Ἀπόλλωνος scribi volunt, quum sæpius in libris mss. confusa sint nomina Ἥλιος et Ἀπόλλων. Welckero contra haud probabile videtur, Apollinem ipsum simul cum Oreste in scenam prodiisse et matricidium ei exprobrasse, quum ipse ejus cædis auctor Oresti fuisset. Sed hæc ratio mihi non sufficere videtur : nam fortasse hac ipsa in re Carcinus aliquid novavit ac fortasse vel ipse Solem pro Apolline introduxit. Prorsus improbandam igitur duco Valckenarii et Hemsterhusii conjecturam, qui ad finem Orestis Euripideæ respicientes Μενελάου pro Ἡλίου scribi jusserunt, quasi Carcinus fabulam eodem modo quo Euripides, instituere debuisset. Quemadmodum vero Menander l. c. Carcini obscurum atque ambiguum di-

---

Altam in fossam, quæ exercitum circumdabat.

cendi genus castigavit, ita tecte idem significasse videtur Stratonicus apud Athen. VIII, p. 351, F qui ᾄσαντός τινος ἤρετο τίνος ὁ μέλος, εἰπόντος δ' ὅτι Κα ρκίνου, Πολύ γε μᾶλλον, ἔφη, ἢ ἀνθρώπου.

ΣΕΜΕΛΗ.

Semeles argumentum haud dubie iis continebatur, quæ memoriæ tradidit Apollod. III, 4, 3 : « Juppiter vero Semeles amore captus clam Junone cum ea concumbit. Hæc autem a Junone decepta, Jove quidquid deposceret sese præstiturum pollicente, ex eo petit, ut talis ad se accedat, qualis venerit Junonis nuptias ambiens. Quod quum Juppiter abnuere non posset, curru vectus tonans et fulminans ejus thalamum ingreditur. Quare Semele metu exstincta semestrem partum edidit, quem Juppiter e medio abreptum igni femori insuit. Semele exstincta reliquæ Cadmi filiæ sermonibus divulgant eam cum mortalium quodam concubuisse et ab Jove se compressam mentitam, eamque ob rem fulmine ictam esse. Congruo deinde tempore Juppiter solutis filis Dionysum parit eumque tradit Mercurio. Hic ad Ino et Athamantem puerum defert, iisque suadet ut tanquam puellam educent. » — Quod argumentum jam ante Carcinum ab Æschylo (cf. Æsch. fragm. ed. Ahrens. p. 228) et fortassis etiam a Sophocle in Ὑδροφόροις tractatum est.

I. (2.)

Athen. XIII, p. 559, F : Καρκίνος δ' ὁ τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχὴ « Ὦ νύκτες » φησί,

Ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;
ἀρκοῦν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον.

ΤΗΡΕΥΣ.

De hoc dramate idem valet, quod de *Philoclis Tereo* disputavimus, quam conferas velim.

I. (3.)

Stob. CIII, 3. Καρκίνου Τηρεύς·

Ἀσκεῖν μὲν ἀρετὴν, εὐτυχεῖν δ' αἰτεῖν θεούς,
ἔχων γὰρ ἄμφω ταῦτα, μακάριός θ' ἅμα
κεκλημένος ζῆν κἀγαθὸς δυνήσεται.

Vs. 1, cod. Paris. B αἴτει, quod Welck. recepit. Sed sæpissime infinitivus pro imperativo adhibitus est. — Vs. 3. Paris A. B. τἀγαθός.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

Diod. Sic. V, 5 : Περὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν Κόρην ἁρπαγῆς, ὅτι γέγονεν, ὡς προειρήκαμεν, πολλοὶ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μεμαρτυρήκασιν. Καρκίνος μὲν γὰρ, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς, πλεονάκις ἐν ταῖς Συρακούσαις ἐπιδεδημηκὼς καὶ τὴν τῶν ἐγχωρίων τεθεαμένος σπουδὴν περὶ τὰς θυσίας καὶ πανηγύρεις τῆς τε Δήμητρος καὶ τῆς Κόρης, κατεχώρισεν ἐν τοῖς ποιήμασι τούσδε τοὺς στίχους·

Λέγουσι Δήμητρός ποτ' ἄρρητον κόρην
Πλούτωνα κρυφίοις ἁρπάσαι βουλεύμασιν,
δῦναί τε γαίας εἰς μελαμφαεῖς μυχούς·
πόθῳ δὲ μητέρ' ἠφανισμένης κόρης
μαστῆρ' ἐπελθεῖν πᾶσαν ἐν κύκλῳ χθόνα·
καὶ τὴν μὲν Αἰτναίοισι Σικελίαν πάγοις
πυρὸς γέμουσαν ῥεύμασιν δυσεμβόλοις
πᾶσαν στενάξαι, πένθεσιν δὲ παρθένου
σίτων ἄμοιρον διοτρεφὲς φθίνειν γένος·
ὅθεν θεὰς τιμῶσιν εἰς τὰ νῦν ἔτι.

Quos versus cur Prellerus (*Demet. et Perseph.* p. 178) ad Alopen referri voluerit non perspicio.

II. (5.)

Harpocr. v. Καρκίνος (p. 105, 28 Bekk.)· Λυσίας ἐν τῇ περὶ τοῦ κυνὸς ἀπολογίᾳ, εἰ γνήσιος, « Ἐλυμαίνοντο γάρ μου τὸν καρκίνον εἰσφοιτῶσαι αἱ κύνες. » Καὶ ὅταν ὁ σῖτος ῥιζωθῇ κατὰ τῆς γῆς, κεκαρκινῶσθαί φασι, Φερεκράτης Αὐτομόλοις « Ὁπόταν σχολάζῃς, νεῖψον, ἵνα τὰ λήϊα συγκαρκινωθῇ. » Λέγεται καρκίνος

2.

O dî, quid opus est feminis male dicere?
Satis hoc vel unum est, feminam si dixeris.
GR.

3.

Virtus colenda est semper, oranda est deos
Fortuna : quisquis ista conjunxit duo,
Boni et beati nomen is merito feret. GR.

4.

Narratur olim Cereris almam virginem
Raptasse Pluto consiliis fallacibus,
Atramque mox subisse telluris specum.
Materque natæ perditæ cupidine
Obambulasse quidquid est circum soli
Trinacriæ autem subditos Ætnæ jugis
Igne evagante flammeis sub fluctibus
gemisse campos Liberæ ut luctu gravi
Taberet expers frugis humanum genus :
Honos deabus unde in hunc mansit diem.
GR.

καὶ πάθος τι συμβαῖνον ἐν τοῖς σώμασιν, ὃ νῦν καρκίνωμα καλοῦσιν. Ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα, οὗ μνημονεύει Ἰσοκράτης Τραπεζιτικῷ· εἴη δ' οὗτος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ὁ πεμφθεὶς περιπλεῦσαι Πελοπόννησον. Περὶ δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ, τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Μνησίμαχόν φησι » συντίθεται δὲ τούτοις καὶ Καρκίνος ὁ ποιητὴς εἰπών·

Οὐκ οἶνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους
ὀρθῶς παγείσας [νουθετήμασιν] φρένας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Versus sic primus restituit Grot. Exc. p. 450, quum antea oratione pedestri legeretur : οὐ κεῖνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους ὀρθῶς παγείσας μὲν φρένας οὐδεὶς κτλ. Verba οὐ κεῖνος, quæ Vales. in νοῦ κεῖνος mutari voluit, egregie ita Bekkerus correxit, ut supra exhibuimus. Similiter locutus est Eurip. fragm. 266, et incertus poeta in versu, quem sine auctoris nomine, Tryphon, qui dicitur, in Museo crit. Cantabrig. I, p. 48., et in Walzii Rhett. Gr. VIII, p. 739, 6, affert :

Οἶνός μ' ἔπεισε, δαιμόνων ὑπέρτατος.

quemque Meinek. (Poet. com. vol. IV, p. 694) ab eodem Carcino profectum esse suspicatur. Versus ex Alope superesse videntur.

III. (6.)

Stob. XXIX, 31, cum lemmate Καρκίνου ex Paris. A, ubi superscriptum est : γρ. Εὐριπίδου. Maxim. Mon. (in edit. Stob. a. 1609) Serm. XC, p. 149, 24, c. l. Καρκίνου.

Οὐδεὶς ἔπαινον ἡδοναῖς ἐκτήσατο.

IV. (7.)

Stob. XXXIII, 1.

Πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποισι φάρμακον κακῶν
σιγή, μάλιστα δ' ἐστὶ σώφρονος τρόπου.

V. (8.)

Stob. XXXVIII, 18.

Χαίρω σ' ὁρῶν φθονοῦντα, τοῦτ' εἰδώς, ὅτι
ἓν δρᾷ μόνον δίκαιον, ὧν ποιεῖ, φθόνος·
λυπεῖ γὰρ αὐτὸ κτῆμα τοὺς κεκτημένους.

Vs. 2 δίκαιον ex emendatione Porsoni scriptum est pro eo, quod codd. præbent : ἴδιον. Similiter vs. 3 depravatus erat, quum legeretur : αὐτὸ τό, ubi alterum illud τὸ manifesto ex prægresso τὸ in αὐτὸ originem duxit. Welck. proposuit αὖ τὸ, quod minus placet.

VI. (9.)

Stob. XCIII, 8.

Δειλόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

Recte Gesn. δειλόν pro vulg. δεινόν dedit, nam Carcinus imitatus est Eurip. Phœn. 600 : Εἰσορῶ, δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. Meinek. Hist. crit. com. p. 512 præterea maluit δειλόν γ' ὁ πλοῦτος, nisi forte versus trochaicus fuit initio mutilatus, quem suppleas adjecto ἀλλά.

VII. (10.)

Stob. XCIII, 11.

Ὦ πολλὰ πλοῦτος δυστυχέστατος κυρῶν,
ὅμως μέγιστον ζῆλον ἐν βροτοῖς ἔχεις.

Vs. 1 Grot. et Gesn. ὁ πολλὰ, Valck. ὡς πολλά
Vs. 2 erat ἔχει, quod correxit Meinek. l. c.

*VIII (11.)

Inter Carcini fragmenta Meinek. (Poet. com. II, 1, p. 72) præterea referendum censet locum Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 5, p. 738 P., ubi hæc leguntur : Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσι·

Φοβερὸν ἀνθρώποις τόδ' αὖ (τόδε Grot.)
κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

5.

(Te Bacchus haud coegerat :) namque insitis
Animo institutis stabile fundatam indolem
Ad prava agenda nulla trahet occasio.

GR.

6.

Clarum voluptas nemini peperit decus.

GR.

7.

Multis malorum remedium est silentium,
Egregia præbens signa moratæ indolis.

GR.

8.

Quum te invidentem tueor, est quod gaudeam;
Nam multa livor inter habet hoc proprium :
Dolore dominum semper opulentat suum.

GR.

9.

Ignavum vero sunt divitiæ et vitæ amans
Malum. GR.

10.

Quanquam miseriis est ferax pecunia,
Tamen acre hominibus excitat studium sui.

GR

11.

Res hominum horrenda hæc est quidem
Se jactitare adversus miseros mortuos.

GR.

Negat enim, Cratinum comœdiam Λάκωνες inscriptam docuisse, itaque pro Cratino *Carcini* nomen substituit, versusque sic correctos exhibet :

Ἐν τοῖς Λάκωσι φθονερὸν ἀνθρώποις πέλει
κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

In quibus φθονερὸν ex Jacobsii conjectura scriptum est. — Sed ut *Cratini* et *Carcini* nomina facile commutari potuerint, tamen justam non video causam, cur hi versus a Cratino abjudicentur et Cratinum Λάκωνας scripsisse negetur. Immo sententia, qua in Lacedæmonios aperte invehitur, in tragœdia intolerabilis fuit.

POETÆ EURIPIDI ET ARISTOPHANI ÆQUALES.

Quæstione de poetarum tragicorum scholis, quæ quidem nobis innotuerunt, ad finem perducta, ad eos poetas nos convertamus oportet, qui Euripidis ætate et paullo post ejus mortem tragœdias scripserunt. De quibus Aristophanes Ol. XCIII, 3 in universum sic judicavit (Ran. 72):

ΔΙΟΝ. Δέομαι ποιητοῦ δεξιοῦ·
οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

et postea vs. 89 sq. :

ΗΡ. Οὔκουν ἕτερ' ἔστ' ἐνταῦθα μειρακύλλια
τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια,
Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα;
ΔΙΟΝ. Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα,
χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης,
ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον χορὸν λάβῃ,
ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ·
γόνιμον δὲ ποιητὴν ἂν οὐχ εὕροις ἔτι
ζητῶν ἂν, ὅστις ῥῆμα γενναῖον λάκοι.

Quorum ex grege tantummodo Agathonem et Iophontem laude dignos censuit. Nomina poetarum, quos Aristophanes ante oculos habuerit, e Ranis non innotescunt : nam ibi tantum *Xenocles* et *Pythangelus* commemorantur; sed facile eos quum e reliquis Aristophanis aliorumque comicorum fabulis tum aliunde cognoscimus. Quos igitur singillatim paucis sub judicium vocabimus.

ΠΥΘΑΓΓΕΛΟΣ.

Pythangelus uno tantum loco (Aristoph. Ran. 87),

ΗΡ. Πυθάγγελος δέ;
ΞΑΝΘ. Περὶ ἐμοῦ δ' οὐδεὶς λόγος
ἐπιτριβομένου τὸν ὦμον οὑτωσὶ σφόδρα,

atque ibi quidem sine dubio eo consilio commemoratur, ut malis poetis accenseri possit. Quod Aristophanes satis acerbe fecit, ut bene Scholiastes perspexit : Xanthias servus enim mirabundus queritur, quod de se sermo non sit, quum Pythangeli mentio sit facta. Scholiastæ verba hæc sunt : Πυθάγγελος δέ· τραγῳδίας ποιητὴς μοχθηρὸς καὶ ἄσημος. Ὁ Ξανθίας δὲ ὑπομνησθεὶς Πυθαγγέλου φησὶν ὅτι οὐ φροντίζετέ μου, Πυθαγγέλου καὶ ταῦτα φροντίζοντες καὶ μνημονεύοντες. Καλῶς δὲ καὶ πικρῶς ἔδειξεν ὡς δοῦλος τὸ προκείμενον.

ΓΝΗΣΙΠΠΟΣ.

De *Gnesippo* plures exstant poetarum comicorum loci, quos jam congessit Athen. XIV, p. 638, D : Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης, λέγων οὕτως·

Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδ' ὁ Κλεομένης
ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖς κατεγλυκάνατο.

Καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας δὲ πεποιηκώς φησι,

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
ἀρχαῖον ἀειδέν· ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν,
ὃς νυκτερίν' εὗρε μυχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς·

Τίς ἄρ' ἐρῶντά (sic Grot. pro vulg. ἔρωτα) μ' οἶ-
[δεν, ὦ Γνήσιππ'; ἐγὼ πολλῇ χολῇ·
οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν.

Σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις·

Ὃς γὰρ οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορὸν,
Τῷ Κλεομάχου δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Ἐν δὲ ταῖς Ὥραις·

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά.

Τηλεκλείδης δ' ἐν τοῖς Στερροῖς καὶ περὶ μοιχείας ἀναστρέφεσθαί φησιν αὐτόν. Quicumque hos locos opi-

nione non præjudicata ponderaverit, negare non poterit (id quod maxime verba σκώπτει δὲ αὐτὸν sc. Γνήσιππον demonstrant), omnibus unum eundemque virum, Gnesippum, castigari. Quum igitur in loco e Cratini Horis ducto omnium codd. consensu ὁ Κλεομάχου legeretur indeque Gnesippum Cleomachi filium fuisse consequeretur, cum Dobræo (ad Aristoph. Ran. 1337), Bergkio (Reliq. com. Att. p. 32 sq.), Meinekio (Poet. com. II, 1, p. 27 sq.), Welckero (Poet. Trag. p. 1024 sq.) haud dubie etiam altero loco e Bubulcis petito, τῷ Κλεομάχου corrigendum, neque vero, ut Dalecampio, Casaubono, Dindorfio, lacunam ante verba σκώπτει δὲ αὐτὸν κτλ. statuentibus visum est, in illo ὁ Κλεόμαχος scribendum erit. Nam vix est quod moneam, quam facile in Bubulcorum loco Κλεομάχῳ et Κλεομάχου commutari potuerint, quum præcederet τῷ. Quæ quum a Meinekio l. c. bene intellecta et acute extra dubitationem posita sint, haud mediocriter mirandum est, quod idem vir doctus Gnesippum, Cleomachi filium, tragicum poetam non fuisse, sed ludibrii caussa appellatum esse dicit. Enimvero quis est qui talia sibi persuaderi sinat, si in Cratini *Bubulcis* Cleomachi filium aperte Sophocli opponi, in *Horis* vel τραγῳδίας διδάσκαλον appellari viderit? Quodsi igitur Gnesippum tragœdias docuisse negari non poterit, mihi quidem Horarum locum maxime consideranti verissima etiam videntur quæ Welck. l. c. p. 1026 sq. de consilio locorum illorum ab Athenæo congestorum disputavit. Vir summus enim ostendere conatus fuit, Gnesippum non tam ideo, quod παιγνιογράφος τῆς ἱλαρᾶς μούσης fuerit ac petulantia carmina scripserit, quam propterea castigatum esse, quod ejus generis poemata in tragœdias suas induxerit ac præcipue choro canenda dederit. — Atque hæc sunt quæ de Gnesippo scimus, quem jam ante Ol. LXXXIX, 2 fabulas docuisse inde liquet, quod a Cratino irrisus est, qui isto anno mortem obiisse traditur. (Cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 45.)

ΑΚΕΣΤΩΡ.

Acestor quid in tragœdia præstiterit, haud facile explores, quamvis omnes fere poetæ comici eum cavillati sint: nam ab his maxime propter originem barbaram irrisus ideoque κατ' ἐξοχὴν *Sacas* h. e. Mysus appellatus est; cf. Aristoph. Av. 31:

Ἡμεῖς γὰρ, ὦνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ·
ὁ μὲν γὰρ ὢν οὐκ ἀστὸς εἰσβιάζεται.

Ad quem locum Schol.: Τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ· οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ, τραγῳδίας ποιητής· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάκας, διὰ τὸ ξένος εἶναι. Σάκαι δὲ ἔθνος Θρᾳκικόν. Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Σάκαν προσηγόρευσεν Τισαμενόν. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν. Εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτὸν κεχλευάκασι Καλλίας μὲν ἐν Πεδήταις « καὶ Σάκαν (ὃν addit Dobr.) οἱ χοροὶ μισοῦσι ». Κρατῖνος δ' ἐν Κλεοβουλίναις « Ἀκέστορα γὰρ ὅμως (Ἀκέστορ' ἐστί τἄρ' ὅμως Bergk. Rel. com. Att. p. 123) εἰκὸς λαβεῖν πληγὰς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ (Dobr. συστραφῇ) τὰ πράγματα. » Aristoph. Vesp. 1219 sq.:

Οἱ δὲ συμπόται
εἰσὶν Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανὸς, Κλέων,
ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος·
τούτοις ξυνὼν τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς.

Ubi Schol.: Ἐπεὶ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀκέστορα ξένον κωμῳδοῦσι τὸν τραγικὸν, ὃς ἐκαλεῖτο Σάκας. Θεόπομπος Τισαμενῷ οὐ κοινῶς ξένον, ἀλλὰ Μυσόν· « τὸν δὲ Μύσιον Ἀκέστορ' ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν ἅμα. » Καὶ Μεταγένης Φιλοθύτῃ ὁμοίως·

Ὦ πολῖται δεινὰ πάσχω· τίς πολίτης δ' ἐστὶ νῦν
πλὴν ἄρ' ἢ Σάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον;

Quibus si addideris locum Eupolidis apud Athen. VI, p. 237, A (cf. Meinek. Poet. com. II, p. 484),

Οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·
σκῶμμα γὰρ εἴπ' ἀσελγὲς, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ,

præcipue Aristophanis (Vesp. l. c.) verbis collatis Acestorem inter eos referre non dubitabis, qui vino lautisque epulis dediti in divitum hominum familiaritatem sese insinuaverint, ut conviviis comissationibusque interesse possint, ac nonnunquam ea perpessi sint, quæ molestis parasitis accidere solerent. Ad poesim Acestoris tantummodo Cratinus et Callias (ll. cc.) respexerunt. Cratini verba e Meinekii (Poet. com. II, p. 68) correctione dedimus, quum antea legeretur συστρέψῃ, egregiam simul rationem secuti, qua idem vir eruditissimus locutionem τὰ πράγματα συστρέφειν explicuit. Quam significare dicit: « actionem et argumentum fabulæ rotundare et suis finibus circumscribere, ne temere diffluat et extra terminos vagetur. » Acestor igitur, ut argumentum extenderet, multa aliena admiscuisse et, si recte Calliæ locum intelligo, præcipue choro partes inconvenientes tribuisse videtur. Ceterum de Acestore idem valet quod de Gnesippo supra monuimus, videlicet eum jam ante Ol. LXXXIX, 2 tragœdias docuisse.

ἹΕΡΩΝΥΜΟΣ.

Hieronymi memoriam unus Aristophanes duobus locis servavit, quorum priori (Acharn. 386) hæc habet :

> Λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου
> σκοτοδασυπυκνότριχά τιν' Ἄϊδος κυνῆν·
> εἶτ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς Σισύφου,
> ὡς σκῆψιν ἀγὼν οὗτος οὐκ εἰσδέξεται.

Ubi Scholiastes : οὗτος ὁ Ἱερώνυμος μελῶν ἐστι ποιητὴς καὶ τραγῳδοποιὸς ἀνώμαλος καὶ ἀνοικονόμητος, διὰ τὸ ἄγαν ἐμπαθεῖς γράφειν ὑποθέσεις, καὶ φοβεροῖς προσωπείοις χρῆσθαι. Ἐδόκει δὲ κροτεῖσθαι. Ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς πάνυ κομῶν. Διόπερ Ἄϊδος κυνῆν ἔφη αὐτόν, παίξας κωμῳδικῶς ὡς κουριῶντα. Quem more suo exscripsit Suid. v. Ἄϊδος κυνῆ. Altero loco (Nub. 347) scripsit Aristophanes :

> Γίγνονται πάνθ' ὅ τι βούλονται· κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι [κομήτην,
> ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόνπερ τὸν Ξενο- [φάντου,
> σκώπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ Κενταύροις ἤκασαν [αὑτάς.

Utroque loco quin idem vir dictus sit, vix potest dubium esse, quum Aristophanes utroque l. ad ejus comam nimis spissam ac promissam respexerit. Nam non est cur Scholiastæ Hieronymum propter nimiam comam castigari dicenti diffidamus, præsertim quum loci Aristophanei festivitas valde augeatur, si Hieronymus non modo Perseum Orci galea nimis comata utentem in aliqua tragœdia (forsan in Dictye vel in Andromeda) introduxit, sed ipse etiam capillorum copia insignis fuit. Eidem præterea Scholiastæ debemus quæ de Hieronymi poesi scimus, nempe eum inæqualem et inconcinnum poetam fuisse, quum argumenta nimis tragica protulerit et personis terribilibus usus sit; attamen plausu exceptum esse videri. Tempus, quo tragœdias docuit, cognoscimus ex Aristophanis Acharnensibus, utpote quæ comœdia Ol. LXXXVIII, 3 acta est.

ΝΟΘΙΠΠΟΣ.

Nothippi memoriam soli Hermippo debemus, qui eum propter nimiam edacitatem vehementer exagitavit apud Athen. VIII, p. 344, C : Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδιοποιὸν (ὃν) Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησὶν

> Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μάχε- [σθαι
> καὶ βατὶς αὐτῶν ἡγεῖτ' ὀπτὴ μεγάλη καὶ πλευρὸν ὕειον
> τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρῆν, πέμπειν δὲ Νόθιππον [ἕν' ὄντα·
> εἷς γὰρ μόνος ὢν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον [ἅπασαν.

Ὅτι δὲ οὗτος ἦν ὁ ποιητὴς σαφῶς παρίστησι Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις. Inde simul eum jam ante Ol. LXXXVII, 1 fabulas docuisse liquet, quum, ut probabiliter Meinekius (Hist. crit. com. p. 91) docuit, circa Ol. LXXXVII, 4 Hermippi comœdia (Μοῖραι) acta sit.

ΜΟΡΥΧΟΣ.

Quod *Nothippo* probro verti vidimus, idem in *Morycho* quum ab Aristophane, tum ab aliis poetis comicis reprehensum est. Nam edacitati ac liguritioni deditus fuisse traditur ab Aristoph. Ach. 885 :

> Ὦ φιλτάτη σὺ καὶ πάλαι ποθουμένη (sc. ἔγχελυς),
> ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγῳδικοῖς χοροῖς,
> φίλη δὲ Μορύχῳ.

Ubi Schol. : ὁ Μόρυχος ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ ἐκωμῳδεῖτο. Ἦν δὲ καὶ τῶν ἡδέως βιούντων. Τραγῳδίας δὲ ποιητὴς οὗτος. Quem exscripsit Suid. s. v. Μόρυχος. Aristoph. Pac. 1008 :

> Καὶ Κωπάδων ἐλθεῖν σπυρίδας,
> καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους
> ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι
> Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις
> τένθαις πολλοῖς.

Adnotat Schol. : Μορύχῳ, Τελέᾳ· καὶ τούτους ἀεὶ ἀπεῖναι βούλεται τῶν ὄψων, διὰ τούτου αὐτοὺς κολάζων ὡς γαστριμάργους, ὥς φησιν ἐν Ἀχαρνεῦσιν. Pariter propter mollem delicatamque, quam degit, vitam Morychus felix prædicatur (sc. εἰρωνικῶς) ab Aristoph. Vesp. 506,

> ζῆν βίον γενναῖον, ὥσπερ Μόρυχος, —

(ad quem locum Schol. Ven. : Εὐγενῆ καὶ τρυφηλόν φασι τὸν Μόρυχον. Rav. Μόρυχος εἰς ὀψοφαγίαν καὶ ἡδυπάθειαν ἐκωμῳδεῖτο· ἐν Εἰρήνῃ φησίν) et a Platone com. apud Schol. Arist. Nub. 109 et Suid. v. Φασιανοί. Πλάτων Περιαλγεῖ·

> Ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν (τέως Suid.) γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
> καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα καὶ Λεωγόρας,
> οἳ ζῆτε τερπνῶς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Cf. Meinek. Poet. com, II, p. 652. Atque tanta fuit Morychi mollities, ut vel laneis vestibus uteretur; cf. Aristoph. Vesp. 1141 :

> Ἀτὰρ δοκεῖ γέ μοι
> ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι.

Ubi Schol. : Μόρυχος ὠχρός. Σάγματι δὲ τῷ μαλλωτῷ σάγῳ, ᾧ ἐχρῆτο ὡς τρυφερὸς πλείονι θάλπει χρώμενος. Ἄλλως. Τῶν περὶ τρυφὴν ἐσπουδακότων ὁ Μόρυχος. Σάγματι δὲ, ἐπεὶ πάχεα Ἴσως ὡς ἐκείνου παχεῖ σάγματι χρωμένου. Memoratu præterea haud indignum est, quod idem Schol. ad alium Aristophanis locum (Acharn. 61), ubi legatos ab Atheniensibus ad Persarum regem missos advenire nuntiatur, exhibet : πρέσβεις δὲ οὗτοι εἰσὶν οἱ περὶ τὸν Μόρυχον ἐκπλησθέντες τρυφῆς. Nam inde, nisi forte hoc Scholiastæ commentum est, Morychum inter legatos istos ab Aristophane introductum esse consequitur, ut de vita eorum luxuriosa atque effeminata, quæ sequentibus versibus descripta est, omnis scrupulus tolleretur. — Tempus, quo Morychus fabulas docuit, facile ex Aristophanis Acharnensibus cognoscas. (Vide quæ ad Hieronymum monuimus.)

ΣΘΕΝΕΛΟΣ.

De Sthenelo loquitur Harpocr. p. 166 ed. Bekk. v. Σθένελος. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Διογένην. Καὶ ἐν ταῖς Διδασκαλίαις εὑρίσκεται ὁ Σθένελος τραγῳδίας ποιητής. Ἐκωμῴδει δὲ αὐτὸν ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας ὡς τἀλλότρια ἔπη σφετεριζόμενον. Platonis verba ad Sthenelum spectantia Meinekius (Poet. com. II, p. 639) in versibus, quos servavit schol. Dioscoridis in Matthæi Med. Gr. p. 361 :

Ὅταν δέωμαι γωνιαίου ῥήματος,
τούτῳ παριστῶ καὶ μοχλεύω τὰς πέτρας,

h. e. *Si verbis gravibus ac sonantibus mihi opus est, ab hoc* (sc. Æschylo aliove hujus simili poeta) *mutua sumam rupesque moveo,* superesse putat. In quibus nescio an παραστῶ scribere et in fine interrogationis signum ponere præstet pro correctione quam Meinekius proposuit, μόχλευε scribens et alterum versum alteri personæ tribuens. Platone multo acerbius Sthenelum Aristophanes in Vespis et in Gerytade castigavit, cujus verba hæc sunt (Vesp. 1312) :

Ὁ δ' ἀνακραγὼν ἀντῄκασ' αὐτὸν πάρνοπι
τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος ἀποβεβληκότι,
Σθενέλῳ τε τὰ σκευάρια διακεχαρμένῳ.

Ad quem locum Schol. hæc habet : Σθένελος δὲ τραγικὸς (ὑποκριτής, quod in Ald. est, omittunt Rav. Ven.), ὃς διὰ πενίαν τραγικὴν ἀπέδοτο σκευὴν κακῶς πράττων ἐν τῇ τέχνῃ. Περὶ τούτου γέγραπται ἐν Γηρυτάδῃ·

Καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα;
εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος, ἢ λεπτοὺς ἅλας.

Eosdem vv. citant Athen. IX, p. 367, B, et Pollux. VI, 65, ille vero λευκοὺς ἅλας, hic λεπτοὺς ἅλας præbens, unde scriptura scholiastæ ξηροὺς ἅλας jam a Dindorfio correcta est. Quod schol. Aldin. Sthenelum non poetam, sed histrionem dixit, neminem offendet, quum vocabulum ὑποκριτής in optimis codd. desit et Athen. l. c. Sthenelum aperte τραγικὸν appellaverit. Sed quisquis illud vocabulum (haud dubie in margine) adscripsit, non prorsus inconsiderate ac temere egit : nam Sthenelus revera non modo fabulas scripsisse, sed in iis ipse etiam egisse videtur. Quod probabile fit ex iis, quæ schol. de apparatu scenico, quem Sthenelus paupertatis caussa vendiderit, tradidit. Qualem enim habere potuit apparatum, si poeta tantum, nec simul histrio fuit, cui personæ, vestes ac multa alia ad fabulas agendas opus sunt? Quæ quum ita sint, non dubito, quin Sthenelus, ut antiquiores poetæ scenici, ipse in scenam processerit. Judicium, quod de eo Aristophanes in Gerytade facit, in universum confirmat Aristot. Poet. 22 : Λέξεως δὲ ἀρετὴ σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι. Σαφεστάτη μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἀλλὰ ταπεινή. Παράδειγμα δὲ ἡ Κλεοφῶντος ποίησις καὶ ἡ Σθενέλου. Quum igitur Sthenelus pravo dicendi genere uteretur ac præterea aliorum poemata expilaret, contemptione dignus poetis comicis videbatur, id quod quum ex locis supra citatis tum ex Platonis verbis a Schol. Aristoph. Vesp. 1312 servatis, quamvis corruptissima sint, cognosci potest : Πλάτων Σκευαῖς·

Ἅψαι μόνον οὐχ ἂν ἄκρῳ τῇ Μορσίμῳ,
ἵνα σου πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα.

Fragmenta Stheneli nulla supersunt, nisi forte ei vindicandus est hexameter dactylicus, quem Athen. X, p. 428, A, Sthenelo cuidam tribuit. Cujus verba sunt hæc : Σθένελός τε ὁ ποιητὴς οὐ κακῶς εἴρηκεν

Οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνας ἀναβάλλει.

Qua in re si recte egimus, quum versus in tragœdia locum habere vix potuerit, Sthenelum velut Æschylum, Ionem, Melanthium, alios præter tragœdias etiam elegias scripsisse jure statuemus. Ceterum Sthenelus, si quidem primum in Aristophanis Vespis irrisus est, non multum ante Ol. LXXXIX, 2 tragœdias docuisse potest.

ΔΟΡΙΛΛΟΣ.

Hujus poetæ nemo præter Aristophanem in Lemniis meminit. Cf. Etym. M. p. 283, 45: Δορίαλλος λέγεται καὶ Δόριλλος. Ἀριστοφάνης « αἱ γυναῖκες τὸν δορίαλλον φράγνυνται. » Ἔστι δὲ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ἐφ' ὕβρει τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου. Ἢ παρὰ τὸ δείρειν τὸ τυπτόμενον, ἢ τὸ τιλλόμενον τὰς τρίχας καὶ οἱονεὶ ἐκδερόμενον. Οὕτω γὰρ πάλαι ἐψίλουν, ὡς δηλοῖ Ἀριστοφάνης (Ran. 516) « ἠβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι. » Etym. Gud. p. 59 : Δορύαλος· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Ἀριστοφάνης « αἱ γυναῖκες τὸν δορύαλον φράγονται, » παρὰ τὸ δέρειν. Hesych. v. Δορυαλλός· τὸ τῶν γυναικῶν μόριον. Ἀπὸ τοῦ δέρειν, ἢ ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δορύλλου, οὗ μέμνηται ἐν Λημνίαις. Adde Schol. Aristoph. Ran. 519 : Δορίαλος, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὡς παρὰ αὐτῷ ποιητῇ « αἱ γυναῖκες τὸν δορίαλον φράγνυνται. » Suid. v. Δόριλλος· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον· ἐφ' ὕβρει τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου. E pluribus nominis Dorilli formis, inter quas grammatici fluctuant, quin genuina Δόριλλος sit, post ea, quæ Lobeck. Patholog. serm. Gr. p. 112 disputavit, vix cuiquam dubium erit. Nec ejusdem viri clarissimi de loco Aristophanis sententiam integram attulisse pœnitebit. « Verbum hocce in obscenum intellectum detortum esse sicut latinum *glubere* satis constat. Jacobs. Animadv. ad Anthol. vol. IX, p. 445. Unde pars illa δόριλλος vocari potuit et a parte per contumeliam Dorillus, ut Batalus. Vide Meinek. Hist. crit. com. p. 335. Sed licet etiam contrarium contendere, hoc nomen a Δοῦρις vel Δόρις, quod aliquoties in vasis pictis legitur (vid. O. Müll. De orig. vas. p. 41), derivatum, deinde ad cunnum translatum esse sicut Ἱπποκλείδης τὸ γυναικὸς μόριον, Phot., ad posticum Ἀριστόδημος, et alia. » (Ablegare simul poterat Lobeck. lectores ad Meinekii Adnott. ad anon. poet. com. fgm. CXXXI, a, vol. IV, p. 637 fin.) Si igitur Aristophanes in hunc modum *Dorilli* nomine lusit, a vero vix aberrabimus, si eum rebus venereis deditum fuisse statuerimus.

ΣΠΙΝΘΑΡΟΣ.

De *Spintharo* hæc habet Suidas : Σπίνθαρος, Ἡρακλεώτης· ἦν δὲ τραγῳδίας ποιητής. Δράματα δὲ αὐτοῦ ἐστὶ ταῦτα· περικαιόμενος Ἡρακλῆς, Σεμέλη κεραυνουμένη. Deinceps pergit : Σπίνθαρος· οὗτος κωμῳδεῖται ὡς βάρβαρος καὶ Φρύξ· quæ fluxerunt e Schol. Aristoph. Av. 761. Propter originem barbaram enim carpitur ab Aristoph. l. c. :

Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὢν Φρὺξ μηδὲν ἧττον Σπινθάρου,
φρύγιλος ὄρνις ἐνθαδ' ἔσται, τοῦ Φιλήμονος γένους.

Fabulas igitur docuit jam ante Ol. XCI, 2. Atqui haud scio an diversus non fuerit a Spintharo, cujus pluries Demosthenes meminit cujusque de Epaminonda dictum attulit Plut. De aud. poet. 3 fin. p. 39, B. Nam quod Welckerus Trag. Græc. p. 1035 conjicit, *Spintharum* non verum poetæ nomen, sed cognomen fuisse, quo nomen ipsum oblivione obtectum sit, id vereor ut cuiquam probetur, quum satis frequens sit Spinthari nomen; cf. Paus. I, 29, 10; X, 5, 13. Ad fabulas Spinthari quod attinet, a vero vix aberrabimus, si eum in *Semele fulmine icta* Sophoclis Ὑδροφόρους, in *Hercule combusto* ejusdem Trachinias imitatum esse statuerimus. Nam ad Sophoclis exemplum eum maxime se composuisse ex eo verisimile fit, quod, ut supra vidimus, ubi de poetis scholæ Sophocleæ disputavimus, *Parthenopæum* a se fictam Sophoclis nomine inscripsisse eaque tragœdia multos, velut Heraclidem Ponticum, fefellisse dicitur (cf. Diog. Laert. VII, 167 collat. V, 92). Quod fieri nisi post Sophoclis mortem, h. e. Ol. XCIII, 3, non potuisse facile intelligitur.

ΘΕΟΓΝΙΣ

Theognis unus e triginta, qui dicuntur, tyrannis Atheniensium fuit [cf. Harpocr. p. 95 ed. Bekk. v. Θέογνις. Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἐρατοσθένους. Οὗτος εἷς ἦν τῶν παρ' Ἀθηναίοις λ' τυράννων, καθά φασιν ἄλλοι καὶ Ξενοφῶν ἐν β' Ἑλληνικῶν (c. 3, 2). Schol. Aristoph. Acharn. 11 (vide infra), quem exscripsit Suid. s. v.], quos Ol. XCIV, 1 creatos esse constat. Jam vero ante Ol. LXXXVIII, 3 Theognidem tragœdias docuisse inde apparet, quod in Aristophanis Acharnensibus derisus est. Ibi enim (vs. 9 sq.) Dicæopolis quum multa alia, tum illud maxime stomachum sibi movisse dicit, quod, quum in theatro Æschyli tragœdiam exspectaret, Theognis chorum introduxisset :

Ἀλλ' ὠδυνήθην ἕτερον αὖ τραγῳδικόν,
ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον,
ὁ δ' ἀνεῖπεν, Εἴσαγ', ὦ Θέογνι, τὸν χορόν.

Quod ex his versibus concludi potest, Theognidis poesim Aristophani haud probatam fuisse, id aliis locis luculenter confirmatur, quibus Aristophanes aperte frigidam poesis indolem notavit; cf. Aristoph. Ach. 138 :

Εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θρᾴκην ὅλην,
καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,
ὅτ' ἐνθαδὶ Θέογνις ἠγωνίζετο.

Ubi Schol. : οὗτος ὁ Θέογνις τραγῳδίας ποιητὴς ψυχρός. Κωμῳδῶν οὖν αὐτὸν παρίστησιν ἡμῖν τὴν πολλὴν χιόνα, διὰ τὴν τούτου περὶ τὰ ποιήματα ψυχρότητα· τὸν ψυχρὸν οὖν τῷ ψυχρῷ παρέβαλεν. Quæ exscripsit Suid. v. Εἰ μὴ κατένιψε. Schol. Arist. Acharn. 11, ex quo hausit Suid. v. Θέογνις et v. Ψυχροῦ βίου : Θέογνις δὲ οὗτος τραγῳδίας ποιητὴς πάνυ ψυχρὸς, ἐκ τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Χιὼν ἐλέγετο. Adde Aristoph. Thesm. 170 :

> Ὁ δ' αὖ Θέογνις ψυχρὸς ὢν ψυχρῶς ποιεῖ.

Mirum igitur est, quod poeta, cujus poesis tanto frigore conspicua erat, ut inde Χιόνος (*Nivis*) cognomen traheret, quemadmodum Philocles propter nimiam dicendi acerbitatem Χολὴ (*Fel*) cognominatus fuerat, — quod talis, inquam, victoriam ab Euripide et Nicomacho reportare potuit. Cf. Suid. v. Νικόμαχος. (Vide infra ad Nicom.) Quod ante Ol. XCIII, 1 factum sit necesse est, quum Euripides, ut ad ejus Archelaum ostendimus, aut exeunte Ol. XCII, 4 aut ineunte Ol. XCIII, 1 Athenas reliquerit. — Quot et quas tragœdias Theognis scripserit, ignoramus : nam qui ei *Thyesten* et versus quosdam inde petitos tribuunt, male intellexerunt verba Aristot. Περὶ εὐγενείας apud Stob. LXXXVI, 25 : Καίτοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν ὁ Θέογνις οὐδ' ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας (sc. Euripides in Thyesta; cf. Stob. XCII, 5), ὅτι

> Ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοὶ,
> μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις,

ut ad Euripid. fgm. 393 monuimus. Ex incerta vero fabula superesse videtur fragmentum a Demetrio servatum, utpote quod cum Welckero (Præfat. ad Theognid. p. CXXXIII, not.) equidem ad Theognidem tragicum referre non dubitem, quamvis Hermannum et Ritterum ad Aristot. Poet. 21 pro Theognide substitui Timothei nomen jussisse, me non fugiat.

Demetr. De elocut. 85 : Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν, ὡς ὁ Θέογνις

> Παρατίθεται τὸ τόξον, φόρμιγγ' ἄχορδον,

ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος· ἡ μὲν γὰρ φόρμιγξ κινδυνῶδες ἐπὶ τοῦ τόξου, τῷ δὲ ἀχόρδῳ ἀσφαλίζεται. Verba παρατίθεται τὸ τόξον ante sic exhibebantur, quasi Demetrii essent; recte autem monuit Gœller. p. 113, hac construendi ratione locum sententia carere, itaque minime voc. Θέογνις cum παρατίθεται conjungi posse, sed ad hoc verbum subjecti loco cogitatione addendum esse *sagittarium*. Idem vir doctissimus haud temere suspicatus est, verba τὸ τόξον e sequentibus a librario quodam illata esse. In eo autem nimius fuisse videtur, quod, quum Aristoteles (Rhet. III, 11, p. 1412, 34 ed. Bekk. : Ἀεὶ ἐκ δυοῖν λέγονται, ὥσπερ ἡ ἀνάλογον μεταφορά· οἷον ἡ ἀσπὶς φαμὲν ἐστὶ φιάλη Ἄρεος, καὶ τόξον φόρμιξ ἄχορδος. cf. Poet. c. 21) locutionem φόρμιγξ ἄχορδος· cum locutione φιάλη Ἄρεος conjunxerit, etiam hanc metaphoram Theognideam esse et Theognidem,

> παρατίθεταί σοι φόρμιγγ' ἄχορδον,
> φιάλην τ' Ἄρεος —

scripsisse existimat. Sed locutio φιάλη Ἄρεος est Antiphanis apud Athen. X, p. 433, C. Cf. Meinek. Poet. com. III, p. 58.

ΚΡΙΤΙΑΣ.

Critiæ vita paucis absolvi potest : nam quamvis de eo multo plura, quam de aliis poetis tragicis, sciamus, tamen ejus res gestas enarrare huc non attinet, quippe quæ ad rem publicam potius, quam ad literas ac poesim spectaverint. Accedit quod post Philostratum, qui primus (in Vitt. Sophist.) seorsum in Critiæ vitam inquisivit, præcipue nostro tempore plures exstiterunt, qui eam copiosissime ac diligentissime describerent, E. P. *Hinrichs* (De Theramenis, Critiæ et Thrasybuli rebus et ingenio. Hamburg, 1820), Guil. Ern. *Weber* (De Critia tyranno. Francf. ad Mœn. 1824) et Nic. *Bachius* (Critiæ carminum reliquiæ etc. Lips. 1827), quorum post disquisitiones redintegrata ea de re quæstio labor foret frustra susceptus. Quare hæc sufficiant. Critias, Atheniensis, Callæschri filius (Plat. Protag. p. 316, A; Athen. IV, p. 184, D), quem Plato in Charmide, Timæo et Critia loquentem fecit, e familia perquam nobili atque illustri originem duxit, cujus stemma in hunc modum descripsit Schol. ad Plat. Tim. p. 20, E :

Ἐξηκεστίδης.
Σόλων. Δρωπίδης.
Κριτίας ὁ πρῶτος.
Κάλλαισχρος.
Κριτίας ὁ δεύτερος. Γλαύκων.
Περικτιόνη. Χαρμίδης.
Πλάτων. Γλαύκων. Ἀδείμαντος.

Profert (arcum), citharam fidium expertem, | (phialamque Martis).

Cf. Procl. ad Tim. p. 25, Liban. Declam. XXIV, p. 587 ed. Morell. Stallb. Prolegg. ad Plat. Charmid. p. 84 sq. In quo quod Dropides Solonis frater dicitur, falsum esse videtur propter Plat. Tim. p. 20, E, id quod verbo tetigisse sufficiat. Quo anno Critias natus sit, incertum est : nec inde, quod ipse (apud Plat. Tim. p. 21, B) se decimum egisse annum dicit, quum avus senex nonagenarius fuisset, colligi quidquam potest, quum etiam de majoris Critiæ anno natali nihil constet. Sed Ol. XCIV, 1 eum in pugna adversus Thrasybulum cecidisse testantur Xen. Hist. Gr. II, 4, 19, Diod. Sic. XIV, 33, Schol. Aristoph. Plut. 1146, Corn. Nep. Thrasyb. 2, unde eum nondum imbecillum senem, imo vix quinquagenarium fuisse conjicias. Quod si recte conjecimus, a vero vix multum aberrabimus, si ejus annum natalem in Ol. LXXXI incidere statuerimus. Primos pueritiæ annos Critias in avi domo, quæ viris istius temporis clarissimis frequentabatur (Plat. Charmid. p. 157, E. Bach. ad Solon. p. 30) transegisse videtur : certe se avi institutione usum esse ipse significavit apud Plat. Tim. p. 20, E sqq. coll. Critia p. 113, B. Quum adoleverat, non modo Socratem, sed etiam Gorgiam de variis rebus disputantem audivit et sophistarum artibus haud mediocrem operam dedit. (Philostr. Vit. Soph. I, 9, 1; Cic. De orat. III, 34, 139; Max. Tyr. Diss. IX, p. 166 R.; Æschin. C. Tim. p. 173 R. coll. Xen. Mem. I, 2, 12 sq.; Æl. V. H. IV, 15; Aristid. vol. II, p. 53 ed. Jebb.) Attamen in his philosophiæ studiis non ideo multum temporis atque laboris consumsit, ut ad philosophiam ipsam se applicaret et ad ejus normam vitam regeret, sed ut inde tantum lucri, quantum posset, ad illud consequendum caperet, quo maxime spectabat, h. e. ad imperium in civitate aliquando obtinendum. Quum præterea in eloquentiam et alias artes literasque incumberet (Plat. Tim. p. 20, A : Κριτίαν δέ που πάντες οἱ τῇδ' ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν.), non est mirandum, quod quamvis optimis magistris usus esset, in philosophia tamen haud magnam laudem sibi comparavit. Cf. Schol. Plat. Tim. l. c. : Ὁ Κριτίας ἦν μὲν γενναίας καὶ ἁδρᾶς φύσεως, ἥπτετο δὲ καὶ φιλοσόφων συνουσιῶν, καὶ ἐκαλεῖτο ἰδιώτης ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις, ὡς ἡ ἱστορία φησίν. Tanto magis eloquentia ac rerum politicarum studio excelluit (Hermog. De form. orat. II, 11,10; Dionys. Hal. Jud. de Lys. 2; Cic. De orat. II, 22, 93), at mox summam auctoritatem summosque honores in civitate nactus est. Nam quum libertate sublata triginta viri administrandæ rei publicæ crearentur, Critias horum princeps factus est : qui tamen crudelitate, iniquitate atque impietate civium odium sibi contraxit (cf. Xen. Hist. Gr. II, 3, Mem. l. c., Diod. l. c., Justin. V, 9; Corn. Nep. l. c.) et gloriam suam flagitiosis facinoribus contaminavit. Hinc factum esse dicit Philostratus (V. S. I, 16, 3, coll. II, 14), ut ejus scripta oblivioni tradita fuerint, donec ea iterum in lucem protraxerit Herodes Atticus. Conscripsit autem Critias, id quod ex variarum rerum tractatione, de qua supra egimus, explicari potest, varii argumenti libros, quorum titulos attulisse non pœnitebit. Sunt vero hi : Πολιτεῖαι, Βίοι, περὶ φύσεως ἔρωτος, Ἀφορισμοὶ, Ὁμιλίαι, qui libri haud dubie oratione pedestri scripti fuerunt : præterea nonnulli versus elegiaci, iambici et hexametri ex ejus carminibus supersunt.

Ad versus iambicos quod attinet, mirandum est quod Nic. Bachius eos tanquam tragœdiarum reliquias exhibere noluit : nam Critiam re vera tragœdias scripsisse jam inde satis cognoscitur, quod, ut infra videbimus, nonnulli veteres scriptores de Pirithoo ac Sisypho tragœdiis dubitarunt, utrum Critiæ an Euripidis essent. Alias rationes, quas bene Welckerus (Trag. Gr. p. 1008) concinnavit, quum minoris momenti sint, omitto. Ceterum versus isti (quos conferas) ita comparati sunt, ut e nullo poesis genere, nisi e tragœdia originem ducere potuerint. Quodsi dubitari nequit quin Critias poetis tragicis adnumerandus sit, difficilis tamen nunc exoritur quæstio, quot et quas fabulas scripserit. A. Fabricius ei tres tribuit, *Atalantam* (auctore Polluce VII, 10), *Pirithoum* (teste Athen. XI, p. 496, B) et *Sisyphum* (vide infra). At vero in Pollucis loco pro *Critia* ex optimis codd. *Aristiæ* nomen restitutum est, quod nobis in caussa fuit, ut jam supra *Atalantam Aristiæ* vindicaremus. — De *Pirithoo* unus Athenæus inter Critiam et Euripidem auctorem incertus fuit : reliqui autem scriptores omnes Euripidi hanc fabulam assignant, et omnia, quæ ex ea supersunt, fragmenta aut sub Euripidis aut sine auctoris nomine citantur (vide quæ ad Euripidis Pirithoum disputavimus), ut hinc etiam Euripidem Pirithoi auctorem esse probabile sit. Nam Euripidis versus sexcenties sine ejus nomine allati sunt, quippe cujus fabulæ omnibus satis notæ essent : sed aliquem Critiæ locum sine ejus nomine unquam laudatum esse quis credat, præcipue si hujus scripta, ut supra monuimus, oblivione fere obtecta fuisse meminerit? Suspectum igitur Athenæi testimonium fit, nec a probabilitate abhorret conjectura, hunc scriptorem, qui et veteres grammaticos de fabulæ

cujusdam auctore inter Critiam et Euripidem fluctuare et Pirithoum inter supposititas Euripidis fabulas referri meminerat, aut errore, quum Pirithoum cum Sisypho confunderet, aut consilio, quum se verum Pirithoi auctorem explorasse opinaretur, Critiæ Pirithoum vindicasse. Verumtamen si quis justo pertinacius Athenæi auctoritatem tueatur, nos in ea sententia permanebimus, quam ad Euripidis fragmenta proposuimus, nimirum et Critiam et Euripidem scripsisse Pirithoos, Critianæ vero fabulæ præter titulum nihil esse servatum. Nam fragmenta, quæ e Pirithoo dramate supersunt, omnia, ut supra monitum est, Euripidis sunt, cujus de Pirithoo post ea, quæ l. c. disputavimus, vix dubitari poterit. — Jam ad *Sisiphum* nos convertamus necesse est. Quam fabulam apertis verbis Critiæ assignat Sextus Empiricus l. infra cit., cui multo magis, quam iis, qui eam Euripidi vindicarunt, confidendum esse quum illud, quod Sextus solus longius ac brevius quoddam hujus fabulæ fragmentum memoriæ mandavit, tum aliæ rationes declarant, quas paucis exponemus. In primis animadvertendum est, Euripidem scripsisse quidem Sisyphum, at ejus fabulam non tragœdiam, sed satyricam fuisse ac simul cum Alexandro, Palamede et Troadibus Ol. XCI, 1 in scenam processisse teste Æl. V. H. II, 8. (Vide nos ad Eurip. Sisyph.) Versus autem, quos Sextus Emp. servavit, id quod primus Valcken. ad Phœn. 527, 711, et Diatr. p. 209, et post eum multi monuerunt, sive sententias sive numeros spectas, a Satyris longe alieni sunt. Deinde si alterum idque brevius fragmentum, quod Sexto debemus, consideramus, Sextum ad id iterum respexisse videmus hæc scribentem (Hypotyp. p. 172, 18 ed. Bekk.): Θεοὺς γὰρ οἱ μὲν πολλοί φασιν εἶναι, τινὲς δὲ οὐκ εἶναι· ὥσπερ οἱ περὶ Διαγόραν τὸν Μήλιον καὶ Θεόδωρον καὶ Κριτίαν τὸν Ἀθηναῖον. Eadem tradunt Plut. De superstit. 13, p. 171, C (Τί δὲ Καρχηδονίοις οὐκ ἐλυσιτέλει, Κριτίαν λαβοῦσιν ἢ Διαγόραν νομοθέτην ἀπ' ἀρχῆς, μήτε τινὰ θεῶν μήτε δαιμόνων νομίζειν, ἢ τοιαῦτα θύειν, οἷα τῷ Κρόνῳ ἔθυον; οὐχ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, τῶν τὰ ζῷα θυόντων καθαπτόμενος· « Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας, Σφάξει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος· » ἀλλ' εἰδότες καὶ γιγνώσκοντες αὐτοὶ τὰ αὑτῶν τέκνα καθιέρευον) et Cic. De nat. deor. I, 42, 117, 118, ut præclare Bachius p. 66 ostendit. Et Critiam deos negasse inde etiam perquam probabile fit, quod pariter atque Empedocles animum in sanguine posuit (cf. Aristot. De anima I, 2, p. 405, 5 ed. Bekk.; Cic. Tusc. I, 9, 12; Pseudo-Plut. De plac. philos. IV, 5, 8, p. 899, B; Galen. Op. I, p. 264 ed. Basil.; Tertullian. De anima c. 5; Macrob. in Somn. Scip. I, 14). Post ejusmodi testimonia igitur quis Critiam versuum illorum auctorem esse neget, præcipue si Philostrati Critiam sacra prodidisse tradentis meminerit? De qua sententia vix eo, opinor, quisquam dejicietur, quod Pseudo-Plut. De plac. philos. I, 6, 7, p. 879, F, longioris fragmenti (quod vide) vs. 33, 34, ac deinde I, 7, 2, p. 880, E, F, vs. 1,2 et vs. 17, 18, sub Euripidis nomine attulit : primum enim ille Pseudo-Plutarchus haud magnæ auctoritatis scriptor est (cf. Wyttenb. præf. ad. Plut. vol. I, p. CLXVIII; vol. VIII, p. 517), quem h. l. insuper ex memoria citasse versuum scriptura, quam exhibuit, docet; deinde satis crebro in antiquitate factum est ut diversorum poetarum fabulæ aut eodem aut simili nomine inscriptæ confunderentur ac præcipue poetæ minus claro detractæ ad clariorem transferrentur. Cujus rei exempla sat multa in hoc libro exhibuimus. Euripidi autem eo facilius Critiæ fabulam assignare poterant, quum vix quemquam fugeret, Euripidem quippe ex Anaxagoræ ac Protagoræ scholis profectum in quibusdam tragœdiis (velut Bellerophonte, Ixione) æque atque Critiam homines impios ac liberius de deorum numinibus sentientes introduxisse. Quæ quum ita sint, Critiæ *Sisyphum tragœdiam* vindicare non dubitamus, de cujus argumento nunc videamus. In quod antequam inquiramus, Philostrati de Critiæ scribendi genere judicium præmisisse non inutile erit, quippe quod optime in ejus tragœdias etiam quadret. Philostrati verba hæc sunt : Τὴν δὲ ἰδέαν τοῦ λόγου δογματίας ὁ Κριτίας καὶ πολυγνώμων, σεμνολογῆσαί τε ἱκανώτατος, οὐ τὴν διθυραμβώδη σεμνολογίαν, οὐδὲ καταφεύγουσαν ἐς τὰ ποιητικῆς ὀνόματα, ἀλλ' ἐκ τῶν κυριωτάτων συγκειμένην καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσαν.... Τὸ δὲ τοῦ λόγου πνεῦμα ἐλλιπέστερον μέν, ἡδύ τε καὶ λεῖον ὥσπερ ἡ τοῦ Ζεφύρου αὔρα.

ΣΙΣΥΦΟΣ.

Æschylus duas fabulas composuit *Sisyphi* nomine inscriptas, alteram (Σίσυφον πετροκυλιστὴν) tragœdiam, alteram (Σίσυφον δραπέτην) satyricam, quarum hæc Euripidi, illa Critiæ specimen fuisse videtur. Cujus fabulæ qualis exitus fuerit ex Aristot. Poet. XVIII, 19 (p. 1456, 19 ed. Bekk. : Ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται ὧν βούλονται θαυμαστῶς· τραγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον. Ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μέν, μετὰ πονηρίας δέ, ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος, καὶ ὁ ἀνδρεῖος μέν, ἄδικος δέ, ἡττηθῇ) cognosci potest : Sisyphus enim, quamquam mortalium callidissimus, dei (Jovis) tamen pru-

dentia vincebatur. Haud dubie igitur tragœdia continebatur hæc Sisyphi historia vario modo a mythographis (cf. Apollod. I, 9, 3; III, 12, 6; Schol. Lyc. 175; Schol. Hom. Il. α', 180) narrata : Juppiter Æginam, Asopi et Metopæ filiam, rapuerat. Quam quum pater quæreret, Corinthum venit a Sisypho, Æoli filio, nuper conditam ac regnatam, eumque consuluit. Nec frustra : nam Sisyphus pro astutia sua, qua omnes mortales superabat, mox Asopo patefecit, quis esset raptor et quo fugisset. Quem quum Asopus amplius persequeretur, Juppiter secundum aliorum narrationem fulminis ictu eum ad fluenta sua remisit (unde Asopus etiam nunc carbones fluctibus fert), secundum alios Asopi filiam in insulam, quæ postea Ægina vocabatur, ac se ipsum in saxum commutavit, quibus conspectis pater deceptus domum rediit. Sisyphus autem delicti pœnas Jovi dedit : condemnatus enim est ad tantum saxum apud inferos rursum volvendum, quantum illud fuit, in quod Juppiter se converterat. Tali modo in fine fabulæ Sisyphus cogebatur, ut humana consilia deorum prudentia semper superari ac perfringi sentiret; cf. Welck. Æsch. Tril. p. 550. sq. Fragmenta nisi duo non supersunt.

I. II. (1. 2.)

Sext. Empir. Adv. Phys. p. 262 sq. ed. Fabr. (p. 402, 23 ed. Bekk.) : Καὶ Κριτίας δὲ, εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραννησάντων, δοκεῖ ἐκ τοῦ τάγματος τῶν ἀθέων ὑπάρχειν, φάμενος ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων καὶ ἁμαρτημάτων ἔπλασαν τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν. Ἔχει δὲ παρ' αὐτῷ τὸ ῥητὸν οὕτως·

Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος
καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης,
ὅτ' οὐδὲν ἆθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν,
οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίγνετο.
Κἄπειτά μοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι νόμους
θέσθαι κολαστὰς [ἀνομίας], ἵν' ἡ δίκη
[κρατῇ] τύραννος, τήν θ' ὕβριν δούλην ἔχῃ·
ἐζημιοῦτο δ' εἴ τις ἐξαμαρτάνοι.
Ἔπειτ', ἐπειδὴ τἀμφανῆ μὲν οἱ νόμοι
ἀπῆγον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ,
λάθρα δ' ἔπρασσον [ἄδικα], τηνικαῦτά μοι
δοκεῖ πυκνός τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ
γνῶναι δέον θνητοῖσιν, ἐξευρεῖν ὅπως
εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι, κἂν λάθρα
πράσσωσιν ἢ λέγωσιν ἢ φρονῶσί [τι].
Ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο,
ὡς ἔστι δαίμων, ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
νόῳ τ' ἀκούων καὶ βλέπων φρονῶν τ' ἀεὶ
προσέχων τε ταῦτα, καὶ φύσιν θείαν φορῶν,
ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσεται
ὃς δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται·
ἐὰν δὲ νῦν σιγῇ τι βουλεύῃς κακὸν,
τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεούς· τὸ γὰρ φρονοῦν
[θεοῖς] ἔνεστι. Τούσδε τοὺς λόγους λέγων,
διδαγμάτων ἥδιστον εἰσηγήσατο,
ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ·
ναίειν δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ', ἵνα
μάλιστ' ἂν ἐξέπληξεν ἀνθρώπους ἄγων,
ὅθεν περ ἔγνω τοὺς φόβους εἶναι βροτοῖς
καὶ τὰς ὀνήσεις τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ,

1.

Fuit illud olim tempus, exlex quum fuit
Ferinaque hominum vita, vim dominam ferens;
Honor nec ullus tunc habebatur bonis,
Supplicia nec tunc ulla terrebant malos.
Post mihi videtur condita a mortalibus
Censura legum, nempe regina ut foret
Justitia, famulam comprimens injuriam;
Ex hinc secuta est pœna delictum comes.
At posteaquam quæ palam per vim meram
Fieri vetabat valida legum auctoritas,
Ea clam patrabant, tunc videtur quis mihi
Vir exstitisse doctus idem et callidus,
Incutere qui quum quæreret mortalibus
Pravis pavorem, si quid auderent mali
Agere, profari, clam vel animo volvere,
Induxit ideo numinis reverentiam;
Florere vita nempe perpetua deum,
Natura cui sit potior, et cui mens vigil
Quæcunque fiunt curet atque intelligat,
Hominum profata qui repente exaudiat
Actusque cernat, nescius falli arbiter,
Silentio, ajens, si quod inceptes scelus,
Aut non latebit hoc deos, mens est quibus
Omnitua : tales sæpe sermones serens
Gratissimæ auctor exstitit sententiæ,
Verum sub umbra contegens mendacii.
Magisque ut animos credulos percelleret,
Habitare in illa sede memoravit deos,
Hominibus unde norat enasci metum
Ævique miseri semper ærumnas novas,

ἐκ τῆς ὕπερθε περιφορᾶς, ἵν' ἀστραπῆς
κατεῖδ' ἐναύσεις, δεινὰ δὲ κτυπήματα
βροντῆς, τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας,
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τεκτόνος σοφοῦ·
ὅθεν τε λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος,
ἅ θ' ὑγρὸς εἰς γῆν ὄμβρος ἐκπορεύεται.
Τοίους πέριξ ἔστησεν ἀνθρώποις φόβους,
δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισεν
τὸν δαίμον' οἰκεῖν ἐν πρέποντι χωρίῳ,
τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν.

Καὶ ὀλίγα προσδιελθὼν ἐπιφέρει,

Οὕτω δὲ πρῶτον οἴομαι πεῖσαί τινα
θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Vs. 1, 2 sub Euripidis nomine exhibet Pseudo-Plut. De placit. Philos. I, 7, 2, p. 880, E, F, hæc scribens : Καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον· ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτην τῆς δόξης, καὶ συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ·

Ἦν γὰρ χρόνος (φησὶν) ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος,
καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης·

ἔπειτά φησι τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ· ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, κρύφα τ' ἠδίκουν πολλοί, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν, ὡς δεῖ [ἀεὶ] ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους,

ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
ὃς ταῦτ' ἀκούει καὶ βλέπει, φρονεῖ τ' ἄγαν.

Eadem habent Euseb. Præp. Ev. XIV, 16 et Pseudo-Galen. Hist. philos. c. 8, ut, quum ad verbum fere consentiant, omnes ex eodem fonte hausisse manifestum sit. Vs. 1 metro caret, facile vero aut ejecto γὰρ, quod Pseudo-Plut. de suo addidisse videtur, aut sic restitui potest : ἦν γὰρ χρόνος ὅτ' ἄτακτος ἦν βροτῶν βίος. — Vs. 3 Sexti codd. ἄεθλον, quod Barnes. ex Atticorum dicendi consuetudine recte in ἆθλον mutavit. — Vs. 4 codd. οὔτ' ἂν, quod Musgr. jure correxit, nam ἂν c. ind. efflagitat enunciationis supplementum quoddam aut re vera appositum aut mente saltem facile addendum. — Vs. 6 sq. Sexti codd. : θέσθαι κολαστὰς, ἵνα (ἡ codd. Cizens. Regimont.) δίκη τύραννος ᾖ τήν θ' ὕβριν δούλην ἔχῃ. Tali modo quum metrum mancum esset, Grot. e conjectura post τύραννος ᾖ inseruit γένους βροτείου, male autem transposuit verba δούλην ἔχῃ. Ingeniosius loco succurrit Petit. Obs. Misc. I, 1, scribendo : θέσθαι κολαστὰς τοῖς κακοῖς, ἵν' ἡ δίκη κρατῇ κτλ., sed rectius N. Bachius lacunam explevisse videtur inserto ἀνομίας (ἀνομίης Bach. nescio cur), quod vocabulum e Pseudo-Plut. verbis l. c. expiscatus est; cf. vs. 40. — Vs. 10 pro ἀπῆγον Normannus et alii haud male ἀπεῖργον scripsere, sed nescio an ἀπῆγον ferri possit, quippe similiter usurpatum a Philostr. Vit. Apoll. VI, 13, p. 251; VI, 20, p. 260. — Vs. 11 sq. sic in codd. exstant : λάθρα δ' ἔπρασσον, τηνικαῦτά μοι δοκεῖ | πυκνός τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ | γνῶναι δὲ ὃς θνητοῖσιν ἐξευρών, ὅπως κτλ. Quum medius vs. uno pede careret, Grot. post τις intermisit ἄλλος et vs. sq. scripsit γεγονέναι ὃς κτλ. Norm. post τις inseruit ὄντως ac deinde correxit γνῶναι δέον θνητοῖς κτλ. Petit. l. c. dedit : πυκνός τις εἰδεῖν — — γνῶναι, δέος θν. κτλ. Heath. γνῶναι τόδ' ὃς κτλ., Musgr. φῦναι πυκνός τις — γνῶναι δ' ἔπος κτλ. Pierson. Verisimil. p. 135 λάθρα δ' ἔπρασσον πολλὰ τηνικαῦτά μοι | δοκεῖ πυκνός τις κτλ. quod recepit Bekk. In qua correctione id probandum videtur, quod Pierson. in vs. 11 lacunam post ἔπρασσον statuit, et voce δοκεῖ ad sequentem vs. relata reliquos vss. restituit; pro πολλὰ autem iterum N. Bachius ex Pseudo-Plutarchi verbis l. c. post ἔπρασσον rectius ἄδικα substituisse videtur. In sequentibus cum Normanno γνῶναι δέον et cum Bekkero (e cod. Monac.) ἐξευρεῖν dedimus. — Vs. 15 codd. φρονῶσιν, unde Grot. et Norm. conjectura φρονῶσί τι. — Vs. 18 sq. codd. φρονῶν τε καὶ pessime, Pseudo-Plut. l. c. φρονῶν τ' ἄγαν, quod servari fortasse poterit, quum ἄγαν non ubique significet : *nimis*, sed nonnunquam etiam : *valde*, *vehementer*. Propius tamen ad verum accedere videtur Grotii correctio : φρονῶν τ' ἀεὶ προσέχων τὰ πάντα κτλ., qua paullo audacius quidem, sed bene etiam importunum illud τε post προσέχων sustulit. Matth. (Eurip. vol. IX, p. 326) vero recte monuit, vix posse græce dici προσέχειν τι pro τινί, nec omnino προσέχειν satis grave esse verbum ad designandum id, quod sententiæ accommodatum est et Grot. interpretatione

Motu ex superno, fulminum unde ignes ruunt,
Gravesque sonitus horridorum tonitruum,
Conspersus astris fulget ubi cœli globus,
Quod tempus arte effinxit, egregius faber;
Unde et micantes sæpius stellæ cadunt,
Pluviusque terræ fertur in gremium liquor,
Tantos hominibus ille terrores dedit,
Quos propter etiam talia adscripsit loca,
Dis quæ decerent, parque rationi ut fuit,
[Et absque lege statum abolevit legibus.] GR.

2.

Hoc aliquis astu, sic reor, mortalibus
Persuasit, esse ut crederent primum deos.
GR.

expressit : quare conjecit : συνέχων ἅπαντα. Equidem conjeceram : προὖστὼς ἁπάντων, vir doctus apud Bekk. φρουρῶν τ' ἄγαν προσεχῶς τὰ ταύτῃ. Bachius sine causa προςσχὼν dedit. — Vs. 20 sq. codd. : ὑφ' οὗ πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἀκούεται ὃς δρώμενον δὲ πᾶν κτλ. In quibus Fabricius verba ὑφ' οὗ Sexti Empirici, Bachius glossatoris esse dicit, ac sane requiritur, ad quod referatur ἀκούσεται, nam sic recte Norm. pro vulg. ἀκούεται propter sequens ἰδεῖν δυνήσεται scripsit. Grot. dedit : ὑφ' οὗ τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται πᾶν· δρώμενον δὲ κτλ. Heath. ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται, τὸ δρώμενόν τε κτλ. Salmas. : ὃς πᾶν τὸ — — ἐς δρώμενόν τε κτλ. quod recepit Matth., quamquam ipse ἐς vix suo loco esse monuit. Bachius, quem secutus est Bekk., ut supra exhibuimus, sed nescio an Heathii correctio restituto ἀκούσεται præstet. — Vs. 22 codd. ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ præter cod. Savil. in quo σὺν deest. Quod quum admodum otiosum sit, correxerunt Heath. ἐάν περ οὖν, Both. ἐὰν δὲ νῦν, Meinek. ἐὰν δὲ καί. Grot. et Barnes. retinuerunt σὺν, scripserunt autem ἐάν τε. — Vs. 24 codd. : τὸ γὰρ φρονοῦν ἔνεστι. Τούσδε τοὺς λόγους λέγων. Quo in versu quum unus pes deesset, Grot. proposuit : ἔνεστι· τούσδε τοὺς λόγους αὐτοῖς λέγων. Heath. illud αὐτοῖς in principio versus collocavit, pro quo Normann. θεοῖς scripsit, quod propter præcedens θεοὺς facile excidere potuit. — Vs. 26 e Pseudo-Plut. l. c. pro καλύψας Fabricius et Porson. Adv. p. 275 = 243 legi maluerunt τυφλώσας, sine causa. — Vs. 27 codd. αἰεὶ δ' ἔφασκε κτλ. sed particula otiosa est, cujus loco desideratur verbum. Aptissime igitur correxerunt Grot. εἶναι δ' ἔφασκε, Pierson. l. c. ναίειν, quod cum Bekkero recipere non dubitavi. — Vs. 28 in codd. est : μάλιστα ἐξέπληξεν κτλ. Hiatum sustulit Fabric. inserto γέ, sed præstantior est Toupii (Emend. in Suid. vol. II, p. 7) emendatio : μάλιστ' ἄν, quam cum Bekkero recepi. Sine idonea ratione vero quidam viri docti in reliquis verbis hæserunt, ut ea corrigenda ducerent. Grot. enim scripsit : μάλιστά γ' ἐκπλήξειεν ἀνθρώπους λέγων. Heath. μάλιστά γ' ἐξέπληξ' ἂν ἀνθρώπους ἄγων. Toup. ut supra diximus, sed in fine præbens λέγων. — Vs. 29 Bekk. ὄντας pro εἶναι. — Vs. 30 codd. πονήσεις, quod, quum Græcum non sit, Musgr. in ὀνήσεις mutavit. — Vs. 32 codd. omnes κατεῖδ' ἐναύσεις, quod cur Bachius in κατεῖδεν οὔσας commutaverit, non video. Rectius fortassis autem in sequentibus cum Normanno et Barnes. scripseris : δεινά τε. — Vs. 33, sq. Huc respexerunt Pseudo-Plut. De placit. philos. I, 6, 7, p. 879, F : Μυρία δ' ἄλλα καθ' ὁμοίους τοῦ κόσμου περικλάσεις πεποίηκεν· ὅθεν καὶ Εὐριπίδης φησὶ

Τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ σέλας,
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ·

et Pseudo-Galen. Hist. Philos. c. 8; cf. Bach. p. 62. Apud Pseudo-Plut. legebatur antea χρόνον, sed Dübnerus e conj. χρόνου dedit. — Vs. 35 Matthiæum offendit, quod sol, qui nonnunquam quidem ἄστρον dicatur, h. l. ἀστὴρ appellatus sit; sed similiter locutus est Aristoph. Thesm. 1050. Recte autem idem vir doctus monuit, vehementer eum falli, qui inde, quod auctor versuum Anaxagoræ doctrinam (cf. Valck. Diatr. p. 30 sq.) persequitur, concludere velit, ab Euripide hos vss. esse compositos, quum Anaxagoræ præcepta illo tempore permultis acceptissima fuerint. — Vs. 37 codd. præbent : τοιούτους περιέστησαν (Ms. Ciz. περιέστησεν), quod quum metro adversaretur, Grot. et Norm. in τοιούσδε correxerunt. E περιέστησεν, quum nullum apud Æschylum, Sophoclem, Euripidem verbi ex præp. περὶ sequente vocali compositi exemplum exstet, Porson. ad Eurip. Med. 284 hos versus Critiæ esse collegit : contra quem verissime Meinek. (Poet. com. IV præf. p. XII), quod nec Æschylo, nec Sophocli, nec Euripidi licuit, id omnino nulli Tragico licuisse affirmavit, itaque correxit τοίους πέριξ ἔστησεν, quod Bekkero præeunte recepi. — Vs. 38 κατῴκισε cod. Ciz. et H. Steph. pro κατῴκικε, quod per se quidem non damnandum erat, sed propter sequens κατέσβεσεν. — Vs. 39 codd. τὸν δαίμονα καὶ ἐν πρέποντι χωρίῳ, et sic Bach., quem ne in hiatu quidem hæsisse mirandum est. Musgrav., qui totum locum mirabiliter pervertit, dedit τὸν δαίμον' ὀγχῶν, Matth. lacunam post τὸν δαίμον' indicavit, deinde recte κἀν scripsit, sed nec metro nec sententiæ succurrit. Id egregie fecerunt Pierson. l. c. et G. Hermannus corrigendo : τὸν δαίμον' οἰκοῦντ' (οἰκεῖν Herm.) ἐν πρ. χ., quod recipere non cessavi. Versum 40, quem Grotius omisit, ex nostra interpretatione adjecimus. — — De altero fragmento vide quæ supra disputavimus.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (3.)

Stob. Ecl. phys. I, 9, 10, p. 228 ed. Heer.

Ὁ χρόνος ἁπάσης ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον.

In codd. V. A. (ap. Cant.) hic vs. cum lemmate :

3.

Est omnis iræ tempus aptum pharmacum. GR.

τοῦ αὐτοῦ Κριτίου, quasi etiam Critiæ versus præcederent. Si hi præcedunt versus c. lemm. τοῦ αὐτοῦ :

Ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἔστι τοῖς σοφοῖς βροτῶν,
χρόνῳ σκοπεῖσθαι τῆς ἀληθείας πέρι·

qui, quum antecesserit Menandri versus, a quibusdam Menandro assignati sunt. Jam vero Heerenus quum propter sequentis versus lemma (τοῦ αὐτοῦ Κριτίου), tum propter tragicum versuum colorem dubitavit, an Critiæ assignandi essent : in qua re nuper Meinekium (Poet. com. IV præf. p. XIII) assentientem nactus est, nisi quod is lemmata transponenda, itaque *hos* versus Critiæ, *illum* Menandro tribui voluit. Equidem ea de re certi nihil statuere ausim : tamen non diffiteor, mihi quoque vss. ὦ δέσποτ' κτλ. ex tragœdia petitos videri. Quare eos inter anonymorum Tragicorum fragmenta recepi (fgm. CCXVIII) ibique de eorum emendatione disserui.

II. (4.)

Stob. Floril. XIV, 2.

Ὅστις δὲ τοῖς φίλοισι πάντα πρὸς χάριν
πράσσων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
ἔχθραν καθίστησ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον.

III. (5.)

Stob. XXIII, 1.

Δεινὸν δ', ὅταν τις μὴ φρονῶν δοκῇ φρονεῖν.

In codd. Paris. A. Voss. Arsen. est lemma Κριτίου, ap. Trinc. Εὐριπίδου, unde Musgr. versum inter Euripidis fragmenta rettulerat. Idem versus cum duobus aliis,

Ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακὸν ἐσμὲν ἐφ' ἑτέρων ἰδεῖν,
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γιγνώσκομεν,

conjunctus legitur et Critiæ tribuitur apud S. Max. LXXXI, p. 140, 20 (in edit. Stob. a. 1609), at nullo modo cum iis cohæsisse potest. Præterea numeri versus ἀγαθοὶ κτλ. comœdiam sapiunt, ut dubitari vix possit quin hi vss. rectius a Stob. XXIII, 2 Sosicrati, poetæ comico (quo de cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 498) assignentur, quem Euripidis fgm. 862 imitatum esse persuasum mihi est.

IV. (6.)

Stob. XCVII, 10.

Σοφῆς δὲ πενίας σκαιότητα πλουσίαν
κρεῖσσον σύνοικόν ἐστιν ἐν δόμοις ἔχειν.

V. (7.)

Pollux VII, 91 : Ἃ δὲ πόδεια Κριτίας καλεῖ, εἴτε πίλους αὐτὰ οἰητέον εἴτε περιειλήματα ποδῶν, ταῦτα πέλυντρα καλεῖ ἐν Φοινίσσαις Αἰσχύλος· « πέλυντρ' ἔχουσιν εὐθύτοις ἐν ἀρβύλαις » Vix Pollux Critiæ vocabulum cum Æschyleo comparasset, nisi eo Critias in tragœdia usus esset; quamobrem locum huc rettuli.

ΚΛΕΟΦΩΝ.

Cleophontem apertis verbis inter poetas tragigicos relatum non invenimus nisi ab Aristotele et Suida, qui consentiente Eudocia p. 270 hæc de eo habet: Κλεοφῶν Ἀθηναῖος, τραγικός. Τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεύς, Βάκχαι, Δεξαμενός, Ἠριγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Πέρσις (Eud. Περσεύς), Τήλεφος. Quibus verbis jure veretur Welck. Trag. Gr. p. 1010, ne gravis insideat error Iophontis et Cleophontis nominum confusione exortus : nam e fabulis h. l. Cleophonti ascriptis alio loco sex (Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἰλίου πέρσις, Δεξαμενός, Βάκχαι) Iophonti ab eodem Suida tribuuntur, quod vix offensioni esset, quum eadem argumenta a pluribus poetis tractata esse constet, nisi forte inter illas tragœdias relata esset Dexamenus, quo nomine præter Iophontem, quod sciam, nullus poeta tragicus fabulam inscripsit. Sed utut est, Cleophontem omnino a Suida haud temere, quod aliquis opinetur, poetis tragicis adnumerari, luculenter docet Aristot. Poet. c. 2, p. 1448, 12 Bekk. : Καὶ γὰρ ἐν ὀρχήσει καὶ αὐλήσει καὶ κιθαρίσει ἔστι γενέσθαι ταύτας τὰς ἀνομοιότητας, καὶ περὶ τοὺς λόγους δὲ καὶ τὴν ψιλομετρίαν, οἷον Ὅμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας

4.

Quicunque amicis gratiæ tantum studens
Consuescit, ille gaudium præsens gravi
Compensat odio post futuri temporis.

GR.

5.

Res dura, quum se sapere non sapiens putat

GR.

6.

Sapiente paupertate divitias rudes
Habere satius contubernales domi.

GR.

7.

Quæ πόδεια Critias dicit, sive ea pilos esse sive pedum fascias credendum est, Æschylus πέλυντρα vocat in Phœnissis.

πρῶτος καὶ Νικοχάρης ὁ τὴν Δηλιάδα χείρους. Ibid. c. 22, p. 1458, 20 (vide nos ad Sthenelum). Rhet. III, 7, 2, p. 1408, 14 : Τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις, ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθικὴ καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον. Τὸ δ' ἀνάλογόν ἐστιν, ἐὰν μήτε περὶ εὐόγκων αὐτοκαβδάλως λέγηται μήτε περὶ εὐτελῶν σεμνῶς, μηδ' ἐπὶ τῷ εὐτελεῖ ὀνόματι ἐπῇ κόσμος· εἰ δὲ μή, κωμῳδία φαίνεται, οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν· ὁμοίως γὰρ ἔνια ἔλεγε καὶ εἰ εἴπειεν ἂν « πότνια συκῆ. » Inde Cleophontem et personas, quales in vita quotidiana esse soleant, in fabulis suis introduxisse et humili ineptoque dicendi genere usum esse discimus. Nihil autem de ejus vita deque tempore, quo fabulas docuit, compertum habemus, nisi forte poeta tragicus idem fuit atque Cleopho demagogus certatim a poetis comicis exagitatus, id quod plures propter rationes, quas Welck. Trag. Gr. p. 1011 egregie perspexit atque exposuit, veri est simillimum. Primum enim Aristoteles, ut in aliis poetis v. c. Antiphonte (de quo infra) consuevit, nusquam inter demagogum, quem Critiæ adversatum esse constat, et poetam distinxit, sed et ll. cc. ac Soph. Elench. 15, 5, ubi de poeta egit, et Rhet. I, 15, p. 1375, 34 Bekk., ubi de demagogo verba fecit, simpliciter *Cleophontis* nomine usus est. Pariter Aristophanes versibus (Ran. 688 sqq.),

> Μοῦσα χορῶν ἱερῶν ἐπίβηθι καὶ
> ἔλθ' ἐπὶ τέρψιν ἀοιδᾶς ἐμᾶς,
> τὸν πολὺν ὀψομένη λαῶν ὄχλον,
> οὗ σοφίαι μυρίαι κάθηνται,
> φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ
> δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις
> δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδὼν,
> ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον·
> ῥύζει δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον
> νόμον, ὡς ἀπολεῖται,
> κἂν ἴσαι γένωνται,

quibus in Cleophontem invectus est, simul tecte ejus tragœdias carpsisse videtur : nam sæpius poetarum quorundam sermonem cum hirundinum cantu comparavit; cf. Ran. 93, Pac. 799, et Schol. ad Av. 1680. (Vide quæ de Melanthio deque aliis poetis Euripidi et Aristophani æqualibus disputavimus.) Præterea casui ascribi non posse videtur, quod Ol. XCIII, 3, quum post Euripidis et Sophoclis mortem poetæ comici fabulas ad miserum tragicæ artis statum spectantes (videlicet Aristophanes Ranas, Phrynichus Musas) in scenam proferrent, Plato Cleophonte comœdia in certamen descendit. Nam hac fabula poeta non tam administrandæ rei publicæ rationem, qua Cleopho usus est, quam ejus poesim perstrinxisse videtur, ut miserrimam tragœdiæ conditionem ostenderet, quippe cui poetæ, qualis esset Cleopho, operam navarent. De cujus rebus gestis agere longum et ab hoc loco alienum est, quum, quæ veteres scriptores de eo tradant, tantummodo ad acta ejus publica pertineant. Quo accedit quod dudum ab aliis viris doctis copiose de eo actum est, velut nuper a Meinekio (Hist. crit. com. p. 171 sq.). Quare ad Cleophontis tragœdias nos convertimus. Quas nominatim præter Suidam nemo attulit, nam Μανδρόβουλος, cujus mentionem fecit Aristoteles (Soph. Elench. 15, 5, p. 174, 27 Bekk. : Ὥσπερ τε καὶ ἀποκρινόμενοι πολλάκις, ὅταν ἐλέγχωνται, ποιοῦσι διττὸν, ἂν μέλλῃ συμβαίνειν ἐλεγχθήσεσθαι, καὶ ἐρωτῶντας χρηστέον ποτὲ τούτῳ πρὸς τοὺς ἐνισταμένους, ἂν ὡδὶ μὲν συμβαίνῃ ὡδὶ δὲ μή, ὅτι οὕτως εἴληφεν, οἷον ὁ Κλεοφῶν ποιεῖ ἐν τῷ Μανδροβούλῳ), quid fuerit, incertum est. Omnia, quæ de Mandrobulo quodam scimus, debemus parœmiographis, ubi ejus nomen in Μανδροβόλας vel Μανδρόβολος depravatum est. Cf. Mich. Apost. VIII, 95 : Ἐπὶ τὰ Μανδραβόλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα.] Ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τὸ χεῖρον. Μανδροβόλας γάρ τις τὰς αὐτὰς θυσίας ὅρκοις ἑαυτὸν καταδήσας τοῖς θεοῖς κατ' ἔτος προσάγειν, τὸ μὲν πρῶτον δέκα βοῦς ἔθυσε, τὸ δὲ δεύτερον παρ' ἕνα ἤτοι ἐννέα· περιελθόντος δὲ τοῦ τρίτου ἀφεῖλεν ἕτερον· καὶ οὕτως ποιῶν διὰ τῶν ἑξῆς ἐνιαυτῶν κατέστη εἰς ἐπιορκίαν· ὁ δὲ Ἔφορος οὕτως· ὁ Μανδροβόλας ἐν Σάμῳ γεωφάνιον εὑρὼν, πρῶτον μὲν κριὸν χρυσοῦν ἀνέθηκεν, ἔπειτα ἀργυροῦν, ἔπειτα χαλκοῦν ἐλάττονα, εἶτα οὐκέτι. Zenob. III, 82; Diogenian. IV, 62; Suid. s. v.; Lucian. De merc. cond. 21; Alciphr. Epist. I, 9. Quæ quomodo tragœdia exprimi potuerint, haud facile est ad intelligendum; quare Welck. l. c. Mandrobulum orationem fuisse suspicatur. Sed cur Cleopho Mandrobuli historiam oratione pedestri exposuerit, non perspicio : quam ob rem nescio, an Mandrobulus carmen epicum vel potius fabula Æsopica (αἶνος) fuerit. — Inter tragœdias, quas Cleopho composuisse fertur, tantummodo unum argumentum est ab reliquis poetis tragicis non tractatum, *Leucippi* historiam dico; sed quis ille Leucippus fuerit, cujus historia dramate continebatur, dubium est. Plures enim fuerunt Leucippi. Unus Herculis et Eurytеles filius fuit (Apollod. II, 8; Hygin. CLXII); alius Lampri ex Galatea filia, quæ Latonæ numine ex virgine in adolescentem commutabatur (Antonin. Lib. 17). Tertius fuit Œnomai filius, qui Daphnes amore captus, ut virginis consuetudine uti posset, muliebres vestes induit ac perpetuo eam comitatus est, ea autem re Apollinis iram sibi contraxit. Nam deus ipse Daphnes amore flagrabat eaque potiri volebat. Ut igitur Leucippum removeret, in mentem ei injecit consilium cum reli-

quis virginibus lavatum eundi. Quæ quum ad flumen vestes deposuissent, Leucippus vero nollet, vestimentis eum spoliarunt ac fraude cognita venabulis perfoderunt. (Parthen. XV.) Quartus Leucippus Perieris filius fuit, cujus filias Hilairam et Phœben Dioscuri rapuerunt. (Apollod. I, 9, 5; III, 10, 3; 11, 2.) Quintus denique Xanthi fuit filius, cujus historiam copiose narrat Parthen. V. Quam paucis rettulisse non inutile erit, quum in ea tragœdia argumentum positum fuisse videatur. Leucippus, fortitudine ac rei militaris scientia insignis, Venerem eadem fortasse re, quam dea in Hippolyti Euripideæ prologo affert, offenderat, ita quidem, ut irata in ejus animum vehementissimum sororis amorem insereret. Quem Leucippus initio viriliter oppressit, mox hoc morbo se liberatum iri sperans. Sed quum eum in dies augeri sentiret, rem matri aperuit ac mortem ipsum consciturum sibi esse dixit, nisi auxilium ferret. Quæ quum filio mederi cuperet, filiam cum fratre concubare jussit: nec filia matris jussum detrectavit, sed sæpius cum fratre coivit. Haud diu vero latuit res, sed per servum filiæ sponso nuntiata est, qui cum patre aliisque necessariis ad Xanthum se contulit totamque rem patefecit tacito tamen Leucippi nomine. Xanthus re comperta e sponso petiit, ut statim sibi indicaret, ubi corruptorem in filiæ cubiculo versantem sciret. Qui quum corruptorem nunc adesse diceret, Xanthus ad filiæ cubiculum accurrit, quæ clamore perterrita foras se ejecit, ut venturos, si posset, effugeret; pater autem sive loci obscuritate deceptus sive ira obcæcatus se cum corruptore convenisse credidit filiamque cultro vulneravit. Quæ propter dolorem magnum clamorem edidit, quo percepto Leucippus auxilio advolavit et, quum sororem interfectam opinaretur, ira accensus patrem interfecit. Cæde perpetrata patriam reliquit et in Cretam insulam se contulit; hinc vero expulsus in terra Ephesiaca consedit.

ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ.

Apud Suid. s. v. (Eudoc. p. 311) hæc leguntur: Νικόμαχος, Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωικῆς, τραγικὸς, γράψας τραγῳδίας ια΄, ὧν καὶ αἵδε· Ἀλέξανδρος [ἢ] Ἐριφύλη, Γηρυόνης, Ἀλετίδης, Εἰλείθυια, Νεοπτόλεμος, Μυσοὶ, Οἰδίπους, Περσὶς (sic) ἢ Πολυξένη, Τριλογία, Μετεκβαίνουσαι, Τυνδάρεως [ἢ] Ἀλκμαίων, Τεῦκρος. — Deinceps: Νικόμαχος (Eudoc. καὶ ἕτερος Νικόμαχος), Ἀθηναῖος, τραγικὸς, ὃς παραδόξως Εὐριπίδην καὶ Θέογνιν ἐνίκησεν. Τῶν δραμάτων ἐστὶν αὐτοῦ Οἰδίπους. Multa in his Suidæ verbis sive ipsius sive librariorum culpa turbata esse nemo non videt. Primum enim in tragœdiis haud mediocrem dubitationem movent tituli Εἰλείθυια, Περσὶς, Τριλογία, Μετεκβαίνουσαι, ut jam inde Suidam alius cujusdam Nicomachi, comici poetæ, dramata inter tragici fabulas recepisse suspiceris. Nec talia suspicantem errare ex Athen. VII, p. 290, F, liquet, qui ibi sat longum ex Ilithyia fragmentum memoriæ mandavit idque ita comparatum, ut dubitari amplius nequeat, quin Ilithyia comœdia fuerit; cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 496 sq., Poet. com. IV, p. 583 sq. Ejusdem Nicomachi, quem hinc cognoscimus, poetæ comici, haud dubie fuerunt Ναυμαχία fabula a Stob. XXXVIII, 10 citata et versus quidam sine fabulæ nomine ab Athen. II, p. 58, A; XI, p. 751, F, allati, ut Meinekius rectissime eum inter poetas comœdiæ novæ receperit. Quæ quum ita sint, eidem assignare non dubitamus fabulas supra nominatas, Περσὶς, [Τριλογία?], Μετεκβαίνουσαι, quanquam e voce Περσὶς Meinekius l. c. leni mutatione effecit Πέρσις, quo titulo etiam Cleophontem tragœdiam inscripsisse vidimus. Ad *Trilogiam* quod attinet, Meinek. hanc vocem tanquam additamentum ad fabulas Tyndareum, Alcmæonem, Teucrum pertinere dicit, contra quem Welck. p. 1014 eam potius ad tres fabulas proxime præcedentes aut proxime sequentes referendam esse recte monet. Sed mihi Meinekius nihil aliud dixisse videtur, quam hoc, voce *Trilogia* inscribi omnino nullam fabulam posse, quum ea ab usu veterum plane abhorreat. Manifesto igitur sive a Suida ipso sive a librario quodam inserta est, vix autem eum, quem debet, locum obtinet. Attamen ad quas fabulas pertineat, nunc conjectura explorari vix poterit, nec multum probabilitatis præ se fert Bodei (Hist. Trag. Gr. p. 500) opinio, Trilogiam istam fuisse (Ἰλίου) Πέρσιν, e Neoptolemo, Mysis et Polyxena constantem. Sed utcumque res se habet, hoc certe dubium esse nequit, quin Suidas priori loco tragicum poetam cum comico commiscuerit. Quam ob rem, nisi quis duos fuisse Nicomachos, poetas tragicos, alterum Atheniensem, alterum Alexandrinum Troadis statuere malit (quod minus probabile videtur), poetam tragicum Atheniensem, comicum vero Alexandrinum fuisse conjiciemus: nam quod Meinek. l. c. (lectores simul ad Comment. miscell. fasc. 1, p. 7. ablegans, ubi vero sententiam suam nullis argumentis fulsit nec fulcire potuit) et Welckerus Nicomachum Atheniensem et Alexandrinum eundem fuisse opinantur, id temporum rationibus plane repugnat. Quo modo enim poeta, qui cum Euripide ac Theognide

(i. e. ante Ol. XCIII, 3) certavit, Alexandriæ Troadis natus esse aut versari potuit, quum hæc urbs teste Strab. XIII, 1, p. 581, ab Antigono demum condita ac primum *Antigonia* dicta, deinde vero a Lysimacho in Alexandri honorem *Alexandria* appellata sit? Diversus igitur fuit Nicomachus Atheniensis ab Alexandrino, sive is poeta tragicus sive comicus fuit, de qua re doctiores videant. Nec tam ignobilis, ut quibusdam visum est, Atheniensis fuerit, quum vel Euripidem vicerit (quamvis ea de re grammaticus, ex quo Suidas sua deprompsit, miretur), quumque ejus etiam Aristoteles (vide infra) rationem habuerit. Ac fortassis idem commemoratus est ab Aristoph. Ran. 1506, ad quem locum Schol.: ἀλλ' ἤτοι ὁ τραγικὸς ὑποκριτής, ubi ποιητὴς corrigendum, nisi forte ὑποκριτής, id quod sæpius apud Scholiastas factum esse videtur (vide nos ad Sthenelum), eadem significatione dictum est. Huic igitur Nicomacho jure tragœdias assignabimus quas enumerat Suidas. In cujus verbis recte Bernhardy duorum codd. auctoritate nixus ἢ inter Alexandrum et Eriphylen, itidem inter Tyndareum et Alcmæonem delevit: nam hæ fabulæ eædem esse nullo modo potuerunt; vix diversa autem fuit Πέρσις (si Meinekii correctionem accipere nec scriptura Περσὶς servata fabulam potius Nicomacho comico tribuere malumus) a Polyxena. Nec diversas fuisse fabulas Eriphylen et Alcmæonem incredibile est, ut Meinek. et Welck. statuunt; nam Alcmæonis historia tam late patebat, ut facile in pluribus fabulis introduci posset (vide quæ ad Euripidis Alcmæonem disputavimus). Ceterum etiam Sophocles et Eriphylen et Alcmæonem scripsit. Ad reliquas tragœdias quod attinet, Meinek. etiam de *Geryone* dubitationem movit; sed Geryonem, ut Welck. monuit, inter tragœdiarum argumenta agnovit Aristot. Probl. XIX, 48, p. 922, 10 Bekk.: Διὰ τί οἱ ἐν τραγῳδίᾳ χοροὶ οὔθ' ὑποδωριστὶ οὔθ' ὑποφρυγιστὶ ᾄδουσιν; ἢ ὅτι μέλος ἥκιστα ἔχουσιν αὗται αἱ ἁρμονίαι, οὗ δεῖ μάλιστα τῷ χορῷ; ἦθος δὲ ἔχει ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικόν, διὸ καὶ ἔν τε τῷ Γηρυόνῃ ἡ ἔξοδος καὶ ἡ ἐξόπλισις, ἐν ταύτῃ πεποίηται, ἡ δὲ ὑποδωριστὶ μεγαλοπρεπὲς καὶ στάσιμον, διὸ καὶ κιθαρῳδικωτάτη ἐστὶ τῶν ἁρμονιῶν. Geryonis historiam tradunt Apollod. II, 5, 10, Palæphat. 25, Jo. Pediasim. De Herc. lab. 10, Ptolem. Nov. Hist. II. p. 185, 18 (in Westermanni Script. myth.), sed haud facile intelligitur, qua ratione ea, sicut ab illis narratur, in tragœdia tractari potuerit. Quare Nicomachum multum a vulgari narratione recessisse persuasum mihi est. Quid sub titulo Ἀλετίδης delitescat, ægre explores: Bernhardy ad Suid. corrigit Ἀλετρίδες, Geel. De Telepho Eurip. p. 2 Ἀλήτιδες (Ἠριγόνη), Meinek. l. c. Ἀλήτης, quo nomine etiam Sophocles fabulam inscripsit; sed vide an e literarum ductibus (ΑΛΕΤΙΔΕΣ) elici etiam Δαναΐδες, Λαέρτης vel simile quid possit. *Neoptolemi* argumentum Welckerus ab eo, quod Sophocles in Phœnice s. Dolopibus tractaverit (de qua fabula vid. Welck. Trag. Gr. p. 147 sq., Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 267 sq.), non diversum fuisse conjicit, nec est cur viro eruditissimo ea in re obloquamur, præcipue quum Aristoteles (Poet. c. 23) Neoptolemum tertiam tragœdiam esse dicat, cujus argumentum e Parva Iliade ductum sit. Nam quin ibi Aristoteles Nicomachi fabulam significaverit dubitari vix potest, quum eum hujus poetæ rationem habuisse e loco supra (ad Geryonem) allato satis constet. — *Tyndarei* nomine plures quidem poetæ comici, nullus autem tragicus fabulam inscripsit: quare Welck. Tyndareum, ut Ilithyiam, comœdiam fuisse et, quum in codd. Τυνδάρεως ἢ Ἀλκμαίων legatur, fortasse Τυνδάρεως ἢ Λάκωνες corrigendum esse conjicit. Sed equidem vereor ne inde potissimum, quod poetæ comici ac præcipue mediæ comœdiæ Tyndareum in scenam induxerunt, idem argumentum etiam a tragicis non neglectum esse sequatur, quippe quum poetæ comœdiæ mediæ inprimis tragœdiarum argumenta sibi tractanda eligere et quodam quasi parodiæ lusu ad jocum detorquere consueverint. Cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 218 sq. — In *Alexandro* utrum Nicomachus idem argumentum cum Sophocle atque Euripide (vide ad Eurip. Alexandr.), an Paridis et Œnones historiam (de qua cf. Apollod. III, 12, 6, Parth. 4, 34, Ovid. Heroid. 5, Conon. Narrat. 23; Welck. Trag. Gr. p. 1146 sq., O. Jahn, *Paris und OEnone*, Greifswald. 1844) repræsentaverit, non liquet. — Fragmenta Nicomachi nulla supersunt, nisi ei ex Meinekii sententia assignandi sunt duo loci apud gramm. inc. in Bekkeri Anecd. Gr.

1.

Gramm. in Bekk. An. Gr. p. 337, 11 (Bachm. An. Gr. I, p. 22, 17): Ἁγηλατῶν· ἀντὶ τοῦ διώκων, φυγαδεύων· οὕτως Νικόμαχος. Ἁγηλατῶν pro ἀγηλατῶν correximus ex Eustath. p. 1704, 5, et Suid. s. v. Cf. Soph. OR. 402.

2.

Ibid. p. 349, 10 (Bachm. An. Gr. I, p. 36, 21): Ἀηδόνειος κλαγγή. Νικόμαχος· ἀηδόνειον

1.

Ἁγηλατῶν, pro: *persequens, fugans.*

2

Lusciniæ cantus.

χλαγγήν. Quæ Meinekio eo minus comici Nicomachi esse videntur, quum etiam Æschylus dixerit (ibid. p. 349, 6), Θρηνεῖ δὲ γόον τὸν ἀηδόνειον.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ.

De Diogene hæc habet Suidas conspirante Eudoc. p. 132 : Διογένης ἢ (ὁ καὶ Eudoc.) Οἰνόμαος, Ἀθηναῖος, τραγικός· γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ' καταλύσεως (h. e. Ol. XCIV, 2). Δράματα δὲ αὐτοῦ Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη. Duo sunt quæ in his verbis offendunt : primum quod Diogenes *OEnomai* cognomen habuisse fertur, cujus nec in tota antiquitate exemplum nec ratio inveniri potest; deinde quod, quum tragœdias ordine alphabetico enumerari manifestum sit, *Semele* præter literarum ordinem in fine adjecta est. Unde si quis Suidæ verba turbata esse conjiciat, id certum esse intelliget e Diog. Laert. VI, 73, 80, qui easdem fabulas una Semele omissa, sed alio ordine Diogeni Sinopensi, cynico philosopho, tribuit simulque monuit, Satyrum easdem Philisco, Diogenis cynici discipulo (de quo infra agemus), Phavorinum vero Pasiphonti nescio cui assignasse. Eandem dissensionem commemorat Julian. Orat. VII, p. 210, C : Τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὸν Διογένη τραγῳδίας, οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένας (ὁμολογουμένως Welck.) κυνικοῦ τινος συγγράμματα, ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον, εἴτε τοῦ διδασκάλου τοῦ Διογένους εἰσὶν, εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίσκου, τίς ἐπελθὼν (οὐκ ἂν bene addit Meinek.) βδελύξαιτο καὶ νομίσαιτο ὑπερβολὴν ἀῤῥητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑταίραις ἀπολελεῖφθαι· ταῖς Οἰνομάου δὲ ἐντυχὼν (ἐγράψατο γὰρ καὶ τραγῳδίας τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτοῦ παραπλησίας) ἀῤῥήτων ἀῤῥητότερα καὶ κακῶν πέρα, καὶ οὔτε ὅ τι φῶ περὶ αὐτῶν ἀξίως ἔχω, κἂν τὰ Μαγνήτων κακὰ, κἂν τὸ Τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς αὐτοῖς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν μετὰ τοῦ σατύρου καὶ τῆς κωμῳδίας καὶ τοῦ μίμου· οὕτω πᾶσα μὲν αἰσχρότης, πᾶσα δὲ ἀπόνοια πρὸς ὑπερβολὴν ἐν ἐκείνοις (ἐκείναις Welck.) τῷ ἀνδρὶ πεφιλοτέχνηται· et VI, p. 186, C : Αἵ τε γὰρ θρυλούμεναι Διογένους τραγῳδίαι Φιλίσκου τινὸς Αἰγινήτου λέγονται εἶναι· καὶ εἰ Διογένους δὲ (δὴ addit Meinek.) εἶεν, οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι τὸν σοφὸν παίζειν. Quibus adde, quæ de illis tragœdiis præbent Julian. VII, p. 212 init. : Οὗτος οὖν ὁ Διογένης ὁποῖός τις ἦν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, μὴ διὰ τῶν Οἰνομάου λόγων μηδὲ τῶν Φιλίσκου τραγῳδιῶν, αἷς ἐπιγράψας τὸ Διογένους ὄνομα τῆς θείας πολλά ποτε κατεψεύσατο κεφαλῆς, ἀλλὰ δι' ὧν ἔδρασεν ἔργων ὁποῖός τις ἦν γνωρίζεσθαι. Diog. Laert. VI, 73 : Μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷδε (τῷ Meinek.) ὀρθῷ λόγῳ πάντα ἐν πᾶσι διά τινων ἀδήλων πόρων καὶ ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων, ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ, εἴ γε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὅν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. Theophil. Ad Autol. III, 4 : Πρὸς τούτοις ἀθεωτέρα τις φωνὴ εὑρίσκεται ἡ τοῦ Διογένους διδάσκοντος τὰ τέκνα τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς θυσίαν ἄγειν καὶ τούτους κατεσθίειν. Clem. Alex. Strom. II, 20, § 119, p. 492 P. (vide fragm. 5). Quæ testimonia si quis animo diligenter perpenderit, Diogenis vel Philisci poesim indecoram atque impuram fuisse intelliget. Simulque fugere quenquam nequit, eandem eo magis spurcæ Cynicorum doctrinæ respondisse, quo longius ab antiquæ tragœdiæ castitate recesserit, ut jam inde satis probabiliter suspiceris, septem illas tragœdias e Diogenis vel alius cujusdam cynici officina esse profectas. Quam suspicionem aliæ præterea rationes confirmant. Primum enim ad *Herculem Diogenis cynici* manifesto respexit Tertull. Apolog. 14, hæc scribens : *Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit, et Romanus Cynicus Varro trecentos Joves sive Jupiteres sine capitibus introducit.* Deinde fragmentum quod e *Semele Diogenis* Athenæus (cf. fragm. 1) servavit, a poesis Diogeneæ indole, qualis supra descripta est, mirum quantum recedit. Postremo Melanthius, cujus judicium de Diogenis Atheniensis tragœdiis Plutarchus (De rect. rat. audiendi 7, p. 41, D : Ὁ μὲν γὰρ Μελάνθιος, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς Διογένους τραγῳδίας ἐρωτηθεὶς, οὐκ ἔφη κατιδεῖν αὐτὴν ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ἐπιπροσθουμένην) memoriæ mandavit, nihil ejusmodi in iis reprehendit, quod supra cognovimus. Dubitari igitur vix potest quin et Semele alium auctorem habuerit, quam septem reliquæ tragœdiæ, et Diogenis Atheniensis poesis a squalore libera fuerit, quo Diogenis cynici vel ejus, quicumque illarum septem tragœdiarum auctor fuit, conspersas fuisse Diogenes Laertius, Julianus, Clemens et Theophilus testantur. Quibus exploratis non amplius obscurum erit, quî factum sit ut Semele inter Diogenis fabulas apud Suidam postremum locum teneat. Suidas enim, ut in Nicomacho ac permultis aliis locis fecit, duos ejusdem nominis scriptores inter se confudit. Diogenem Sinopensem, philosophum cynicum, ad quem septem illæ tragœdiæ, cujuscujus fuerunt, referebantur, et Diogenem Atheniensem, Semeles auctorem. Egregie pro ingenii sui acumine Meinekius

(Exercitt. philol. in Athen. Berol. 1843. p. 45 sq.) non modo hoc perspexit, sed probabiliter etiam explicuit, unde apud Suidam illud additamentum ἢ Οἰνόμαος originem duxerit, quamvis equidem tali additamento in loco corrupto non multum tribuerim. Dicit enim, fuisse Œnomaum quendam Gadarenum, et vitæ genere, et philosophiæ professione, et scriptorum indole Diogenis cynici simillimum (cf. Julian. VII, p. 210, l. c.), cui eam ob causam sive ab ipso sive ab alio Diogenis cognomen impositum esset. Id sibi Suidam arripuisse, sed ita, ut solita ἀκρισίᾳ rem inverteret atque Diogenem Œnomai cognomen habuisse traderet.

De Diogene Atheniensi præter ea, quæ supra attigimus, nihil scimus, nisi forte ad eum pertinent, quæ tradit Ælianus (V. H. III, 30, H. A. VI, 1) : Diogenem (τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν) mulierum consuetudine plane abstinuisse. Non mirum igitur esse potest, quod cum cynico philosopho multo majorem famam consecuto confusus est. Fragmenta quæ supersunt, præter illud quod Clem. Alex. servavit, Atheniensis esse videntur, tamen etiam illud unum reliquis subjecimus, quoniam hoc l. conjunctim de utroque Diogene agere coacti fuimus.

ΣΕΜΕΛΗ.

Fabulæ argumentum ad Carcini Semelen expositum est, quod conferas.

I. (1.)

Athen. XIV, p. 636, A : Διογένης δὲ ὁ τραγικὸς διαφέρειν πηκτίδα μαγάδιδος λέγων οὕτως ἐν τῇ Σεμέλῃ.

Καίτοι κλύω μὲν Ἀσιάδος μιτρηφόρους
κυβέλας γυναῖκας, παῖδας ὀλβίων Φρυγῶν,
τυπάνοισι καὶ ῥόμβοισι καὶ χαλκοκτύπων
βόμβοις βρεμούσας ἀντίχερσι κυμβάλων
σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν ἰατρόν θ' ἅμα.
Κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε παρθένους,
ποταμῷ παροίκους Ἅλυϊ, Τμωλίαν θεὸν
δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν
ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων ἀντιζύγοις
ὁλκοῖς κρεκούσας μάγαδιν, ἔνθα Περσικῷ
νόμῳ ξενωθεὶς αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

Vs. 1 Dalecamp. et Meinek Ἀσιάδας maluerunt, κυβέλας adjectivum esse dicentes : sed equidem me tale adjectivum unquam legere non memini ; quare, si quid corrigendum, scripserim : Κυβέλης. — Vs. 3 τυπάνοισι correxit Casaub., libri τυμπάνοισι. Ib. ῥόμβοισι Pierson. Verisim. p. 204, codd. βομβοῖσι. — Vs. 4 codd. ἀντὶ χερσὶ, quod correxit Casaub. — Vs. 6. ἢ λύω δὲ codd., κλύω δὲ Casaub. et Cant. Var. Lectt. IV, 5. — Vs. 7 libri παροικοῦσα λυιτμωλίαν, quod ibid. Casaub. et Cant. correxerunt. — Vs. 10 codd. κρεκούσης, Casaub. κρεκούσας.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Stob. LXIV, 1.

Ὅταν δ' ἔρωτος ἐνδεθῶμεν ἄρκυσι
θᾶσσον θυραίοις τὴν χάριν ποιούμεθα
ἢ τοῖς ἀνάγκης ἐν γένει πεφυκόσι.

Trinc. Gesn. Grot. hoc fragm. cum lemm. Δικαιογένους præbent; sed cod. Paris. A habet Διογένους.

II. (3.)

Stob. LXXV, 1.

Μακάριος, ὅστις αὐτὸς ἰσχύων ἔτι
παῖδας παρασπίζοντας ἀλκίμους ἔχει.

1.

Atqui audio mitratas Asiaticæ
Cybeles mulieres, fortunatorum Phrygum filias,
tympanis, et rhombis, et æneorum cymbalorum
strepitibus manuum concursu peractis personantes
sapientem inter deos cantatricem simulque medicam.
Audio etiam Lydas Bactriasque virgines,
flumen Halyn accolentes, Tmoliam deam,
in luco lauris umbrosa, Dianam colere
triangularium pulsatione pectidum respondentibusque
tractibus stridentes magadin, ubi Persico
more juncta tibia choris concinit.

2.

Quoties amoris retibus capti sumus,
Benigniores tunc in alienos sumus,
Quam quos necessitudo junxit sanguinis.

GR.

3.

Beatus ille, qui valens membris, veges,
Natorum opifera robora acquirit sibi.

GR.

III. (4).

Stob. LXXV, 10.

Ζηλωτὸς, ὅστις εὐτύχησεν ἐν τέκνοις,
καὶ μὴ 'πισήμοις συμφοραῖς ὠδύρετο.

Imitatus est Diogenes Euripidis Orest. 535 sq.

IV. (5.)

Clem. Alex. Strom. II, 20, § 119, p. 492 P.: Τί γὰρ ἕτερον ἡ τρυφὴ ἢ φιλήδονος λιχνεία καὶ πλεονασμὸς περίεργος πρὸς ἡδυπάθειαν ἀνειμένων; ἐμφαντικῶς ὁ Διογένης ἔν τινι τραγῳδίᾳ γράφει·

Οἳ τῆς ἀνάνδρου καὶ διεσκατωμένης
τρυφῆς ὑφ' ἡδοναῖσιν ἀχθέντες κέαρ
πονεῖν θέλοντες οὐδὲ βαιά·

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ὅσα αἰσχρῶς μὲν εἴρηται, ἐπαξίως δὲ τῶν φιληδόνων. — Vs. 1 Grot. διεσκοτωμένης. — Vs. 2 Meinek. l. c. et Anal. Alex. p. 393 ingeniose correxit: ὑφ' ἡδοναῖσι σαχθέντες, collato Cercida ap. Stob. IV, 43: Ἀνέρες ὧν τὸ κέαρ παλῷ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί.

Præterea Diogenis cynici fragmentis adnumerari fortasse poterit Anon. Tragic. fragm. VI.

POETÆ TRAGICI EURIPIDE POSTERIORES.

ΑΝΤΙΦΩΝ.

Quod crebro in Suidæ Lexico accidisse vidimus, ut ejusdem nominis homines plane diversi confunderentur, id ab aliis scriptoribus etiam non alienum fuit; velut a Pseudo-Plut. Vit. X oratt., Antiph. 13, p. 833, B, de morte Antiphontis Rhamnusii, clarissimi oratoris, hæc tradente: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος περὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ. Πρεσβευτὴν γὰρ ὄντα εἰς Συρακούσας πλεῦσαι, ἡνίκα ἤκμαζεν ἡ τοῦ προτέρου Διονυσίου τυραννίς· γενομένης δὲ παρὰ πότον ζητήσεως, τίς ἄριστός ἐστι χαλκὸς, καὶ τῶν πολλῶν διαφερομένων, αὐτὸν εἰπεῖν, ἄριστον εἶναι ἐξ οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων πεποίηνται· τοῦτο δ' ἀκούσαντα τὸν Διονύσιον, καὶ ὑπονοήσαντα προτροπὴν εἰς ἐπίθεσιν εἶναι τὸ ῥηθὲν, προστάξαι ἀναιρεθῆναι αὐτόν· οἱ δὲ, ὅτι τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διέσυρε, χαλεπήναντα. Φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος λόγοι ἑξήκοντα, ὧν κατεψευσμένους φησὶ Καικίλιος εἶναι τοὺς εἰκοσιπέντε. Κεκωμῴδηται δ' εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ· λέγεται δὲ τραγῳδίας συνθεῖναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. Adde Phot. Bibl. cod. 259, p. 486 Bekk.: Λόγος δὲ αὐτὸν καὶ τραγῳδίας συνθεῖναι, ἰδίᾳ τε καὶ Διονυσίῳ διατρίβοντα. Philostr. Vit. Soph. I, 15, 3, p. 499 ed. Ol. Eudoc. p. 59. Nam his locis Antiphontem quendam, tragicum poetam, cum Antiphonte Rhamnusio, oratore clarissimo, confusum esse, multis ex rebus cognosci potest. Ac primum quidem Antiphontem oratorem jam Ol. XCII, 2 mortuum esse constat (cf. Dryander, De Antiphontis Rhamnusii vita etc. Halis, 1838, p. 27 sqq.), Dionysius autem Ol. XCIII, 3 demum tyrannide potitus est. (Cf. Schweckendieck. De Dionysio priori diss. Gotting. 1832, p. 20 sq.) Quanquam jam inde Antiphontem, qui Dionysii jussu occisus est, ab oratore diversum fuisse consequitur, id tamen vel luce clarius ex iis fit, quæ Aristoteles (Rhet. II, 6 extr., p. 1385, 9 ed. Bekk.) de poeta Antiphonte memoriæ prodidit. Cujus verba hæc sunt: .... ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, « τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; » Περὶ μὲν οὖν αἰσχύνης ταῦτα· περὶ δὲ ἀναισχυντίας δῆλον ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων εὐπορήσομεν. In quibus animadvertendum est, bene Antiphontem adjecto *poetæ* cognomine ab oratore esse distinctum. Idem Aristoteles etiam alio loco (cf. fgm. 5) fecit; tribus aliis autem vel Antiphontis fabulas quasdam commemoravit. (Vide infra.) Accedit denique Athenæi (vide infra) testimonium, qui eum apertis verbis

---

4.

Beatus ille prole qui felix fuit,
Nullove certe indoluit insigni malo.

GR.

5.

Queis cor subegit molle deliciis suis
Effeminator luxus in tenebris latens,
Gravis his labor vel minimus.

GR.

poetam tragicum nuncupare non dubitavit. Habemus igitur Antiphontem Rhamnusium, oratorem clarissimum, qui Ol. XCII, 2 mortem obiit, et Antiphontem Atheniensem, poetam tragicum, qui post Euripidis mortem demum, i. e. Ol. XCIII, 2, floruit, si quidem fides habenda est iis, quæ Plut., Phot., Philostr. ll. cc. tradunt : Antiphontem et domi (i. e. Athenis) et cum Dionysio tragœdias composuisse. Dionysius enim bello Carthaginiensium finito, i. e. Ol. XCVII, 4, tragœdiæ operam navare cœpit teste Diod. Sic. XV, 74. Nec publicæ laudis atque bonæ famæ expertem fuisse Antiphontem inde liquet, quod et Dionysius tyrannus eum dignum judicavit quem præ multis aliis ad se vocaret, et Aristoteles pluribus locis ad eum respexit. Attamen quot et quas fabulas scripserit, ignoramus. Duas, *Andromachen* et *Meleagrum,* commemorat Aristoteles, ut dubitari de iis, quemadmodum de aliis quibusdam nequeat. Quum enim propter literarum similitudinem sæpius inter se *Antiphontis* et *Antiphanis* nomina confusa sint, accidit ut fabulæ quædam ab aliis Antiphonti, ab aliis Antiphani assignarentur. De qua re egregie, ut solet, disputavit Meinek. Hist. crit. com. p. 314 sq. Fabulæ vero, de quibus ambigi potest, hæ sunt : *Adonis*, *Iason*, *Medea* et *Philoctetes*. *Adonidis* solus mentionem fecit Antiatticista Bekkeri tribus locis. Primum p. 77, 25 : Ἀκληρίαν· Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Ὁ αὐτὸς εὐκλήρωμα (imo εὐκλήρημα) ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα, ubi codex habet Ἀντιφώ. Deinde p. 80, 24 : Ἀνὰ μέσον· ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ· Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Ita Bekkerus. Sed Ἀντιφῶν ex Ruhnkenii apographo citat Petr. v. Spaan. Diss. de Antiph. Rhamn. p. 254, et Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 103, C. Postremo p. 103, 15 : Κατάλυσιν· καὶ ταύτην (τοῦτο citat Ruhnk.) ἐπαιτιῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Hinc certi nihil erui potest. Haud scio tamen an rectius Antiphontis quam Antiphanis nomen illis locis legatur, præcipue si nec Atticorum poetarum ullum nec omnino ante Dionysium tyrannum, cui Antiphontem in tragœdiis componendis operam suam præstitisse supra vidimus, quemquam fuisse considero, qui fabulam de Adonide in tragœdia repræsentaverit. Nam grammatici, qui rationem inter Antiphontem et Dionysium intercedentem cognitam habebant, jam antiquissimis temporibus dubitasse mihi videntur, utri auctori rectius *Adonidem* tragœdiam vindicarent. — *Medeam* a Polluce VII, 57 (cf. fgm. 2) Antiphani tributam Ruhnkenius vix aliam ob caussam Antiphonti vindicavit, quam quod *Iasonem* ab Antiatticista citatam (cf. fgm. 1) nisi titulo a Medea non differre censuit. Quæ sententia sane habet quo commendetur, quanquam Medeæ fabula etiam a comœdia non aliena fuit. — Majori cum jure Meinek. l. c. *Philoctetam* Antiphani abjudicandam et Antiphonti ascribendam esse dicit, quum unum illud, quod ex ea fabula superest, fragmentum nescio quid tragici coloris præ se ferat (cf. fgm. 4). Attamen Meinekium ipsum non latuit, quam fallax hæc ratio esset. — Ut autem ad *Andromachen* et *Meleagrum* redeamus, audivisse juvabit Aristot. Ethic. Eudem. VII, 4, p. 1239, 33 : Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν φιλίαν τὸ φιλεῖν μᾶλλον ἢ τὸ φιλεῖσθαι, τὸ δὲ φιλεῖσθαι κατὰ τὸ φιλητόν. Σημεῖον δ' ἕλοιτ' ἂν ὁ φίλος μᾶλλον, εἰ μὴ ἐνδέχοιτ' ἄμφω, γινώσκειν ἢ γινώσκεσθαι, οἷον ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς αἱ γυναῖκες ποιοῦσι, καὶ ἡ Ἀνδρομάχη ἡ Ἀντιφῶντος. In qua fabula Antiphon vix aliud argumentum, quam Euripides in cognominato dramate, tractavit. In *Meleagro* autem longe ab Euripide recessit. Nam ex iis quæ Aristoteles [Rhet. II, 2, 19, p. 1379, 13 : Τοῖς δὲ φίλοις (sc. ὀργίζονται), ἐάν τε μὴ εὖ λέγωσιν ἢ ποιῶσιν, καὶ ἔτι μᾶλλον, ἐὰν τἀναντία, καὶ ἐὰν μὴ αἰσθάνωνται δεομένων, ὥσπερ ὁ Ἀντιφῶντος Πλήξιππος τῷ Μελεάγρῳ· ὀλιγωρίας γὰρ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι σημεῖον· ὧν γὰρ φροντίζομεν, οὐ λανθάνει] habet, Plexippum, Althææ fratrem (cf. Apollod. I, 7, 10, Hygin. Fab. 173 sq.) in hac fabula partes obtinuisse liquet, quas haud leves fuisse docet Athen. XV, p. 673, E sq. Ἐκδόντος γὰρ τούτου (sc. τοῦ Ἀδράντου) πέντε μὲν βιβλία περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τοῖς Περὶ ἠθῶν καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων, ἕκτον δὲ περὶ τῶν ἐν τοῖς Ἠθικοῖς Νικομαχείοις Ἀριστοτέλους, ἐν οἷς ἀμφιλαφῶς παραθεμένου περὶ τοῦ παρὰ Ἀντιφῶντι τῷ τραγῳδιοποιῷ Πληξίππου, καὶ πλεῖστα ὅσα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀντιφῶντος εἰπόντος, σφετερισάμενος καὶ ταῦτ' (sc. ὁ Ἡφαιστίων) ἐπέγραψέ τι βιβλίον περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος, οὐδὲν ἴδιον προσεξευρὼν κτλ. Nam inde nescio quem Adrantum (Adrastum corrigit Casaub.) in commentariis de Aristotelis Ethice Nicomach. scriptis de Antiphontis tragici Plexippo et copiose de Antiphonte ipso egisse cognoscimus, cujus librum igitur nobis perditum esse valde dolendum est. Qualis *Meleagri* fabulæ structura fuerit, quum fragmentum nisi unum non supersit, nunc explorare vix poterimus; nec ad eam referendus erit locus, quem ex Antiphanis Meleagro affert Pollux X, 73 [καὶ γὰρ καὶ τοῦτο (sc. ἀσκοπυτίνην) ἄν τις εὕροι ἐν Ἀντιφάνους Μελεάγρῳ· « ἀσκοπυτίνην τινὰ δίψους ἀρωγόν »] quamvis crebro Antiphanis et Antiphontis nomina commutata sint, quum vox ἀσκοπυτίνη, i. e. *lagena corio obducta,* ut verissime Meinek. l. c. monuit, ne illis quidem temporibus, quibus Antiphon scripsit, poetæ tragico concessa fuerit.

ΙΑΣΩΝ (= ΜΗΔΕΙΑ?)

I. (1.)

Antiatticista Bekkeri p. 90 5 : Διετίθουν, διετίθεσαν. Ἀντιφῶν Ἰάσονι.

II. (2.)

Huc porro referendus est, si quidem Antiphontis nomen apud Pollucem in Ἀντιφάνης depravatum est et Medea ab Iasone non diversa fuit, locus Pollucis, quem supra attigimus : Ἀντιφάνης δέ φησιν ἐν Μηδείᾳ·

Ἦν χιτὼν ἀμόργινος.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

I. (3.)

Aristot. Rhet. II, 23, 20, p. 1399, 25 : Ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται (Anon. Tragic. fragm. XVII). Καὶ τὸ ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος·

Οὐχ ἵνα κτάνωσι θῆρ', ὅπως δὲ μάρτυρες
ἀρετῆς γένωνται Μελεάγρῳ πρὸς Ἑλλάδα.

Bene correxit Meinek. κάνωσι pro κτάνωσι, versus e prologo petitos esse dicens, in qua re ab eo longe recessit Welck. Trag. Græc. p. 1042. Is enim rectius, ut mihi videtur, ex Aristotelis verborum continuitate liquere ait, verba in nuntii cujusdam oratione locum habuisse, qua rixæ caussa et Toxei Plexippique mors descripta fuerit. Præterea Welck. alium locum ab Aristotele paullo ante allatum (quem nos inter Anon. Trag. Fragm. XVI exhibuimus) ad eandem fabulam rettulit, eumque ab Œneo sub fabulæ finem pronuntiatum esse dixit. Qua de re videant doctiores.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

I. (4.)

Stob. Floril. CXV, 15. Arsen. Viol. p. 430 ed. Walz. c. lemm. Ἀντιφάνους ἐκ Φιλοκτήτου.

Σοφόν γέ τοί τι πρὸς τὸ βουλεύειν ἔχει
τὸ γῆρας, ὡς δὴ πόλλ' ἰδόν τε καὶ παθόν.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (5.)

Aristot. Mechanic. init. p. 847, 20 ed. Bekk. : Καθάπερ γὰρ ἐποίησεν Ἀντιφῶν ὁ ποιητής, οὕτω καὶ ἔχει·

τέχνῃ γὰρ κρατοῦμεν, ὧν φύσει νικώμεθα.

Eundem locum integrum servavit Arsen. Viol. p. 130 ed. Walz. sic scribens : Ἀντιφῶν εἶπε·

τέχνῃ κρατοῦμεν, ὧν φύσει νικώμεθα.

Ita jam correxerat Grot. Exc. p. 439.

ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ.

Πολύειδος (ita enim, ut ad Euripidis Polyidum docuimus, ex Atticorum usu scribendum est) inter poetas tragicos relatus est propter duos Aristotelis locos, quorum altero (Poet. XVI, 9, p. 1455, 6), ubi philosophus de agnitione (ἀναγνωρίσει) in tragœdia agit, hæc habet : Καὶ ἡ Πολυείδου τοῦ σοφιστοῦ περὶ τῆς Ἰφιγενείας· εἰκὸς γὰρ τὸν Ὀρέστην συλλογίσασθαι ὅτι ἥ τ' ἀδελφὴ ἐτύθη καὶ αὐτῷ συμβαίνει θύεσθαι. Altero autem (Poet. XVII, p. 1455, 10), ubi de adornandis mythis verba facit, hæc scribit : Λέγω δὲ οὕτως ἂν θεωρεῖσθαι τὸ καθόλου, οἷον τῆς Ἰφιγενείας· τυθείσης τινὸς κόρης καὶ ἀφανισθείσης ἀδήλως τοῖς θύσασιν, ἱδρυνθείσης δὲ εἰς ἄλλην χώραν, ἐν ᾗ νόμος ἦν τοὺς ξένους θύειν τῇ θεῷ, ταύτην ἔσχε τὴν ἱερωσύνην. Χρόνῳ δ' ὕστερον τῷ ἀδελφῷ συνέβη ἐλθεῖν τῆς ἱερείας· τὸ δὲ ὅτι ἀνεῖλεν ὁ θεὸς διά τιν' αἰτίαν ἔξω τοῦ καθόλου ἐλθεῖν ἐκεῖ, καὶ ἐφ' ὅ τι δέ, ἔξω τοῦ μύθου· ἐλθὼν δὲ καὶ ληφθεὶς θύεσθαι μέλλων ἀνεγνώρισεν, εἴθ' ὡς Εὐριπίδης εἴθ' ὡς Πολύειδος ἐποίησεν, κατὰ τὸ εἰκὸς εἰπών, ὅτι οὐκ ἄρα μόνον τὴν ἀδελφήν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἔδει τυθῆναι· καὶ ἐντεῦθεν ἡ σωτηρία. Quæ si quis animo diligenter perpenderit, negare non poterit, *Polyidum* quendam in tragœdia *Iphigeniæ* nomine inscripta Orestem ita introduxisse, ut a sorore, quum in eo esset ut fratrem immolaret, inde cognosceretur, quod se pariter atque sororem (olim Aulide) immolatum iri dicebat. Sed nihil præterea de Polyido isto scimus, nisi forte accipienda est Wesselingii conjectura Polyidum tragicum non diversum a Polyido, dithyramborum poeta, fuisse dicentis. Quem Ol. XCV, 3 floruisse testatur Diodor. Sic. XIV, 46. De cujus dithyrambis agere quum huc non pertineat, satis erit locos indicasse ad eum spectantes : Athen. VIII, p. 352, B; Plut. De mus. 21, 3, p. 1138, B; Etym. M. v. Ἄτλας, p. 104, 20; Tzetz. ad Lycophr. 879; Meinek. Hist. crit. com. p. 239, not. 33.

1.

Διετίθουν, διετίθεσαν (disponebant), Antiphon Iasone.

2.

Erat tunica amorgina (linea).

3.

Non ut belluam interficiant, sed ut testes
virtutis sint Meleagro in Græcia.

4.

Multum senectus ad consiliandum valet,
Quoniam res vidit atque didicit plurimas

GR.

5.

Natura quorum superat, arte hæc vincimus.

GR.

[ΙΣΧΑΝΔΡΟΣ.]

Ischander poetis tragicis non adnumeratur nisi a Demochare apud Anon. in Vit. Æschin. (p. 269, 29 ed. Westerm.) hæc scribentem : Δημάρχης δ' ὁ ἀδελφιδοῦς Δημοσθένους, εἰ ἄρα πιστευτέον αὐτῷ λέγοντι περὶ Αἰσχίνου, φησὶν Ἰσχάνδρου τοῦ τραγῳδοποιοῦ τριταγωνιστὴν γενέσθαι τὸν Αἰσχίνην καὶ ὑποκρινόμενον Οἰνόμαον διώκοντα Πέλοπα αἰσχρῶς πεσεῖν κτλ. Sed alia ex eodem fonte præbet Harpocr. v. Ἴσχανδρος: ... δοκεῖ δ' αὐτῷ συνυποκρινόμενος Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν Κολυττῷ καταπεσεῖν, καθά φησι Δημοχάρης ἐν τοῖς διαλόγοις, ut dubitari vix possit quin incertus Vit. Æsch. auctor male Democharis verba intellexerit, præsertim quum Suidas scripserit v. Ἴσχανδρος· τραγικὸς ὑποκριτής, nisi forte, quod statui eodem jure potest, in anonymi verbis lenis corruptela inest. Ac nescio an pro τραγῳδοποιοῦ corrigendum sit τραγῳδοῦ, quippe qua correctione omnis dissensio inter Anonymum et Harpocrationem Suidamque tolleretur. Haud dubie enim ratio, quæ inter Ischandrum et Æschinem intercessit, hæc fuit, ut Æschines quidem Ischandri τριταγωνιστής, Ischander vero ipse non poeta, sed primarum partium actor esset. Nam δευτεραγωνιστὰς et τριταγωνιστὰς mercede conduci a primarum partium actoribus solitos esse quis nesciat? cf. Plut. Præc. ger. rep. 21, 3, p. 816, F; Demosth. De cor. p. 314, 270, 297, 315 R., De fals. leg. p. 403, 418, 449 R. Immerito igitur Ischander a Fabricio inter poetas tragicos receptus esse videtur.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ.

Dionysius major, Syracusanus (Val. Max. I, 1, 3), Hermocratis filius (Diod. XIII, 91; Xen. Hist. Gr. II, 2, 24), mirifico Plutarchi (Sympos. VIII, 1, 1, p. 717, C) errore eodem die natus esse dicitur, quo Euripides mortem obierit, h. e. Ol. XCIII, 2 (vide quæ ad Eurip. Archelaum disputavimus). At vero idem Dionysius jam Ol. XCIII, 3 tyrannide potitus est, ut e reliquorum historicorum testimoniis (quæ collegit Guil. Schweckendieck. De Dionysio priori, Siculorum tyranno. Gotting. 1832, p. 13 sq.) apparet; quare multo probabilius est, quod Cicero (Tusc. V, 20, 57) narrat, Dionysium quinque et viginti annos egressum Syracusanorum dominationem occupasse vel, quod idem est, Ol. LXXXVII, 2 natum esse. Cum Cicerone et Corn. Nep. (De regg. 2), qui eum tres et sexaginta annos natum vita decessisse tradit (mortuus est autem Olymp. CIII, 1, ut infra docebitur), et reliqui historici in enarrandis rebus a Dionysio gestis consentiunt. Quo iterum Cicero l. c. et De nat. deor. III, 33, 81, duodequadraginta annos eum regnum obtinuisse referens, accedit. Res autem a Dionysio quum præclare tum fœde gestas h. l. ob easdem caussas enarrare nolumus, ob quas Critiæ facinora silentio prætermisimus, præsertim quum Dionysii vitam publicam diligentissime et copiosissime Schweckendieckius l. c. exposuerit. Quare nos statim ad Dionysii tragœdias convertimus. Nam tragœdiæ tyrannum, quem Cicero (Tusc. V, 23) doctum a puero et artibus ingenuis eruditum vocat, operam dedisse apertis verbis testantur Suid. v. Διονύσιος, Σικελίας τύραννος· ἔγραψε τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας καὶ ἱστορικά· Ælian. V. H. XIII, 17; Diod. XIV, 109; Themist. Or. IX, p. 126, C; Tzetz. Hist. V, 178 (quos locos paullo inferius exscripsimus). Ac maxime quidem literis ac poesi se dedere cœpit Ol. XCVII, 4, quum bello cum Carthaginiensibus finito otio affluebat, teste Diod. XV, 6 (Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Διονύσιος ὁ τῶν Συρακοσίων τύραννος ἀπολελυμένος τῶν πρὸς Καρχηδονίους πολέμων πολλὴν εἰρήνην καὶ σχολὴν εἶχε. Διὸ καὶ ποιήματα γράφειν ὑπεστήσατο μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ τοὺς ἐν τούτοις δόξαν ἔχοντας μετεπέμπετο καὶ προτιμῶν αὐτοὺς συνδιέτριβε καὶ τῶν ποιημάτων ἐπιστάτας καὶ διορθωτὰς εἶχεν. Ὑπὸ δὲ τούτων διὰ τὰς εὐεργεσίας τοῖς πρὸς χάριν λόγοις μετεωριζόμενος, ἐκαυχᾶτο πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν ἢ τοῖς ἐν πολέμῳ καθωρθωμένοις). Ut autem nihil sibi deesset, quo poeta evaderet, quum pugillares, quibus Æschylus usus erat (Lucian. Adv. indoct. 15; cf. fgm. 8) et Euripidis schedas [Anon. Vit. Euripid. p. 138, 97 ed. Westermann. : Λέγει δὲ καὶ Ἕρμιππος (vulgo Ἕρμιππον et omissa voce Διονύσιον), Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Εὐριπίδου τάλαντον τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ πέμψαντα λαβεῖν τὸ ψαλτήριον καὶ τὴν δέλτον καὶ τὸ γραφεῖον, ἅπερ ἰδόντα κελεῦσαι τοὺς φέροντας ἐν τῷ Μουσῶν ἱερῷ ἀναθεῖναι, ἐπιγράψαντα τοῖς αὐτοῦ Εὐριπίδου ὀνόμασιν] magno pretio emit, tum poetas et scriptores cujusvis generis clarissimos accivit (Diod. l. c.), v. c. Carcinum, Antiphontem (de quibus supra disputavimus), Philoxenum (Diod. XV, 6, 3 sq.; Schol. Aristoph. Plut. 179; 290; Æl. V. H. XII, 44; Stob. Floril. XIII, 16; Suid. v. Φιλόξενος, Eustath. ad Odyss. XIII, 18, p. 1691, 31; Mich. Apost. XIX. 26; Luc. l. c.; Berglein, De Philoxeno Cythereo. Gotting. 1843, p. 10. sq.), Platonem, Aristippum, alios. Tot autem carmina scripsit, ut Philippus, Macedonum rex, unde iis componendis tempus sumpsisset, jure

miraretur (cf. Plut. Timol. 15), et iis multo magis, quam rebus in bello præclare gestis gloriatus est. (Diod. l. c.) At re vera eum non multum in poesi præstitisse, etiamsi aperta veterum scriptorum testimonia non indicarent (cf. Cic. Tusc. V, 22, 63 : *Quam huic* (sc. Dionysio) *erat miserum, carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari! homini præsertim docto a puero et artibus ingenuis erudito, Musicorum vero perstudiosum, poetam etiam tragicum, quam bonum, nihil ad rem; in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est,* etc., Epist. ad Attic. IV, 6, 2; Ammian. Marcell. XV, 5; Lucian. De non cred. calumn. 14), e multis tamen rationibus cognosci posset, quanquam nisi pauca fragmenta ejus non supersunt. Primum enim in acerbissimas poetarum, qui tum apud eum erant, vituperationes incidit : quorum alterum, Philoxenum, eam ob caussam in lautumias conjici (Diod., Suid., Luc., Cic. ll. cc., Berglein l. c. p. 11), alterum vero, Antiphontem, vel ad mortem duci jussit. (Vide supra ad Antiphontem.) Deinde publicæ irrisioni se exposuit, quum Ol. XCVIII, 1 Olympiæ in ludis publicis tragœdias ageret. De qua re testes sunt Stephan. Schol. ad Aristot. Rhet. III, 2, 11 : Ἐν στήλῃ γοῦν οἶμαι τοῦ Διονυσίου ἐγράφησαν ἐλεγεῖα τοιόνδε τὸν νοῦν· ὅτι, ὦ ξένε, ὦ δεῖτα, προσαγορεύω σε ἐγὼ ὁ χαλκοῦς Διονύσιος· ἐρωτᾷς δέ με τίς εἰμι, ὦ ξένε; ἐγὼ ὁ βασιλεὺς Σικελῶν, τιμήσας καὶ τοὺς λόγους καὶ τὸν ποιητήν. Ἀπέστελλε γὰρ οὗτος κατὰ τὸν νενομισμένον καιρὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ δράματα αὐτοῦ τραγικὰ καὶ σκηνὴν ἀξιόλογον· καὶ ἀνεγινώσκοντο. Ὅθεν καί ποτε ὑποβρύχιος γέγονεν ἡ λέμβος ἡ τὴν σκηνὴν φοροῦσα καὶ ἀπέσκωψαν τινὲς εἰς τὸ πρᾶγος εἰπόντες, ὡς, ἐπεὶ ἀναξία ἦν καὶ ἀποσφυὴς ἡ δραματουργία τοῦ τυράννου, διὰ τοῦτο ἅμα αὐτοῖς καὶ τοῖς χοροῖς καὶ τοῖς σκεύεσι καὶ ἡ τραγῳδία ἀπώλετο. Diod. Sic. XIV, 109, 1 : Τῶν δ' Ὀλυμπίων ἐγγὺς ὄντων, ἀπέστειλεν εἰς τὸν ἀγῶνα τέθριππα πλείῳ διαφέροντα πολὺ τῶν ἄλλων τοῖς τάχεσι καὶ σκηνὰς εἰς τὴν πανήγυριν διαχρύσους καὶ πολυτελέσι ποικίλοις ἱματίοις κεκοσμημένας· ἔπεμψε δὲ καὶ ῥαψῳδοὺς τοὺς κρατίστους, ὅπως ἐν τῇ πανηγύρει τὰ ποιήματα αὐτοῦ προφερόμενοι ποιήσωσιν ἔνδοξον τὸν Διονύσιον· σφόδρα γὰρ εἰς τὴν ποιητικὴν ὑπῆρχε μεμηνώς. Τούτων δ' ἐπιμελητὴν συνεξέπεμψε Θεαρίδην τὸν ἀδελφόν· ὃς ἐπεὶ παρεγένετο εἰς τὴν πανήγυριν, ἐπὶ μὲν τῷ κάλλει τῶν σκηνῶν καὶ τῷ πλήθει τῶν τεθρίππων ἦν περίβλεπτος· ὡς δ' ἐπέβαλον οἱ ῥαψῳδοὶ προφέρεσθαι τοῦ Διονυσίου τὰ ποιήματα, κατ' ἀρχὰς μὲν διὰ τὴν εὐφωνίαν τῶν ὑποκριτῶν συνέδραμε τὰ πλήθη, καὶ πάντες ἐθαύμαζον· μετὰ δὲ ταῦτα ἀναθεωροῦντες τὴν κακίαν τῶν ποιημάτων, διεγέλων τὸν Διονύσιον καὶ κατεγίγνωσκον ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τινὰς τολμῆσαι διαρπάζειν τὰς σκηνάς, κτλ. Diod. XV, 7, 2 coll. Dionys. Halic. Jud. de Lysia, 29; Plut. Vit. X oratt. Lys. extr. p. 836, D. Eandem calamitatem tyrannus Athenis pluries passus est; cf. Tzetz. Hist. V, 178 :

Οὗτος ὁ Διονύσιος πολλὰς μὲν τραγῳδίας
ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀναγνούς, δεύτερος, τρίτος ἦλθεν·
εἰς Λύτρα δὲ τοῦ Ἕκτορος καλούμενόν τι δρᾶμα
ἀναγνωσθὲν ἐνίκησεν πάντας ἐν ταῖς Ἀθήναις.

Id quod poetis comicis sat largam ejus irridendi materiam præbuit; cf. Ephipp. apud Athen. XI, p. 482, D; Eubul. ap. Schol. Aristoph. Thesm. 137; Athen. VI, p. 260, C, quibus ex locis Eubulum vel fabulam *Dionysii* nomine inscripsisse patet; cf. Meinek. Hist. com. p. 361 sqq. Semel tamen fraude, ut equidem opinor, victoriam reportavit Lenæis Ol. CIII, 1 archonte Nausigene, qua nimis elatus præ gaudio mortuus esse dicitur secundum Plin. H. N. VII, 53. A quo paullulum recedunt Diod. XV, 74 et Plut. Dion. 6, qui Dionysium propter victoriam lætitia affluentem vino nimis indulsisse et ita mortem adduxisse tradunt. Longe aliter denique de ejus morte refert Corn. Nep. Dion. 2. Sed utut est, tyrannus anno ætatis sexagesimo tertio, dominationis tricesimo octavo, Ol. CIII, 1 vita decessit. Fabulæ, qua vicit, nomen servavit Tzetz. l. c. — Quod ad scribendi genus attinet, quo Dionysius usus est, supersunt judicia Philoxeni apud Lucian. De non cred. calumn. 14 : Ἦν δὲ ποιητικὸς ᾖ καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῇ, νὴ Δί' ἐχλεύασέ σου Φιλόξενος τὰ ἔπη καὶ διέσυρε καὶ ἄμετρα εἶπεν αὐτὰ καὶ κακοσύνθετα. Item Ammiani Marcell. XV, 5, versus ejus *absurdos* et *inconcinnos* dicentis, maxime vero Athenæi et Helladii testimonia. Scribit vero Athen. III, p. 98, C : Τοιοῦτοί τινές εἰσιν... πολλῶν ὀνομάτων ποιηταὶ καὶ πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὸν Σικελιώτην Διονύσιον, ὃς τὴν μὲν παρθένον ἐκάλει μένανδρον, ὅτι μένει τὸ ἄνδρα, καὶ τὸν στῦλον μενεκράτην, ὅτι μένει καὶ κρατεῖ, βαλάντιον δὲ τὸ ἀκόντιον, ὅτι ἐναντίον βάλλεται, καὶ τὰς τῶν μυῶν διεκδύσεις μυστήρια ἐκάλει, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ. Ἄθανις δ' ἐν πρώτῳ Σικελικῶν τὸν αὐτόν φησι Διονύσιον καὶ τὸν βοῦν γαρόταν καλεῖν καὶ τὸν χοῖρον ἴακχον. Hellad. apud Phot. cod. 279, p. 532 Bekk. Ὅτι παρὰ Εὐφορίωνι τῷ φύσει μὲν Χαλκιδικεῖ, θέσει δὲ Ἀθηναίῳ, κακοζήλους ἔστιν εὑρεῖν λέξεις.... Παρεζήλωσε δὲ τὸν πρῶτον Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον, ὃς ὑπὸ τῆς ἐξουσίας καὶ τῶν κολάκων καὶ τῆς τρυφῆς διαφθειρόμενος ἐπεχείρησε καὶ τραγῳδίας γράφειν, ἐν αἷς καὶ τοιαῦτα συνεφόρησε ῥήματα, τὸ μὲν ἀκόντιον καλῶν βαλάντιον, τὸν

δὲ κάδον ἐλκύδριον, σκέπαρνον δὲ τὸ ἔριον, τὴν δὲ χλαῖναν ἐριώλην οἷον ὄλεθρον οὖσαν τῶν ἐρίων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα καταγέλαστα. Ὅτι ὁ τῆς θυΐας τριβεὺς δοῖδυξ μὲν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομάζεται, ἀλετρίβανος δὲ παρὰ τῇ συνηθείᾳ, καὶ οὐδὲν ἧττον παρὰ Ἀθηναίοις. Διονύσιος δὲ ὁ προειρημένος τύραννος θυέστην τὸν δοίδυκα ἐκάλει. Εἰκότως ἄρα τῆς τῶν τοιούτων ἀκροάσεως τὰς λατομίας μᾶλλον ᾑρεῖτο Φιλόξενος. Adde Auct. Epist. Socrat. 35. Unde Dionysium quum multa nova vocabula finxisse tum vulgaria inusitata significatione adhibuisse vel, ut brevius dicam, obscura atque affectata dicendi ratione usum esse liquet.

Ex Dionysii fabulis tantummodo hæ innotuere: Ἄδωνις, Ἀλκμήνη, Ἕκτορος λύτρα, Λήδα, Λιμὸς vel Λιμώττων, Σώτειρα ac fortassis Ἡρακλῆς, nisi forte hæc fabula a Λιμῷ non diversa fuit. Quos titulos si diligenter animo perpenderis, reliquos præter Alcmenam et Herculem omnes dubitationem movere non diffiteberis; nam nec Ledæ, nec Adonidis, nec Sotiræ, sive Proserpina sive Minerva (cf. Schol. Aristoph. Ran. 378) fuit, nomine Tragicorum ullus fabulam inscripsit. Ad Σώτειραν quod attinet, mea quidem sententia rectissime judicavit Meinek. Hist. crit. com. p. 420, eam non discrepare dicens a Σώζουσα, quo nomine Dionysius Sinopensis, poeta comœdiæ mediæ, comœdiam inscripsit; cf. Athen. XI, p. 467, D; 497, C. Quam ob rem fragmentum, quod e Dionysii Sotira Stob. CXXV, 8 servavit:

Πρὸς τὸν τελευτήσανθ' ἕκαστος, κἂν σφόδρα
ὢν ἐχθρὸς ᾖ τις, γίγνεται φίλος τότε,

(ζῶντ' ἐχθρὸς conjecit Valck. ad Phœn. 1455) non amplius inter Dionysii tyranni reliquias circumferri poterit, sed recte a Meinekio (Poet. com. III, p. 555) Dionysio Sinopensi vindicatum est. Si igitur hoc loco dubitari vix potest, quin Dionysius tyrannus cum Sinopensi confusus sit, videndum est ne id etiam illis locis factum sit, ubi ejus Adonis et Leda citantur, præsertim quum Adonides et Ledas plures quidem poetæ comici, nullus autem tragicus scripserit. Sed ibi non simpliciter Dionysius, sed apertis verbis Διονύσιος ὁ τύραννος nominatur, ut de auctore versuum quivis scrupulus tolli videatur. Quid igitur? Facile aliquis Dionysium ipsum composuisse comœdias conjicere eamque conjecturam non modo Suidæ l. c. testimonio, sed eo etiam firmare possit, quod Dionysius multa nova vocabula finxit ac præcipue verbis lusit (cf. Athen. Hellad. ll. cc.), id quod sane comœdiæ multo accommodatius quam tragœdiæ fuit. Sed ejusmodi conjecturam speciosiorem quam veriorem esse bene Meinek. Hist. crit. com. p. 524 ostendit, inprimis testimonio usus Æliani V. H. XIII, 18, hæc scribentis: Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο καὶ ἐπῄνει, καὶ οὖν καὶ δράματα ἐξεπόνησε τραγικά· ἀλλοτρίως δὲ πρὸς κωμῳδίαν διέκειτο, ὅτι οὐκ ἦν φιλογέλως. Quo accedit quod etiam Tzetz. Hist. V, 182 (vide fgm. 10) Dionysium haud anxie tragœdiæ naturam curasse docuit. Quæ quum ita sint, a vero vix aberrabimus si, ut in vita, ita in poesi omnia sibi licere Dionysium credidisse statuerimus, nec amplius vituperationes, quibus ejus tragœdiæ reprehensæ sunt, mirabimur.

Ut autem ad *Adonidem* redeamus, jam supra (ad Antiphontis vitam) inter Antiphontis fabulas ejusdem nominis tragœdiam allatam vidimus ibique grammaticos videri de vero hujus dramatis auctore dubitasse monuimus, quum Antiphon apud Dionysium versatus eique, ut e Diodori verbis (XV, 6) supra allatis colligi potest, in tragœdiis componendis opitulatus sit. Res enim ita se habuisse videtur. Dionysius haud dubie fabulam excogitavit et conscripsit, compositam vero Antiphonti dedit corrigendam, qui tantum in ea mutavit, ut ipse potius pro ejus auctore perhiberi posset, quam Dionysius. — Reliquæ fabulæ, Ἡρακλῆς ac Λιμὸς vel quidquid sub hoc titulo latet, non commemorantur nisi ab interpretibus græcis ad Hom. Il. XI, 514. Hæc enim habet Eustath. ad l. c.: Γελοῖος οὖν, φασὶ, καὶ Διονύσιος, ᾧ πεποίηται νοσῶν Ἡρακλῆς καὶ Σειληνὸς κλύζειν αὐτὸν πειρώμενος. Adde Schol. ad h. l.: Διὰ γὰρ τὸ ἀπρεπὲς παρῆκε τὴν δίαιταν· αἰσχρὸν γὰρ ἦν τὸν ἥρωα πυρέττοντα παραλαβεῖν καὶ κινούμενον τὴν γαστέρα ἢ προπατιζόμενον. Ταῦτα γὰρ κωμικά· ὡς καὶ Διονυσίῳ πεποίηται ἐν Λιμῷ τῶν (sic codd.) νοσῶν (codd. νόσων) Ἡρακλῆς, Σειληνὸς δὲ κλύζειν πειρᾶται τὸν Ἡρακλέα. Ingeniose his cum locis Welck. Trag. Græc. p. 1234, Dionis Chrysostomi (Or. LXXVIII, p. 662 R.) verba, quæ inter Anon. Trag. frag. LXXVI, exhibuimus, conjunxit, quibus si Dio re vera ad Dionysii fabulam respexit, dramatis argumentum ex parte cognoscitur. Sed vereor ne speciosior quam verior sit Welckeri conjectura. Tragœdia enim tale argumentum complexa vix aliter quam Ἡρακλῆς Οἰταῖος vel simpliciter Ἡρακλῆς, nullo autem pacto Λιμὸς vel, ut Heynius (Il. vol. VI, p. 631) maluit, Λιμώττων (sc. Ἡρακλῆς) inscribi potuit: nam quæ Meinekio in mentem venit correctio Λίνος, nemini probabilis videbitur, qui consideraverit, quale fuerit *Lini* ab Achæo compositæ argumentum. Quid in ea sibi

voluisset Hercules ægrotans! Si recte igitur video, fabula Λιμὸς vel Λιμώττων (nam id haud incredibile putabimus, si Achæi *Æthonem* meminerimus) inscripta nec diversa ab *Hercule* fuit, sed in ea Hercules more suo fame insignis introductus erat, cui quum omni modo satisfacere studeret, nimis se cibo ingurgitavit et ægrotare cœpit. Quam ob rem quum lamentaretur, accessit Silenus et clystere ei mederi conatus est. Facile inde drama fuisse satyricum intelligitur. Quæ si recte disputata sunt, Dionis verba non huc, sed ad nescio cujus Herculem Œtæum, tragœdiam, pertinere liquet. — De fabula quæ Ἕκτορος λύτρα inscripta fuit tyrannoque victoriam comparavit, præter titulum nihil scimus; attamen eam vix ab Æschyli Phrygibus (de qua cf. Welck. Æsch. Tril. p. 424 sq., Æsch. fragm. ed. Ahrens. p. 186) discrepuisse credendum est. — His Dionysii fabulis Elmsl. ad Med. p. 74, not., de suo adjecit *Medeam*, quum in fgm. 2, vs. 2, Μήδει' ἔσεσθαι scribendum esse et in lemmate Βιότου ἐκ Μηδείας apud Stob. LXXVIII, 3 ad hos versus,

Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα·

adscripto Βιότου verba Διονυσίου τυράννου per compendium scripta (Διο. τυ.) latere conjiceret. Atque ipse conjecturæ suæ tantum tribuit, ut etiam pro Λήδα scribi juberet Μήδεια. Quem ea in re haud probabiliter egisse, jam ad calcem Ægei Euripidis significavimus. — Fragmenta Dionysii nisi pauca non supersunt.

ΑΔΩΝΙΣ.

I. (1.)

Athen. IX, p. 401, F: Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος ἐν τῷ Ἀδώνιδι·

Νυμφῶν ὑπὸ σπήλυγγα τὴν αὐτόστεγον
σύαγρον ἐκβόλειον εὔθηρον κλύειν,
ᾧ πλεῖστ' ἀπαρχὰς ἀκροθινιάζομαι.

Sic Dindorfius. Vs. 2 conjecit Fiorillo acute ac probabiliter δύειν pro κλύειν (cf. Æsch. apud Athen. p. 402, B), et vs. 8 ὃν pro ᾧ, quod in libris est. Dalecamp. maluit κλύω, sed id vel simile quid in versibus, qui olim antecesserunt, locum habuisse potest. Equidem præterea εὔθηλον (h. e. *pleno sumine*) pro εὔθηρον, et οὗ vel rectius ἧς pro ᾧ malim.

ΑΛΚΜΗΝΗ.

I. (2.)

Stob. XCVIII, 30, c. 1. Διονυσίου τοῦ τυράννου Ἀλκμήνης.

Εἰ δ' ἀξιοῖς σοι μηδὲν ἀλγεινόν ποτε
μηδὲν ἔσεσθαι, μακαρίως ἔχεις φρενῶν·
θεῶν γὰρ ἕξειν βίοτον, οὐ θνητῶν δοκεῖς.

Vs. 2 offendit duplex μηδὲν, pro quo Elmsl. ad Med. p. 74, not., scripsit: Μήδει' ἔσεσθαι κτλ., ingeniosius quam verius, ut supra monuimus, quanquam ipsi, quod substituamus, non habemus.

ΛΗΔΑ.

I. (3.)

Stob. CV, 2, c. 1. Διονυσίου τυράννου ἐκ Λήδας.

Θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδέν' ὄλβιόν ποτε
κρίνῃ, πρὶν αὐτὸν εὖ τελευτήσαντ' ἴδῃ·
ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ τὸν θανόντ' ἐπαινέσαι.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

Plut. D fort. Alex. II, p. 338, C. Stob. XLIX. 9. Proverb. Vatic. II, 6. Arsen. Viol. p. 272 ed. Walz. sine lemm. Proverb. Bodlei. 477 ed. Gaisf.

Ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

Musgr. versum inter incerta Euripidis fragmenta receperat.

1.

Nympharum antrum nativo fornice tectum
(audio) suem (σύαγρον) fetu edito subisse captu
facilem, cujus pleraque primitias diis consecro.

2.

Vacuam doloris si tibi vitam putas
Semper futuram, spe beata pasceris.
ea deorum vita, non mortalium. GR.

3.

Hominum beatum quenquam dixeris cave,
Nisi jam beato collocatum funere.
Laudare tantum mortuos tutum datur.
GR.

4.

Dominatio omnis mater est injuriæ.
GR.

II. (5.)

Stob. Ecl. 1, 4, 19, p. 114 ed. Heer. Theophil. Ad Autol. II, p. 196 (p. 377 ed. Hag. Comit. 1742).

Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς, ὡς δι' ἡσύχου
λεύσσων προσώπου, πάνθ' ὅμως ἀεὶ βλέπει.

Vs. 2 apud Theophil. corrupte legitur : λεύσσων προσώπῳ, πανὸς ὁμόσαι εἰ βλέπει.

III. (6.)

Stob. Floril. XXXVIII, 2.

Ἔπειτα δ' οὐδὲ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
τοῖς οὐδὲν οὖσιν οὐδὲ εἷς ὅλως φθονεῖ.
Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον.
Ἅπαν τὸ λίαν συνετόν ἐστ' ἐπιφθόνον.

Vs. 3 cod. Paris. A κέκτηνται. — Non debebat Meinekius, quanquam ipse dubitans, hos vss. inter Dionysii Sinopensis fragmenta recipere, quippe qui colorem sat tragicum præ se ferant.

IV. (7.)

Stob. XXXVIII, 6.

Λιτὸς γενόμενος, τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει.
Εἰσὶν τινὲς νῦν, οὓς τὸ βασκαίνειν τρέφει.

Grotius versus disjunxit et postremum alii poetæ tribuit.

V. VI. VII. (8. 9. 10.)

Lucian. Adv. indoct. 15 : Λέγεται γὰρ καὶ Διονύσιον τραγῳδίαν ποιεῖν φαύλως πάνυ καὶ γελοίως, ὥστε τὸν Φιλόξενον πολλάκις δι' αὐτὴν ἐς τὰς λατομίας ἐμπεσεῖν, οὐ δυνάμενον κατέχειν τὸν γέλωτα. Οὗτος τοίνυν πυθόμενος ὡς ἐγγελᾶται, τὸ Αἰσχύλου πυξίον, εἰς ὃ ἐκεῖνος ἔγραφε, σὺν πολλῇ σπουδῇ κτησάμενος καὶ αὐτὸς ᾤετο ἔνθεος ἔσεσθαι καὶ κάτοχος ἐκ τοῦ πυξίου, ἀλλ' ὅμως ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ μακρῷ γελοιότερα ἔγραφεν, οἷον κἀκεῖνο τὸ

Δωρὶς τέθνηκεν ἡ Διονυσίου γυνή·

καὶ πάλιν,

Οἴμοι, γυναῖκα χρησίμην ἀπώλεσα·

καὶ τοῦτο γὰρ τοῦ πυξίου, καὶ τὸ

Αὑτοῖς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν.

Extremum versum præbet etiam Tzetz. Hist. V, 182, sic scribens :

Ἐν δὲ τῷ κατὰ Πλάτωνος δράματι γεγραμμένῳ
πλέον κωμικωτέρῳ μὲν ἢ τραγῳδίας ὄντι
δοκῶ τὸν στίχον ἔλεξεν, ὃς τῇ ἀρχῇ ἐγράφη·
« Αὑτοῖς γὰρ ἐμπαίζουσιν οἱ μωροὶ βροτῶν. »

ΜΑΜΕΡΚΟΣ.

Mamercus, Catinensium tyrannus, qui Ol. CIX, 1 Timoleontem in oppugnandis Syracusis adjuvit (Diodor. XVI, 72, 4) ac paullo post miserabiliter interiit (Plut. Timol. c. 34), tragœdias scripsit teste Plutarcho (Timol. c. 31) hæc habente : Καὶ γὰρ ὁ Μάμερκος ἐπὶ τῷ ποιήματα γράφειν καὶ τραγῳδίας μέγα φρονῶν, ἐκόμπαζε νικήσας τοὺς μισθοφόρους καὶ τὰς ἀσπίδας ἀναθεὶς τοῖς θεοῖς, ἐλεγεῖον ὑβριστικὸν ἐπέγραψε. Simile quid Astydamantem fecisse supra vidimus.

ΑΦΑΡΕΥΣ.

Jam supra, ubi de scholæ Euripideæ poetis verba fecimus, primum Euripidem ipsum et post

5.

Justitia vultus supera tranquillos habet :
Nil ejus oculis est inacessum tamen. GR.

6.

Nec illud igitur cogitas certissimum,
His, qui nihil sunt, invidere neminem?
Invidia rebus semper egregiis comes.
Res invidenda est eminens sapientia. GR.

7.

Ne ditiori pauper invideas cave.
Jam prodeunt quos pascit invidentia. GR.

8. 9. 10.

Dicitur etiam Dionysius tyrannus scripsisse tragœdiam, male sane ac ridicule, adeo ut sæpe propter eam in latomias immigraverit Philoxenus, quum risum tenere non posset. Ille ergo derideri se audiens pugillares Æschyli, in quibus ille scribere solitus erat, studiose emit, fore ratus, ut et ipse divino quodam ad poeticen studio inde animaretur. Verum enim vero in illis ipsis tabellis longe etiam magis ridicula scribebat, quale illud,

Doris Dionysi conjux suum obiit diem.

et illud :

Hei conjugem ego quam commodam deperdidi;

nam istuc etiam de pugillaribus; et hoc :

Stulti sibi illudunt enim mortalium.

eum multos fuisse monuimus, qui populi studiis indulgentes tragœdiis philosophorum præcepta rhetorumque artificia insererent. Non mirabimur igitur, quod, quum litium amor in dies cresceret et rhetorum scholæ magis magisque florere cœpissent, res fere ita inversa est, ut non modo poetæ tragici arte rhetorica tanquam adjutrice uterentur, sed oratores ac rhetores ipsi ad tragœdiam confugerent, ut publice ostenderent, quantum arte sua possent populique laudem captarent. Tragœdias enim ita instituerunt, ut judicia exerceri et orationes omnibus rhetorum ac sophistarum artibus conspicuæ haberi in iis possent. Maxime hoc cadit, ut oratores Critiam et Cleophontem omittam, in scholæ Isocrateæ alumnos, quippe ex qua tres tragœdiæ operam navasse constat, Astydamantem minorem, Aphareum et Theodectam. De Astydamante jam supra egimus, de duobus reliquis autem dicendi arte præstantissimis nunc pauca disputabimus.

Aphareus Hippiæ, clarissimi sophistæ, et Plathanæ filius fuit. Cf. Suid. s. v. (Eudoc. p. 67) : Ἀφαρεὺς Ἀθηναῖος, υἱὸς τοῦ σοφιστοῦ Ἱππίου καὶ Πλαθάνης, πρόγονος Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος, ἀκμάσας κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα, ὅτε καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος. Dionys. Halic. De Isocr. jud. 18 : Ἀφαρεὺς, ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος. Qui si Isocratis πρόγονος (i. q. ἀπόγονος) dicitur, id inde explicandum est, quod orator celeberrimus ejus matrem post Hippiæ mortem in matrimonium duxit et Aphareum adoptavit; cf. Pseudo-Plut. Vit. X oratt. Isocr. 16, p. 838, A; 41, p. 839, B. Ex Suida simul Aphareum circa Ol. XCV floruisse cognoscitur. Tragœdias docuit inde ab Ol. CII, 4 usque ad Ol. CIX, 3, teste Pseudo-Plut. l. c. 46, p. 839, D : Ὁ δὲ Ἀφαρεὺς συνέγραψε μὲν λόγους, οὐ πολλοὺς δὲ, δικανικούς τε καὶ συμβουλευτικούς· ἐποίησε δὲ καὶ τραγῳδίας περὶ ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ὧν ἀντιλέγονται δύο· ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ Λυσιστράτου (i. e. Ol. CII, 4) διδάσκειν ἄχρι Σωσιγένους (i. e. Ol. CIX, 3) ἐν ἔτεσιν εἰκοσιοκτὼ διδασκαλίας ἀστικὰς καθῆκεν ἓξ καὶ δὶς ἐνίκησε διὰ Διονυσίου καθεὶς (i. e. per Dionysium, primarum partium actorem; cf. Bœckh. Corp. Inscr. I, p. 351) καὶ δι' ἑτέρων ἑτέρας δύο Ληναϊκάς. In his verbis plura, ut bene Welck. Trag. Gr. p. 1068 monuit, offendunt : primum, quod Plut. τραγῳδίας scripsit pro δράματα, quippe ex quo conjicere aliquis possit, Aphareum nullas composuisse fabulas satyricas, quæ conjectura eo tamen redarguitur, quod paullo post de ejus *didascaliis* sermo est. Nam didascaliam a tetralogia non differre nemo ignorat. Deinde scrupuli quid injicit, quod Aphareus intra septem Olympiades 37 vel 35 fabulas in scenas protulisse dicitur, quanquam nisi sexies Dionysiis urbanis, bis Lenæis, non egit. Nisi igitur in fabularum numero error insidet, Aphareum etiam Dionysiis ruralibus fabulas docuisse statuendum est. Quem poetam haud spernendum fuisse ex eo liquet, quod, quum tantummodo octo didascalias scenæ commiserit, bis tamen vicit. — De scriptis ejus rhetoricis ac laude oratoria agere huc non attinet, de quibus lectores ablegamus ad Dionysium Halic. De Isocr. jud. 18, de Dinarch. 13, Phot. cod. 260, p. 487 ed. Bekk., Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 341.

ΘΕΟΔΕΚΤΗΣ.

De Theodecta hæc habent Steph. Byz. s. v. Φασηλὶς, πόλις Παμφυλίας, ἡ πρότερον Πιτυοῦσσα καὶ ὕστερον Φάρσαλος· ὁ πολίτης Φασηλίτης. Θεοδέκτης δ' ἦν γένος Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρου, κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν' καὶ ῥητορικὰς τέχνας καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν *. Ἀπέθανε Ἀθήνησι καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ ἐλεγεῖον τόδε·

Ἥδε χθὼν κόλποισι Φασηλίτην Θεοδέκτην
κρύπτει, ὃν ηὔξησαν Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες·
αὐτὰρ ἐπὶ χθόν' ἐὼν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις
ὀκτὼ ἀγηράντους ἀμφεθέμην στεφάνους.

Suidas s. v. (Eudoc. p. 230) : Θεοδέκτης, Ἀριστάνδρου, Φασηλίτης ἐκ Λυκίας, ῥήτωρ, τραπεὶς δ' ἐπὶ τραγῳδίας, μαθητὴς Πλάτωνος καὶ Ἰσοκράτους καὶ Ἀριστοτέλους. Οὗτος καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ναυκράτης καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀπολλωνιάτης καὶ Θεόπομπος ἐπὶ τῆς ργ' (corrige ρζ', vid. infra) Ὀλυμπιάδος εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης· καὶ ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ· ἄλλοι δέ φασι Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. Δράματα δ' ἐδίδαξε ν'· τελευτᾷ δ' ἐν Ἀθήναις ἐτῶν α' καὶ μ', ἔτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος. Ἔγραψε δὲ καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην. Ætatem Theodectæ quum inde eruere nequeamus, ad alia de eo testimonia confugiendum est. Ac primum quidem occurrit nobis narratio Plutarchi (Vit. Alex. 17) : Διὸ καὶ πλείονας ἡμέρας ἐν τῇ πόλει (sc. Φασηλίδι) διέτριψεν (sc. ὁ Ἀλέξανδρος), ἐν αἷς καὶ Θεοδέκτου τεθνηκότος (ἦν δὲ Φασηλίτης) ἰδὼν εἰκόνα ἀνακειμένην ἐν ἀγορᾷ, μετὰ δεῖπνον ἐπεκώμασε μεθύων, καὶ τῶν στεφάνων ἐπέρριψε πολλοὺς, οὐκ ἄχαριν ἐν παιδιᾷ ἀποδιδοὺς τιμὴν τῇ γενομένῃ δι' Ἀριστοτέλην καὶ φιλοσοφίαν ὁμιλίᾳ πρὸς τὸν ἄνδρα. Inde Theodectam tempore quo Alexander Magnus Phaselidem ve-

nit, h. e. Ol. CXI, 4 (cf. Arrian I, 24 sq. Clinton. Fast. Hellen. p. 140 sq.) non amplius inter vivos fuisse manifestum est. Alexander, natus Ol. CVI, 1, Aristotelis disciplinæ traditus est Ol. CIX, 3, per quem etiam Plutarcho teste in Theodectæ consuetudinem venit. Hinc Theodectam mortuum esse ante Ol. CX non posse consentaneum est. Sed idem jam Ol. CVI, 4 vel CVII, 1 in ludis funebribus, quos Artemisia in mariti defuncti, Mausoli, honorem instituit, Mausolo tragœdia præmium reportaverat; quo tempore haud dubie vicesimum annum dudum egressus erat. A vero vix aberrabimus, si eum Ol. C exeunte vel CI ineunte natum, Ol. CXI ineunte vero, si Suidæ Theodectam unum et quadraginta annos natum mortem obisse tradenti fides habenda, vita decessisse statuerimus. Tradit quidem idem Suidas, Mausoli ludos funebres jam Ol. CIII (ργ′) celebratos esse, sed ibi in numero vitium latere, jam pridem a viris doctis perspectum est (cf. Eysson. Wichers. De Theopompo Chio p. 5 et 11, Clinton. Fast. Hell. p. 123. Mærcker. De Theodecte p. 24, etc.). Diodorus Siculus enim (XV, 90; XVI, 7) Mausolum Ol. CIV, 3 bellum adversus Persas parasse et Ol. CV, 3 in bello sociali Chiis auxilia misisse (conspirat Demosth. De Rhod. lib. 2, p. 191) narrat, unde Clinton. l. c. numerum ργ′ in ρζ′ mutavit consentiente Diodoro ipso (XVI, 36.) — Magistris usus est Theodectes Platone (Suid l. c.) et Isocrate (Suid. l. c. Dionys. Hal. De Isæo jud. 19; Plut. Vit. X oratt. Isocr. 10, p. 837, C; Hermipp. Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν apud Athen. X, p. 451, E); præterea multum profecit ex Aristotelis (Ol. XCIX, 1 nati) consuetudine atque familiaritate, ut quodammodo ejus discipulis annumerari posset (Suid. l. c. Cic. Orat. 51, 172, coll. 57, 194. Athen. XII, p. 566, E), quamquam re vera potius ejus amicus fuit (cf. Mærcker. De Theodecte p. 16 sq.). Non mirum igitur esse potest, quod Theodectes, quum tantorum virorum institutione atque consilio uti posset, pro eximia ingenii indole in quavis arte, in quam incubuit, excelluit summamque gloriam consecutus est. At non solum ingenio, eximia memoriæ vi (Quint. XI, 2, 50; Æl. H. A. VI, 10; Eustath. ad Dionys. Perieg. 855; Cic. Tusc. I, 24, sq.; Poll. VI, 108) et acumine solertiaque in fingendis solvendisque ænigmatis (Athen. X, p. 451, F; vid. fgm. 19 et 8, Polluc. l. c.), verum etiam corporis pulchritudine (Steph. Byz. l. c. Athen. XIII, p. 566, E) insignis fuit. — De reliqua Theodectæ vita paucissima scimus. Habuit ex more virorum doctorum servum quendam γραμματέα, Sibynthium nominatum, qui primus servorum Suida (s. v.) teste rhetorices præcepta quum sermone tum literis docuit. Ubi verendum est ne Suidas errore ad servum transtulerit, quod domini fuit. Deinde silentio premi nequeunt quæ tradunt Aristeas in Epist. ad Philocr. de hist. LXX interpr. (in Gallandii Bibl. Patr. II, p. 803), Joseph. Ant. Jud. XII, 2, 14, Euseb. P. E. VII, Symeon. Logothet. Chronic. in Cram. An. Gr. Paris. vol. I, p. 14, Ecl. Hist. in Cram. An. Gr. Paris. II, p. 273, init., Georg. Sync. I, p. 518 ed. Niebuhr., Theodectam, quum e sacris Christianorum libris aliquid sive in drama quoddam suum transferre voluisset, sive revera in fabula quadam protulisset, obcæcatum esse, deinde vero, quum eum sceleris pœnituisset, deo reconciliato oculorum usum recepisse. Quam narrationem ex nescio cujus Christiani fabrica originem duxisse facile apparet: nam illo tempore sacrorum librorum interpretationem Græcam exstitisse et, si qua exstiterit, a Theodecta inspectam esse quis credat? — Quibus si denique victoriam, quam Theodecta Mausolo tragœdia reportavit, addideris, pæne habebis quæ de ejus vita cognita sunt. Mortem obiit Athenis, ut supra docuimus, circa Ol. CXI, anno ætatis quadragesimo primo, ac superstites reliquit Theodectam filium et patrem Aristandrum. (Suid. v. Θεοδέκτης supra.) Quem defunctum Athenienses insigni modo honorarunt splendido sepulcro exstructo, cui ejus imago et epigramma, quod e Stephano Byz. supra exhibuimus, insculpta fuerunt. (Steph. Byz. l. c. Paus. I. 37, 3; Plut. Vit. X or. Isocr. 10, p. 837, D.)

Ad Theodectæ studia studiorumque fructus si nos convertimus, initio eum omnem fere operam atque diligentiam in philosophia et arte rhetorica posuisse ac mox tanta præstitisse videmus, ut cum præclarissimis ejus ætatis rhetoribus et vel cum magistris suis de palma certare posset. Nullus fere est scriptor, cujus tam sæpe rationem habuerit cuique tantam auctoritatem tribuerit Aristoteles, quam Theodectes, nec ullum ullius opus tantam famam nactum est, quam hujus « τέχνη ῥητορική. » Sed quid is oratione pedestri valuerit, exponere non hujus libri est, in quo de tragœdiis agere nobis proposuimus, atque eo libentius silentio id prætermittimus, quum eam in rem copiose inquisiverit *Frid. Traug. Mærcker* (De Theodectis Phaselitæ vita et scriptis comment. I, Vratisl. 1835, p. 34—95). Quare ejus tragœdias paucis sub examen vocabimus. Tragicæ poesi Theodectes se demum addixit, postquam aliquantum temporis in philosophiæ et rhetorices studiis consumpserat. (Suid. 5 Eudoc. ll. cc. Plut. Vit. X oratt. Isocr. 10, p. 837, C: Ἐμα-

θήτευσε δ' αὐτῷ... καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασελίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας. Phot. cod. 260, p. 487 ed. Bekk. : ... καὶ αὐτὸς ὕστερον τραγῳδίας συνταξάμενος.) Nec improbabilis est Mærckeri conjectura, hoc factum esse inde ab eo tempore, quo Theodectes panegyrico in Mausoli honorem scripto victus esset, tragœdia *Mausolo* autem victor evasisset (Vide infra quæ ad Mausolum disputavimus), h. e. Ol. CVI, 4 vel CVII, 1, ut supra docuimus. Qua etiam ea confirmantur, quæ supra de anno Theodectæ mortifero disputavimus. Nam si Theodectes, ut ex epigrammate sepulcrali apparet, tredecim didascalias in scenam protulit earumque primam Ol. CVI, 4 aut CVII, 1, ac deinde unam unoquoque anno docuit, Ol. CX, 4 aut CXI, 1 mortem obierit necesse est. Simul vero ex epigrammate isto consequitur, eum non quinquaginta, sed quinquaginta et duas fabulas egisse. Quarum ex numero tantummodo decem certis testimoniis nobis traditæ sunt : Αἴας, Ἀλκμαίων, Ἑλένη, Θυέστης, Λυγκεύς, Μαύσωλος, Οἰδίπους, Ὀρέστης, Τυδεύς, Φιλοκτήτης. Quibus tres ex conjectura admodum probabili addi possunt : Βελλεροφόντης, Θησεύς, Μέμνων s. Ἀχιλλεύς.

ΑΙΑΣ.

Ajacis, ut septem aliarum fabularum, memoriam uni Aristoteli debemus hæc scribenti (Rhet. II, 23, 20, p. 1399, 28 ed. Bekk.) : Καὶ τὸ ἐκ τοῦ Αἴαντος τοῦ Θεοδέκτου, ὅτι ὁ Διομήδης προείλετο Ὀδυσσέα οὐ τιμῶν, ἀλλ' ἵνα ἥττων ᾖ ὁ ἀκολουθῶν. Ἐνδέχεται γὰρ τούτου ἕνεκα ποιῆσαι. Ibid. 23, 24, p. 1400, 27 Bk. : Καὶ οἷον ἐν τῷ Αἴαντι τῷ Θεοδέκτου Ὀδυσσεὺς λέγει πρὸς τὸν Αἴαντα, διότι ἀνδρειότερος ὢν τοῦ Αἴαντος οὐ δοκεῖ. Cf. ibid. III, 15 extr., p. 1416, 12 Bk. : Οἷον ὅτι ὁ Διομήδης τὸν Ὀδυσσέα προείλετο, τῷ μὲν ὅτι διὰ τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν τὸν Ὀδυσσέα, τῷ δ' ὅτι οὔ, ἀλλὰ διὰ τὸ μόνον μὴ ἀνταγωνιστεῖν ὡς φαῦλον. Unde Ajacem Diomede judice cum Ulixe de Achillis armis certasse liquet, quo certamine Theodectes haud dubie eximiam dicendi artem patefecit. Ad hanc fabulam Welck. Trag. Gr. p. 1073 haud improbabiliter duo fragmenta a Clem. Alex. servata rettulit, quæ nos inter Anon. Tragic. Fragm. (III, IV) exhibuimus.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Fabulæ argumentum jam ad Euripidis, Ionis aliorumque Tragicorum fragmenta exposuimus. Quod qua ratione a Theodecta tractatum sit, nec ex fragmentis nec ex loco Dionysii Halicarnassensis cognosci potest (Ad Amm. 12) hæc scribentis : Οὐ γὰρ εἰ δικαίως ἔπαθεν ἄν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν. Ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας πατήρ, εἰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται, δεῖ σκοπεῖν χωρίς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι· εἶτα χρῆσθαι ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ. Ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον· ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τῷ Θεοδέκτου· καὶ οἷον περὶ Δημοσθένους δίκῃ καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Ad verbum fere consentit Aristoteles loco postea citato.

I. (1.)

Arist. Rhet. II, 23, 3, p. 1397, 2 (ut supra apud Dionys.) : Ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον καὶ οὐδὲν κωλύει, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τῷ Θεοδέκτου,

Μητέρα δὲ τὴν σὴν οὔτις ἐστύγει βροτῶν;

φησὶ δ' ἀποκρινόμενος,

Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν·

ἐρομένης δὲ τῆς Ἀλφεσιβοίας πῶς; ὑπολαβών φησι,

Τὴν μὲν θανεῖν ἔκριναν, ἐμὲ δὲ μὴ κτανεῖν.

II. (2.)

Porphyr. apud Euseb. P. E. X, 3, p. 466 : Τοῦ δὲ Εὐριπίδου εἰπόντος (Med. 231), Γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν, Θεοδέκτης ἐν Ἀλκμαίωνί φησι,

Σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος,
ὡς οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτὸν
γυναικός.

Alphesibœæ verba esse monuit Welck. Trag. Gr. p. 1075.

ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ.

Hujus fabulæ titulus a nullo quidem vetere scriptore traditur, conjectura autem admodum probabili H. Grotii propter fragmentum, quod subjecimus, Theodectæ restitutus est. Nam ex illo facile Bellerophontem a Sthenebœa Prœto jus

---

1.

Tuamne matrem nullus odit mortalium?

Respondit ille : *Sed re considerata circumspiciendum est.* — Quum vero ex Alphesibœa quæreretur, Qua ratione? interpellans (ille) dixit : *Illi quidem moriendum, nec tamen mihi eam interficiendam esse judicarunt.*

2.

Clara inter homines hæc fertur sententia :
Res inter omnes femina infelicius
Nil repperiri. GR.

dicente accusatum esse conjicias. Quæ conjectura si vera est, Theodectam fabulæ argumentum (ab Euripide in Sthenebœa tractatum) valde immutasse cognoscitur.

I. (3.)

Stob. Floril. X, 8. c. l. Θεοδέκτου.

Ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἱλίσσων φλογὸς,
Ἥλιε, ποθεινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας,
εἶδές τιν' ἄλλον πώποτ' εἰς οὕτω μέγαν
ἐλθόντ' ἀγῶνα, καὶ δυσέκφευκτον κρίσιν,
ὅπου κατηγορεῖ μὲν ἐν λόγοισί μου
γυνὴ, πρὸς ὃν δ' εἴρηκε, τυγχάνει πόσις,
κρατοῦσι δ' οἵπερ καὶ κατηγοροῦσί μου.

Vs. 1 Theodectes imitatus est Eurip. Phœn. vs. 1 sq. — Vs. 3 Paris. A οἶδάς τινα ἄλλον. ἄλλον etiam Voss. Trinc. habent pro vulg. ἄλλων.

ἙΛΕΝΗ.

Helenam Welck. Trag. Gr. p. 1704 argumento non multum discrepuisse suspicatur a Sophoclis Ἑλένης ἁρπαγὴ, de qua ipse egit p. 158 (cf. Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 272), et rectissime, ut equidem opinor, ad eam rettulit locum Aristotelis Rhet. II, 24, 9, p. 1401, 34, b: Ἄλλος παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ πότε καὶ πῶς, οἷον ὅτι δικαίως Ἀλέξανδρος ἔλαβε τὴν Ἑλένην· αἵρεσις γὰρ αὐτῇ ἐδόθη παρὰ τοῦ πατρός· οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ μέχρι τούτου κύριος.

I. (4.)

Aristot. Polit. I, 6, p. 1255, 35 ed. Bekk.: Αὑτοὺς μὲν γὰρ οὐ μόνον παρ' αὑτοῖς εὐγενεῖς ἀλλὰ πανταχοῦ νομίζουσιν, τοὺς δὲ βαρβάρους οἴκοι μόνον, ὡς ὄν τι τὸ μὲν ἁπλῶς εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, τὸ δὲ οὐχ ἁπλῶς, ὥσπερ ἡ Θεοδέκτου Ἑλένη φησὶ,

Θείων δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἔκγονον ῥιζωμάτων
τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν;

ΘΗΣΕΥΣ.

Hujus dramatis titulus pariter atque Bellerophontis tantummodo ex fragmento, quod superest, conjectura et quidem, ut mihi videtur, satis probabili elici potest: nam Theodectes, ut sæpius, ita hoc loco Euripidis locum ex Theseo petitum (fragm. 385) imitatus est.

I. (5.)

Athen. X, p. 454, F: Καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης ἄγροικόν τινα ἀγράμματον παράγει, καὶ τοῦτον τὸ τοῦ Θησέως ὄνομα διασημαίνοντα·

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μαλακόφθαλμος κύκλος·
ἔπειτα δισσοὶ κανόνες ἰσόμετροι πάνυ,
τούτους δὲ πλάγιος διὰ μέσου συνδεῖ κανὼν,
τρίτον δ' ἑλικτῷ βοστρύχῳ προσεμφερές·
ἔπειτα τριόδους πλάγιος ὡς ἐφαίνετο,
πέμπται δ' ἄνωθεν ἰσόμετροι ῥάβδοι δύο,
αὗται δὲ συντείνουσιν εἰς βάσιν μίαν·
ἕκτον δ' ὅπερ καὶ πρόσθεν εἶφ', ὁ βόστρυχος.

Vs. 1 Grot. μελανόφθαλμος. Sed ut anapæstum in quarto pede tollerent sententiæque succurrerent pro μαλακόφθαλμος correxerunt Scalig. apud Casaub. καλόφθαλμος, Valck. ad Phœn. 688 et Schweigh. ex Agathonis loco (fragm. 4) μεσόμφαλος, Welck. l. c. p. 1079 et Bergk. Reliqu. com. Att. p. 120 μεσόφθαλμος, quod etiam mihi præferendum videtur. Omnino autem in hoc fragmento notanda est metrorum solutio.

ΘΥΕΣΤΗΣ.

Fabulæ argumentum in universum vix discrepuit ab eo, quod Sophocles, Euripides, alii in ejusdem nominis tragœdiis tractarunt, sine dubio vero ita fuit immutatum, ut eloquentiæ atque argutiarum specimen in dramate exhiberi posset.

3.

O qui micantes explicas flammis comas,
Sol alme, generi dulce mortali jubar,
Quenquamne tanto traditum discrimini
Sitique iniquæ lumen aspexit tuum?
Me namque mulier judice accusat viro,
Quodque innocentem maxime causam gravat,
Dominos habere cogor adversarios. GR.

4.

Quis me utrisque parentibus divis
genitam ancillam dicere audeat?

5.

Scripturæ initium nigrocellus circulus.
Post hunc sequentur regulæ æquales duæ,
Quas una jungit media transversum jacens.
Crispi capilli tertium formam refert.
Tridens deinde, sed reclinis in latus.
Quintum supernæ regulæ æquales duæ,
Pars ima quarum sibi propinquantum coit.
Sextum capillus, ante qualem dixeram. GROT.

I. (6.)

Stob. Ecl. Phys. I, 9, 6, p. 226 ed. Heer.

Ἀλλ', ὦ τάλαν Θυέστα, καρτέρει δάκνων
ὀργῆς χαλινὸν, παρακελεύομαι δέ σοι·
τεθηγμένον σὺν μυρίοις ἄλλοις χρόνος
ἅπαντ' ἀμαυροῖ χὑπὸ χεῖρα λαμβάνει.

Vs. 1 δάκνων correxit Grot. pro vulg. δανθανῶν, Paris. A δατανόν. Metaphora petita est ab equis ferocibus frenum mordentibus. — Vs. 3 vulgo: ἐν ἄλλοις μυρίοις. Voss. σὺν ἄλλοις μυρίοις. Quum in fine antecedentis versus non interpungeretur itaque τεθηγμένον ad χαλινὸν referretur, Grotius id ferri vix posse sentiens scripsit: τιθέμενος εἰν ἄλλοισι μυρίοις χρόνος κτλ., haud feliciter. Ruhnk. igitur probante Valck. ad Hippol. p. 240, C, constructionem scripturæ vulgatæ revocavit, τεθηγμένον vero in δεδηγμένον mutato; eandemque constructionem nuper tueri studuit Welck. l. c. p. 1078, post τεθηγμένον interpungens, Horatii loco (Od. I, 8, 5) *frenis lupatis*. Contra quos rectissime Meinekius (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1844 p. 13) monuit, nec verborum collocationem admittere, ut τεθηγμένον post parenthesim ad χαλινὸν referatur, imo post verba παρακελεύομαι δέ σοι exspectari aliquid, quod graviter affirmetur; nec omnino emendatione opus esse, quum τεθηγμένος etiam de eo dici queat, qui ira accensus atque exacerbatus sit. Quod verum esse docent exempla Æsch. Prom. 311, Sept. c. Th. 697, Soph. Aj. 581. Quam ob rem Meinekius tantummodo τὰ πάντ' in ἅπαντ' mutavit et sententiam hanc esse declaravit: *tempus quum sexcenta alia, tum eum, qui ira accensus est, comminuit.* Cujus ad sententiam accedere non dubitavimus, itaque Grotii interpretationem mutavimus. Nam infelicissima est Heerenii correctio: τάδε πάντ' κτλ., ut loco sententia insit: hæc (quæ nunc te pungunt) tempus prorsus oblivione delebit. Silens denique prætermitto Jacobsii emendationem τάδε πάντ' ἀμαυροῖ χὑποχείρια λαμβάνει, metro adversantem. Ceterum vs. 4 in codd. est καὶ ὑπό.

ΛΥΓΚΕΥΣ.

Lyncei nisi duobus Aristotelis locis nusquam mentio est facta. Quorum altero (Poet. 11, p. 1452, 27 ed. Bekk.) philosophus hæc habet: Ἔστι δὲ περιπέτεια μὲν ἡ εἰς τὸ ἐναντίον τῶν πραττομένων μεταβολὴ, καθάπερ εἴρηται· καὶ τοῦτο δὲ, ὥσπερ λέγομεν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τῷ Οἰδίποδι ἐλθὼν ὡς εὐφρανῶν τὸν Οἰδίπουν καὶ ἀπαλλάξων τοῦ πρὸς τὴν μητέρα φόβου, δηλώσας ὃς ἦν, τοὐναντίον ἐποίησεν. Καὶ ἐν τῷ Λυγκεῖ ὁ μὲν ἀγόμενος ὡς ἀποθανούμενος, ὁ δὲ Δαναὸς ἀκολουθῶν ὡς ἀποκτενῶν· τὸν μὲν συνέβη ἐκ τῶν πεπραγμένων ἀποθανεῖν, τὸν δὲ σωθῆναι. Altero (c. 18, p. 1455, 29 ed. Bekk.) vero hæc: Λέγω δὲ δέσιν μὲν εἶναι τὴν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τούτου τοῦ μέρους ὃ ἔσχατόν ἐστιν, ἐξ οὗ μεταβαίνει εἰς εὐτυχίαν, λύσιν δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μεταβάσεως μέχρι τέλους, ὥσπερ ἐν τῷ Λυγκεῖ τῷ Θεοδέκτου δέσις μὲν τά τε προπεπραγμένα καὶ ἡ τοῦ παιδίου λῆψις, λύσις δ' ἡ ἀπὸ τῆς αἰτιάσεως τοῦ θανάτου μέχρι τοῦ τέλους. Inde primus dramatis argumentum (ejus haud dissimile, quod Æschylus Danaidibus expresserat; cf. Welcker. Æsch. Tril. p. 390 sq., Æsch. fragm. ed. Ahrens. p. 203) enucleavit Odofr. Müller. (Græcorum de Lynceis fabulæ; Gotting. 1837, p. 11 sq.) Hypermnestra enim e Danai filiabus sola maritum Lynceum non occiderat, sed clam patre ejus matrimonium tenuerat et Abantem ex eo pepererat. Res autem eo, quod Abas puerulus nescio quo casu deprehendebatur et ad Danaum ducebatur, regi patefacta est, qui ira exardens Lynceum sub judicium vocavit, fore sperans, ut morte ille pœnas solveret. Lynceus vero tam fortiter et callide se defendit Danaumque simul sceleris arguit, ut Argivi eum absolverent, Danaum vero capitis damnarent. Ad finem fabulæ, ut probabiliter Welck. Trag. Gr. p. 1077 conjecit, pertinere videntur quæ præbet Hygin. fab. 170: *Hypermnestra Lynceum servavit, qui, quum Danaus perisset, primusque Abas ei nunciasset, Lynceus circumspiciens in templo, quid ei muneri daret, casu conspexit clypeum, quem Danaus consecraverat Junoni, quem in juventa gesserat, refixit et donavit Abanti ludosque consecravit.* Cf. fab. 279.

ΜΑΥΣΩΛΟΣ.

Mausolus fueritne tragœdia an oratio in Mausoli honorem scripta viri docti dubitarunt. Mausolo enim, Cariæ rege, Ol. CVI, 4 ut supra docuimus, defuncto, Artemisia conjux immensum ei sepulcrum exstruxit, Mausoleum dictum (Paus. VIII, 16; Strab. XIV, p. 969, D; Plin. H. N. XXXVI, 53; Vitruv. II, 8) et ludos in ejus honorem instituit, ad quos celebrandos ex tota Græcia viros ingenio ac dicendi facultate præstantissimos invitavit, qui regis laudes certatim prædicarent. Ad certamen igitur descenderunt ora-

6.

Miser Thyesta, pectus obdura tuum,
Iræque frenum fortiter morde precor.
Nam cum tot aliis rebus et tempus domat
Iratum eumque facile sub jugum mittit.

tores clarissimi Theopompus Chius, Theodectes Phaselites, Naucrates Erythræus et Isocrates Apolloniates (sic recte Suid. l. c. et s. v. Ἰσοκράτης Ἀμύκλα ... καὶ Θεοδέκτῃ τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκράτῃ διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον Μαυσώλου. Male enim Plut. Vit. X oratt. Isocr. 20, p. 838, B, et Porphyr. apud Euseb. P. E. X, p. 464, auctoribus Isocratem Atheniensem huic certamini interfuisse opinantur. Cf. Mærcker. De Theodecte p. 24, not. 6). Sed quis ex illo certamine victor evaserit, quæri potest. Theopompo enim palmam vindicant Porphyr. l. c. et A. Gellius (loco postea citato), Theodectæ Suidas adjectis tamen verbis : ἄλλοι δέ φασιν Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. Quorum scriptorum dissensio facile componi potest, si accuratius perpenduntur A. Gellii (N. A. X, 18, 6) verba hæc scribentis : *Ad eas laudes* (sc. Mausoli) *decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites (Naucrates). Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriæ mandaverint: sed eo certamine vicisse Theopompum judicatum est. Is fuit Isocratis discipulus. Exstat nunc quoque Theodecti tragœdia, quæ inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in Exemplis refert.* Egregie perspexerunt Mærcker. l. c. p. 26, et Od. Müller. Hist. Lit. Græc. II, p. 190, ex hoc Gellii loco, præcipue si conferantur Suidæ verba : καὶ ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ τραγῳδίᾳ consequi, Theodectam et orationem et tragœdiam in Mausoli honorem scripsisse, oratione autem a Theopompo in certamine isto superatum esse. Utrum Artemisia etiam ludos scenicos instituerit, in quibus Theodectes Mausolum tragœdiam docuerit, an poeta eam paullo post in theatro Halicarnassensi, ut recte Welck. monuit, spectandam proposuerit, nunc ad explorandum difficillimum est. Nec de fabulæ argumento certi quidquam in medium afferri potest : probabilitatem vero præ se fert Od. Mülleri l. c. p. 191 sententia, Theodectam materiam ex fabulis vel antiquiore historia Cariæ hausisse ac similiter, ut Euripides Archelaum conformaverit, ad regem honorandum instituisse, quum, ut in Macedonia Archelai, ita in Caria Mausoli nomen priscum fuerit. (Cf. Herodot. V, 118.)

ΜΕΜΝΩΝ S. ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

Ut Bellerophontis ac Thesei, ita hujus fabulæ nomen viri docti tantummodo conjectura e fragmento, quod superest, lucrati sunt, quippe in quo Æthiopum color et coma crispa describatur. Cui conjecturæ si quid tribuendum, fabulæ argumentum non diversum fuisse ab eo judicabimus, quod Æschylus in Memnone (de qua vid. Welck. Æsch. Tril. p. 430, Æsch. frag. ed. Ahrens. p. 210) tractavit.

I. (7.)

Strabo XV, 1, 24, p. 695.

Οἷς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
εἰς σώματ' ἀνδρῶν καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.

Vs. 4. Porson (in *Tracts and Miscell. critic.* Lond. 1815, p. 231) acute correxit ὀμφαῖς ἀναυξ. κτλ. vulgatam sic ortam esse ratus : ὀρφαῖς (μ superscr.).

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Œdipi mentio non facta est nisi ab Athenæo (cf. fgm. 19), ubi de Theodectæ arte ænigmata griphosque fingendi ac solvendi sermonem instituit.

I. (8.)

Athen. X, p. 451, F : ... κἂν τῷ Οἰδίποδι δὲ τῇ τραγῳδίᾳ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν εἴρηκεν αἰνιττόμενος·

Εἰσὶ κασίγνηται διτταί, ὧν ἡ μία τίκτει
τὴν ἑτέραν, αὐτὴ δὲ τεκοῦσ' ὑπὸ τῆσδε τεκνοῦται.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Orestem nemo præter Aristotelem citavit. Cujus ex verbis tamen simul discimus, Orestem argumentis sophisticis a matricidii crimine se defendisse.

I. (9.)

Aristot. Rhet. II, 24, 3, p. 1401, 35 ed. Bekk. : Πάλιν τὸ τοῦ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον, ὅτι τριάκοντα τυράννους κατέλυσεν· ἢ τὸ ἐν τῷ Ὀρέστῃ τῷ Θεοδέκτου· ἐκ διαιρέσεως γάρ ἐστιν,

Δίκαιόν ἐστιν, ἥτις ἂν κτείνῃ πόσιν,

7.

Cui tot propinquas admovens terræ rotas
Fuliginosis hominum adurens corpora
Finxit figuris, atque contorsit comam,
Quam sese in altum erigere non sivit calor.

GR.

8.

Sunt geminæ, quarum gignit germana sororem
Usque, hæc quæ genuit rursum generatur ab illa.

GR.

9.

Æquum est, mori eam, quæ maritum occiderit

ἀποθνήσκειν ταύτην, καὶ τῷ πατρί γε τιμωρεῖν τὸν υἱόν· οὐκοῦν καὶ ταῦτα πέπρακται· συντεθέντα γὰρ ἴσως οὐκέτι δίκαιον.

ΤΥΔΕΥΣ.

Tydeum commemoravit Aristot. Poet. 16, p. 1455, 9 ed. Bekk. Τετάρτη δὲ (ἀναγνώρισις) ἡ ἐκ συλλογισμοῦ, οἷον — — — καὶ ἡ ἐν τῷ τοῦ Θεοδέκτου Τυδεῖ, ὅτι ἐλθὼν ὡς εὑρήσων υἱὸν αὐτὸς ἀπόλλυται. Sed inde ad dramatis argumentum accuratius cognoscendum nihil proficimus.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Philoctetæ memoriam servavit Aristot. Ethic. Nicom. VII, 8, p. 1150, 6 ed. Bekk. Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ ἐγκράτειαν καὶ ἀκρασίαν· οὐ γὰρ εἴ τις ἰσχυρῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἡττᾶται ἢ λυπῶν, θαυμαστὸν, ἀλλὰ συγγνωμονικὸν, εἰ ἀντιτείνων, ὥσπερ ὁ τοῦ Θεοδέκτου Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ ἔχεως πεπληγμένος ἢ ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων κτλ. Ad quæ verba Schol. in Cram. Anecd. Gr. Paris. I, p. 243, 15 sq. adnotat : Θεοδέκτης τραγικὸς ἦν καὶ παράγει τὴν χεῖρα δεδηγμένον τὸν Φιλοκτήτην ὑπὸ ὄφεως, καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ ἀντέτεινε πρὸς τὰς λύπας καὶ τοὺς πόνους, ὕστερον δὲ ἡττήθη καὶ ἐβόα, Κόψατε τὴν ἐμὴν χεῖρα. Οὗτος οὖν οὐ ῥηθήσεται μαλακὸς, διότι ἡττήθη ὑπὸ τῶν λυπῶν· μεγάλαι γὰρ ἦσαν αὗται· ἀλλὰ συγγνωμονικόν ἐστι. Inde Theodectam ab reliquis poetis tragicis jam eo recessisse cognoscimus, quod Philoctetam non pede, sed manu vulneratum tantisque doloribus cruciatum, ut manus abscidendæ consilium caperet, introduxerit.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (10.)

Stob. Ecl. I, 3, 1, p. 24, ed. Heer.

Ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχήν γε ποιεῖσθαι πρέπον.

II. (11.)

Stob. Ecl. I, 4, 11, p. 116 ed. Heer.

Ὅστις δὲ θνητῶν μέμφεται τὰ θεῖ', ὅτι
οὐκ εὐθὺς, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ μετέρχεται
τοὺς μὴ δικαίους, πρόφασιν εἰσακουσάτω.
Εἰ μὲν γὰρ αὐτίκ' ἦσαν αἱ τιμωρίαι,
πολλοὶ διὰ φόβον κοὐ δι' εὐσεβῆ τρόπον
θεοὺς ἂν ηὖξον· νῦν δὲ τῆς τιμωρίας
ἄπωθεν οὔσης, τῇ φύσει χρῶνται βροτοί.
Ὅταν δὲ φωρασθῶσιν, ὀφθέντες κακοὶ,
τίνουσι ποινὰς ὑστέροισιν ἐν χρόνοις.

Vs. 4 vulgo erat : εἰ μὲν γὰρ παραυτίκα, sed recte cod. Voss. εἰ μὲν γὰρ αὐτίκα, nam syllabam παρ ex præcedente γὰρ originem duxisse liquet. — Vs. 5 codd. habent : πολλοὶ διὰ φόβον καὶ δι' εὐσεβῆ τρόπον θεοὺς ηὔξατο, nisi quod in Paris. A et Voss. est ηὔξαντο et in Voss. δι' abest. Hinc Grot. effecit : πολὺς διὰ φόβον κοὐ δι' εὐσεβῆ τρόπον θεοὺς ἂν ηὔξατο κτλ. Sed πολὺς pro πᾶς τις dici nequaquam potest. Quare Wyttenb. ad Plut. De sera num. vind. p. 86 scribi jussit : θεοὺς ἂν ηὔξαντο· τῆς τιμωρίας δ' ἄπωθεν οὔσης κτλ., in qua correctione acquiescere possemus, nisi contra librorum auctoritatem omissum esset νῦν, quod plurimum ad sententiam facit. Quod quum intelligeret Heerenius, ηὔξαιντ' ἂν (nam id in ηὔξαντο latere ei videbatur,) pro glossemate habendum ejusque loco θεοὺς σέβοιντ' ἂν scribendum esse censuit. Sed propius ad verum accessisse videtur Welckerus (in Bergkii Diar. Antiqu. 1844, p. 13) emendatione θεοὺς ἂν ηὖξον (ab αὔξω), h. e. *deos colerent, venerarentur,* quam recipere non dubitavimus. Nam similiter locuti sunt Soph. OT. 1092, Eur. Bacch. 183, 885. — Ceterum Theodectes etiam hoc loco imitatus est Euripidem (fgm. 293).

III. (12.)

Stob. Floril. XXIX, 35.

Πολλὰ δεῖ
μοχθεῖν τὸν ἥξοντ' εἰς ἔπαινον εὐκλεῶς·
ῥαθυμία δὲ τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
λαβοῦσα, λύπας τῷ χρόνῳ τίκτειν φιλεῖ.

Vs. 1. Conf. Eurip. fragm. 691.

10.

Semper petendum est a deis primordium. GR.

11.

Calumniari qui deos audes, homo,
Quod prava facta protinus non vindicant,
Sed punienda differunt, causam accipe.
Si pœna supera non daret culpæ diem,
Pietate nulla, sed metu solo, deos
Pars magna colerent : pœna nunc longe sita
Omnes suo permittit ingenio frui.
Sed deprehensi postea in piaculis,
Utcumque sero, quod sat est, pœnas luunt.
GR.

12.

Multo est opus
Labore, laudum illustre quærenti decus.
Ignavia autem gaudiis præsentibus
Emit dolores post futuri temporis. GR.

IV. (13.)

Stob. XXXII, 6. Arsen. Viol. p. 72 ed. Walz.

Ἅπαντ᾽ ἐν ἀνθρώποισι γηράσκειν ἔφυ,
καὶ πρὸς τελευτὴν ἔρχεται τὴν τοῦ χρόνου,
πλὴν, ὡς ἔοικε, τῆς ἀναιδείας μόνον·
αὕτη δ᾽, ὅσωπερ αὔξεται θνητῶν γένος,
τοσῷδε μείζων γίγνεται καθ᾽ ἡμέραν.

Vs. 2 τὴν τοῦ vulg, sed cod. Voss. Arsen. τὰ, quod haud dubie a correctoris manu spondeum in quinto pede exstincturi profectum est. Sed eum ab hujus ætatis poetis non alienum esse monuerunt Porson. Supplem. ad præf. Hec. p. XXXII, XXXVI, et ad vs. 343. Leutsch. *Grundriss zu Vorlesung. über griech. Metrik* p. 63, 68. Cf. fgm. 14, 16, Astydam. fgm. 8, Chæremon. fgm. 33, vs. 2.

V. (14.)

Stob. LXVIII, 26.

Παραπλήσιον πρᾶγμ᾽ ἐστὶ γῆρας καὶ γάμος·
τυχεῖν γὰρ αὐτῶν ἀμφοτέρων σπουδάζομεν,
ὅταν δὲ τύχωμεν, ὕστερον λυπούμεθα.

Memorabilis in hoc fragmento est metrorum negligentia. Nam ut vs. 1 anapæstum silentio premam, vs. 2 offendunt anapæstus in secundo pede et spondeus in quinto pede, vs. 3 anapæstus secundo, quanquam is facile removeri potest scribendo : ὅταν τύχωμεν δ᾽, κτλ. Quamobrem Meinekius (Poet. com. IV, p. 690, et in Bergkii Diar. Antiqu. 1844, p. 13) fragmentum inter Anon. comic. fragmenta recepit et in lemmate pro Θεοδέκτου corrigendum Θεογνήτου esse censuit, quod haud scio an probandum sit.

VI. (15.)

Stob. LXIX, 1.

Ὅταν γὰρ ἄλοχον εἰς δόμους ἄγῃ πόσις,
οὐχ, ὡς δοκεῖ, γυναῖκα λαμβάνει μόνον,
ὁμοῦ δὲ τῇδέ τ᾽ εἰσκομίζεται λαβὼν
καὶ δαίμον᾽ ἤτοι χρηστὸν ἢ τοὐναντίον.

Vs. 3 Jacobs. Lectt. Stobens. p. 112 correxit : ὁμοῦ δὲ τῇδ᾽ ἐπεισκομίζεται, probante Meinekio (Poet. com. IV, p. 690), qui, quamvis locum posse a Theodecta profectum esse non neget, tamen eum inter Anon. Comic. fragmenta recepit.

VII. (16.)

Stob. LXXXIII, 8.

Γονέων τὰ τέκνα σώζουσιν αἱ συμβουλίαι.

De spondeo in quinto pede vide ad fgm. 13.

VIII. (17.)

Stob. LXXXVI, 5.

Ἐγὼ μὲν οὔποτ᾽ εὐγένειαν ᾔνεσα
τὴν προστάταισι χρωμένην ἀναξίοις.

IX. (18.)

Stob. CV, 25.

Πολυσπερὴς μὲν, ὦ γέρον, καθ᾽ Ἑλλάδα
φήμη πλανᾶται καὶ διέγνωσται πάλαι,
τὸ μὴ βεβαίους τὰς βροτῶν εἶναι τύχας.

Versum 3 habet etiam Clem. Alex. Strom. VI, 2, 14, p. 745 P. — Vs. 1 Paris. A, Voss. Trinc. πολυσπερεῖ.

13.
Humana cuncta nata sunt senescere,
Ipsoque cursu temporis finem assequi,
Unam, ut videtur, præter impudentiam.
Mortale quippe quo magis crescit genus,
Hoc illa se fit in dies adultior. GR.

14.
Ætas senectæ similis matrimonio est :
Desideramus hoc et illam consequi,
At consecuti quum sumus, valde dolet.
GR.

15.
Quoties maritus duxit uxorem domum,
Non ille solam ducit uxorem, ut putat :
Quum nupta festum transilit limen pede,
Fortuna pariter intrat aut bona aut mala.
GR.

16.
Natis salus consilia genitorum sequi.
GR.

17.
Indigna laude est illa nobilitas mihi,
Quæ nacta non est vindices laudis suæ.
GR.

18.
Olim celebris, o senex, per Græciam
Ipsis probata rebus hæc sententia est :
Incerta hominibus esse fortunæ bona. GR.

X. (19.)

Athen. X, p. 451, E: Θεοδέκτην δὲ τὸν Φασηλίτην φησὶν Ἕρμιππος ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως· οἷον τὸν περὶ τῆς σκιᾶς. Ἔφη γὰρ εἶναί τινα φύσιν ἣ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μεγίστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἐλαχίστη. Λέγει δὲ οὕτως·

Τίς φύσις οὔθ' ὅσα γαῖα φέρει τροφὸς οὔθ' ὅσα [πόντος,
οὔτε βροτοῖσιν ἔχει γυίων αὔξησιν ὁμοίαν;
ἀλλ' ἐν μὲν γενέσει πρωτοσπόρῳ ἐστὶ μεγίστη,
ἐν δὲ μέσαις ἀκμαῖς μικρὰ, γήρᾳ δὲ πρὸς αὐτῷ
μορφῇ καὶ μεγέθει μείζων πάλιν ἐστὶν ἁπάντων.

Hunc locum excipit fragm. 8. Quem pariter atque illud in tragœdia locum habuisse veri simile est. Τίς φύσις correxit Porson. pro vulg. τῆς φύσεως ὅσα omisso οὔθ', quod in optimis codd. est.

ΧΑΙΡΗΜΩΝ.

De *Chæremone*, de quo peculiari libello copiose et circumspecte *Henricus Bartschius* egit (De Chæremone poeta tragico. Moguntiæ, 1843), hæc habet Suidas s. v.: Χαιρήμων κωμικός· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα· Τραυματίας, ὡς Ἀθήναιός φησι, καὶ Οἰνεύς (sic optimi codd. et Athen. XIII, p. 608, A, pro vulg. Οὐρεύς). καὶ Ἀλφεσίβοια καὶ Κένταυρος καὶ Διόνυσος καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Μινύαι. Καὶ ἕτερος Χαιρήμων γράψας Ἱερογλυφικά. Pariter ac Suidas (quocum Eudoc. p. 436 consentit) eum poetis comicis adnumerat Schol. ad Aristot. Rhet. III, 69, sed tragicum fuisse Chæremonem apertis verbis et Theophrast. ap. Athen. XIII, p. 562, E (cf. fgm. 14), et Athenæus ipse, ex quo Suidas hausit, pluribus locis (II, p. 35, D; p. 43, C; XIII, p. 608, A; XV, p. 679, F; cf. fgm. 16. 18. 15. 6.) dicit. Accedunt Eustathii (ad Odyss. p. 1545, 53) testimonium et, quod majoris momenti est, orationis color in plerisque, quæ supersunt, fragmentis optimo quoque Tragico dignissimis, ut dubitari non possit, quin apud Suidam pro κωμικὸς corrigendum sit τραγικὸς, præsertim quum grammaticos et scholiastas vocabula κωμικὸς et τραγικὸς sæpius confudisse jam supra (ad Philoclis Vitam) docuerimus. Nemo autem veterum memoriæ prodidit, quo anno Chæremo natus, quo mortuus sit, nec de genere aut patria quidquam scimus. Circumspiciendum igitur est, unde conjectura aliquid lucremur. Ac primum quidem Chæremonis ætatem circumspicientibus nobis occurrunt duo Athenæi loci, quorum altero (II, p. 43, C; cf. fgm. 18) Eubulus, altero (XI, p. 842, B) Ephippus Chæremonem perstrinxit. Uterque autem comœdiæ mediæ [quæ circiter inde ab Ol. XCVI usque ad Ol. CX, 3 viguit; cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 271 sq]. poeta fuit, unde Chæremonem hac fere ætate vixisse statuendum erit; quod recte fieri maxime ex Ephippi versibus cognoscitur, quippe qui ita de Chæremone verba fecerit, ut ei æqualis fuerit necesse sit. Hæc enim sunt Ephippi verba: ὅταν δ' Ἔφιππος ἐν Ἐφήβοις λέγῃ,

Οὐ κύλικας ἐπὶ τὰ δεῖπνα Χαιρήμων φέρει,
οὐ κυμβίοισι πεπολέμηκ' Εὐριπίδης·

in quibus animadvertenda est dictionis commutatio: φέρει — — πεπολέμηκεν. Ephippus autem, quo tempore vixerit, quum inde, quod comœdiæ mediæ addictus fuit (cf. Meinek. l. c. p. 351), tum maxime ex fragmento quodam (apud Athen. VIII, p. 346, F sq.), in quo Celtorum mentio est facta, elucet. Celtorum enim nomen primum a Græcis auditum esse Ol. CXI, 2 e Strab. VII, p. 301, et Arrian. Exp. Alex. I, 4, egregie monuit Meinek. Poet. com. III, p. 325. A vero igitur vix longe aberrabimus, si Chæremonem non multum ante Ol. CX floruisse statuerimus. At quo anno natus sit aut quo vita decesserit, ne conjectura quidem explorare possumus; nec habemus unde de ejus patria, parentibus, re familiari, institutione, moribus aliisque ejus generis rebus aliquid eruamus, nisi forte ad poetam nostrum referenda sunt, quæ tradit Georg. Progymn. 3 in Walz. Rhett. I, p. 553: Χαιρήμων ἔφη, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐν μόνῳ τῷ φρονεῖν ἐστιν. Ἐπαινετὸς ὁ Χαιρήμων, καθότι μὴ μόνον στρατηγὸς ἄριστος ἦν, ἀλλὰ καὶ λόγοις ἐκεκόσμητο, καὶ στρατηγικὴν ἐμπειρίαν λόγοις κοσμῶν λόγους ἐν μέρει τοῖς κατὰ πόλεμον ἀριστεύμασιν ἔστεφε, τὰ φύσει διεστῶτα συμπλέκων, καὶ παρ' ἀμφοτέρων ἀγλαϊζόμενος. Quæ si recte ad poetam Chæremonem referuntur — neque est

19.
Nulla est natura neque eorum, quotquot terra nutrix fert, nec quotquot mare, nec inter mortales, quæ membrorum habeat incrementum simile huic. Nam originis quidem principio maxima est, medio in vigore parva, in ipsa vero senectute rursus magnitudine ac specie omnes superat.

cur hoc negemus, quum sententia Chæremonis, quam Georgius affert, inter poetæ nostri fragmenta re vera exstet (cf. fgm. 20, vs. 3), quumque eum rhetoribus haud ignotum fuisse e fgm. 43 liqueat, — eum non modo ducem fuisse, sed etiam de ducis scientia scripsisse cognoscimus. Verumtamen nescio quid mirifici huic narrationi inest, ac vereor equidem, ne levis error Georgii verbis insideat, quem doctioribus expiscandum relinquo. Nos, ne longi simus, statim ad Chæremonis tragœdias transibimus, ejusque poesim ac dicendi genus breviter examini subjiciemus. Quot fabulas Chæremo scripserit, ignoramus : Suidas vero has affert : Τραυματίας, Οἰνεύς, Ἀλφεσίβοια, Κένταυρος, Διόνυσος, Ὀδυσσεύς, Θυέστης, Μινύαι. In quibus afferendis ita secutus est Athenæum, ut vel eundem fabularum ordinem servaverit. Omisit autem et fabulam Ἰώ licet ab Athen. XIII, p. 618, D, laudatam, et aliam, quam ipse alio loco (s. v. Ὡς οὐχ ὑπάρχων) commemoravit, Θερσίτης vel similiter inscriptam : nam fabula Ἀχιλλεὺς Θερσιτοκτόνος, cujus memoriam servavit Stob. Ecl. I, 7, p. 196 ed. Heeren., ab illa vix diversa fuit. Quis enim Thersitam in duabus fabulis introductum fuisse sibi persuadeat? Negligentiorem vero Suidam in titulo fabulæ afferendo quam Stobæum fuisse quum per se, tum inde probabile est, quod is eundem versum, quem l. c. e Chæremonis Thersita attulit, alio loco Menandro tribuit (cf. fgm. 3.). — Denique quum Aristoteles Chæremonis versum quendam exhibuerit, in quo Penthei nomen occurrit (cf. fgm. 7), fuerunt qui inde *Pentheum* a poeta compositam esse concluderent; sed longe probabilius est, quod statuerunt Elmsl. ad Bacch. 508, Welck. Trag. Gr. p. 1090, Fribel. Poet. Satyr. p. 84, versum illum ad Dionysum fabulam pertinere. Eadem ratio valere videtur in fabula, quam Athenæus duobus locis, altero quidem (XIII, p. 608, E.) Ὀδυσσέα, altero (XIII, p. 562, F, nisi h. l. Athenæus, de qua re infra ad fgm. 14 disputabimus, in Chæremonis nomine lapsus est) τὸν ἐπιγραφόμενον Τραυματίαν vocans, citavit, Aristoteles vero (Poet. XIV, p. 1458, 33 ed. Bekk.) Τραυματίαν Ὀδυσσέα quamvis auctoris nomine omisso appellavit. Quod quum jam pridem viri docti (cf. Interpp. ad Aristot. l. c., Meinek. Hist. crit. com. p. 518, 521, Welck. Trag. Gr. p. 1046, 1086) bene perspexissent, Welcker. nuper isti conjecturæ summam probabilitatem eo conciliavit, quod Apollodori (de quo infra agemus) fabulas Ὀδυσσεὺς et Ἀκανθοπλὴξ simili modo singillatim citatas comparavit. Quæ quum ita sint, tantummodo novem Chæremonis fabulæ restant : Ἀλφεσίβοια, Ἀχιλλεὺς Θερσιτοκτόνος, Διόνυσος, Θυέστης, Ἰώ, Κένταυρος, Μινύαι, Ὀδυσσεὺς Τραυματίας, Οἰνεύς, quarum fragmenta infra subjecimus. Quæri autem potest, num inter eas etiam fabulæ satyricæ fuerint : nam Fribelio (l. c. p. 79) mehercle nemo, opinor, fidem habebit omnes satyricas fuisse dicenti. Titulos si spectamus, a dramate satyrico non alieni sunt : Ἀχιλλεὺς Θερσιτοκτόνος, Διόνυσος, Ἰώ, ac fortassis Οἰνεύς, atque etiam inter fragmenta nonnulla sunt, quæ, nisi in fabula satyrica locum habuerunt, Chæremonis esse non possunt. Cf. fgm. 28 et 30. Quam ob rem haud improbabile est, Chæremonem etiam fabulas satyricas scripsisse.

Poetica Chæremonis ars qualis fuerit, quum ex fragmentis tum ex veterum testimoniis cognosci potest, ut præclare docuit Bartsch. l. c. p. 21 sq. Ac fragmenta quidem, maxime AlphesibϾ, Minyarum, Thyestæ, Œnei, si respicimus, poetam in rebus accurate describendis ac fere depingendis tam insignem fuisse deprehendimus, ut, quicunque ejus versus audiant vel legant, res ita descriptas pæne ipsis oculis conspicere sibi videantur. Sed quum ejusmodi descriptiones, quamvis per se sint venustissimæ, in tragœdia nec ad promovendam actionem nec ad explicandos mores quidquam valeant, imo plerumque summo tragœdiæ fini adversentur, facile poetam tali re excellentem graviora neglexisse oportere itaque vera tragici poetæ laude indignum esse intelligitur. Minime igitur Chæremoni in laude ponendum videtur, quod eum Aristoteles ἀκριβῆ appellavit ὥσπερ λογογράφον eumque inter τοὺς ἀναγνωστικοὺς rettulit. Sed integra afferri necesse est Aristotelis verba propter ea, quæ ex iis collegit Welck. l. c. p. 1082 sq. Aristoteles enim de diversis orationis generibus verba faciens hæc habet (Rhet. III, 12, 2, p. 1413, 8 ed. Bekk.) Ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη, ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη. Ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθική, ἡ δὲ παθητική· διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους. Βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοί, οἷον Χαιρήμων (ἀκριβὴς γὰρ ὥσπερ λογογράφος) καὶ Λικύμνιος τῶν διθυραμβοποιῶν. Quæ qui accuratius perlegerit, Chæremonem quidem propter illud ἀκριβὲς inter ἀναγνωστικοὺς h. e. inter eos, quorum scripta præcipue lectioni sint apta, minime inter eos, qui λέξεις γραφικὰς h. e. scripta nisi ad legendum non idonea composuerint, referri non negabit. Ea ipsa re autem Aristoteles Chæremonem reprehendit : nam quum τῷ ἀκριβεῖ manifesto τὸ ὑποκριτι-

κὸν, quod alteri dicendi generi, λέξει ἀγωνιστικῇ, convenit quodque ab histrionibus ac poetis scenicis maxime expeti solet, opposuerit, tecte Chæremonem ab illo ὑποκριτικῷ longius recessisse significavit, quam par fuerit. Illud vero nescire me fateor, quo jure Welck. ex Aristotelis verbis consequi dicat, primum τοὺς ἀναγνωστικοὺς non tam ad legendum accommodatos, quam ipsos esse legentes vel lectioni destinatos ac scribentes; deinde Chæremonem ipsum fabulas suas ad legendum destinasse atque hunc ob finem ea omisisse, quæ histrioni opus fuerint (τὸ ὑποκριτικόν.). Nam nihil demonstrant loci (Poet. VI, p. 1450, 18, b, ed. Bekk.), Ἡ γὰρ τῆς τραγῳδίας δύναμις καὶ ἄνευ ἀγῶνος καὶ ὑποκριτῶν ἐστιν, et (Poet. XXVI, p. 1462, 10. Bk.): Ἔτι ἡ τραγῳδία καὶ ἄνευ κινήσεως ποιεῖ τὸ αὑτῆς, ὥσπερ ἡ ἐποποιία. Διὰ γὰρ τὸ ἀναγιγνώσκειν φανερὰ ὁποῖά τίς ἐστιν, quibus Aristoteles Welckero ad Chæremonem respexisse videtur, id quod, quamvis admodum improbabile sit, tamen, ne longi simus, in medio relinquimus. Imo tenendum est, quod Aristotelis in Poet. c. VI init. ac sexcentis aliis locis exposuit, summum tragœdiæ finem esse actionem (cf. VI, 14: Ἄνευ μὲν γὰρ πράξεως οὐκ ἂν γένοιτο τραγῳδία). Sed qua ratione, quæso, tragœdia actionis imitatio (μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας — — δρώντων καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας) esse potest, nisi in scena quosdam ita agentes videmus, ut egerunt ii, quos illi imitantur? Drama igitur, quod non ita comparatum est, ut agi in scena possit, virtute primaria caret et, licet omnibus reliquis virtutibus excellat, drama (a græco δρᾶν, cf. Aristot. Poet. c. III,) jure dici nequit. Sed dramata primariæ istius virtutis expertia tempore, quo Athenis quidem tragœdia etiam num florebat, librorum lectio vero minime ita vulgaris erat, ut quibusdam videtur, composita esse quis credat? Quis præcipue talia a Chæremone, poeta satis claro, quem Aristoteles ipse alio loco (vide ad Ὀδυσσ. Τραυμ.) propter actionem vel laudibus extulit, ficta esse sibi persuadeat? Nam eos, qui Chæremonem nunquam tragœdias in scenam induxisse opinantur, mirum quantum falsos esse luculenter docent Comicorum irrisiones, quas supra attigimus. An quis opponat nobis, comicorum castigationes facile intelligi a populo potuisse, quum Chæremonis tragœdiæ lectione omnibus notæ fuerint? Is circumspiciat argumenta, quibus sententiam suam tueatur; nos interea Chæremonem præter Centaurum omnes fabulas et scenæ scripsisse et in scenam produxisse remur. Qua autem re Chæremo ab aliis poetis tragicis discesserit, jam supra significatum est. Cujus cum studio describendi arctissime conjunctus fuit frequens epithetorum et audaciorum metaphorarum usus, quem vel ex paucis, quæ supersunt, fragmentis cognoscere licet, quemque etiam Eubulus (cf. fgm. 18) irrisit. Sic Chæremo v. c. ὕδωρ dixit ποταμοῦ σῶμα (fgm. 18), stellas αἰθέρος θεάματα (fgm. 14, vs. 5), flores ἔαρος τέκνα (fgm. 9), rosas ἔαρος τιθηνήματα (fgm. 13), hederam χορῶν ἐραστὴν et ἐνιαυτοῦ παῖδα (fgm. 4), alia, quæ bene congessit Bartsch. p. 31 sq. Hinc dicendi genus, quo Chæremo usus est, paullulum artificiosum atque affectatum fuisse liquet. In numeris adhibendis autem multo diligentius severas antiquæ tragœdiæ leges observasse videtur, quam reliqui ætatis suæ poetæ tragici; nam paucissima illa fragmenta (14 et 30), quæ hac ratione offendunt, nisi ab eo abjudicanda sunt, in fabulis satyricis locum habuisse videntur. Poema enim *Centauri* nomine inscriptum, quod sententiæ nostræ aliquis opponere possit, ita in suo genere singulare est, ut non modo cum reliquis fabulis nullo modo comparari queat, sed ut vel dubitari possit, num re vera tragœdia fuerit. De quo vide quæ infra disputavimus. — Hæc præfati Chæremonis fabulas ipsas earumque fragmenta paucis sub examen vocabimus.

ΑΛΦΕΣΙΒΟΙΑ.

Hujus dramatis argumentum, ut ex titulo suspicari licet, vix diversum fuit ab eo, quod Achæus in fabula eodem nomine inscripta tractaverat.

I. (1.)

Athen. XIII, p. 608, D: Ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος (sc. ὁ Χαιρήμων) καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησί,

Καὶ σώματος μὲν ὄψεις κατειργάζετο
στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ.
Αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι.
Κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοστρύχοισιν ἐκπεπλασμένοι

Egregia species candicantis corporis
Tanquam sidereâ luce radiabat nitens:
At virginalis pudor affusa molliter
Niveum colorem temperabat purpura:
Tum cericolores, tanquam simulacri, comæ
Interpolatæ crispulis cincinnulis

ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμενοι.

Sic fragmentum in codd. exstat, quod non modo corruptum esse primo aspectu apparet, sed etiam aliam ob rationem vehementer offendere jam Schweighæus. monuit. Athenæus enim Chæremonem his versibus de floribus disseruisse tradit; sed nunc ne unius quidem flosculi mentionem factam esse videmus. E recentioribus hujus loci interpretibus id nemo præter G. Hermannum animadvertit, qui (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1843, p. 635), quum fragmentum ex Peneo Chæremonis apud Athen. præcedat (vid. fgm. 15) in cujus fine versus: πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος, cum antecedentibus male, ut dicit, cohærens legitur, hunc vs. nunc falsum locum obtinere, primitus vero initio fragmenti, de quo agitur, lectum esse censet atque illud initium in hunc modum restituit:

Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
εἰς ὄμματος μὲν ὄψιν ἀντηυγάζετο
στίλβοντα λευκοχρώματ' ἄρθρα διαπρεπῆ.

Cui sententiæ quum multa alia, quæ afferre longum est, obstant, tum illud maxime refragatur, quod etiam nunc non de floribus sermo est, sed vix unius flosculi obiter mentio fit. Res igitur longe aliter se habere videtur. Fragmentum enim ex Œneo ductum si respicimus, post vs. 11 continuitatis vinculum disruptum esse negari nequit: neque hoc fugit Hermannum, qui vs. 12–17 ante vs. 1–11 collocari jussit. Sed ita nec Œnei fragmentum prorsus restituitur nec locus ex Alphesibœa sanatur. Alia igitur circumspicienda est ratio, qua utrique fragmento succurramus. Neque longe ea est repetenda, dummodo utriusque fragmenti argumentum respiciamus. In Œnei loco a vs. 1–11 virgines somno captæ describuntur, inde a vs. 12–17 de floribus sermo est; in Alphesibœæ fragmento vero, uti nunc exhibetur, manifesto virginum descriptio continuatur. Quid igitur? Estne, cur versus, qui adhuc ex Alphesibœa citabantur, Œnei loco post vs. 11 adjicere, versus 12–17 autem, qui olim Œnei fragmento annexi legebantur, in Alphesibœam pro illis transferre dubitemus? Nam quod objicere nobis aliquis possit, nimis temerariam esse hanc agendi rationem, is reputet velim, quod infra (ad Ὀδυσσ. Τραυματ.) exposuimus, hunc totum Athenæi de Chæremone locum jam antiquitus esse valde perturbatum. Nec amplius, opinor, sententiam nostram, in quam etiam Schweighæuserum incidisse video, amplecti dubitabit. — At ne correctiones, quibus viri docti huic loco mederi conati fuere, silentio prætermittamus, vs. 1 Grot. Exc. p. 845 dedit: καὶ σώματος μὲν ὄψις ἐξηυγάσατο| στίλβοντι λευκῷ χρώματι διαπρεπής. Jacobs. Anthol. X, p. 291, pro ὄψεις scripsit ὄψανα, quod Hermannus (in edit. Eurip. Hecub. a. 1800, p. 130) olim probavit ac perperam de specie quadam per somnum oblata accepit. In altera Hecubæ edit. vero hac opinione abjecta scripsit: σώματ' ἐς μὲν ὄψιν ἀντηυγάζετο, quod longe præferendum Emperii (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1838, p. 817) conjecturæ καὶ σώματος μὲν ὄψις οὐ κατείργετο | στίλβοντα λευκῷ χρώμαθ' ὡς διαπρέπειν. — Vs. 2 Herm. l. c. λευκοχρώματ' εἴδει διαπρεπῆ. Friebel. Poet. Sat. p. 81 λευκῷ χρώματ' εὖ διαπρεπῆ. Sed præferenda videtur emendatio, quam G. Hermann. in Bergkii Diar. Antiqu. l. c. (vide supra) protulit: εἰς ὄμματος μὲν ὄψιν ἀντηυγάζετο | στίλβοντα λευκοχρώματ' ἄρθρα διαπρεπῆ, quamquam vs. 1 etiam prior correctio: καὶ σώματ' ἐς μὲν ὄψιν ἀντηυγάζετο haud spernenda est. — Vs. 6 sq. Herm. Opusc. V, p. 216, dedit ἐκπεπλασμέναι —— φορούμεναι, Emperius l. c. λυτοῖσι βοστρύχοισιν ἐσκεδασμέναι — — φορούμεναι, addens comas dici solutis cincinnis sparsas, qua conjectura minime opus est.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΘΕΡΣΙΤΟΚΤΟΝΟΣ.

Jam supra Ἀχιλλέα θερσιτοκτόνον, quam Stob. citat, a *Thersita*, quam Suid. affert, non diversam esse diximus, quum probabile non sit, Thersitam in duabus fabulis in scenam fuisse productum. Argumentum Welck. l. c. p. 1086 ex Æthiopide fluxisse egregie monuit, de qua hæc habet Proclus Photii: Οἱ δὲ Τρῶες αὐτὴν θάπτουσι καὶ Ἀχιλλεὺς Θερσίτην ἀναιρεῖ, λοιδορηθεὶς πρὸς αὐτοῦ καὶ ὀνειδισθεὶς τὸν ἐπὶ τῇ Πενθεσιλείᾳ λεγόμενον ἔρωτα. Cf. Lycophr. 999 et Tzetz. ad h. l., Prop. III, 11, 15, Quint. Smyrn. I. 720. sq. Drama fortasse satyricum fuit.

I. (2.)

Stob. Ecl. I, 7, 7, p. 196 ed. Heer.: Χαιρήμονος Ἀχιλλεῖ θερσικτόνῳ (sic codd., quod bene Fabric. in θερσιτοκτόνῳ correxit).

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

Luxuriabantur auris alludentibus. GR.

2.
Fortuna res mortalium, haud prudentia. GR.

Eundem versum sine auctoris nomine exhibent Plut. De fort. 1, p. 97, C, et Menand. Sentent. monost. 725 (Meinek. IV, p. 361), unde τύχῃ et εὐβουλίᾳ pro dativis τύχῃ et εὐβουλίᾳ, quos Stob. præbet, scribendum esse liquet.

II. (3.)

Suidas s. v.

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος·

ὥσπερ παροιμία· ὁ στίχος δέ ἐστι Χαιρήμονος ἐκ Θερσίτου. At idem Suid. v. Ὑπάρχων versum Menandro tribuit astipulante Zenob. VI, 51, qui eum ex Menandri Olynthia petitum dicit; Athenæus vero (XIII, p. 612, F) paullulum immutatum Aristarcho assignat (cf. Aristarch. fgm. 5). Quem in proverbii usum abisse rectissime monuit Meinek. (Menand. p. 126 et Poet. Com. IV. p. 177.)

Ad eandem fabulam nescio an referendum sit Anon. Trag. Fragm. CLXXXI.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Dionysi quale fuerit argumentum nec e titulo nec e fragmentis augurari licet. Si tamen recte versus, quem Aristoteles servavit, Πενθεὺς κτλ. (vid. fgm. IV), a viris doctis huc relatus est (de qua re non est cur dubitemus), a probabilitate non abhorret Welckeri (l. c. p. 1090) conjectura, argumentum idem fuisse, quod fabulæ *Baccharum* nomine inscriptæ habuerint. Nec scio an probanda pariter sit alia sententia a Welckero (*Tril. Æsch.* p. 288, 296) olim proposita, quamvis ab ipso nunc abjecta, Dionysum fabulam fuisse satyricam. Attamen non refragabor, si quis eam præfracte tragœdiis adnumeraverit.

I. (4.)

Athen. XIII, p. 608, E: Ἐν δὲ Διονύσῳ (sc. Χαιρήμων φησί),

Χορῶν ἐραστὴς κισσός, ἐνιαυτοῦ δὲ παῖς.

Huc respexit Eustath. ad Od. p. 1658, 57: Χαιρήμων οὖν, φασίν, ὁ τὸν κισσὸν χορῶν εἰπὼν ἐραστὴν κτλ.

II. (5.)

Athen. XV, p. 676, F: Καὶ ἐν τῷ Διονύσῳ δὲ ὁ αὐτὸς ἔφη ποιητὴς (Χαιρήμων)·

Στεφάνους τεμόντες, ἀγγέλους εὐφημίας.

III. (6.)

Athen. XV, p. 679, E sq.: Καλοῦνται δέ τινες καὶ ἑλικτοὶ στέφανοι, ὥσπερ παρ' Ἀλεξανδρεῦσι καὶ νῦν. Μνημονεύει δ' αὐτῶν Χαιρήμων ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν Διονύσῳ διὰ τούτων·

Κισσῷ τε ναρκίσσῳ τε τριέλικας κύκλῳ
στεφάνων ἑλικτῶν.

Cant. correxit τριέλικτος, Dalecamp. de *ter circumvoluto circulo* accipit, quod probat Porsonus, ceteroquin male corrigens τριέλικι. Quum sententia imperfecta sit, haud facile dicas, qua ratione τριέλικας aut explicari aut corrigi possit.

IV. (7.)

Aristot. Rhet. II, 23, 24, p. 1400, 24, b: Καὶ ὡς Χαιρήμων

Πενθεὺς ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.

Simillimus est locus Eurip. Bacch. 367: Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις, quem Chæremonem imitatum esse haud improbabiliter statuas. Ceterum nominum derivandorum quam studiosi poetæ tragici fuerint, monuimus ad Eurip. fragm. 179, 180, 525.

Ad eandem fabulam pertinere videntur fragm. 16. 17.

ΘΥΕΣΤΗΣ.

Fabulæ *Thyestæ* nomine inscriptæ quid continuerint, pluribus locis a nobis expositum est: quare id h. l. silentio prætermittimus. Num vero Chæremo in vetusto illo argumento aliquid novaverit, ignoramus.

I. (8.)

Athen. XIII, p. 608, F: Καὶ ἐν Θυέστῃ·

Ῥόδ' ὀξυφεγγῆ κρίνεσιν ἀργεννοῖς ὁμοῦ.

3.
Ut non inferens injuriam, sed illatam ulciscens.

4.
Chororum amica hedera, anni filia.

5.
Coronas absciderunt, fausti ominis nuntias.

6.
Ex hedera et narcisso triplices circumcirca gyros coronarum tortilium.

7.
Pentheus a futura calamitate nomen habens.

8.
Prænitentes rosæ cum candidis liliis.

Huc spectavit Eustath. ad Od. p. 1658, 57 : Ἰδίως δὲ (sc. ἐκάλεσε Χαιρήμων) τὰ ῥόδα ὀξυφεγγῆ.

ΙΩ.

Ionem nec ante nec post Chæremonem, quod sciam, ullus poeta tragicus scripsit. Argumentum facile ex titulo divinari potest ac bene ab Apollod. I, 1, 3, descriptum est. Non multum autem, ut probabiliter Welck. *Æsch. Tril.* p. 307 conjecisse videtur, ab eo diversum fuit, quod Sophocles in Inacho tractaverat (de quo vide Welck. l. c., Soph. Fragm. ed. Ahrens. p. 365). Itaque hanc fabulam, ut Inachum, satyricam fuisse veri est simillimum. Quam sententiam, id quod Welck. l. c. ipse olim monuit, vasorum quorundam picturæ confirmant, ut virum clarissimum ab ea nunc recessisse jure mirandum sit. Chæremonis fortasse fabulam Latine expressit Attius.

I. (9.)

Athen. XIII, p. 608, D: Ἐν δὲ τῇ Ἰοῖ ἔαρος τέκνα προσηγόρευε τὰ ἄνθη·

Ἀνθηροῦ τέκνα
ἔαρος πέριξ στρώσαντες —

Cf. Eustath. l. c..... κοινῶς μὲν τὰ ἄνθη ἔαρος τέκνα ἐκάλεσεν.

ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

Difficillima est de hoc poemate quæstio diversissimasque excitavit virorum doctorum sententias, quum alii in eo carmen epicum, alii drama satyricum, alii comœdiam, alii denique (velut Osann. Anal. crit. p. 72) ἱλαροτραγῳδίαν latere suspicarentur. Nam vario modo jam veteres ipsi de eo judicaverant. Athenæus enim (cf. fgm. I) sic loquitur : Ἐν Κενταύρῳ, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι. Aristoteles vero hæc habet (Poet. I, 12, p. 1447, 20, b) : Ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐχ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον· et (Poet. XXIV, 11, p. 1460 : init.) Τὸ γὰρ ὅμοιον ταχὺ πληροῦν ἐκπίπτειν ποιεῖ τὰς τραγῳδίας· τὸ δὲ μέτρον τὸ ἡρωϊκὸν ἀπὸ τῆς πείρας ἥρμοκεν. Εἰ γάρ τις ἐν ἄλλῳ τινὶ μέτρῳ διηγηματικὴν μίμησιν ποιοῖτο ἢ ἐν πολλοῖς, ἀπρεπὲς ἂν φαίνοιτο, τὸ γὰρ ἡρωϊκὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστὶν, διὸ καὶ γλώττας καὶ μεταφορὰς δέχεται μάλιστα· περιττὴ γὰρ καὶ ἡ διηγηματικὴ μίμησις τῶν ἄλλων· τὸ δὲ ἰαμβικὸν καὶ τετράμετρον κινητικὰ, τὸ μὲν ὀρχηστικὸν, τὸ δὲ πρακτικόν· ἔτι δὲ ἀτοπώτερον εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ, ὡς Χαιρήμων. Consentiunt quidem Aristoteles et Athenæus in eo, quod Centaurum mirifica metrorum permixtione insignem fuisse dicunt : sed eo discedunt, quod alter poema ῥαψῳδίαν, alter δρᾶμα appellat. Verumtamen ex hac ipsa dissensione colligi aliquid posse videtur ad istam metrorum varietatem accuratius definiendam. Ῥαψῳδία enim significat et publicam alicujus carminis recitationem et carmen ipsum ita recitatum (cf. Plat. Tim. p. 21, B, Ion. p. 533, B, Legg. II, p. 658, B); sed quum ad recitationem tantummodo ea carmina accommodata essent, quæ metro dactylico ac maxime heroico conscripta erant, (reliqua enim canebantur, dramata in scenis agebantur,) ῥαψῳδίας nomine plerumque carmina illo metro composita significabantur. Sed nemo hexametrum heroicum inprimis epicæ poesis proprium fuisse nescit : itaque veri est simillimum, Aristotelem voluisse, quum Centaurum ῥαψῳδίαν appellaret, indicare, hoc carmen ad epicam rationem accessisse, i. e. hexametro heroico scriptum fuisse. Jam vero non amplius difficultatem nobis parabit, quod idem poema Athenæo teste drama fuit, si quidem diligenter ea perpenderimus, quæ supra de studio, quod Chæremo in rebus accurate describendis posuerit, disputavimus. Cui studio enim quum nec tragœdiæ fines nec metrum iambicum satisfacerent, Chæremo in Centauro, ubi descriptiones exhibuit, metro ad describendum inprimis idoneo, i. e. heroico, in diverbiis autem iambico et trochaico, in lyricis denique partibus aliis metris usus est. Quum vero ejusmodi descriptiones hexametris dactylicis scriptæ haud dubie permultæ eæque satis longe in Centauro exstarent, neque tamen simul diverbia et Chori cantica deessent, facile idem carmen vocari ῥαψῳδίαν et δρᾶμα jure quodam potuisse intelligitur. Ceterum vix est ut exponatur, quantum Chæremo eo a vera tragœdiæ natura recesserit; sed videndum, ne ob id ipsum (nam tale drama ad agendum non admodum aptum fuit) inter ἀναγνωστικοὺς relatus sit. — De Centauri argumento autem neque compertum quidquam habemus nec ex fragmentis nec ex titulo colligere possumus : imo titulum non ab argumento, sed ab ista dramatis cum ἐποποιΐᾳ permixtione repetitum esse probabiliter conjecit Welck. l. c. p. 1091.

9.
Floridi veris filios circumsternentes —

I. (10.)

Athen. XIII, p. 608, E: Ἐν δὲ Κενταύρῳ, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι, λειμῶνος τέκνα (sc. τὰ ἄνθη φησὶ)

Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν
ἀνθέων ἀλόγχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς
θηρωμένων * * τὰ λειμώνων τέκνα.

Vs. 1 Meinek. Hist. crit. com. p. 517 pro μὲν eleganter correxit μετ', Friebel. l. c. p. 88 male μεγαυχέων. — Vs. 2 in codd. est ἀλόχων, unde ingeniose G. Hermann. ad Arist. Poet. p. 98 refinxit ἀλόγχων, sed Meinek. l. c. et Lobeck. Aglaoph. p. 839 maluerunt ἄλογχον. Utrum præferendum sit, haud facile est ad dicendum; attamen ἀλόγχων præferemus, si Chæremonis affectatum dicendi genus et cuivis substantivo epitheti addendi consuetudinem considerarimus. — Vs. 3 Schweighæus. et Meinek. correxerunt θηρώμενοι, G. Hermann. (in Bergkii et Cæs. Diar. Antiqu. 1843, p. 637) θηρώμεναι, sed θηρωμένων haud dubie cum αὐτῶν conjungendum est, quo pronomine probabiliter Friebel. l. c. (e sequente fragmento) ad pueros respici conjecit, de quibus Chæremo in antecedentibus verba fecerit. Si autem, ut necessitas efflagitare videtur, αὐτῶν cum θηρωμένων conjungimus, ut etiam cum Meinekio μετ' αὐτῶν scribamus pæne cogimur. Lacunam post θηρωμένων acute G. Hermannus ad Aristot. l. c. explevit scribendo: πάμμικτα λειμώνων τέκνα, in cujus correctionis locum vero deinde (in Diar. Antiqu. l. c.) substituit: κομῶντα. — Ceterum ad sententiam dignum est quod conferatur Eurip. fgm. 746.

II. (11.)

Athen. XV, p. 676, E: Οἱ γὰρ παῖδες κατὰ τὸν Χαιρήμονος Κένταυρον,

Στεφάνους ἑτοιμάζουσιν, οὓς εὐφημίας
κήρυκας εὐχαὶ προὐβάλοντο δαιμόνων.

Hi versus ab antecedente fragmento non valde remoti fuisse videntur.

ΜΙΝΥΑΙ.

Quum Argonautæ maximam partem Minyæ fuerint (cf. Pind. Pyth. IV, 69, Apoll. Rhod. I, 229), Welck. l. c. p. 1091 et Odofr. Müller. (Orchom. et Min. p. 303) etiam h. l. sub Minyarum nomine Argonautas latere et fabulæ argumentum idem fuisse opinantur, quod Æschylus in trilogia Iasonea (de qua videndi Welck. Æsch. Tril. p. 311 sq., 590 sq., Æsch. fragm. ed. Ahrens. p. 204) tractaverit. Cui conjecturæ non est cur obloquamur.

I. (12.)

Athen. XIII, p. 608, F: Ἐν δὲ Μινύαις·

Πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν,
ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου.

H. Bartsch. locum explicuit collato loco Eurip. Bacch. 772: Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν κύπρις, quod jure improbavit G. Hermann. (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1843, p. 636). Sed quod ipse pro κύπριδος scribi κυκλάδος et ad Chæremonis versum supra (fgm. 4) respici jussit, minus probabile videtur, quam quod Meinekius (Exercit. philol. in Athen., Berol. 1843, p. 43) monuit, describi puellas amoribus maturescentes easque notissima imagine uvis a poeta assimilari purpureum colorem ducentibus.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΤΡΑΥΜΑΤΙΑΣ.

Fabulas, quas Athenæus diversis locis sub diversis nominibus (altero Ὀδυσσεύς, altero Τραυματίας scribens) citat, propter Aristotelis locum quendam unam eandemque fuisse videri supra monuimus. Aristotelis verba enim hæc sunt (Poet. XIV, p. 1453, 29, b): Ἔστι δὲ πρᾶξαι μὲν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινὸν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὴν φιλίαν, ὥσπερ ὁ Σοφοκλέους Οἰδίπους. Τοῦτο μὲν οὖν ἔξω τοῦ δράματος, ἐν δ' αὐτῇ τῇ τραγῳδίᾳ, οἷος ὁ Ἀλκμαίων ὁ Ἀστυδάμαντος ἢ ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ. Jam Tyrwhittus Chæremonis fabulam dictam esse intellexit, cujus sententiam viri docti jure amplexi sunt. Nam plura eam confirmant. Primum vocabulum τραυματίας cognomen est ac tale quidem, quod in unumquemque quadrabat nec, velut αἴθων (vide quæ ad Achæi Æthonem disputavimus) de certo quodam homine usurpari solebat: quo igitur tragœdiam inscribi nisi nomine proprio addito non potuisse manifestum est. Deinde ex ipsa ratione, qua Athenæus altero loco (fragm. II) fabulam citavit: ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραυματίᾳ fabulam

10.
Hinc cum iis, qui voluptati suæ indulgentes mixtos pratorum filios venabantur, in immensum florum exercitum irruerunt spiculis destitutum.

11.
Coronas parant, quas ut fausti ominis præcones prætendunt preces diis oblatæ.

12.
Largam vindemiam Cypridis conspicere licebat, summis nigricantem uvis in tempore.

non simpliciter *Traumatiæ* nomine inscriptam fuisse, sed nomen, cui Τραυματίας ascriptum (ἐπιγεγραμμένον) fuerit, excidisse luculenter apparet; itaque perquam probabile est, quod Ritter. ad Aristot. Poet. p. 181 conjecit, apud Athenæum olim ἐν τῷ Ὀδυσσεῖ τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραυματίᾳ scriptum fuisse, præsertim quum Athenæi verba perturbationis aliquid experta esse aliunde etiam pateat (cf. fgm. 2). Denique offensioni cuiquam sit nolim, quod ad Œdipum Aristoteles Sophoclis, ad Alcmæonem Astydamantis nomen adjecit, ad Ὀδυσσέα Τραυματίαν vero auctorem reticuit: nam satis prudenter ea in re philosophus egit; quippe Œdipos et Alcmæonem plures poetæ tragici scripsere, Ὀδυσσέα Τραυματίαν vero nullus, ut error inde exoriri non posset. — Ceterum ex Aristotelis verbis simul suspicari licet, quale dramatis argumentum fuerit. Nam si in ea Telegonus egit, non potest dubitari, quin Ulixis pastinacæ radio a Telegono filio icti mors fabulæ materiam præbuerit. Rem narrant Hygin. fab. CXXVII: *Telegonus, Ulyssis et Circes filius, missus a matre, ut genitorem quæreret, tempestate in Ithacam est delatus: ibique fame coactus agros depopulare cœpit. Cum quo Ulysses et Telemachus ignari arma contulerunt. Ulysses a Telegono filio est interfectus, quod ei responsum fuerat, ut a filio caveret mortem. Quem postquam cognovit, qui esset, jussu Minervæ, cum Telemacho et Penelope in patriam redierunt, in insulam Æacam ad Circen Ulyssem mortuum deportarunt ibique sepulturæ tradiderunt. Ejusdem Minervæ monitu Telegonus Penelopen, Telemachus Circen duxerunt uxores. Circe et Telemacho natus est Latinus, qui ex suo nomine Latinæ linguæ nomen imposuit. Ex Penelope et Telegono natus est Italus, qui Italiam ex suo nomine denominavit;* Eustath. p. 1676, 44: Τηλέγονος ὁ Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως ἡφαιστότευκτον δόρυ ἔχων, οὗ ἀδαμαντίνη μὲν ἡ ἐπιδορατὶς, αἰχμὴ δὲ κέντρον θαλαττίας τρυγόνος (consentiunt Nicand. Ther. 835, Lycophr. 795-97, Schol. ad Hom. Od. XI, 134, Schol. Aristoph. Plut. 303, Parthen. Erot. 3, Philostr. V. Apoll. VI, 32, Heroic. II, 20, Luc. Ver. Hist. II, 35, Tragodop. 261, Ovid. Ib. 569, Tr. I, 1, 114), χρυσοῦς δὲ ὁ στύραξ, καὶ ἐλθὼν ἐκ Τυρσηνίας εἰς ἀναψηλάφησιν τοῦ πατρὸς καὶ λεηλατῶν ἀγνοίᾳ τὰ ἠπειρωτικὰ τοῦ Ὀδυσσέως κτήματα, καὶ εὑρὼν ἀντίπαλον τὸν πατέρα, ἀνεῖλεν οὐκ εἰδώς· καὶ οὕτω τῷ κατὰ θάλασσαν ἀεὶ κακῶς πράττοντι ἐκ θαλάττης ἧκεν αὖθις ὁ θάνατος, ὃς ἔπεφνεν αὐτὸν, καθὰ καὶ Ὀππιανὸς (Halieut. II, 462) ἱστορεῖ, τῷ τῆς τρυγόνος κέντρῳ. Idem argumentum jam ante Sophocles in fabula Ὀδυσσεὺς Ἀκανθοπλὴξ inscripta tractaverat; cf. Welck. Trag. p. 240 sq., *Æsch. Tril.* p. 458 sq., Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 297.

I. (13.)

Athen. XIII, p. 608, E: Περὶ δὲ ῥόδων ἐν Ὀδυσσεῖ φησιν οὕτως·

Κόμαισιν ὡρῶν σώματ' εὐανθῆ ῥόδα
εἶχον, τιθήνημ' ἔαρος ἐκπρεπέστατον.

Etsi Chæremo alio loco (fgm. 18) aquam ὕδατος σῶμα dixit, tamen ῥόδα nullo modo ὡρῶν σώματα dici possunt, id quod jam pridem viri docti senserunt. Itaque correxit Dalecamp. σήματ', Ferd. Steinacker. male ζῶματ', Jacobs. στέμματ' vel σχήματ', Meinek. (Exercit. philol. in Athen. Berol. 1843, p. 43) Ὡρῶν στέμματ', quod haud dubie recipiendum.

II. (14.)

Athenæus locis aliquot ex Alexidis Phædro, ex Eubuli vel Ararotis Campylione, denique iterum ex Alexidis Apocoptomeno allatis, quibus de Amoris natura deque falsa pictorum ratione, qua eum alatum fingant, agitur, ita pergit XIII, p. 562, E, F: Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐρωτικῷ Χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων τοῖς τρόποις κεράννυσθαι, οὕτως καὶ τὸν ἔρωτα· ὃς μετριάζων μέν ἐστιν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπώτατος. Διόπερ ὁ ποιητὴς οὗτος οὐ κακῶς αὐτοῦ τὰς δυνάμεις διαιρῶν φησι· « Δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐντείνεσθαι χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ, τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς. » Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ποιητὴς καὶ περὶ τῶν ἐρώντων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραυματίᾳ φησὶν οὕτως·

Τίς οὐχὶ φήσει τοὺς ἐρῶντας ζῆν μόνους;
ἔδει γε πρῶτον μὲν στρατευτικωτάτους
εἶναι, πονεῖν τε δυναμένους τοῖς σώμασι
μάλιστα, προσεδρεύειν τ' ἀρίστους τῷ πόθῳ,
ποιητικοὺς, ἰταμοὺς, προθύμους, εὐπόρους
ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, ἀθλιωτάτους.

Sequuntur Theophili aliorumque Comicorum de

13.

In comis Horarum coronas, floridas rosas
habebant, veris alumnos omnium pulcherrimos.

14.

Quis non amantes solos credat vivere?
Quos bellatores esse oportet maximos,
Contra labores corpore invictissimo,
Ad res cupitas incumbentes sedulo,
Audaces, irrequietos, promptos, opiparos,
In rebus arctis ad videndum acerrimos. GR.

amoribus sententiæ. Vs. 2 bene correxit Meinek. Hist. crit. p. 519 et Poet. com. III, p. 490, εἰ δεῖ γε. Grot. στρατηγικωτάτους. Vs. 5 sq. Jacobs. Exerc. crit. I, p. 213, eleganter εὖ πόρους ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, ἀλκιμωτάτους, Meinek. ἀθλικωτάτους, Meier. in Ephemer. Halens. εὐπόρως, Emperius in Mus. Rhen. I, 3, p. 461, εὐπόρους ἐν τοῖς ἀπόροις, βλέποντας ἐν ἀλαωτάτοις, Grot. ἐν τοῖς ἀπόροις βλέπειν ἀθρητικωτάτους. Sed offendunt in his versibus et anapæstorum (in vs. 5, 6) et spondeorum (in vs. 1, 3, 4, 5) canoni Porsoniano adversantium usus tanto magis, quum Chæremo, ut supra docuimus, in metrorum usu minime negligens fuerit. Neque eos, id quod in alios quosdam cadere videtur (fgm. 28, 30), e dramate fluxisse satyrico statuere licet, quum Ὀδυσσεὺς Τραυματίας, ut ex argumento liquet, nullo pacto fabula satyrica esse potuerit. Quid igitur reliquum est, nisi ut Meinekium (Hist. crit. l c.) sequuti versus non Chæremonis, sed Alexidis, cujus Τραυματίαν etiam Stob. CXIX, 15 citat, esse statuamus. Quam sententiam id maxime confirmat, quod Athenæi locus mirum in modum perturbatus est. Nam verba : δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐντείνεσθαι κτλ., quæ Athenæus pariter ad Chæremonem refert, non hujus poetæ, sed Euripidis ex Iphigen. Aul. 549 sq. sunt. Negavit id quidem Gruppius (*Ariadn.* p. 560) totamque fabulam (Iphigeniam Aul.) Chæremoni vindicari voluit, sed ad ejus sententiam nemo opinor accedet post ea, quæ contra eum *Henr. Bartsch.* (De Euripide, Iphigeniæ Aulidensis auctore. Vratisl. 1837) disputavit. Multo rectius igitur Meinekii sententiam, Athenæum Theophrasti locum, in quo Chæremonis et Euripidis versus loco, si forte, distincti citarentur, negligentius exscripsisse, totamque illam Theophrasti eclogam reliquis jam perscriptis postliminii loco adjecisse dicentis probabimus. Ita verbis ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ποιητὴς Alexis significatur, cujus ex Apocoptomeno fragmentum proxime ante Theophrasti locum præcedit.

ΟΙΝΕΥΣ.

Hujus dramatis argumentum vix ab eo diversum fuit, quod Euripides et Philocles in fabulis eodem nomine inscriptis tractarunt quodque suo loco exposuimus.

I. (15.)

Athen. XIII, p. 608, A : Ὁ γοῦν τοῦ τραγικοῦ Χαιρήμονος Οἰνεὺς περὶ παρθένων τινῶν διηγούμενος ὡς ἐθεᾶτό φησιν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι·

Ἔκειτο δ' ἡ μὲν λευκὸν εἰς σεληνόφως
φαίνουσα μαστὸν λελυμένης ἐπωμίδος·
τῆς δ' αὖ χορεία λαγόνα τὴν ἀριστερὰν
ἔλυσε· γυμνῆς δ' αἰθέρος θεάμασιν
ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε· χρῶμα δ' ὄμμασι
λευκὸν μελαίνης ἔργον ἀντηύγει σκιᾶς.
Ἄλλη δ' ἐγύμνου καλλίχειρας ὠλένας,
ἄλλης προσαμπέχουσα θῆλυν αὐχένα,
ἡ δ' ἐκραγέντων χλανιδίων ὑπὸ πτύχας
ἔφαινε μηρὸν, κἀξεπεσφραγίζετο
ὥρας γελώσης χωρὶς ἐλπίδων ἔρως.
Ὑπνώμεναι δ' ἔπιπτον ἑλενίων ἔπι,
ἴων τε μελανόφυλλα συγκλῶσαι πτερὰ
κρόκον θ' ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα
πέπλων οἰκίας εἴδωλον εἰσομόργνυται.
Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένας.

Quicunque accuratius hos vs. perlegerit, eum fugere non potuerit, versus 1—11 uno tenore legi non posse cum versibus 12—17. Quare non mirabitur, quod varias mutationes ac transpositiones viri docti proposuerunt, quas ex parte jam ad Alphesibœam attigimus. Sed silentio h. l. non est prætermittenda G. Hermanni (in Bergkii et Cæsaris Diar. antiqu. 1843, p. 637) sententia, vs. 12—17 ante vs. 1—11 collocandos, versum 16 vero hinc removendum atque Alphesibœæ fragmento præfigendum esse dicentis. Jam vero supra (ad fgm. 1) non modo quid huic rationi obstet, sed simul etiam docuimus, vs. 11—17 hinc desecandos et in Alphesibœam transferendos, versus autem, qui olim in Alphesibœa lege-

15.

Alia jacebat candidas papillulas
Ostendens lunæ retrojecto pallio;
Aliæ chorea lævum nudarat latus
Nudum sideribus exhibens spectaculum,
Viventem effigiem; lacteus visu color
Contra certabat umbris nigricantibus;
Monstrabat ulnas alia et formosas manus;
Alia obtegebat tenera colli columina;
Alia disrupto tenuis interulæ sinu
Femur ostendebat : arridente Gratiâ
Mihi se imprimebat spem non adducens amor.
Et jam volvuntur lapsabundæ per inulas,
Jam nigricolores violas populantes legunt,
Crocique florem, qui purpureis suppparis
Injectus rutilum solis imitatur jubar.
Tum vero Persa suave virens amaracus
In molli prato collum protendit suum. GR.

bantur, post vs. 11 esse annectendos. Verumtamem sermonis continuitate ita restituta, nonnulla explicatione vel emendatione indigent. Vs. 1 in codd. est ἔκειτο γὰρ, quod correxit Jacobs. Exerc. crit. I, p. 23. — Vs. 6 libri ἀνταύγει, Schweighæus. ἀντηύγει. — Vs. 8 libri ἄλλῃ, sed optimus cod. Marcian. ἄλλης, quod jure prætulerunt Ed. Müller., Welck., Hermannus. Emperius dederat (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1838, p. 817) ἄλλῃ προσαμπεσοῦσα, G. Hermann. olim ad Eur. Hec. p. 69 ἄλλῃ πρόσαντ' ἔχουσα, quod nuper l. c. ipse abjecit. — Vs. 9. libri ἡ δὲ κλαγέντων, ex quo veram scripturam elicuit Casaub. — Vs. 10. libri omnes κάξεπεσφραγίζετο, sed rectissime monuit Q. Hermannus, hoc verbum nihil significare posse, quam *se diligenter velare*, itaque hoc loco, quo poeta de dormientibus, quæ haudquam ita consilii compotes sint, ut diligenter velare sese queant, verba faciat, minime aptum esse. Quam ob rem pro κάξεπεσφραγίζετο scribi κάξαπεσφραγίζετο proposuit, quod haud dubie recipiendum est. Loci vero sententiam præclare hanc esse monuit: *arridentis venustatis cupiditas sine spe* (h. e. ita, ut Œneus, qui eam aspiciebat, cupiditati satisfactum iri sperare non posset) *resignabatur* (h. e. aperiebatur; cf. Virg. Æn. VI, 244; Ovid. Fast. VI, 535; Pers. V, 28). — Vs. 12 libri ὑπτώμεναι, quod bene Lobeck. ad Phryn. p. 682 in ὑπνώμεναι mutavit. — Vs. 15 pro οἰκίας, quod in libris est, correxit Casaub. σκιᾶς suffragante Hermanno l. c., qui præterea recte, ut videtur, εἰσωμόργνυτο dedit. — Vs. 16, pro Πέρσης Lobeck. Aglaoph. p. 839 scribi jussit ἔρσαις, Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836, n. 6) ἔρσῃ δὲ θαλερὸς, i. e. *rore lucidus*, consentiente Emperio l. c., qua conjectura, quamvis ingeniosa sit, carere tamen possumus. — Vs. 17 Hermannus, quum præcedentem versum omisisset, majori interpunctione post εἰσωμόργνυτο sublata scripsit ἐξέτεινον. — Ceterum lectu digna sunt quæ de hoc loco disputavit Ed. Müller. in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1838, p. 188 sq.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (16.)

Athen. II, p. 35, D: Χαιρήμων δὲ ὁ τραγῳδὸς παρασκευάζειν φησὶ τὸν οἶνον τοῖς χρωμένοις γέλωτα, σοφίαν, εὐμάθειαν, εὐβουλίαν. Inde Grot. Exc. p. 848 hos versus effinxit:

> Τοῖς χρωμένοις οἶνος παρασκευάζεται
> γέλωτα, σοφίαν, εὐμαθίαν, εὐβουλίαν

Sed intolerabilis est anapæstus in quarto pede, qui facile removeri potest, si pro εὐμαθίαν scribitur ἀμαθίαν. Nam corruptela etiam sententiæ inesse videtur: Chæremo haud dubie dicere voluit (cf. fgm. sequ.), aliam esse in aliis hominibus vini efficacitatem; itaque primum *risum*, deinde ejus contrarium *sapientiam* commemoravit. Postea vero duo verba sequuntur, quæ fere eandem vim habent, quorum alterum igitur, si recte Chæremonis mentem perspeximus, emendandum est. — Ceterum hoc fragmentum procul dubio arcte cum sequente conjunctum fuit. Quod si verum est, loci initium sic immutari velim: οἶνος δ' ἀεὶ τοῖσιν πιοῦσί τοι παρασκευάζεται vel παρεσκευάζετο.

II. (17.)

Aristot. Problem. III, 16, 23, p. 873, 25 ed. Bekk.: Ἢ ὥσπερ Χαιρήμων εἶπε,

> Τῶν χρωμένων γὰρ τοῖς τρόποις κεράννυται.

Ad eundem locum respexit Plut. De Pyth. orac. 23, p. 406, B: ὁ μὲν γὰρ οἶνος, ὡς ἔλεγε Χαιρήμων, τοῖς τρόποις κεράννυται τῶν πινόντων. Item Athen. XIII, p. 562, E (cf. fgm. 14). Manifesto hoc fragmentum cum antecedente connexum fuit, utrumque vero ad Dionysum pertinuisse videtur.

III. (18.)

Athen. II, p. 43, C: Τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμά φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν·

> Ἐπεὶ δὲ σηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν
> ὕδωρ τε, ποταμοῦ σῶμα, διεπεράσαμεν·

καὶ ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται. Cf. Eustath. ad Od. p. 1545, 43: Τὸ δὲ ἐς ποταμοῦ προχοὰς ἀντὶ τοῦ ποταμοῦ.... ἐνταῦθα δὲ χρήσιμον τὸ Ἐπεὶ δὲ σηκῶν... διεπεράσαμεν, ὃ δὴ Χαιρήμονος λέγεται εἶναι τοῦ τραγικοῦ. Dindorf.

16.
Bibentibus hæc a vino præberi solent,
Risus, docilitas, consilium, sapientia.
GR.

17.
Vinum bibentis moribus se attemperat. GR

18.
Postquam caulas ovium transivimus
et aquam, fluvii corpus, trajecimus.

in Athenæi Epitomatoris verbis inter καὶ et ἡμῶν excidisse dicit *Eubuli* nomen, Meineck. (Poet. com. III. p. 266) totum locum inter Eubuli fragmenta recepit, duos priores versus Chæremonis esse affirmans, de tertio autem dubitans, utrum Eubuli an Chæremonis an neutrius esset. Difficultatem Friebel. Poet. Sat. p. 94 eo expedivisse videtur, quod Chæremonem ab Eubulo introductum esse conjecit sui ipsius verbis loquentem. Nec silentio premendum est, quod idem vir doctus pro ἡμῶν scribi οἴνων jussit, quum Athenæus de aquæ cum vino permixtione verba faciat.

IV. (19.)

Theophr. Hist. Plant. V, 9, 5 : Ἐκ δὲ τῆς ἰδίας φύσεως ὁ φοίνιξ, ὃν δὴ καὶ μάλιστά τινες ὑπειλήφασι δύσκαπνον· ὅθεν καὶ Χαιρήμων ἐποίησε·

Τοῦ τε δυσκαπνωτάτου
φοίνικος ἐκ γῆς ῥιζοφοιτήτους φλέβας.

Scalig. recte δυσκαπνωτάτου pro vulg. δυσκαπνοτάτου dedit; cf. Pors. ad Eurip. Phœn. 1367.

V. (20.)

Stob. Floril. III, 17.

Οὐχ, ὡς νομίζεις, τὸ φρονεῖν εἶπας κακῶς.
Τό τοι κράτιστον πανταχοῦ τιμητέον.
Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

Vss. 1. et 2 Paris. A desunt. Grotio locus e dialogo petitus, Gaisfordio tria diversa fragmenta esse videntur. Illi assentitur G. Hermannus (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1843, p. 638), qui præterea τό γε φρονεῖν scribi jussit; sed equidem nescio an probabilior sit Gaisfordii sententia. Nec ut τό γε φρονεῖν scribatur opus est; cf. Æsch. Pers. 778, Soph. Aj. 1124. Friebel. l. c. p. 90. Ad versum 3 qui solus fortasse Chæremonis est, respexit Georg. Progymn. l. c. (Vide supra ad Chæremonis Vitam).

VI. (21.)

Ibid. IV, 14. Arsen. Viol. p. 382 ed. Walz.

Οὐ ζῶσιν οἵ τι μὴ συνιέντες σοφόν.

VII. (22.)

Ibid. IV, 15.

Πρὶν γὰρ φρονεῖν εὖ καταφρονεῖν ἐπίστασαι·
Οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν·
σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

Paris. A versum 3 ante vs. 1 exhibet, versum 2 omittit.

VIII. (23.)

Ibid. XII, 15.

Ψευδῆ δὲ τοῖς ἐσθλοῖσιν οὐ πρέπει λέγειν·

IX. (24.)

Ibid. XX, 15.

Ἡγοῦ δ' ἐν ὀργῇ πάντα γίγνεσθαι κακά.

Paris. A, B a m. sec., Gesn. margo et unus cod. Schow. ἡγοῦ δ', reliqui et Trinc. ἧς οὐδ', vulg. ὡς οἶδ', quod probavit Grot.

X. (25.)

Ibid. XX, 16.

Ὀργὴ δὲ πολλοὺς δρᾶν ἀναγκάζει κακά.

Idem vs. inter Menandri Sent. monost. 429 sic legitur : ὀργὴ δὲ πολλὰ δρᾶν κτλ.

XI. (26.)

Ibid. XXII, 10. Maximus Conf. (in edit. Stob. a. 1609) serm. CV, p. 178, 5.

Ὅλως τὸ κρεῖσσον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα.

19.
Et molestum fumum præbentis
palmæ venas e terra radicantes.

20.
Non criminaris, ut putas, prudentiam.
Quod optimum est honore dignum est maximo.
Qui sapere didicit, cuncta complexus tenet.
GR.

21.
Qui nil sciunt egregium, ne vivunt quidem.
GR.

22.
Dispicere quam prospicere didicisti magis.
Ingenia concitata ne placeant sibi;
Male consuluisse putatur, quisquis fallitur.
GR.

23.
Inter bonos mendacio uti non decet.
GR

24.
Scito omne malorum genus ex ira nasci.

25.
Ira multos mala perficere cogit.

26.
Vis major esse nos superbos non sinit.
GR.

XII. (27.)

Ibid. XLVI, 8.

Σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν τὰς ἁμαρτίας καλῶς
κρίνειν, τὸ δ' εἰκῆ καὶ μετὰ σπουδῆς κακόν.

Paris. A, Voss., Trinc. καὶ μετὰ σπουδῆς, vulg. κού.

XIII. (28.)

Ibid. LXVIII, 22.

Γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσόν ἐντιν ἢ γαμεῖν.

Idem vs. exstat inter Menandri Sentent. monost. 95 et apud Orion. ed. Ritschl. v. 8, quem Meinekius (Poet. com. IV, p. 690) inter anon. comic. fragmenta recepit *Chæremonis* loco *Philemonis* nomen substituendum esse ratus. Sed locum in dramate satyrico habuisse potest.

XIV. (29.)

Ibid. LXXIX, 25.

Γένοιτό μοι τὰς χάριτας ἀποδοῦναι πατρί.

XV. (30.)

Ibid. LXXIX, 31.

Βεβαιοτέραν ἔχε τὴν φιλίαν πρὸς τοὺς γονεῖς.

Eundem vs. sine auctoris nomine sic exhibet Arsen. Viol. p. 140 : Βεβ. τὴν φιλίαν ἔχε κτλ., ut voluit Pors. Adv. p. 284, 314. Quem Meinek. (Hist. crit. com. p. 519) pariter atque fgm. XIV Philemonis, cujus fragmentum apud Stobæum proxime antecedit, versum esse censet. Sed locus a dramate satyrico non alienus est.

XVI. (31.)

Ibid. LXXXIII, 14.

Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.

Idem vs. inter Menandr. Sentent. monost. 451 et 701 exstat.

XVII. (32.)

Ibid. XCI, 11.

Πλοῦτος δὲ πρὸς μὲν τὰς ὅλας τιμὰς ἰὼν
οὐκ ἔσχεν ὄγκον, ὥστε καὶ δόξης τυχεῖν·
ἀλλ' ἔστι σεμνός· ἐν δὲ [μετα]δόσει βροτῶν
ἡδὺς συνοικεῖν καί τιν' εἰληχὼς χάριν.

Vs. 1 God. Hermannus (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1843, p. 638) pro ὅλας eleganter correxit ὅλως, et vs. 3 rectissime ἀλλ' ἔστ' ἄσεμνος, nam poeta reprehendit opulentiam, quæ externam speciem sectetur neque vero beneficam se præbere velit. Μεταδόσει scripsit Grot., quum in codd. pede deficiente legeretur : ἐν δὲ δόσει.

XVIII. (33.)

Ibid. CVIII, 4.

Οὐδεὶς ἐπὶ σμικροῖσι λυπεῖται σοφός.

XIX. (34.)

Ibid. CXVI, 25.

Γέρων γὰρ ὀργῇ πᾶς ὑπηρετεῖν κακός.

XX. (35.)

Stob. Ecl. Phys. I, 5, 2. p. 154 ed. Heer.

Χρεία δ' ἀνάγκης οὐκ ἀπῴκισται πολύ.

XXI. (36.)

Ibid. I, 7, 15, p. 196 ed. Heer.

Ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη,
οὐδεὶς δὲ νικᾷ μὴ θελούσης τῆς τύχης.

Versu 2 Meinek. (Poet. com. IV, p. 39), ut spondeum in quinto pede canoni Porsoniano repugnantem removeret, correxit : μὴ θελησάσης

27.
Sapientium enim virorum est, vitia bene
dignoscere; malum vero temere ac properiter judicare.

28.
Sepelire uxorem satius est quam ducere.
GR.

29.
Utinam tam felix sim, patri ut reddam vicem.
GR.

30.
Amor ad parentes esto constantissimus. GR.

31.
Non servat iram in filium clemens pater. GR.

32.
Si comparatur eximiis honoribus
Pecuniæ vis, lumen amittit suum,
Per se magnifica, quippe pollens gratia,
Vitamque mulcens mutuo commercio.
GR.

33.
Ex re pusilla, qui sapit, nemo dolet.
GR.

34.
Ad temperandam non valent iram senes.
GR.

35.
Necessitati proximum est autem inopia. GR.

τύχης. Sed hujus spondei exempla collegimus ad Theodect. fgm. 13. — Vs. 1 etiam subjectus legitur hisce versibus, qui in Compar. Men. et Philem. p. 357 exstant :

Μὴ
λύπει σεαυτὸν, τοῦτο γιγνώσκων ὅτι,
ὅταν ποτ' ἀνθρώποισιν ἡ τύχη γελᾷ,
πάντων ἀφορμὴ τῶν καλῶν εὑρίσκεται·
ὅταν δὲ δυστυχῇ τις, οὐδ' εὐφραίνεται.
Ἅπαντα κτλ.

Et haud scio an totus locus Chæremoni vindicandus sit, quum et Comparationem istam Men. et Phil. aliorum poetarum versibus refertam esse constet, et facile Chæremonis ac Philemonis nomina commutari potuerint (cf. fgm. 28, 30). Præterea orationis color et numeri potius tragicum quam comicum produnt; cf. Eurip. fragm. 174.

XXII. (37.)

Ibid. I, 7, 16, p. 202 ed. Heer.

Πάντων τύραννος ἡ τύχη 'στὶ τῶν θεῶν,
τὰ δ' ἄλλ' ὀνόματα ταῦτα πρόσκειται μάτην·
μόνη διοικεῖν οὖν ἅπαντα βούλεται.

Vs. 3 οὖν, quod vulgo aberat, præbent Paris. A et Voss.

XXIII. (38.)

Ibid. I, 8, 2, p. 212 ed. Heer.

Τὸ τῆς τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

XXIV. (39.)

Ibid. I. 9, 4, p. 224, et I, 9, 32, p. 236 ed. Heer.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὅ τι
οὐκ ἐν χρόνῳ ζητοῦσιν ἐξευρίσκεται.

Chæremonis versus esse Stob. posteriore loco docet.

XXV. (40.)

Ibid. I, 9, 29, p. 536 ed. Heer.

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Simillimus versus legitur inter Menand. Sentent. monost. 368, Νόμῳ τὰ πάντα κτλ. — Locum Chæremoni tribuunt Cant. et Grot., fortasse propter sequentem versum (fgm. 41).

XXVI. (41.)

Ibid. I, 9, 30, p. 236 ed. Heer.

Σχολῇ βαδίζων ὁ χρόνος ἀφικνοῖτ' ἂν —

Vulg. ἀφικνεῖται ταν. Cod. Voss. ἀφικνεῖτἂν. Grot. ἀφικνεῖται τὸ πᾶν. Jacobs. et Welck. ἀφικνεῖθ' ὅμως. Sed quum a Tragicis aliena sit diphthongi αι elisio, ad cod. Voss. scripturam propius accedentes scribemus ἀφικνοῖτ' ἂν, versum autem imperfectum relinquemus : nam nihil proficiunt conjecturæ ὅμως, πότε, similes, ubi sententia nondum satis expressa est.

XXVII.

Ibid. I, 9, 33, p. 238 ed. Heer.

Χρόνος μαλάσσει πάντα κἀξεργάζεται.

XXVIII. (43.)

Cocondr. Περὶ τρόπων in Walz. Rhett. VIII, p. 789, Boiss. An. Gr. III, p. 297 : Αἴνιγμά ἐστι λέξις ἢ λόγος ἀποκρύπτων τὸ νοούμενον διὰ τὰ ἀνακεχωρηκότα τῶν συμβεβηκότων, οἷόν ἐστι Χαιρήμονος

Ἔαρος ἡ νύμφη, τέκνον τι μετὰ θέρους ἐς ὕστερον,
ἐν χειμῶνι δ' οἴχεται σὺν τὠνέμῳ κεκαρμένη.

36.
Fortuna quoties aliquid delicias facit,
Tu te afflictare noli : nam Salaciæ
Exemplo cessim fertur elegantia.
Sed nec vitulare alterius miseritudine.
Fortuna domitat eadem ac vorsat omnia,
Et nemo vincit nisi Fortuna voluerit. GR.

37.
Fortuna cunctorum tyrannus est deûm,
At reliqua frustra nuncupantur nomina.
Hæc namque sola gaudet omnia regere. GR.

38.
Multas habet fortuna vicissitudines. GR.

39.
Nam continetur rebus humanis nihil,
Quod non requirentes reperiant tempore. GR.

40
Tempore omnia fiunt ac dijudicantur.

41.
Lente ambulando cuncta tempus permeat. GR.

42.
Emollit efficitque tempus omnia. GR.

43.
Veris sponsa, æstate filia quædam in posterum,
hieme vero vento attonsa interit.

Ἄμπελον γὰρ δηλοῖ διὰ τούτου. — Hinc Chæremonem, ut Theodectam (vide ejus fgm. 5, 8, 19) ænigmata tragœdiis suis immiscuisse veri est simile. — Verba τέκνον — — ὕστερον non satis expedio.

ΚΡΑΤΗΣ.

Poetis ἀναγνωστικοῖς, de quibus ad Chæremonem disputavimus, quum multos alios hujus ac sequentis ætatis poetas tragicos, tum maxime *Cratetem* Thebanum, Diogenis cynici discipulum (Ol. CXIII; cf. Suid. s. v.) adnumerandum esse suspicatur Welck. Trag. Gr. p. 1095, propter ea, quæ tradit Diog. Laert. VI, 98: Γέγραφε καὶ τραγῳδίας, ὑψηλότατον ἐχούσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα· οἷόν ἐστι κἀκεῖνο

Οὐχ εἷς πάτρα μοι πύργος, οὐ μία στέγη,
πάσης δὲ χέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος
ἕτοιμος ἡμᾶς ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.

Vs. 1 Diog. πάτρας, quod correxit Grot. Exc. p. 451.

2.

Ad ejusdem tragœdias probabiliter Grot. l. c. rettulit versus, qui apud Suid. s. v. Κράτης ac Diog. Laert. VI. 86, et auctius emendatiusque in Anthol. Gr. I, 27 (Anth. Pal. IX, 497) sub Cratetis nomine leguntur:

Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος·
ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ,
θεραπεία σοι τὸ λοιπὸν ἠρτήσθω βρόχος.

Vs. 2 Suid. εἰ δὲ μὴ ταῦτα δύναται, βρόχος, cod. A εἰ δὲ μὴ δὲ τούτῳ δύνασαι βρόχος. Diog. ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι βρόχος, et sic Grot. Uterque vs. 3 omittit. — Ad eundem locum respexit Clem. Alex. Strom. II, 20, § 121, p. 493 P.: Οὗτος (sc. Κράτης) ἐν ἄλλοις εὐθυρρημόνως γράφει τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κατάπλασμα εἶναι λιμὸν, εἰ δὲ μὴ, βρόχον.

ΝΕΑΡΧΟΣ.

Nearchum tragicum non novimus nisi e Suid. v. Καλλισθένης hæc scribente: Ὁ δ' (sc. Ἀλέξανδρος) ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀνεῖλεν (sc. τὸν Καλλισθένην) ἅμα Νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, διότι συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. Τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασι ἅμα Νεάρχῳ. Fuerunt qui pro Νεάρχῳ corrigi Νεόφρονι haud dubie propter alium Suidæ (s. v. Νεόφρων) locum vellent, sed eos esse falsos ex iis liquet, quæ supra ad Neophronem disputavimus. Si quid hoc loco corrigendum, pro τραγικῷ scribi στρατηγῷ malim, nam crebro vocabula στρατηγὸς et τραγικὸς permutata esse jam ad Euphorionem monuimus.

ΠΥΘΩΝ.

Nearchi æqualis fuit *Pytho*, quem Ἀγῆνα, drama satyricum, composuisse Athenæus tribus locis tradit. Sed quis ille Pytho fuerit, haud facile explores, quum Athenæus ipse (II, p. 50, F: Ὅτι Ἀγῆνα, σατυρικόν τι δρᾶμα, ἀμφιβάλλεται εἴτε Πύθων ἐποίησεν ὁ Καταναῖος ἢ Βυζάντιος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος. Cf. fgm. 1, 2) inter Byzantinum et Catinensem quendam fluctuaverit. De Byzantino hæc habet Suidas s. v. (ubi tamen locus in optimis codd. deest): Πύθων, Βυζάντιος, ῥήτωρ· ὃς φυγὼν ἐν Μακεδονίᾳ διέτριβε, καὶ πολλοὺς προδότας ἔπεισε γενέσθαι καὶ συνεργοὺς πρὸς πάντα καὶ πρὸς τὰς διαφθορὰς τῶν πολεμίων ἐχρῆτο. Adde Philostr. Vit. Soph. VII, 16: Ἐγένετο δὲ Πύθων ὁ Βυζάντιος ἀγαθὸς ῥήτωρ τὸ καταπείθειν· οὗτος ὑπὲρ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου πρεσβεύων παρὰ τοὺς Ἕλληνας ὑπὲρ τῆς δουλείας αὐτῶν, τοὺς μὲν ἄλλους εἶα κτλ. Diod. Sic. XVI, 85: Φίλιππος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Βοιωτῶν πρέσβεις, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος Πύθων. Οὗτος γὰρ διαβεβοημένος ἐπὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι, καὶ συγκριθεὶς παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς κατὰ τὴν περὶ τῆς συμμαχίας δημηγορίαν πρὸς Δημοσθένην, τῶν μὲν ἄλλων ἐπρώτευσε, τούτου δὲ ἐφάνη καταδεέστερος. Καὶ Δημοσθένης δὲ αὐτὸς ὡς μέγα τι κατειργασμένος ἐν τοῖς συγγεγραμμένοις ὑπ' αὐτοῦ λόγοις σεμνύνεται τῇ πρὸς τὸν ῥήτορα τοῦτον δημηγορίᾳ ἐν οἷς λέγει « Τότ' ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ'

1.

Mihi patria non urbs una, non una est domus,
Verum quot urbes, quot domos tellus habet,
Totidem mihi sunt æqua ad hanc vitam loca.

GR.

2.

Fames amorem sedat, aut sedat dies:
Quod si nec istis flamma cedat contumax,
Medicina restat laqueus extremo loco.

GR.

ὑμῶν οὐχ ὑπεχώρησα. » Eundem commemorant Plut. Vit. Demosth. c. 9, Demosth. De Halones. p. 81, 24, Epist. II, p. 1469, 18, Aristid. vol. II. p. 237, 272, Phot. Exc. ex Philostr. 1025, Tzetz. Chil. VI, 38. Athen. XII, p. 550, F : Καὶ Πύθων δ' ὁ Βυζάντιος ῥήτωρ, ὡς Λέων ἱστορεῖ ὁ πολίτης αὐτοῦ, πάνυ ἦν παχὺς τὸ σῶμα. Καὶ Βυζαντίοις ποτὲ στασιάζουσι πρὸς ἀλλήλους τοῖς πολίταις παρακαλῶν εἰς φιλίαν ἔλεγεν· « Ὁρᾶτέ με, ἄνδρες πολῖται, οἷός εἰμι τὸ σῶμα· ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ἔχω πολλῷ ἐμοῦ παχυτέραν· ὅταν οὖν ὁμονοῶμεν, καὶ τὸ τυχὸν ἡμᾶς σκιμπόδιον δέχεται, ἐὰν δὲ στασιάσωμεν, οὐδὲ ἡ σύμπασα οἰκία. » Ex hoc loco si quid colligi potest, Pytho Byzantinus ad jocum proclivis fuisse videtur, itaque facile drama componere potuit, in quo Harpalus (de quo vidend. Athen. XIII, p. 594, E sq.) vehementer irridebatur. Accedere videtur, primum quod Pytho Byzantinus arte oratoria excelluit — nam rhetores istius ætatis fere omnes poesi scenicæ operam navasse jam supra (ad Aphareum) vidimus; — deinde quod de Catinensi præter nomen nihil scimus, quanquam hanc rationem admodum fallacem esse me non latet. Nam sæpissime scriptores minus clari viris ejusdem nominis clarioribus prorsus obscurati sunt. Sed utut res est, hoc certe constat, Ἀγῆνα, fabulam satyricam a Pythone quodam scriptam et in Alexandri M. castris ad Hydaspim fluvium actam esse, quum Dionysia majora a militibus celebrarentur. Nam quod Athenæus inter auctores, ad quos Ἀγὴν relata est, etiam Alexandrum ipsum commemorat, id haud dubie errori originem debet : nam quis Alexandrum, etiamsi in poesi aliquid valuisset, de qua re veteres scriptores tacent, in castris de componendis fabulis cogitasse sibi persuadeat? Haud dubie fabula aut in Alexandri honorem aut ejus jussu scripta, et sic ad eum tanquam auctorem relata est, præcipue quum Pytho in ea liberius, quam dramati satyrico conveniebat, in Harpalum invectus esset. Quæri autem potest, unde fabula nomen traxerit quidque eo significatum sit. Quod haud facile enucleari poterit, quamvis nomen ipsum in fgm. 2 vs. 8 occurrat. Nam Schweighæuseri sententia, « Ἀγῆνα fictum nomen esse ex Ἀγήνωρ decurtatum, quo fortasse Alexander ipse significatus sit, » quam etiam Friebel. Poet. Satyr. p. 118 amplectitur, nisi quod Ἀγῆνα non decurtatum vocabulum, sed Macedonicæ dialecti ratione formatum ab ἡγεῖσθαι verbo atque arctissime conjunctum cum ἄγημα vocabulo (de quo ita Hesych. s. v. Τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα, ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν· οἱ δὲ, τῶν ἀρίστων τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως), ut ἀγὴν vox τὸν ἄριστον τῆς συντάξεως significet : — hanc, inquam, sententiam auctoribus suis relinquo, quanquam ipse, quod ejus loco substituam, non habeo. Non possum tamen quin mirer, quod fabulam satis Attice, ut fragmenta docent, scriptam nomen Macedonicum in fronte tulisse opinantur. — Nec ante, quam ad fragmenta ipsa nos convertamus, silentio premi potest, tragicæ artis exitia apud Græcos fere respondere initiis. Nam verissima esse videntur, quæ Casaub. (De Sat. poes. p. 151) de Pythonis dramate disputavit : « Non autem dubitamus hanc fabulam per se actam [velut Pratinæ, Aristiæ] nec tragœdiæ fuisse annexam, sicut fieri solitum Athenis. Atque illud etiam cadit in hoc drama, quod viventium moribus atque personis illudendo sibi vindicavit, quod comœdiam decebat. » Eo autem haud dubie Pythonis fabula a vetere dramate satyrico recessit, quod in ea Harpalus nominatin perstringebatur; quamobrem, quum idem in Pleiadis tragicæ fabulis sat. factum esse videamus, potius drama satyricum indolem suam mutasse et libertatis e comedia aliquantum ascivisse statuendum erit. (Cf. ea quæ de Pleiade tragica disputavimus.)

1.

Athen. XIII, p. 595, E : Συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον γεγραφὼς, ὅπερ ἐδίδαξε Διονυσίων ὄντων ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπου τοῦ ποταμοῦ, εἴτε Πύθων ἦν ὁ Καταναῖος ἢ ὁ Βυζάντιος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς. Ἐδιδάχθη δὲ τὸ δρᾶμα ἤδη τεθνηκότος τοῦ Ἁρπάλου ἐπὶ θάλατταν καὶ ἀποστάντος. Καὶ τῆς μὲν Πυθιονίκης ὡς τεθνηκυίας μέμνηται, τῆς δὲ Γλυκέρας ὡς οὔσης παρ' αὐτῷ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίας γενομένης τοῦ δωρεὰς λαμβάνειν παρὰ Ἁρπάλου, λέγων ὧδε·

Ἔστιν δ', ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ὅδε,
ἐφέτωμ' ἄορνον· οὑξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
πόρνης ὁ κλεινὸς ναὸς, ὃν δὴ Παλλίδης
τεύξας κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὑτοῦ φυγήν.
Ἐνταῦθα δὴ τῶν βαρβάρων τινὲς μάγοι,
ὁρῶντες αὐτὸν παγκάκως διακείμενον,

1.

Est, ubi hic calamus nascitur, fastigium
super avium volatum elatum : a sinistra vero hoc
scorti famosum templum; quod nempe Pallides
postquam exstruxit, ipse ad exilium pro pœna [se condemnavit.
Ibi scilicet barbarorum magi quidam,
quum viderent illum maxima tristitia affectum,

ἔπεισαν ὡς ἄξουσι τὴν ψυχὴν ἄνω
τὴν Πυθιονίκης.

Vs. 1 libri πέφυκεν ὁ δ'. Schweigh. ed. πέφυκε, τόδ', in adnott. vero conjecit πέφυκεν ὧδ'. Dindorf. πέφυχ' ὅδε. Sed de horum verborum scriptura decerni non potest, nisi de sequentibus verbis constat. Ibi libri ἐφέτωμα ὄρνον, unde facile quidem editores ἐφέτωμ' ἄορνον elicuerunt, at, quid ἐφέτωμα esset, dicere noluerunt. Cujus in locum Fiorillo male substituit φάτνωμ', Casaub. ἀέτωμ', vel αἰέτωμ', Friebel. l. c. p. 116 φηγὼν ἄορνος, non multo probabilius, nam adjectivum ἄορνος — nisi forte etiam huic corruptela inest — docet, sermonem esse de monte tam alto, ut aves ejus fastigium assequi non possint. In sequentibus Pytho imitatus est Soph. El. 7. Equidem, quum vs. 1 et 2 in eandem vocem desiisse mihi persuadere nequeam, vs. 1 scribere malim : πέφυκε, τῇδ'. — Vs. 5. libri δὲ, quod correxit Jacobs. — Vs. 7. codd. ἀξιοῦσι, Casaub. ἄξουσι.

2

Athen. pergit : Παλλίδην δ' ἐνταῦθα ἐκάλεσε τὸν Ἅρπαλον· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τῷ κυρίῳ καλέσας αὐτόν φησι,

Ἐκμαθεῖν δέ σου ποθῶ
μακρὰν ἀποικῶν κεῖθεν, Ἀτθίδα χθόνα
τίνες τύχαι κατέχουσιν, ἢ πράττουσι τί.
B. Ὅτε μὲν ἔφασκον δοῦλον ἐκτῆσθαι βίον,
ἱκανὸν ἐδείπνουν· νῦν δὲ τὸν χέδροπα μόνον
καὶ τὸν μάραθον ἔσθουσι, πυροὺς δ' οὐ μάλα.
A. Καὶ μὴν ἀκούω μυριάδας τὸν Ἅρπαλον
αὐτοῖσι τῶν Ἀγῆνος οὐκ ἐλάσσονας
σίτου διαπέμψαι καὶ πολίτην γεγονέναι.
B. Γλυκέρας ὁ σῖτος οὗτος ἦν· ἐστὶν δ' ἴσως
αὐτοῖσιν ὀλέθρου κοὐχ ἑταίρας ἀρραβών.

Vs. 1 sq. ποθῶ, μακρὰν ἀποικῶν scripsit Jacobs. pro eo, quod in libris est : ποθῶν ἄκραν ἀπ' οἴκων Vs. 3 libri καλοῦσιν, Schweigh. κατέχουσιν. — Vs. 5 χέδροπα μόνον Porson. et Jacobs., quum libri inter χεδρώπαν ὠμὸν et χεδρώπαν ἐμὸν fluctuent. — Vs. 7-11 habet Athenæus iterum XIII, p. 586, D, ubi vs. 9 legitur παραπέμψαι, vs. 10 ἔσται δ', vs. 11 αὐτοῖς.

ΚΛΕΑΙΝΕΤΟΣ.

Cleæneti memoriam servarunt Alexis apud Athen. II, p. 55, C :

Μὴ ὥρασι
μετὰ τῶν κακῶν ἵκοιθ' ὁ τοὺς θέρμους φαγὼν,
ἐν τῷ προθύρῳ τὰ λέμμαθ' ὁτιὴ κατέλιπεν,
ἀλλ' οὐκ ἀπεπνίγη καταφαγών· μάλιστα δὲ
Κλεαίνετος μὲν οὐκ ἐδήδοκ' οἶδ' ὅτι
ὁ τραγικὸς αὐτούς· οὐδενὸς γὰρ πώποτε
ἀπέβαλεν ὀσπρίου λέπος·
οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν εὐχερὴς ἀνήρ.

(cf. Meinek. Poet. com. III, p. 507, sq.), et Æschin. Orat. in Timarch. § 98 : Ὕστερον δὲ αὐτὴν (οἰκίαν) ἐπρίατο παρὰ τοῦ Ναυσικράτους εἴκοσι μνῶν Κλεαίνετος ὁ χοροδιδάσκαλος. Unde, quum Æschines Ol. CXIV, Alexis Ol. CXXIII mortem obierint (cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 306), eum Cratetis et Pythonis æqualem fuisse cognoscimus. Præterea nihil de eo scimus. Haud dubie vero ei assignanda sunt duo fragmenta, quæ sub Cleæneti nomine Stobæus affert.

1.

Stob. LXXIX, 5.

Γεννητόρων ἕκατι κατθανεῖν καλόν.

2.

Ibid. XCIX, 2.

Λύπη γὰρ ὀργή τ' εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον
ἐλθόντα μανία τοῖς ἔχουσι γίγνεται.

---

persuadebant homini, se sursum ducturos animam Pythionices.

2.

At discere ex te cupio,
quum procul inde habitem, Atticam regionem
quænam fata teneant, quidve ibi agant homines.
B. Quum quidem dicebant servam se vivere vitam,
abunde quod cœnarent habebant : nunc vero
tantummodo legumina ac fœniculum edunt, tritici haud multum.
A. Atqui audio, myriadas Harpalum
non pauciores, quam Agenem, illis
misisse frumenti, et civem esse receptum.
B. Glyceræ illud frumentum erat; est vero fortasse
illis non amicæ arrha, sed exitii.

CLEÆNETUS.

1.

Honesta mors est pro parentibus mori.

GR.

2.

Quum dolor et ira pectoris sedem occupat
Unam, furores inde generari solent.

GR.

ΜΟΣΧΙΩΝ.

Quæ de Moschionis vita dici possunt, perpauca sunt, neque ea tam ex certis testimoniis, quam ex conjectura ducta. Nam veterum nemo commemoravit, quo is anno natus, quo mortuus sit, nec de genere ejus aut patria aut aliis denique rebus memoriæ quidquam proditum est. Hoc autem eo magis mirum esse debet, quum Moschionis fere plura, quam plerorumque reliquorum tragicorum, fragmenta supersint eaque clariore poeta haud indigna. Verumtamen ejus ætatem, ni egregie fallor, e poetarum comicorum locis quibusdam definire possumus. Nam de Moschione quodam hæc habet Axionicus ap. Athen. VIII, p. 342, B : Ἀξιόνικος ἐν Φιλευριπίδῃ·

Ἄλλον δ' ἰχθὺν
μεγέθει πίσυνόν τινα τοῖσδε τόποις
ἥκει κομίσας
Γλαῦκός τις ἐν πόντῳ γαλεοὺς
σῖτον ὀψοφάγων
καὶ λίχνων ἀνδρῶν ἀγάπημα φέρω κατ' ὤμων.
Τίνα τῷδ' ἐνέπω τὴν σκευασίαν;
πότερον χλωρῷ τρίμματι βρέξας,
ἢ τῆς ἀγρίας
ἅλμης πάσμασι σῶμα λιπάνας
πυρὶ παμφλέκτῳ παραδώσω;
Ἔφα τις ὡς ἅλμῃ θερμῇ
τοῦτο φάγοι γ' ἑφθὸν ἀνὴρ
Μοσχίων φίλαυλος.

Quemadmodum Moschio h. l. ganeonibus accensetur, ita inter convivas lauti epuli enumeratur in Stratonis loco apud Athen. IX, p. 382, D, et parasitus dicitur ab Alexide apud Athen. VI, p. 242, C. Callicrates vero ejusdem nomine vel totam fabulam inscripsit (cf. Athen. XIII, p. 586, A). Axionicus, Strato, Alexis et Callicrates comœdiæ mediæ poetæ fuerunt, quam circiter inde ab Ol. XCVI usque ad Ol. CX, 3 pertinuisse dicunt (cf. Meinek. Hist. crit. com. p. 271). Hinc Moschionem istum a poetis comicis irrisum Chæremonis æqualem fuisse apparet. At eum longe supra comœdiæ mediæ ætatem vitam produxisse statuendum erit, si ad eundem Moschionem pertinent, quæ habet Macho apud Athen. VI, p 246, B (coll. II, p. 44, D) :

Τὸν ὑδροπότην * Μοσχίωνα λεγόμενον
ἰδόντα φασὶν ἐν Λυκείῳ μετά τινων
παράσιτον· ὑπὸ γραὸς τρεφόμενον πλουσίας,
Ὁ δεῖνα, παράδοξόν γε ποιεῖς πρᾶγμ', ὅτι
ἡ γραῦς ποιεῖ σ' ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεὶ, κτλ.

Nam Macho, comœdiæ novæ poeta, quum Alexandriæ vixerit et Aristophanis grammatici, quem in confiniis Ol. CXXIX et CXXX natum esse constat, magister fuerit (Athen. VI, p. 241, F), vix ante Ol. CXX floruisse potest. Imo Athenæus (XIV, p. 664, A) eum Pleiadis tragicæ poetis postponit, quos circa Ol. CXXIV floruisse consentaneum est. Neque tamen est cur eum ad eundem Moschionem respexisse negemus. Nam ut omittam, quod alicui in mentem venire possit, Moschionem utpote ganeonem tantummodo ironice ὑδροπότην vocatum esse, ne tum quidem Machonis et reliquorum Comicorum testimonia inter se pugnant, quum ὑδροπότου cognomen proprie dictum esse statuimus. Quidni enim homo liguritioni quidem deditus vino abstinuerit? Imo Moschio eam ob causam multo memorabilior fuit. Atqui si quis ganeonem abstinere se a vinolentia posse præfracte neget, etiam alio modo dissensionem, si qua adest, inter Machonem et comœdiæ mediæ poetas componere licet. Fieri enim potuit, ut Moschio tempore, quo Axionicus, Strato, Callicrates florebant, cuivis luxuriæ generi indulgeret, deinde vero (i. e. circa Machonis ætatem), quum libidinum intemperantia crebro in vehementissimos morbos incidisset, ita voluptatibus valediceret, ut nullo alio potu quam aqua et cibis simplicissimis uteretur. Tum jure quidem, nec tamen sine irrisione, ὑδροπότης vocari potuit, et persona comœdiæ socco aptior fuit. Sed utut res est, nunc ad gravissimum illud accedamus necesse est, nimirum ut Moschionem a poetis comicis irrisum a poeta tragico non diversum fuisse ostendamus. Quod etsi certis argumentis non demonstrari, tamen conjectura, quæ tenuiora rerum vestigia persequitur, probabile reddi potest. Mirum videlicet et ridiculum fuisset si poetæ comici primum quemque de plebe hominem edacitati, vino vel Veneri deditum in scenam induxissent : nam hæc vitia ita vulgaria erant, ut ea in quolibet homullo notare ineptum fuisset, et homines ob ea castigati, nisi alia re simul insignes erant, omnibus noti esse non poterant. Poetarum comicorum vero joci ita comparati esse debebant, ut ab omnibus intelligi possent; quare ad tales homines pertinerent necesse erat, qui aliis quibuscunque rebus populo innotuerant. Hinc explicandum, quod tantum modo demagogos, duces, rhetores, philosophos, sophistas, poetas, musicos, artifices, aliosque homines toti populo notos irrisos videmus; nunquam vero vitia vulgaria in hominibus e vulgo castigata reperimus. Cujus rei ut e sexcentis, quæ afferri possunt, exemplis, unum, quod maxime huc facit, proferam : Melan-

thium, Nothippum, Morychum propter edacitatem liguritionemque irrisos invenimus, quos tragicos poetas fuisse, ut supra docuimus, aliunde scimus. Magnam igitur probabilitatis speciem præ se fert opinio, Moschionem istum a poetis comicis castigatum poetam tragicum, eundemque fragmentorum, quæ sub Moschionis nomine a Stobæo aliisque scriptoribus servata sunt, fuisse auctorem. Nam quod Clemens Alexandrinus (fragm. 10) Moschionem poetam comicum dicit, id nemini opinor offensioni erit post ea, quæ de frequenti vocabulorum κωμικὸς et τραγικὸς permutatione ad Philoclem disputavimus. Fragmenta vero, sive numeros sive sententias respicis, ita tragico colore splendent, ut nullo pacto in comœdia locum habuisse queant. Quæ si paullo accuratius circumspiciuntur, Moschionem Atheniensem fuisse ac diligenter rhetorum philosophorumque scholas frequentasse docent. Nam laudibus extulit Athenas quum singulis locis (fgm. 4) tum fortasse tota fabula (Themistocle); rhetorum vero consuetudinem prodidit dicendi genere, quippe quod non multum supra orationem pedestrem assurgat pluraque contineat ex usu forensi repetita. Quo expositiones, quales in fragm. 9. habemus, et fragmenta, quæ judicia in scena exhibita esse declarant (fgm. 5, 14), accedunt. In universum autem Moschionem Euripidis vestigia pressisse haud facile quemquam fugiat, qui, quæ de illius genere dicendi monuimus, simulque Telephi ac Pheræorum argumenta consideraverit, neque scio an Moschio Euripidis sententias vel integras in fabulas suas receperit. Nam mirificum est, quod sex versus ex Eurip. Sup. 333. sq., Ἐάσατ' ἤδη γῇ κτλ. a Stobæo CXXII, 3, et unus ex Eurip. Dictye (fgm. 347) a Mich. Apost. X, 11 Moschioni tribuuntur, præsertim quum apud utrumque Euripidis loci proxime sequantur. Accedit quod, ut supra (ad Eurip. Scholæ poetas) ostendimus, idem ab aliis poetis tragicis non alienum fuit. Sed utut res se habuit, jure saltem Moschio inter Euripidis imitatores refertur, neque multum Theodectæ posthaberi debet, nisi forte vel dignus est qui ei præponatur. — Quot fabulas scripserit ignoramus: trium autem titulos, *Themistoclem*, *Telephum*, *Pheræos* servavit Stobæus, de quibus nunc paucis disputabimus.

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

Quod jam ex titulo suspicari licet, bellum a Græcis cum Persis gestum ac maxime quidem pugnam Salaminiam hoc dramate tractatam fuisse, id fragmento, quod superest, uno confirmatur: itaque fabulæ argumentum ab eo non multum discrepuisse veri est simile, quod Phrynichus et Æschylus in Persis tractaverint. Illud autem Moschio in eo novavit, quod Themistoclem, quem Æschylus ne nominare quidem ausus est, ipsum in scenam induxit. Magnopere igitur dolendum est, quod præter titulum nec aliunde quidquam de hoc dramate scimus nec plura ejus fragmenta ætatem tulerunt, ut explorare queamus, num forte Moschio etiam Themistoclis post pugnam Salaminiam fata in fabulam receperit

I. (1.)

Stob. LI, 21.

Καὶ γὰρ ἐν νάπαις βραχεῖ
πολὺς σιδήρῳ κείρεται πεύκης κλάδος,
καὶ βαιὸς ὄχλος μυρίας λόγχης κρατεῖ.

Themistocles ipse loqui videtur, qui Athenienses ob parvum eorum numerum Persis bellum inferre metuentes adhortatur.

Ad eandem fabulam referam inc. fab. fgm. 1.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Hoc dramate haud dubie idem argumentum atque Euripidis Telepho (quam conferas) continebatur, id quod non tam ex titulo, quam ex fragmento, quod superest, suspicari licet. Nam eo Telephi verba, qui mendicus Argos venerit, contineri probabiliter conjecit Welck. Trag. Gr. p. 1049.

I. (2.)

Stob. Ecl. I, 5, 1, p. 152 ed. Heer.

Ὦ καὶ θεῶν κρατοῦσα καὶ θνητῶν μόνη
Μοῖρ', ὦ λιταῖς ἄτρωτε δυστήνων βροτῶν,
πάντολμ' Ἀνάγκη, στυγνὸν ἣ κατ' αὐχένων
ἡμῶν ἐρείδεις τῆσδε λατρείας ζυγόν.

Ab his verbis fabula incepisse videtur. — Vs. 2 metrum claudicabat quum legeretur, Μοῖρα

1.

Sæpe per silvam brevi
Dejecta ferro brachia alnorum jacent:
Sæpe agmen ingens parva concidit manus.
GR.

2.

O sola dîs et imperans mortalibus
Precibusque nostris Parca inexorabilis,
[Audax necessitas, odiosum quæ jugum
Nostris reponis servitî cervicibus].
GR.

λιταῖς κτλ. Cui succurrerunt Grot. scribendo Μοῖρ', ὦ λιταῖς κτλ. probante Pors. ad Phœn. 1622; Jacobs. autem sic collocatis verbis : λιταῖς ἄτρωτε Μοῖρα κτλ., sed præferenda est Grotii correctio utpote multo lenior. — Vs. 3 in codd. est : πᾶν τὸ λῆμ' ἀνάγκης στυγνὸν ἢ κατ' κτλ., quod, ut supra exhibuimus, egregie correxit Porson. l. c. Grot. dederat : πᾶν τλῆμ' novo vocabulo ficto, Jacobs. πᾶν τὸ πῆμ'. — Vs. 4 τῆσδε pro vulg. τῆς τε restituit Ruhnk. Hymn. in Cerer. 217.

ΦΕΡΑΙΟΙ.

Pheræorum nomine ante Moschionem poetarum tragicorum nemo fabulam inscripsit; difficillimum igitur est ad dicendum, quale hujus dramatis argumentum fuerit, præsertim quum unus tantummodo versus supersit. Perquam probabilis autem est Welckeri conjectura (Trag. Gr. p. 1049), quum etiam Alcestidis Euripideæ scena Pheris fuerit chorusque e mulieribus Pheræis constiterit, hujus fabulæ argumentum ab Euripidis Alcestide non multum discrepuisse.

I. (3.)

Stob. CXXV, 3.

Κενὸν θανόντος ἀνδρὸς αἰκίζειν σκιάν·
ζῶντας κολάζειν οὐ θανόντας εὐσεβές.

Cod. Paris. A etiam versum 2 tanquam Moschionis affert, sed Gaisf. nescio quam ob rem eos disjunxit et postremum incertum reliquit.

Cum hoc fragmento si inc. fab. fgm. V et VI comparantur, dubitari non posse videtur, quin hæc quoque ad hanc fabulam pertineant : nam omnia ad sepulturam mortuis non negandam spectant.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

Stob. XIII, 14.

Ὅμως τό γ' ὀρθὸν καὶ δίκαιον οὔποτε
σιγῇ παρήσω· τὴν γὰρ ἐντεθραμμένην
ἀστοῖς Ἀθάνας, τῇ τε Θησέως πόλει
καλὸν φυλάξαι γνησίως παρρησίαν.

Vs. 4 Paris. B γνησίῳ a manu prima; γνησίῳ παρρησίᾳ Trinc. — Locus e Themistocle ductus videtur.

II. (5.)

Ibid. XLVI, 14.

Μόνον σὺ θυμοῦ χωρὶς ἔνδεξαι λόγους,
οὕς σοι κομίζω· τὸν κλύοντα γὰρ λαβὼν
ὁ μῦθος εὔνουν οὐ μάτην λεχθήσεται.

III. (6.)

Ibid. CV, 22. Arsen. Viol. p. 365 ed. Walz.

Συνέσει* δόξῃ πρόσθε καὶ γένει μέγας
Ἄργους δυνάστης, λιτὸς ἐκ τυραννικῶν
δόμων, προσίκτην θαλλὸν ἠγκαλισμένος
ἔστειχεν εἰς γῆν ὄμμα συμπαθὲς φέρων,
καὶ πᾶσι δεικνὺς ὡς τὰ λαμπρὰ τῆς τύχης
τὴν κτῆσιν οὐ βέβαιον ἀνθρώποις νέμει·
ὃν πᾶς μὲν ἀστῶν ἠλέησεν εἰσιδών,
ἅπας δὲ χεῖρα καὶ προσήγορον φάτιν
ὤρεξε, κἄνθους τ' ἐξέτηξε δακρύοις,
τύχαις συναλγῶν· τἀξίωμα γὰρ νοσοῦν
τὸ πρόσθε πολλοῖς οἶκτον εὐπορεῖ βροτῶν.

Vs. 1 metrum claudicat. Paris. A σὺν αἶσσι (συνέσει) δόξῃ.

3.

Sævire in umbram vanus est animi furor :
Punire vivos fas sit, exanimes nefas. GR.

4

Quod jus et æquum est supparo silentii
Velabo nunquam : quippe civem Theseos,
Urbe educatam Palladis, jus pristinum
Retinere libertatis ingenuæ decet.
GR.

5.

Iram repelle, et verba tibi quæ proferam
Pacatus audi. Quæ benignum oratio
Nacta audientem est, non caret fructu suo. GR.

6.

Generosus ortu, nobilis prudentia,
Argûm imperator, regiis penatibus
Eliminatus, supplicem ramum ferens
Defigit oculos in solo miserabiles,
Monstratque cunctis illa, quæ claro micant
Fulgore, quam non propria sint homini bona.
Ut quisque vidit civium, ex animo dolet,
Dataque dextra, benevolisque affatibus
Solatur; oculos uberes lacrimæ rigant
Sensu doloris. Pristina etenim dignitas
Afflicta, cogit corda commiserescere. GR.

Trinc. πρόσθεν. Grot. correxit : συνέσει γένει τε πρόσθε καὶ δόξῃ μέγας, nisi ad verba, certe ad sententiam rectissime. Cujus emendationi longe posthabendæ sunt conjecturæ Valckenarii ad Hipp. 96 συνέσει γε δόξας, Scaligeri apud Grot. συνὲς σύ· δόξῃ. Jacobs. et Welck. συνέσει γε. — Vs. 3 pro δόμων præbent Pariss. A, B, Voss. Arsen. θρόνων. Valck. προΐκτην. Pariss. A, B, Voss. Arsen. recte ἠγκαλισμένος pro vulg. ἠναγκασμένος. — Vs. 4 Arsen. σῶμα. Scalig. ap. Grot. συμπαγές. — Vs. 7 Arsen. omittit μέν. — Vs. 8 Valck. κεὐπροσήγορον pro καὶ πρ. Arsen. φάτην. — vs. 9 Arsen. πρόσθεν.

IV. (7.)

Ibid. CXIV, 9.

Ἦν ἆρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε,
ὡς τὸν πέλας μὲν νουθετεῖν βραχὺς πόνος
αὑτὸν δ' ἐνεγκεῖν ὕβριν ἠδικημένον,
πάντων μεγίστων τῶν ἐν ἀνθρώποις βάρος.

Vs. 2 Paris. A χρόνος pro πόνος. — Vs. 3 αὑτὸν pro vulg. αὐτὸν correxit Halm. Lectt. Stob. p. 57.

V. (8.)

Ibid. CXXV, 14.

Τί κέρδος οὐκέτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς;
τί τὴν ἄναυδον γαῖαν ὑβρίζειν πλέον;
ἐπὴν γὰρ ἡ κρίνουσα καὶ θἠδίονα
καὶ τἀνιαρὰ φροῦδος αἴσθησις φθαρῇ,
τὸ σῶμα κωφοῦ τάξιν εἴληφεν πέτρου.

Vs. 1 τι omittit Paris. A. — Vs. 3 ἐπὴν pro ἐπὰν ex Tragicorum more scripsimus. In sequentibus vulgo erat τὰ ἡδίω, Paris. A τὰ ἡδίονα. Paris. B θ' ἡδίονα, Trinc. τὰ ἡδίων. Sed et crasis θἠδίονα perquam dubia est, et comparativus offensionis aliquid habet. Quod quum sensissent Porsonus et Meinekius, ille (*Tracts and Miscell.* p. 231) τὰς ἡδίονας contra suum ipsius canonem, hic (in Berghkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1845, n. 134) τἀνώδυνα correxit. Verum etiam hoc probari nequit : nam et languidum est et a poetarum usu abhorret. Manifesto requiritur *voluptatis* notio, quare vide ne scribendum sit : καὶ τά γ' ἡδέα. — Vs. 5 Valck. ad Hipp. 79 εἴληχεν. — Ad sententiam cf. Eurip. fgm. 160, quod Moschio ante oculos habuisse videtur.

VI. (9.)

Stob. Ecl. I, 9, 38, p. 240 sq

Πρῶτον δ' ἄνειμι, καὶ διαπτύξω λόγῳ
ἀρχὴν βροτείου καὶ κατάστασιν βίου.
Ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα
θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοὶ
ὀρειγενῆ σπήλαια, καὶ δυσηλίους
φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν
οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις
εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις·
οὐ μὲν ἀρότροισιν ἀγκύλοις ἐτέμνετο
μέλαινα καρποῦ βῶλος ὀμπνίου τροφὸς,
οὐδ' ἐργάτης σίδηρος εὐϊώτιδος
θάλλοντας οἴνης ὄρχάτους ἐτημέλει,
ἀλλ' ἦν ἀκύμων κωφά τ' ἐκφέρουσα γῆ·
βοραὶ δὲ σαρκοβρῶτες ἀλληλοκτόνους
αὐτοῖς παρεῖχον δαῖτας· ἦν δ' ὁ μὲν νόμος
ταπεινὸς, ἡ βία δὲ σύνθρονος Διΐ,
ὁ δ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.
Ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος
τὸν θνητὸν ἠλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον,

7.

Celebre inter homines illud est dictum vetus;
Consilia nullus est labos aliis dare :
At ipse si lædaris animose id pati,
Onus profecto est omnium gravissimum.

GR.

8.

Quænam voluptas mortuos incessere
Mutamque glebam voce probrosa insequi?
Namque ille tristis atque jucundi arbiter
Quum sensus hominem destitutus liquerit,
Exanime restat corpus, ut surdus lapis. GR.

9.

Primum explicabo congruis sermonibus
Initia vitæ publicæ mortalium.
Fuit profecto tempus hoc, quum belluis
Homines diætam ducerent haud dissonam;
Et rupium specus et astris invia
Antra incolentes, nondum enim conspicua erat
Nec tecta desuper domus, nec lapideis
Munita in orbem turribus vel urbs vel arx;
Proscissa nondum dente curvi vomeris
Frugem beatam gleba parturiverat;
Nec efficax ferrum Lyæo debitæ
Vitis virentes excolebat ordines.
Sed nulla quicquam terra sterilis proderat,
Epulæque carnis mutuis de cædibus
Famem fugabant, debilisque lex erat;
Jovi sed ipsa dura Vis adsederat,
Valentiori pabulum factus minor.
Sed quando tempus, cuncta generans atque alens,
Vitam refinxit pristinam mortalium,

εἴτ' οὖν μέριμναν τὴν Προμηθέως σπάσας,
εἴτ' οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ
αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον,
τόθ' εὑρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς
Δήμητρος ἁγνῆς, εὑρέθη δὲ Βακχίου
γλυκεῖα πηγή· γαῖα δ' ἡ πρὶν ἄσπορος
ἤδη ζυγουλκοῖς βουσὶν ἠροτρεύετο·
ἄστη δ' ἐπυργώσαντο καὶ περισκεπεῖς
ἔτευξαν οἴκους· καὶ τὸν ἠγριωμένον
εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγε βίον.
Κἀκ τοῦδε τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος
τύμβοις καλύπτειν κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν,
νεκρούς τ' ἀθάπτους μηδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἐᾶν
τῆς πρόσθε θοίνης μνημόνευμα δυσσεβές.

Moschio in hoc præclaro fragmento, quo prima cultioris vitæ initia exposuit, Critiæ locum in Sisypho (fgm. 1) ante oculos habuisse videtur, quanquam jam ante Æschylus in Prometheo similia protulerat. Ceterum hoc argumentum philosophis inde a Platone (De legg. III) et poetis ætatis sequioris acceptissimum erat. — Vs. 2 codd. Paris. A. V. recte βροτείου pro vulg. βροτίου. — Vs. 3 ἦν Paris. A. — Vs. 4 διαίρας A. Poeta respicere videtur ad Inachi tempora, quibus homines in silvis speluncisque viventes glandibus vesci solebant. — Vs. 7 λαΐνοις egregia est Canteri emendatio pro vulg. λαγίνοις, codd. V. A. E. λαγγήνοις. — Vs. 8 εὐρεῖα recte codd. V. A. pro vulg. εὐρεία, male autem iidem codd. ὠχυρωμένους habent. Πόλις debetur Grotio pro vulg. πόλει. — Vs. 9 codd. V. A. E. ἐγέμνετο. — Vs. 10 integrum locum servavit cod. A., quum vulgo corrupte ac sine sensu legeretur : μέλαινα καρπὸς ὀμπίου (sic) τροφός. — Vs. 11 εὐϊώτιδος haud dubie recte scripsit Grot. pro vulg. εὐγώτιδος. — Vs. 12 vulgo erat : θ. ο. δ. μένει, unde veram scripturam Grot. elicuit, confirmatam deinde codd. Paris. A. V. hæc habentibus θ. ο. ὀρχάτουσε τημέλλει. — Vs. 13 libri : ἀλλ' ἦν ἀκύμων κωφεύουσα ῥέουσα γῆ. Grot. κοὐδὲν ἐκφύουσα γῆ. Vir doct. ap. Heer. Καρπὸν οὐ φέρουσα γῆ. Heeren. ipse : κωφὰ τ' ἐκφύουσα γῆ vel κωφά τ' ἐκφέρουσα γῆ, quorum postremum sane proxime ad literarum ductus in scriptura vulgata accedere videtur. Jacobs. κωφά τ' ἐκτρώσασα κτλ. quod minus placet. — Vs. 14. Huc respexit Diod. Sic. I, 14, ubi lectu dignissima sunt, quæ adnotavit Wesseling. — Vs. 15 ἦν, quod aberat, recte addunt codd. V. A. — Vs. 16 codd. V. A. E. νηΐ, vulgo νηδία. Cant. δίκη. — Vs. 19 ἠλλοίωσεν recte codd. V. A. pro vulg. ἀλλοίωσεν. — Vs. 20 Προμηθέως πᾶσαν codd. V. A. E. — Vs. 24 codd. V. A. recte Δήμητρος pro vulg. δημήτερος, et vs. sq. γλυκεῖα pro γλυκία. — Vs. 27 libri αὔτη δ' ἐπυργώσαντο. Cant. correxit αὐτοὶ comprobante Jacobsio, Heeren. ἄλλη, Meinek. (Poet. com. III, p. 240) ἄστη, quod sane pro frequenti harum vocum confusione recipiendum videtur. — Vs. 32 vulg. πρόσθε, cod. V. πρώτης, codd. A. E. πρόσθεν.

VII. (10.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 14, p. 745 P. : Μοσχίων ὁ κωμικὸς γράφει·

Κεῖνος δ' ἁπάντων ἐστὶ μακαριώτατος,
ὃς διὰ τέλους ζῶν ὁμαλὸν ἤσκησεν βίον.

VIII. (11.)

Append. e cod. Florent. Stob. 74 vol. IV. p. 434 Gaisf. Anton. Meliss. et Maxim. Monach. (in edit. Stob. a. 1609) Serm. XXII, p. 45, 48, c. l. Μοσχίωνος· Βέλτιόν ἐστιν ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ συστελλόμενον εὐθυμεῖν, ἢ μεγάλῃ (Maxim. μεγάλης) τυγχάνοντα δυστυχεῖν.

IX. (12.)

Anton. Meliss. et Maxim. Mon. l. c. S. VIII, p. 16, 8, cum eod. lemm. Ἐν οἷς πλήττειν ἄλλους ἐθέλεις, ἐν τοῖς βλάβην ἔλπιζε τὴν μείζονα.

Curamve ducens callidi Promethei,
Necessitatemve aut frequentibus usibus
Ipsam docentem rite naturam citans,
Tunc et repertus mitis alimenti frutex
Cereris modestæ est, et repertus Bacchicus
Dulcissimus fons, terraque inculta antea
Jam tum jugum trahente arabatur bove.
Atque ita turres extulere, et undique
Struxere contextas domus et asperam
Blanda diæta rite vitam verterunt.
Tunc morte raptos imperatum legibus
Tegere sepulcris pulveremque inducere,
Nec insepulta projicere cadavera,
Abominanda signa pastus pristini.

GR.

10.

Ille omnium hominum vere est felicissimus,
Cui vita fluxit æquabiliter perpetim.

GR.

11.

Præstat in tenui re se contrahentem cum animi tranquillitate versari, quam in summis opibus cum infortunio et miseria.

12.

In quibus alios percutere vis, in iis detrimentum majus exspectato.

X. (13.)

Ibid. S. XXXV, p. 55, c. e. l. Ἀπαλλαγεὶς ἕνεκα ὀχλήσεως κέρδος ἡγεῖται ὁ ἄνθρωπος τὴν ζημίαν. Inde restitui possunt versus :

Ὀχλήσεως γὰρ ἕνεκ' ἀπαλλαγείς τις ἂν
τὴν ζημίαν ἡγεῖτο κέρδος.

XI. (14.)

Ibid. S. XL, p. 60, 54, c. e. l. Ἄμεινον δικαίως κρίναντα πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀδίκως μεμφθῆναι, ἢ ἀδίκως κρίναντα παρὰ τῇ φύσει δικαίως ψέγεσθαι.

XII. (15.)

Ibid. S. LIII. p. 79, 16, c. e. l. Ὑπὸ πολλῶν διαβάλλεσθαι κακῶν οὔτε ἀληθὲς οὔτε βλαβερόν· τὸ δὲ ὑφ' ἑνὸς ἀγαθοῦ ψέγεσθαι καὶ ἀληθὲς καὶ λυσιτελές.

XIII. (16.)

Ibid. S. LVIII, p. 95, 18, c. e. l. Τὸ μὲν εἰς ἀχάριστον ἀναλῶσαι ἐπιζήμιον· τὸ δὲ εἰς εὐχάριστον μὴ ἀναλῶσαι βλαβερόν.

XIV. (17.)

Ibid. S. LXXI, p. 120, 25, c. e. l. Γελᾶν ὁ θέλων μετὰ μειρακίου αἰσχρὰς ὕβρεις κερδήσει καὶ μέμψιν.

XV. (18.)

Ibid. S. CXL, p. 221, 26, c. e. l. Ὥσπερ οὐ τῷ ἵππῳ κόσμος, οὐδὲ τοῖς ὄρνεσι καλιὰ ὑψοῦσθαι καὶ γαυριᾶν δίδωσιν, ἀλλὰ τῷ μὲν τοῦ ποδὸς ἡ ὠκύτης, τοῖς δὲ τῶν πτερῶν· οὕτως οὐδ' ἀνθρώπῳ καλλωπισμὸς καὶ τρυφή, ἀλλὰ χρηστότης καὶ εὐποιία.

XVI. (19.)

Ibid. S. CXLV, p. 231, 8, c. e. l. Ἕπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά. Hinc fortasse elicias versum :

Τὸ λυπρὸν αἰεὶ τοῖσι τερπνοῖς εἵπετο.

XVII. (20.)

Ibid. S. CXLIX. p. 238, 20. c. e. l. Ὃν ἡ τύχη προπηλακίζει καὶ παρὰ τῶν πρᾴων οὗτος μάστιγας εὑρίσκει.

XVIII. (21.)

Ibid. S. CLV, p. 248, 35, c. e. l. Ταῖς νόσοις ὁ θάνατος ἀλλήλαις ἐπιλαμβανούσαις οὐδ' αὐτὸς παρεῖναι ἀναβάλλεται.

XIX. (22.)

Ibid. CLXVIII, p. 273, 8, c. e. l. Αἱροῦ πάντα τὰ θνητὰ καὶ γήϊνα ἀπολέσας ἕνα (imo ἕν) ἀθάνατον καὶ οὐράνιον κτήσασθαι.

XX. (23.)

Ibid. CLXX, p. 278, 10, c. lemm. « Moschionis, al. Demonactis. » Αἱ μὲν χελιδόνες εὐδίαν ἡμῖν προσημαίνουσιν, οἱ δὲ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι ἀλυπίαν

13.

Qui vitandæ turbæ causa secesserit, lucrum esse putat damnum.

14

Præstat recte judicando a condemnato injuste accusari, quam injuste judicando apud naturam juste reprehendi.

15.

A multis malis castigari nec verum nec damnosum est; ab uno autem bono vituperari et verum et utile est.

16

In ingratum quidem aliquid (beneficii) conferre damnosum; sed in gratum nihil conferre noxium est.

17.

Qui cum adolescente ridere vult, turpes contumelias et reprehensionem lucrabitur.

18.

Quemadmodum neque equo decus, neque avibus nidus se extollere atque gloriari permittit, sed illi pedum, his alarum celeritas : ita hominibus non pulcritudo et luxuria, sed probitas ac bene agendi ratio.

19.

Tristitia sequi solet voluptatem.

20.

Quem Fortuna lacessit, is etiam in mansuetis hominibus castigatores reperit.

21.

Mors non solet cunctari, sed vicina est, quum frequentes morbi alii post alios ingruunt.

22.

Omnibus mortalibus ac terrestribus amissis unum aliquid immortale et cæleste comparare optato.

23.

Hirundines quidem serenitatem nobis prædicunt, sermones autem philosophici indolentiam.

XXI. (24.)

Ibid. CLXX, p. 278, 15, c. lemm. Moschionis. Τὸν προσομιλοῦντα τριχῇ διασκοποῦ, ἢ ὡς ἀμείνονα, ἢ ὡς ἥττονα, ἢ ὡς ἴσον. Καὶ εἰ μὲν ἀμείνονα, ἀκούειν χρὴ καὶ πείθεσθαι αὐτῷ· εἰ δὲ ἥττω, ἀπειθεῖν· εἰ δὲ ἴσον, συμφωνεῖν.

XXII. (25.)

Ibid. CLXXII, p. 283, 38. Βέλτιον ὀλιγάκις ὁμολογοῦντα κατορθοῦν, σωφρονεῖν πολλάκις, ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτάνειν λέγοντα, πλημμελεῖν πολλάκις.

ΑΧΑΙΟΣ.

Quod de Moschione diximus, certi quid de ejus ætate proferri non posse, id etiam in Achæum Syracusanum, Dicæogenem et alios quosdam poetas, quos infra enumeravimus quosque maximam partem nisi nominibus non novimus, cadit. Achæi enim memoriam debemus uni Suidæ s. v. hæc scribenti : Ἀχαιὸς Συρακούσιος, τραγικὸς νεώτερος (cogitatione adde τοῦ Ἐρετριέως)· ἔγραψε τραγῳδίας ι' (Eudoc. p. 79 δέκα καὶ τέσσαρας).

ΔΙΚΑΙΟΓΕΝΗΣ.

De Dicæogene hæc habent Harpocr., Suid., Eudoc. p. 31 : Δικαιογένης, τραγῳδίας οὗτος ποιητὴς καὶ διθυράμβους ἔγραψεν. Quem jam ante Ol. XCVII, 1 tragœdias docuisse statuendum erit, si quid tribuendum Scholiastæ ad Aristophanis vs. hunc (Eccl. 1) Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου [quem inter Agathonis fragmenta (26) exhibuimus] hæc adnotanti : ὑποπτεύεται ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους. Verum huic testimonio ne nimis confidamus cavendum. Tragœdiarum Dicæogenis duæ tantum innotuere, altera Μήδεια, altera Κύπριοι vel Κύπρια inscripta. *Medeam* citavit Schol. Eur. Med. 164 : Τιμαγίδας ἐπὶ τὰ πρόχειρα πᾶσιν ἐνεχθείς, τὸν Ἄψυρτόν φησι λέγειν αὐτήν, τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνομαστί. Ὁ δὲ Φερεκύδης διὰ τοῦ ξ' ὀνομάζει αὐτόν· Δικαιογένης δὲ ἐν τῇ Μηδείᾳ Μεταπόντιον αὐτὸν ὀνομάζει. Κυπρίων meminit Aristot. Poet. 16, p. 1455, 1, ubi de variis agnitionis generibus egit, hæc scribens : Τρίτη δὲ ἡ διὰ μνήμης, τῷ αἰσθέσθαι τι ἰδόντα, ὥσπερ ἡ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους, ἰδὼν γὰρ τὴν γραφὴν ἔκλαυσεν. Hinc Welckero Trag. Gr. p. 1045 fabula Κύπριοι inscripta fuisse atque idem argumentum continuisse videtur, quod Sophocles in Eurysace tractaverit. Quæ conjectura si vera est — neque est cur probabilitatem ei abrogemus — hoc fere fuit dramatis argumentum : Teucer, postquam annos duodecim in insula Cypro habitaverat — nam Salaminem redire ei propter Telamonis jussum non licebat — et patriæ desiderio et nuntio quodam commotus, patrem Telamonem, exilii sui auctorem, mortem obiisse, cum sociis et amicis Cypriis naves conscendit et Salaminem se contulit. Sed quum nuntio isti diffidens veterem patris iram metueret, mutata veste ac dissimulato nomine in urbem se conferre et qualis esset rerum status explorare decrevit. Ab Eurysace igitur, Ajacis filio, qui post avi mortem regnum susceperat, benigne receptus est ; mox autem, quum in ejus domo casu quodam pictam patris imaginem conspiceret, ita animo est affectus, ut lacrimas funderet eaque re ab Eurysace agnosceretur. Qui sive regnandi cupiditate ductus sive patrui odio incensus, quippe quem consilio Ajacis mortem non prohibuisse opinaretur, amicis frustra deprecantibus vi Teucrum eo adegit, ut Salamine discederet iterumque fluctibus se committeret. — G. Hermanno ad Aristot. l. c. fabulæ titulus Κύπρια fuisse videtur, quod mihi non tam eam ob caussam, quam Ritter. ad Aristot. Poet. p. 199 affert [— nam dramata etiam eodem nomine, quo carmina epica, esse inscripta docet Agathonis Ἰλίου πέρσις (de qua supra disputavimus) —] quam propterea minus probabile videtur, quia Aristoteles Agathonem reprehendit, quod omnia, quæ in *Ilii Excidio*, epico carmine, expressa fuerint, unius tragœdiæ finibus comprehenderit, Dicæogenem vero h. l. manifesto laudavit. Cujus fragmenta duo vel tria Stobæus servavit.

2.

Quemlibet nobiscum conversantem trifariam adspicere oportet, aut ut præstantiorem aut inferiorem aut æqualem. Quem, si præstantior fuerit, audi et sequere ; sin inferior, ne pare ; sin æqualis, assentire.

25

Melius est, raro polliceri præclarum aliquid, sæpe autem re ipsa præstare ; quam raro dicere se peccare, sæpe autem aberrare.

1.

Stob. LXXIX, 6.

Αὐτὸς τραφεὶς δὲ τῶν φυτευσάντων ὕπο,
καλῶς τὸν αὐτὸν ἔρανον αὐτοῖσιν νέμεις.

Dicæogeni tribuit Paris. A. In eodem cod. est τραφεὶς δὲ pro vulg. δὲ τραφεὶς, quam Pors. Adv. p. 304 in δὲ θρεφθεὶς mutaverat.

2.

Ibid. LXXIX, 33.

Θεὸς μέγιστος τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.

Præterea aliquot Stobæi codd. alium locum (l. LXIV, 1) Dicæogeni tribuunt, quem ex optimi libri Paris. A auctoritate Diogeni (fgm. 2) vindicavimus.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ.

Apollodori memoriam servavit Suidas (consentiente Eudocia p. 61) hæc scribens : Ἀπολλόδωρος Ταρσεὺς, τραγικός. Δράματα αὐτοῦ Ἀκανθοπλήξ, Τεκνοκτόνος, Ἕλληνες, Θυέστης, Ἱκέτιδες, Ὀδυσσεύς. In fabularum nominibus nonnihil turbatum esse primus monuit Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 24, quem secuti Porson. et Welck. jure Ἀκανθοπλῆγα et Ὀδυσσέα unam eandemque fabulam fuisse (ad Sophoclei dramatis eodem nomine inscripti exemplum compositam) statuunt. Similiter enim, ut supra ostendimus, Chæremonis Ὀδυσσεὺς et Τραυματίας seorsum citantur. Minus probabiliter autem Porson. titulos Θυέστης et Τεκνοκτόνος conjunxit, quanquam etiam id quod Welck. posuit Τεκνοκτόνον esse Ulixem, qui filium Euryalum interfecerit, dubitationis aliquid præbeat, præsertim quum etiam de Sophoclis Euryalo (cf. Welck. Trag. Gr. p. 278. sq. Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 300) dicentes Parthenius et Eustathius de Euryali interfectore dissentiant. Athamantem vero vel Medeam sub isto titulo latere jam Welckero incredibile visum est; itaque vix aliud restat, quam ut nescire nos fateamur quid Τεκνοκτόνος fabula continuerit. Quæ, si recte video, omnino non magis, ut Chæremonis Τραυματίας, simpliciter Τεκνοκτόνος inscripta fuit, sed nomen proprium isti voci præfixum habuit, quod nescio quo casu excidit. — *Thyestæ* et *Supplicum* quale fuerit argumentum nisi ex titulo divinari nequit, idemque in Ἕλληνας cadit, ubi tamen Welcker. perapposite monuit, non Græcos in universum, sed eam Græcorum gentem isto titulo significari, quæ Helladem Thessalicam habitaverit et Peleum olim regem habuerit. Itaque Apollodori fabulam non multum a Sophoclis Peleo (de qua vidend. Welck. Trag. Gr. p. 205 sq., Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 285) discrepuisse veri sit simillimum.

ΤΙΜΗΣΙΘΕΟΣ.

Ut Apollodori, ita *Timesithei* notitiam uni Suidæ debemus hæc scribenti : Τιμησίθεος τραγικός. Δράματα αὐτοῦ Δαναΐδες β', Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεύς, Μέμνων, Μνηστῆρες (cod. A β' μνηστῆρες. Cod. V α' μνηστῆρες), Ζηνὸς γοναί, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέστης (καὶ jure inserunt Meinek. Hist. crit. com. p. 391 et Welck. Tr. Gr. p. 1046) Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. Quas inter fabulas etiam dramata satyrica circumferri bene Welcker. p. 1046 monuit. Nam Ζηνὸς γοναὶ tragœdia esse nullo modo potuit, pariterque simplex titulus Ἡρακλῆς potius fabulam satyricam, quam tragœdiam prodere videtur. In *Danaidibus* Welck. poetam non Æschylum, sed alius auctoris narrationem secutum esse censet, ex qua Lynceus fratres ulciscens Danaum ejusque filias interfecerit. Eandem jam Archilochus exhibuerat teste Jo. Malala Chron. IV init. : Ὅστις Λυγκεὺς πολεμήσας τῷ Δαναῷ βασιλεῖ τοῦτον ἐφόνευσε, καὶ ἔλαβε τὴν βασίλειαν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καθὼς ὁ Ἀρχίλοχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. Schol. Eurip. Hecub. 869 : Οὗτος δὲ σωθεὶς ἐξεδίκησε τοὺς ἀδελφούς· ἐφόνευσε γὰρ τὰς θυγατέρας τοῦ Δαναοῦ, ἅμα καὶ αὐτόν, καὶ τῆς τούτου βασιλείας ἐκράτησε τοῦ Ἄργους ἅμα τῇ Ὑπερμνήστρᾳ. Serv. ad Virg. Æn. X, 497 : *Lynceus post adeptus (imperium) patruum Danaum interemit.* Præterea Welck. id, quod Schol. Hom. Il. Γ, 42, Schol. Eur. Or. 859, Schol. Stat. Theb. VI, 291, tradunt, Danaum oraculo quodam ad facinus illud contra Ægypti filios adductum esse, e posterioris ætatis dramate ac fortassis ex hac Timesithei fabula fluxisse suspicatur. In *Ixione* vero Timesitheum potius Euripidis exemplum imitatum esse, quam illud argumentum, quod, ut Welck. opinari vi-

1.

Tu quem parentes educarunt sedulo,
Nunc recte eisdem gratiam reddis parem. GR.

2.

Numen parentes maximum sapientibus. GR.

detur, sculptura et epigrammate ei subjecto in columna duodecima templi Cyziceni exhibebatur (cf. Jacobs. Anthol. Gr. vol. XIII, p. 632 sq. : Ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ Ἰξίων Φόρβαντα καὶ Πολύμηλον ἀναιρῶν διὰ τὸν εἰς τὴν μητέρα τὴν ἰδίαν Μέγαραν γεγενημένον φόνον· μηδεπότερον γὰρ αὐτῶν προελομένη γῆμαι, ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τοῦτο ἐφόνευσαν.

Φόρβαν καὶ Πολύμηλον ὅδ' Ἰξίων βάλε γαίῃ,
ποινὰν τᾶς ἰδίας ματρὸς ἀμυνόμενος),

quamvis picturæ et epigrammata in isto templo fere omnia ad tragœdias spectaverint. Μνηστῆρας et Ἑλένης ἀπαίτησιν diversas fuisse fabulas Meinek. l. c. negat, contra quem Welck. illos μνηστῆρας pertinere etiam ad Penelopen (recordare Penelopæ Philocleæ) aut aliam fabulam potuisse rectissime monuit. Ceterum Ἑλένης ἀπαίτησις, ut ex titulo conjiciendum est, haud dubie idem argumentum continuit, quod Sophocles in fabulæ eodem nomine inscripta tractavit (cf. Welck. Trag. Gr. p. 171, Soph. fragm. ed. Ahrens. p. 259). De reliquis fabulis, nisi quod ex titulis conjici potest, dici quidquam nequit.

ΠΑΤΡΟΚΛΗΣ.

Patroclem origine Thurium fuisse e Clementis Alexandrini verbis (ad Sophoclem minorem et supra allatis) scimus, sed qua is ætate vixerit, incertum est. Nam quod aliquis e Clementis loco Patroclem ante Sophoclem minorem commemorantis concludere possit, Patroclem ætate illum superasse, id nullo alio quam conjecturæ fundamento nititur, quod admodum infirmum esse neminem latet. Hoc tamen certum est, Patroclem, velut Timesitheum, Castoris et Pollucis historiam (cf. Apollod. III, 11, Eratosth. Catast. 10) peculiari dramate, quod Διόσκουροι inscriptum fuerit, tractasse. Cujus unum fragmentum servavit Stob. CXI, 3, ubi vero in optimo cod. Paris. A. locus deest.

Καὶ νῦν τὰ δεινὰ ταῦτα καὶ τὰ πόλλ' ἔπη
εἰς ὧδε μικρὸν τεῦχος ἤθροισεν τύχη.
Τί δῆτα θνητοὶ πόλλ' ἀπειλοῦμεν μάτην
δεινοὺς ἐπ' ἀλλήλοισι πέμποντες λόγους,
καὶ πάντα συννοοῦμεν ἐκπράξειν χερὶ,
πρόσω βλέποντες, τὴν δὲ πλησίον τύχην
οὐκ ἴσμεν οὐδ' ὁρῶμεν ἀθλίου μόρου;

Vs. 2 pro ὧδε μικρὸν præbent cod. Voss. et Arsen. ὅδε μόνον.

ΑΛΚΙΜΕΝΗΣ.

De *Alcimene* in iis acquiescendum est, quæ tradit Suid. s. v. Ἀλκιμένης, Μεγαρεὺς τραγικός. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκιμένης, Ἀθηναῖος, κωμικός.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΣ.

Nihil de *Apollonidis* vita scimus : at cum re vera tragicum fuisse quum fragmenta docent, tum Clementis Alexandrini testimonium (cf. fgm. 1).

1.

Stob. LXVII, 3.

Φεῦ φεῦ, γυναῖκες, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἄρα
οὐ χρυσὸς, οὐ τυραννὶς, οὐ πλούτου χλιδὴ
τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονὰς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς
γνώμη δικαία καὶ φρονοῦσα τἄνδικα.

Eundem locum affert Clem. Alex. Pædag. III, 12, § 84, p. 303 P., his verbis præmissis : Πάνυ γοῦν θαυμαστῶς ἡ τραγῳδία φησί· Φεῦ φεῦ κτλ.

2.

Stob. LXVII, 6.

Γυναικὸς ἀρετὰς ἀξίως ἐπαινέσαι
σοφοῦ τινὸς γένοιτ' ἂν ἵστορος λόγων.

En nunc ut illa verba tot tam grandia
Fortuna in arctum tam repens compegerit!
Quid ergo sævo jurgii certamine
Minamur aliis magna mortales mala,
Manu exsequenda cuncta dum confidimus
Prorsum tuentes? interim non cernimus
Quas calamitates casus a tergo ferat. GR.

1.

Non solia regni, credite hoc, o feminæ,
Non copia auri, non opum ostentatio,
Tantas hominibus totque delicias ferunt,
Quantas pudicæ uxoris et fortis viri
Justo atque honesto congruens sententia. GR.

2.

Celebrare sexus omne feminei decus,
Labor disertam quærit hic sapientiam. GR.

ΙΠΠΟΘΟΩΝ.

Difficilis est de hoc poeta quæstio : nam primum dubitari potest, utrum unus an duo poetæ fuerint, quorum fragmenta Stobæus diversis locis sub *Hippothoi* et *Hippothoontis* nominibus attulit, præsertim quum Photius (cod. CXLVII) in catalago poetarum a Stobæo adhibitorum utrumque commemoraverit; deinde utrum ii rectius poetis comicis an tragicis adnumerandi sint. Si vero fragmenta respicis, utriusque reliquias colorem tragicum præ se ferre reperies : inprimis productio syllabæ ἀκ in ἀκμαίων docet, *Hippothoontem* tragicum non fuisse non posse (cf. Meinek. Poet. com. IV, p. 711); simulque inde, quod *Hippothoi* vs. Ζευχθεὶς κτλ. (fgm. 5) etiam in Euripidis Antigona (fgm. 163) legitur, *Hippothoum* tragicum fuisse conjicies, si quidem consideraveris, quod pluribus locis monuimus, posterioris ætatis tragicos Euripidem imitari vel adeo exscribere solitos esse. Sed ne diversus quidem *Hippothoon* ab *Hippothoo* esse videtur : nam tam similia inter se hæc nomina sunt, ut facile commutari potuerint. Nec quidquam valet Photii auctoritas utrumque nomen tradentis : corruptela enim, ut permultæ aliæ (leguntur in isto catalogo v. c. hæc poetarum nomina Βιότου, Εἰρήνης, Ζήνου, Φιλοκτήτου etc.) multo antiquior Photio esse videtur. Ceterum nemo nescit, quam sæpe nomina similia inter se confusa sint, atque ipsi paullo ante (ad Antiphontem) ejus confusionis exemplum attulimus. Quis autem fuerit ille Hippothoon aut qua ætate vixerit, ignoramus.

1.

Stob. XXII, 25, c. l. Ἱπποθόωντος Paris. B a manu sec. Ἱπποθόοντος Paris. A. Ἱπποσθέ. Trinc. *Hipposthenes in Hippothoonte* Gesn.

Ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.

2.

Stob. XXXVIII, 15, c. l. Ἱπποθόωντος in Paris. A. Trinc.

Φθόνος κάκιστος κἀδικώτατος θεὸς
κακοῖς τε χαίρει κἀγαθοῖς ἀλγύνεται.

3.

Stob. LXVII, 14, c. l. Ἱπποθόωντος in Paris. A. Hipponacti tribuit Arsen.

Ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς γυνή.

4.

Stob. CXV, 14, c. l. Ἱπποθόωντος Paris. A; et sic etiam Anton. Meliss. et Maxim. Monach. (in edit. Stob. a. 1609) CLIII, p. 243, 45.

Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν.

Paris. A ἀλκαίων pro ἀκμαίων. Versus, qui huic loco præcessit vulgoque cum lemm. Ἱπποθόου editus est : Παυρολόγοι πολιαί· ταὶ γήραος ἄνθεα θνατοῖς in cod. Voss. lemma habet Εἰρήνης, unde Meinek. Poet. com. IV, p. 711 ingeniosa conjectura effinxit : Ἠρίννης, versu sic restituto : Παυρόλογοι πολιαὶ τῶ γήραος ἄνθεα θνατοῖς.

5.

Stob. LXVIII, 24, c. l. Ἱπποθόου Paris. A. Ἱπποθώου Trinc.

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος.

Idem vs. cum duobus aliis a Stobæo (LXVII, 13) Euripidi assignatur; cf. Eurip. fgm. 163.

6.

Stob. LXXXIII, 15, c. l. Ἱπποθόου.

Παίδων κρατεῖν δεῖ τῶν νεωτέρων σοφούς.

1.
Homo natus hominum vitæ fortunæ memor.
GR.

2.
Invidia divum pessima ac gravissima est.
Gaudet dolendis atque gaudendis dolet.
GR

3.
Unanimis uxor optimum munus viro. GR

4.
Senio leonis cepit hinnulei vigor.
GR.

5.
Haud liber ultra est nuptiæ quem vinciunt.
GR.

6.
Sapiens juventam liberûm adducte regat.
GR.

ΤΙΜΟΚΛΗΣ.

Timoclis tragici nemo meminit præter Athen. IX, p. 407, D, hæc scribentem : Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής, ἦν δὲ ἄρα καὶ τραγῳδίας, ad quem locum Meinekius (Hist. crit. com. p. 430) cavendum esse monuit, ne eundem Timoclem et comœdias et tragœdias scripsisse credatur. Cujus nomen ac fragmentum invenisse sibi videntur viri docti in Plutarchi loco, ubi codd. inter Sophoclis et Timoclis nomen fluctuant. Sed vereor ne in illis codd., qui Τιμοκλέους habent, literas Τιμο librariorum negligentia ex prægressa voce Τιμολέοντος originem duxerint; nam hæc habet Plut. Vit. Timol. 36, p. 253 : Τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων οὐδέν ἐστιν, ᾧ μὴ τὰ τοῦ Σοφοκλέους (Τιμοκλέους), ὥς φησι Τίμαιος, ἐπιφωνεῖν ἔπρεπεν

Ὦ θεοὶ, τίς ἄρα Κύπρις, ἢ τίς Ἵμερος
τοῦδε ξυνήψατο;

Meinek. l. c. ξυνήψατ' αὐτοῦ. — Recte igitur locum inter Sophoclis fragmenta recepisse videntur Dindorf. (n. 710) et Ahrens. (nr. 778).

ΕΚΔΩΡΟΣ.

Dubitans hunc poetam, cujus ne nomen quidem in tota antiquitate occurrit, Meinekio auctore (Hist. crit. com. p. 525 sq.) propter versus, quos Stobæus s rvavit, inter tragicos poetas recepi; nam quamvis eos e tragœdia fluxisse haudquaquam negaverim, tamen poetæ nomen *Ecdorum* fuisse persuadere mihi non possum; sed lemma Ἐκδώρου corruptum esse suspicor, præsertim quum optimus cod. Paris. A Ἐκιδώρου præbeat. Quid vero inde eliciendum sit, doctiores investigent.

I.

Stob. XC, 9, c. l. Ἐκδώρου ap. Trinc. Ἐκιδώρου Paris. A.

Μορφὰς ἀτερπεῖς ὄψεσιν κεκτημένος,
παρεμφερεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχεις·
ἐκ τοῦ κακοῦ γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακὸν,
ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίγνεται.

Vs. 3 male Paris. A καλόν.

ΣΕΡΑΠΙΩΝ.

Quod de Ecdoro monuimus, idem cadit in *Serapionem* ; attamen eum non diversum esse existimo ab eo Serapione, cujus aliquot epigrammata in Anthologia Græca exstant. Similem rationem in Cratete valuisse vidimus. Serapionis locum e tragœdia, ut videtur, ductum servavit Stob. X, 2, c. l. Σεραπίωνος· sic Paris. A et Trinc.

Οὐ τῆς ἐμῆς ἕκατι καρδίας φέρεις
λόγους προσηνεῖς, τοῦ δὲ σοῦ κέρδους χάριν.

APPENDIX.

Quanquam plures ob rationes, quas exponere longum est, in animo mihi erat, anonymorum poetarum tragicorum fragmentis jam hoc loco subjectis collectioni nostræ finem imponere, tamen, quum et viri quidam doctissimi mihique amicissimi id dissuaderent et ipse sciens ullum fragmentum nisi invitus omittere nollem, tanquam appendicis loco *Pleiadis*, quæ fertur, *tragicæ* et aliorum quorundam ejus temporis poetarum fragmenta, quotquot supersunt, addere constitui, ne quid desiderarent ii, qui omnes tragœdiarum Græcarum reliquias cupierunt collectas. Ac primum quidem breviter de *Pleiade tragica* agam, de qua eximia exstat Nækii in *Schedis criticis* (Bonnæ,

Deformis ore, vultu inominabili,
Fœdus videris, fœdus æque es moribus.
Natura mater ex malo gignit malum.
Ita vipera edit viperam partu suo. GR

Non ista blanda verba tu fundis, meo
Animo obsecundans, sed tuo compendio. GR.

1812, repetita in ejus Opusc. vol. I. Bonnæ, 1842, p. 1 sq.) disputatio. Nemini autem ignotum esse puto, quod grammatici certatim narrant (cf. Ruhnk. Hist. crit. orat. p. XCV sq.), Aristophanem ejusque discipulum Aristarchum, quum magna scriptorum copia discipulorum eorumque omnium, qui literis Græcis studerent, animos potius perturbari quam juste excoli arbitrarentur, cujusvis generis scriptores quosdam, quos inprimis legendos atque imitandos ducerent, elegisse et in certos quosdam ordines redegisse. Hac ratione originem duxisse *canones*, qui feruntur, poetarum epicorum, lyricorum, tragicorum, alios: tragicorum vero ab illis non unum, sed duos canones esse constitutos. Quorum prior poetas τῆς πρώτης τάξεως, i. e. Æschylum, Sophoclem, Euripidem, Ionem, Achæum: alter τῆς δευτέρας τάξεως (Suid. v. Φιλίσκος) tragicos s. *Pleiadem tragicam* continuerit. Atqui nec de poetis ipsis, ex quibus Pleias constiterit, veteres consentiunt, nec, unde illi poetæ Pleiadis nomen traxerint, certum est. Verum tamen nomen inde ortum esse conjici potest, quod numero totidem poetæ, quot Pleiadum sidera, erant omnesque, ut illa, eodem tempore splendebant; cf. Eustath. ad Od ε', vs. 272. Næk. l. c. p. 2. Tempus enim, quo singuli poetæ, qui Pleiadem effecisse dicuntur, ut infra patebit (vid. ad Homerum), est Ol. CXXIV regnante Ptolemæo Philadelpho, qui, quum literis artibusque eximie faveret, Dionysia constanter justis certaminibus scenicis celebrari jussit (Athen. V, p. 197, D) poetasque undique invitatos splendidis præmiis allexit atque honoravit. (Theocr. XVII, 112 sq. Athen. V, p. 196, A.) Vix est igitur quod moneamus, quum Pleiadis poetas tum alios aliquantulum famosos Alexandriæ fabulas suas egisse, ut gloriam pariter atque munera magnifica auferrent. Quod autem Welck. Trag. Gr. p. 1244 quanquam dubitanter statuit, etiam Alexandriæ tetralogias esse doctas, id certe eam ob caussam, quam ille primo loco attulit, mihi non persuadeam. Dicit enim, illud inde consequi, quod duorum poetarum, Sosithei et Lycophronis fabulæ satyricæ afferantur: sed et Lycophronis Menedemus, ut infra patebit, longe ab istis dramatis satyricis recessit, quæ florente tragœdia Attica tragœdiis annecti solebant, et Sositheus fabulas satyricas diversi generis composuisse videtur. Isto tempore enim fabulas satyricas pristina forma mutata compositas ac per se solas esse actas, jam supra, ubi de Pythonis Agene disputavimus, ostendimus, idque extra dubitationem ferme ponitur Dioscoridis in Sositheum epigrammate (Anthol. Pal. VII, 707, vs. 5. Vide infra ad Sositheum). Atqui etiam, quod Welck. secundo loco ad comprobandam suam de tetralogiis sententiam protulit, nimirum magnum fabularum numerum (Homeri 45, Lycophronis 64, Philisci 42, Sosiphanis 73) tetralogicam formam prodere, id non multum valet. Unde enim sequitur, omnes re vera actas vel ad agendum fuisse scriptas? Quid? si nonnullæ lectioni destinatæ fuerint? Sed utcumque res se habuit, hoc certe constat, Pleiadis poetas Alexandriæ fabulas docuisse. Neque eos optimis post Euripidem poetis adnumerare dubitabis, si quidem consideraveris, Aristophanem et Aristarchum, quos subtili judicio excelluisse constat, neque Agathonem nec permultos alios poetas haud ignobiles, sed hos potissimum *Pleiadis poetas* dignos judicasse, quos discipulis civibusque (post poetas τῆς πρώτης τάξεως) maxime legendos atque imitandos proponerent. Quod Aristophanis Aristarchique judicium egregie confirmatur paucis illis, quæ supersunt, Pleiadis tragicæ fragmentis, in quibus profecto nihil reperiri potest, quod, ut primus egregie Nækius l. c. p. 29 monuit, optimo ex florentissima ætate tragico indignum sit quodque Alexandrinæ ætatis scriptorem prodat. Itaque pro certo statui posse videtur, Pleiadis poetas sibi optimos antiquæ tragœdiæ poetas non modo proposuisse imitandos, sed revera feliciter esse imitatos. — Dissentiunt vero, ut supra significavimus, grammatici in nominibus poetarum, qui *Pleiadem* effecisse feruntur. Suidas enim hos (suo quemque loco) Pleiadi accenset: *Homerum, Sositheum, Lycophronem, Alexandrum, Philiscum, Sosiphanem, Dionysiadem*, Scholiastarum Hephæstionis vero alter (p. 53 ed. Gaisf.) hæc: Ἑπτὰ γὰρ εἶναι λέγονται τραγῳδοί· διὸ καὶ Πλειὰς ὠνομάσθησαν· ὧν εἷς οὗτος ὁ Φίλικος· ἐπὶ Πτολεμαίου δὲ γεγόνασιν οὗτοι, ἄριστοι τραγικοί· εἰσὶ δὲ οὗτοι· Ὅμηρος ὁ νεώτερος, Σωσίθεος, Λυκόφρων, Ἀλέξανδρος, Φίλικος, Διονυσιάδης, Αἰαντίδης. Alter vero (p. 185 Gaisf.) hæc habet: Ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι τραγικοὶ, οὓς Πλειάδα[ς] ἐκάλεσαν, διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ πλειάδι. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· Ὅμηρος, οὐχ ὁ ποιητὴς, ἀλλ' υἱὸς Μυροῦς τῆς Βυζαντίας ποιητρίδος, καὶ Σωσίθεος καὶ Λυκόφρων καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Αἰαντίδης καὶ Σωσιφάνης καὶ Φίλικος. Hinc inter *Sosiphanem, Dionysiadem* et *Æantidem* fluctuatum esse intelligitur. Quorum quis excludendus sit, haud facile est ad dicendum; attamen quum Sosiphanes et Dionysiades, ut infra patebit, præter Scholiastas Hephæst. suum habeant testem, Æantides, quem nemo præter Tzetzam

et unum Schol. Hephæst. commemorat, ex Pleiade removendus videtur. Nunc de singulis videamus, omissis Tzetzæ (Περὶ γέν. Λυκόφρ. in Biogr. Gr. ed. Westermann. p. 143) commentis, quæ explosit Næk. l. c. p. 1—3.

ΟΜΗΡΟΣ.

De *Homero* hæc præbet Suidas s. v. Ὅμηρος, Ἀνδρομάχου καὶ Μυροῦς (l. Μοιροῦς) Βυζαντίας, γραμματικὸς καὶ τραγῳδιῶν ποιητής· διὸ συνηριθμήθη τοῖς ἑπτὰ, οἳ τὰ δευτερεῖα τῶν τραγικῶν ἔχουσι καὶ ἐκλήθησαν τῆς Πλειάδος· ἤκμαζεν ὀλυμπιάδι ρκδ'· ἔγραψε τραγῳδίας με'. Tzetz. Περὶ γένους Λυκόφρ. p. 264 Müll. ὁ Ἀνδρομάχου Βυζάντιος, δράματα ποιήσας νζ' (Codd. Ciz. et Viteb. ὃς δράματα ἐποίησε μζ'). Ejus statuam Byzantii vidit (sæculo quinto) Christodorus et epigrammate exornavit, quod etiamnunc in Anthol. Gr. servatur. Eidem Homero Tzetz. ad Hes. Op. 236 Εὐρυπύλειαν, epicum, ut Welckero videtur, carmen ascribit; sed huic narrationi fortasse non plus fidei habendum est, quam iis quæ Diog. Laert. IX, 113 tradit, Timonem, notissimum illum hominum osorem, mythos ac dramata a se composita cum Alexandro et Homero communicasse; nam Timo Aristophanis comici æqualis fuit. Sed fortasse hæc narratio non proprie accipienda est. In arte tragica Homerus Sositheum æmulum atque adversarium habuit, unde eum haud inglorium fuisse suspiceris.

ΣΩΣΙΘΕΟΣ.

De *Sositheo*, qui a quibusdam cum *Sosibio*, grammatico, illius æquali, confunditur, hæc præbet Suidas s. v. Σωσίθεος Συρακούσιος ἢ Ἀθηναῖος, μᾶλλον δ' Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωϊκῆς Ἀλεξανδρείας, τῶν τῆς Πλειάδος εἷς, ἀνταγωνιστὴς Ὁμήρου τοῦ τραγικοῦ, τοῦ υἱοῦ Μυροῦς (l. Μοιροῦς) τῆς Βυζαντίας, ἀκμάσας κατὰ τὴν ρκδ' (codd. ρξδ') Ὀλυμπιάδα, γράψας δὲ ποιήματα καὶ καταλογάδην. In quibus quod de Sosithei patria ambigitur, mirum esse nequit, quum grammaticos sæpissime de clarissimorum scriptorum, velut de Aristophanis comici, patria dubitantes videamus : quod inde explicandum videtur, quoniam sæpe ea urbs pro alicujus scriptoris patria habebatur, ubi is diu vel semper commorabatur. Idem in Sositheum videtur cadere : qui haud dubie Alexandrinus Troadis fuit, diu autem Athenis et Syracusis commoratus est; certe Athenis eum per longum tempus vixisse docent Dioscoridis in eum epigramma et Diogenis Laertii locus, de quibus mox videbimus. Corruptum apud Suidam numerum ρξδ' ex ipso Suida v. Ὅμηρος jam Pearsonus et Kuster. correxerant, comprobantibus viris ætatis nostræ doctissimis. Sositheum poetam tragicum fuisse quum fabularum reliquiæ demonstrant tum apertis verbis præter Schol. Hephæst. l. c. testantur Athen. X, p. 415, B (cf. fgm. 2), et Hygin. Poet. Astr. II, 27, Schol. German. 305, p. 72 (cf. fgm. 2). Itaque eo magis offensioni fuere viris doctis, quæ tradit Diog. Laert. VII, 173 : Σωσιθέου τοῦ ποιητοῦ ἐν θεάτρῳ εἰπόντος πρὸς αὐτὸν (Κλεάνθην) παρόντα,

Οὓς ἡ Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ,

ἔμεινεν ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος· ἐφ' ᾧ ἀγασθέντες οἱ ἀκροαταὶ τὸν μὲν ἐκρότησαν, τὸν δὲ Σωσίθεον ἐξέβαλον· .... αὐτὸν δὲ ἐπὶ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν. Nam quum in tragœdia nominatim aliquis carpi nullo pacto posset, fuerunt qui Sositheum etiam comœdias scripsisse statuerent. Sed jure Navkius p. 4 et Meinek. Hist. crit. com. p. 525 poetarum tragicorum ullum comœdias composuisse negarunt. Sed quod Nækius etiam versum non e scena per histrionem in Cleanthem jactum, sed potius in theatro (ἐν θεάτρῳ enim ambiguum esse) a Sositheo ex tempore factum pronuntiatumque esse dicit, mihi non magis, quam Welckero, probabile videtur. Quare nescio an præstet, aut toti Diogenis narrationi fidem detrahere, quippe qui multa fabulosa tradiderit et facile, ut Nækius ipse monuit, historiam ad similitudinem historiæ de Socrate narratæ (ab Æl. V. H. II, 13) fingere potuerit, aut statuere, versum illum e dramate satyrico ductum esse. Nam quemadmodum Pytho Harpalum, Lycophro Menedemum, ita fortasse similiter Sositheus Cleanthem Atheniensem dramate satyrico perstrinxit. Certe Sositheum diu Athenis versatum esse docet etiam Dioscoridis epigramma XXIX (Anthol. Pal. VII, 707) in eum scriptum :

Κἠγὼ Σωσιθέου κομέω νέκυν, ὅσσον ἐν ἄστει
 ἄλλος ἀπ' αὐθαίμων ἡμετέρων Σοφοκλῆν,
Σκίρτος ὁ πυρρογένειος· ἐκισσοφόρησε γὰρ ἀνὴρ
 ἄξια Φλιασίων, ναὶ μὰ χορούς, Σατύρων.
Κἠμὲ, τὸν ἐν καινοῖς τεθραμμένον ἤθεσιν ἤδη,
 ἤγαγεν εἰς μνήμην, πατρίδ' ἀναρχαΐσας·
καὶ πάλιν εἰσώρμησα τὸν ἄρσενα Δωρίδι Μούσῃ
 ῥυθμὸν, πρός τ' αὐδὴν ἑλκόμενος μεγάλην.
Εὔαδέ μοι θύρσων τύπος οὐ χερὶ καινοτομηθεὶς,
 τῇ φιλοκινδύνῳ φροντίδι Σωσιθέου.

In quo Satyrus in Sophoclis tumulo constitutus loquitur Sositheum tanquam veteris poesis satyricæ — nam ea per Pythonem aliosque, quorum ne nomina quidem ætas tulit, prorsus immutata erat — restitutorem atque vindicem prædicans. (Vide quæ De hoc epigrammate egregie disputarunt G. Hermann. De dram. com. sat. in Opusc. I, p. 53, et Welck. Trag. Gr. p. 1253, not. 30.) Nec dubito quin recte God. Hermann. l. c. p. 54 statuerit, veteris illius dramatis satyrici specimen exstitisse in Sosithei *Daphnide vel Lytiersa*, de quo mox videbimus. Præter hanc fabulam satyricam tantummodo una Sosithei tragœdia innotuit, Ἄθλιος inscripta, cujus quale fuerit argumentum, fragmentis aliisque auxiliis destituti explorare non possumus.

ΑΘΛΙΟΣ.

I. (1.)

Stob. LI, 23, c. l. Σωσιθέου ἐξ Ἀθλίου.

Εἷς μυρίους ὄρνιθας ἀετὸς σοβεῖ,
λαῶν τε δειλῶν πλῆθος εὖ τραφεὶς ἀνήρ.

Vs. 2 habet etiam Arsen. Viol. p. 221 ed. Walz., ubi δέ pro τε.

ΔΑΦΝΙΣ Η ΛΥΤΙΕΡΣΑΣ.

Argumentum hujus fabulæ, quam ex Athenæo (cf. fgm. I) cognovimus, memoriæ prodidit Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 68, his verbis : *Alii hunc Daphnin Pipleam amasse dicunt, quam quum a prædonibus raptam Daphnis per totum orbem quæsisset, invenissetque in Phrygia apud Lytiersem regem servientem, qui hac lege in advenas sæviebat, ut quum multas segetes haberet, peregrinos advenientes secum metere faceret, victosque* (*vinctosque* Heins.) *juberet occidi. Sed Hercules miseratus Daphnidis venit ad regem, et audita conditione certaminis falcem ad metendum accepit eaque regi caput amputavit. Ita Daphnin a periculo liberavit et ei Pipleam, quam alii Italiam dicunt, reddidit, quibus dotis nomine aulam quoque regiam condonavit, ferali sopito metendi carmine.* Nymphæ a Daphnide amatæ nomen nec Pipleam nec Italiam, sed Thaliam fuisse, patet ex Schol. Theocr. VIII, 93 : Ἱστοροῦσι γὰρ αὐτὸν ἀγαπηθῆναι ὑπό τινος νύμφης, ἣν Σωσίθεος Θάλειαν καλεῖ. Id. VIII, 1 : Σωσίθεος δὲ λέγει Δάφνιν γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν κρινάντων, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Historiæ Lityersæ supplendæ inserviunt Schol. Theocr. X, 41 : Οὗτος ὁ Λυτιέρσης ᾤκει Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, υἱὸς τυγχάνων νόθος τοῦ Μίδου. Γεωργὸς δὲ ὤν, τοὺς παριόντας τῶν ξένων εὐωχῶν, ἠνάγκαζε θερίζειν μετ' αὐτοῦ. Εἶτα ἑσπέρας ἀποτέμνων αὐτῶν τὰς κεφαλάς, τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν τοῖς δράγμασι συνελὼν ᾖδεν. Ἡρακλῆς δὲ ὕστερον τοῦτον ἀποκτείνας ἔρριψεν εἰς τὸν Μαίανδρον ποταμόν, ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν ἐγκωμιάζοντες, ὡς ἄριστον θεριστήν. Τοῦτον δέ φησιν Ἀπολλόδωρος ᾠδὴν εἶναι θεριστῶν λέγων οὕτω· καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις ἰάλεμος, ἐν δὲ ὕμνοις ἴουλος, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λυτιέρσας. Εἶτα ἑξῆς ᾄδων ὁ Βάττος τὴν τοῦ Λυτιέρσου ᾠδὴν φησί. Falsam esse hanc Apollodori sententiam bene ostendit Friebel. Satyrogr. Frgm. p. 124. Cf. Photii lex. : Λιτύερσαν ᾠδήν τινα, ἣν ᾄδουσιν οἱ θερίζοντες ὡς ἐπίσημόν τινα γεγονότα τῶν παλαιῶν τὸν Λιτύερσαν ἀνακαλούμενοι· ἦν δὲ οὗτος μὲν δανὸς (recte Herm. Μίδου υἱός : cf. Athen. X, p. 415, B) νόθος· οἰκῶν δὲ Κελαινὰς κτλ.... ἡ δὲ ᾠδὴ βάρβαρος. Φρύγες γὰρ αὐτὸν ᾖδον. Λιτυέρσης εἶδος ᾠδῆς. Μένανδρος Χαλκηδονίῳ « ᾄδοντα Λιτυέρσην ἐπ' ἀρίστου τέως. » Mich. Apost. XII. 7 : (Ὁ Λιτυέρσης) εἰς τιμὴν δὲ τοῦ Μίδου θεριστικὸς ὕμνος ὑπ' αὐτοῦ συνετέθη. — Idem argumentum jam ante Sositheum Euripides quidem in Theristis tractaverat, sed is haud dubie Daphnidis historiam fabulæ non immiscuerat.

I. (2.)

Primam hujus dramatis notitiam Athenæo (X, p. 415, B) debemus hæc scribenti : Λιτυέρσας δὲ ἦν μὲν υἱὸς Μίδου νόθος, Κελαινῶν δὲ τῶν ἐν Φρυγίᾳ βασιλεύς, ἄγριος ἰδέσθαι καὶ ἀνήμερος ἄνθρωπος· ἀδηφάγος δ' ἰσχυρῶς· λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίθεος ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσᾳ οὕτως·

Ἔσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας· πίνει δ' ἕνα
καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.

Hæc pauca deinde Tzetzæ (Chil. II, 592 sq.) cura duobus versibus aucta, nostris autem temporibus multo pleniora atque correctiora exhibita sunt primum a Casaubono (Lectt. Theocr. c. 12, p. 265 sq.) e cod. ms., quem accuratius describere neglexit, deinde ab Heerenio ex anonymi libello De mulieribus (in Bibl. litt. et art. Gotting. 1790, fasc. 7, append. p. 9 sq. edito). Ubi hæc leguntur : Λιτυέρσης Μίδου υἱὸς νόθος, ὃν ὁ Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν ὄντα κακόξενον· ἠνάγκαζε γὰρ τοὺς ξένους

I.

Ut una volucres aquila sexcentas fugat, — Ita una bene docta anima turbam ignobilem. BG

συνθερίζειν αὐτῷ, εἶτα εὐωχῶν ἀπεκεφάλιζε. Τὰ δὲ σώματα ἐκόμιζεν ἐν τοῖς δράγμασιν, ὡς παραλελογισμένων. Ἱστορεῖ ταῦτα κατὰ μέρος Σοσίβιος (sic; corrige ex Athenæo Σωσίθεος) ἐν Δάφνιδι, λέγων οὕτως·

Αἵδ' αἱ Κελαιναὶ, πατρὶς, ἀρχαία πόλις,
Μίδου γέροντος, ὅστις ὦτ' ἔχων ὄνου
ἤνασσε, καὶ νοῦν φωτὸς εὐήθους ἄγαν.
Οὗτος δ' ἐκείνου παῖς, πατρὶ πλαστὸς νόθος,
μητρὸς δ' ὁποίας ἡ τεκοῦσ' ἐπίσταται,
ἔσθει μὲν ἄρτου τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
καλῶν μετρήτην τὸν δεκάμφορον πίθον·
ἐργάζεται δ' ἐλαφρὰ πρὸς τὰ σιτία,
ὄγμους θερίζων· τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Διόνυσον ὄμπνῃ συντίθησιν εἰς τέλος.
Χὤταν τις ἔλθῃ ξεῖνος ἢ παρὲξ ἴῃ,
φαγεῖν τ' ἔδωκεν, εἶτα κἀπεχόρτασεν,
καὶ τοῦ ποτοῦ προὔτεινεν, ὡς ἂν ἐν θέρει,
πλέον· φθονεῖν γὰρ τοῖς θανουμένοις ὀκνεῖ.
Ἐπισκοπῶν δὲ πεδία Μαιάνδρου ῥοαῖς
κηπευμάτων ἀρδευτὰ δαψιλεῖ πότῳ,
τὸν ἀνδρομήκη πυρὸν ἠκονημένῃ
ἅρπῃ θερίζει· τὸν ξένον δὲ δράγματι
αὐτῷ κυλίσας, κρατὸς ὀρφανὸν φέρει,
γελῶν θεριστὴν ὡς ἄνουν ἠρίστισεν.

Dedimus hoc fragmentum, quo fabulæ exordium contineri videtur, ex God. Hermanni (in Opusc. I, p. 55 sq.) recensione, quum nimis corrupte apud anon. De mul. circumferretur. Ibi enim legitur : vs. 1 αἴθ' αἱ κτλ. — Vs. 3 καὶ νοῦν φατὸς εὐειδοῦς ἄγαν, unde Casaub. ἤνασσε καὶ νοῦν φανὸς εὐειδής τ' ἄγαν. Heeren. ἤνασσε νοῦν ἄφατος καὶ εὐήθης ἄγαν effinxit. — Vs. 4 Anon. παῖς περίπλαστος. Tzetz. Chil. VI, 300, h. vs. citans præbet παράπλαστος. — Vs. 5 Anon. ἄρτους. Athen. l. c. αὐτὸς, sed tres optimi libri : αὐτούς. Arnald. ἄρτου τρεῖς ὄνους κανθηλίους, quod recepit Hermann. Heer. conj. ἄρτους τρεῖς ὅλους κανθηλίους. Eichstadt. ἄρτους τρεῖς ὄνου κανθηλίου. — Vs. 9 pro σιτία Tzetz. male φόρτια. — Vs. 10 Anon. ὄγμον θερίζει. — Vs. 11 Anon. δαίνυσί τ' ἔμπης συντιθ. Casaub. δεκάγυον ὄμπνην συντ. — Vs. 12 Anon. παρεξίῃ, et sic editores, sed nullum exstat vocabulum παρεξιέναι, quare sejunctis vocibus scripsi παρὲξ ἴῃ. — Vs. 13 Anon. ἔδωκεν εὖ καὶ 'πιχόρτασεν. Casaub. monstruose : εὖ καὶ εὖ 'πεχόρτασεν. — Vs. 15 Anon. ὤκνει (sic). — Vs. 16 Anon. ἐπιστατῶν Οἰδῆα Μαιανδρ. Casaub. ἐπεὶ δ' ἄγαν ἔδειξε. — Vs. 17 Anon. καρπεύτων. Casaub. et Heer. καρπευμάτων. — Vs. 18 Anon. ἠονημένη, quod correxit Casaub. — Vs. 21 γερῶν — ἠριστήσεν. Utrumque restituit Casaub.

II. (3.)

Pergit anon. De mul. l. c. : Ὅτι δ' ἀπέθανεν ὑφ' Ἡρακλέους φησὶ λέγων·

A. Θανὼν μὲν εἰς Μαίανδρον ἐρρίφη ποδὸς
ὥσπερ σόλος τις· ἦν δ' ὁ δισκεύσας ἀνὴρ —
B. τίς δή; A. Πύθοι' ἄν· τίς γὰρ ἀνθ' Ἡρακλέους;

Etiam hos vss. correxit G. Hermannus. Vs. 2 sq. enim erat σοφός τις ὥσπερ δίσκος. ἦν δ' ὁ ἰσκεύσας | Ἀνὴρ πυθιο — τίς γὰρ κτλ. Casaub. σόλος τις ὥσπερ· ἦν δ' ὁ ἰσκεύσας ἀνήρ | τις πυθιονίκης· τίς γὰρ κτλ. Heeren. σόλος τις ὥσπερ. B. ἦν δ' ὁ διδασκεύσας ἀνὴρ | τίς; A. Πυθιονίκης. B. τίς γὰρ κτλ. Quas conjecturas satis est verbo tetigisse.

2.

Hæ sunt Celænæ, antiqua urbs, patria
Midæ senis, qui asini auribus et
mente viri admodum stolidi instructus regnabat.
Hic vero (sc. Lytierses) illius nothus filius, patri
suppositus, sed cujus matris, genitrix scit;
comedit panis tantum, quantum portare possunt
tres asini clitellarii ter uno brevi die; bibit vero,
unam vocans metretam, decem amphorarum dolium.
Levia autem molitur ad cibos sulcorum
ordinem sequens metendo; sunt enim dies,
quibus Bacchum cibo continuo conjungit.
Ac si quis peregrinus accedat aut prætereat,
et cibum apponere ac dein eum saginare solet,
et potus plus porrigit, quam æstate fieri
solet : nam morituris aliquid invidere dubitat.
Campos vero invisens a Mæandri fluctibus
largo rigatos frugum potu,
triticum altitudine homini par acuta
falce demetit; hospitem vero ipsi
mergiti involutum capite privatum aufert,
ridens epulum, quo stultum messorem refecerit.

3.

A. Mortuus in Mæandrum jaciebatur pede
velut discus. Vir autem eum jaculatus erat.
B Quisnam? A. Audies. Quis alius præter Herculem?

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

E tragœdia Sosithei manasse etiam videntur, quæ narrat Eratosth. Catast. XXVIII, et ex Eratosthene Schol. Germ. 305, p. 72, Hygin. Poet. Astr. II, 27 (*Sagittarius*) : *Hunc complures Centaurum esse dixerunt, alii autem hac de causa negaverunt, quod nemo centaurus sagittis sit usus. Hic autem quæritur, cur equinis cruribus sit deformatus et caudam habeat ut Satyri. Dicunt enim nonnulli hunc esse Crotum nomine, Euphemes, Musarum nutricis filium, ut ait* SOSITHEUS, TRAGOEDIARUM SCRIPTOR : *eum domicilium in monte Helicone habuisse et cum Musis solitum delectari, nonnunquam etiam studio venationis exerceri. Itaque pro merita diligentia magnam laudem assecutum; nam et celerrimum in silvis et acutissimum a Musis factum esse. Pro quo studio illius petisse Musas a Jove, ut in aliquo astrorum numero deformaretur. Itaque Jovem fecisse, ut quum omnia illius artificia in uno corpore vellet significare, crura ejus equina fecisse, quod equo multum sit usus : et sagittas (pro ingenio) adjunxisse, ut ex his et acumen et celeritas esse videretur : caudam satyricam in corpore finxisse, quod non minus hoc Musæ, quam Liber Satyris sit delectatus.*

ΛΥΚΟΦΡΩΝ.

Paullo copiosior, quam de Sositheo, Suidas de Lycophrone est hæc scribens : Λυκόφρων, Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας, υἱὸς Σωκλέους, θέσει δὲ Λύκου τοῦ Ῥηγίνου (cf. Suid. et Eudoc. p. 284, s. v. Λύκος), γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν· ἔστι γοῦν εἷς τῶν ἑπτὰ, οἵτινες Πλειὰς ὠνομάσθησαν. Εἰσὶ δὲ καὶ τραγῳδίαι αὐτοῦ Αἴολος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἱκέται, Ἱππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Λάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους αʹ, βʹ, Ὀρφανός, Πενθεύς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος. Attamen ab eo non omnes Lycophronis fabulas afferri ex iis liquet, quæ Tzetz. ad Lyc. p. 262 et 270 habet : Ἀλλαχοῦ δὲ οὗτος ὁ Λυκόφρων τραγικός ἐστι ξδʹ (cod. Barocc. ξςʹ) ἢ μςʹ τραγῳδιῶν δράματα γεγραφώς. De fabulis satyricis uterque tacet; sed Lycophronem a dramate satyrico minime abhorruisse, docet ejus Μενέδημος, cujus fragmenta Athenæus et Diogenes Laertius memoriæ prodiderunt. Perquam dubium vero est, num idem Lycophro, ut Suid. et Tzetz. opinantur, etiam carmen, quod Alexandræ sive Cassandræ nomine inscriptum est, composuerit : nam quum multa eo in carmine insint, quæ Ptolemæi Philadelphi temporibus scribi nullo pacto potuerunt, aut carmen interpolatum aut ab alio Lycophrone fictum esse statuendum videtur. Sed ea de re, quæ jam veteri Scholiastæ ad Cass. 1226 (ἐντεῦθεν περὶ Ῥωμαίων λέγει· καὶ Λυκόφρονος ἑτέρου νομιστέον εἶναι τὸ ποίημα, οὐ τοῦ γράψαντος τὴν τραγῳδίαν· συνήθης γὰρ ὢν τῷ Φιλαδέλφῳ, οὐκ ἂν περὶ Ῥωμαίων διελέγετο) et post eum multis ætatis nostræ viris doctis offensioni fuit (quos maximam partem nominat Welck. Trag. Gr. p. 1259 sq.), quæstio admodum difficilis atque lubrica est, neque cum hujus libri argumento cohæret; quare alia opportunitate data eam absolvere conabimur. Ut autem ad Lycophronem, qui Pleiadi Tragicæ adnumerabatur, revertamur, memorabilia sunt quæ leguntur apud Anon. Gramm. in Crameri Anecd. Gr. Paris I, p. 6, 5 : Ἰστέον ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προτραπέντες τὰς σκηνικὰς διώρθωσαν βίβλους, Λυκόφρων μὲν τὰς τῆς κωμῳδίας, Ἀλέξανδρος δὲ τὰς τῆς τραγῳδίας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς σατυρικάς. (Eadem præbet gramm. Lat. in scholio Plautino, quod Ritschelius in libro, qui inscriptus est : Bibliothecæ Alexandrinæ primis Ptolemæis regnantibus etc. Vratisl. 1838, p. 3, primus edidit.) Nam mirum profecto est, quod comœdiæ poetæ tragico ordinandæ sunt commissæ. — Lycophronem haud mediocriter tragœdiis excelluisse, quum inde, quod veteres eum Pleiadi tragicæ ascribere non dubitarunt, tum ex eo colligi potest, quod Menedemus philosophus Diog. L. II, 133, teste Lycophronem præcipue propter tragœdias magni existimavit. Nihil vero de iis, quum tantummodo unum fragmentum supersit, præter titulos scimus, neque ex his aliud quidquam, quam illud unum cognoscitur, poetam nova argumenta captasse. Nam inter fabulas priorum poetarum non commemorantur Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Κασσανδρεῖς, Μαραθώνιοι, Ὀρφανὸς, Σύμμαχοι, quarum argumenta ne conjectura quidem divinari possunt. Plura autem de dramate Lycophronis satyrico, *Menedemo*, scimus.

ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ

Tradit enim Athen. II, p. 55, C (cf. fgm. 2), collat. X, p. 420, B (fgm. 1), Lycophronem peculiari dramate satyrico Menedemum, philosophum scholæque Eretriensis auctorem, perstrinxisse atque illud drama vel Menedemi nomine inscripsisse. Quibus illud confirmatur, quod jam ad Pythonis Agenem affirmavimus, drama satyri-

cum isto tempore a quibusdam poetis ita immutatum esse, ut propius ad comœdiam, quam ad veterem poesim satyricam accesserit.

I. (1.)

Athen. X, p. 420, B : Μαρτυρεῖ δὲ καὶ περὶ τούτων (sc. τῶν τοῦ Μενεδήμου δείπνων) Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς, γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν οἷς φησιν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς Σατύρους·

Παῖδες κρατίστου πατρὸς ἐξωλέστατοι,
ἐγὼ μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, στρηνιῶ·
δεῖπνον γὰρ οὔτ' ἐν Καρίᾳ, μὰ τοὺς θεοὺς,
οὔτ' ἐν Ῥόδῳ τοιοῦτον οὔτ' ἐν Λυδίᾳ
κατέχω δεδειπνηκώς. Ἄπολλον, ὡς καλόν.

Facile intelligitur, Silenum modo redeuntem a cœna quadam, quam ipsius Menedemi fuisse omnes intellexerint spectatores, hujus apparatum descripsisse et ejusmodi epulas philosophicas, quibus convivæ magis sententiis sermonibusque, quam cibis refecti sint (cf. fgm. II, III), satyris commendasse. — Vs. 1 pro πατρὸς omnes libri habent παιδὸς, quod correxit Canter. Nov. Lectt. VI, 17.

II. (2.)

ergit Athen. l. c. Καὶ προελθὼν

Ἀλλὰ κυλίκιον
ὑδαρὲς ὁ παῖς περιῆγε τοῦ πεντωβόλου,
ἀτρέμα παρεξεστηκός· ὅ τ' ἀλιτήριος
καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
θέρμος, πενήτων καὶ τρικλινίου συμπότης·

Vss. 4, 5, præbet Athenæus etiam lib. II, p. 55, D, his verbis præmissis : Λυκόφρων δ' ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραφεν εἰς Μενέδημον τὸν φιλόσοφον, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Ἐρετρικῶν ὠνομάσθη αἵρεσις, διασκώπτων τῶν φιλοσόφων δεῖπνά φησι « καὶ δημόκοινος κτλ. — Vs. 3 Toup. correxit παρεξεστηκότος, ἀλιτήριος κτλ., quod, si pro ἀλιτήριος scribitur ἀλιτήριος et post παρεξέστηκότος interpungitur, recipiendum videtur. Neminem enim opinor anapæstus in quarto pede trimetri satyrici offendet.

III. (3.)

Pergit Athen. l. c. Ἑξῆς δέ φησιν ὅτι ζητήσεις ἦσαν παρὰ πότον·

Τράγημα γὰρ
ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

Ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖον ὁ ὄρνις κατελάμβανε τὴν ἕω καλῶν, τοῖσι δὲ οὐδέπω κόρος. Lycophronis verba pleniora exhibent Diog. Laert. II, 140, et Hesych. v. Τράγημα :

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἡ βαιὰ κύλιξ
αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον, τράγημα δὲ
ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

Præterea Friebel. Satyr. Gr. p. 104 ex Athenæi verbis, in quibus sane versuum vestigia comparent, hos vss. elicuit :

καὶ πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐς πλέον
κατελάμβανεν καλῶν ὁ ὄρνις τὴν ἕω,
κόρος δὲ τοῖσιν οὐδέπω.

in quibus certe hiatum vitare debebat scribendo τις ὄρνις vel alio quocunque modo.

ΠΕΛΟΠΙΔΑΙ.

Quamvis hujus fabulæ unum tantum fragmentum supersit, tamen propter titulum vix potest dubium esse, quin ea Atrei et Thyestæ historia quam aliquoties attigimus, expressa fuerit.

I. (4.)

Stob. CXIX, 13. c. l. Λυκόφρονος ἐκ Πελοπιδῶν.

Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν μὲν ᾖ πρόσω τὸ κατθανεῖν
Ἅιδης ποθεῖται τοῖς δεδυστυχηκόσιν·
ὅταν δ' ἐφέρπῃ κῦμα λοίσθιον βίου,
τὸ ζῆν ποθοῦμεν· οὐ γάρ ἐστ' αὐτοῦ κόρος.

In his Thyestam loquentem audire mihi videor.

1.

Fortissimi parentis filii perditissimi!
Ego nunc vobis, ut videtis, gestio :
cœnam quippe nec in Caria, per deos,
nec Rhodi talem, nec in Lydia,
cœnare memini. Apollo, quam fuit præclara !

2.

Pocillum vero puer
aquosum circumferebat vini quinquobolaris,
vapidi propemodum : tum exsecrandus ille
carnifex in mensa saltabat frequens
supinus, pauperum et tricliniorum conviva.

3.

Quippe post brevem cœnam exigua calix
inter eos circumfertur ad modum : pro bellariis
vero proponuntur sermones morum castigatores;
ac sæpe eos colloquia longius protrahentes
avis deprehendit auroram annuntians,
iis vero nondum est (sermonum) satietas.

4.

Mortem remotam poscit ardenti prece,
Quemcunque dura clade fortuna opprimit.
At quum supremus volvitur fluctus, redit
Vitæ cupido : non enim satias tenet. GR.

Præter hæc fragmenta grammatici et lexicographi paucis quibusdam locis propter vocabula quædam inusitatiora ad Lycophronem respexerunt; sed quum ista vocabula non in ejus tragœdiis, sed in scriptis grammaticis ac præcipue in libro Περὶ κωμῳδίας, in quo eum multas λέξεις κωμικὰς explicuisse veri simile est, locum habuisse videantur, ea hoc loco prætermisi. Attamen si quis eas cognoscere velit, inspiciat Phot. Lex. v. σακίζειν, v. σεσελλίσαι, v. τευτάζειν. Mich. Apost. XVII, 34; XVIII, 40. Etym. M. v. Σαπέρδης, Hesych. v. κατειλυπωμένην, v. πύππαξ, v. τευτάζειν, Schol. Plat. p. 369; cf. Athen. VII, p. 278, B; XI, p. 485, D; XIII, p. 555, A. Nec Lycophronis sententias omnibus probatas fuisse, inde liquet, quod contra eum scripserunt Diodorus et Eratosthenes grammatici; cf. Athen. XI, p. 501, D.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Plures Alexandri in antiquitate famam sunt nacti, de quibus singillatim agere huc non attinet; inter eos vero duo fuere poetæ scenici, alter tragicus, alter comicus, ætate non nimium diversi. De tragico hæc tradit Suidas (conspirante Eudocia p. 62): Ἀλέξανδρος Αἰτωλὸς, ἐκ πόλεως Πλευρῶνος, υἱὸς Σατύρου καὶ Στρατοκλείας. Οὗτος καὶ τραγῳδίας ἔγραψεν, ὡς καὶ τῶν ἑπτὰ τραγικῶν ἕνα κριθῆναι, οἵπερ ἐπεκλήθησαν ἡ Πλειάς. Comicus, Aristionis filius, Atheniensis, ex inscriptione, quam Bœckhius in Corp. Inscr. I, p. 765, publicavit quamque ad Ol. CLXV pertinere perquam probabiliter ostendit, innotuit. Uterque facile commutari potuit ac sine dubio revera commutatus est. Nam quanquam tragicus vulgo *Ætoli* cognomine ab aliis ejusdem nominis scriptoribus distingui solet (cf. Paus. II, 22, 7, Schol. Hom. Il. XVI, 233, Gell. N. A. XV, 20, Macrob. V, 22, Strab. XII, p. 566; XIV, p. 681, Athen. VII, p. 283, A; p. 296, E, Parthen. 14, Tzetz. ad Lyc. 266, etc.) et semel adeo ab Athenæo (XV, p. 699, B) ὁ Αἰτωλὸς ὁ τραγῳδιοδιδάσκαλος vocatur, tamen exstant loci simpliciter ad Alexandrum quendam relati, quorum alii, velut Anthol. Pal. I, 709, tantummodo ad Ætolum, alii vero etiam ad Alexandrum comicum vel alios referri possunt. De qua re infra videbimus. Ætolum Olymp. CXXIV vel CXXV floruisse, non modo inde, quod is unus ex Pleiade tragica fuit et sub Ptolemæo Philadelpho, ut ad Lycophronem docuimus, in bibliotheca Alexandrina poetarum tragicorum in ordinem redigendorum munere functus est, liquet, sed apertis verbis etiam traditur ab auct. Vit. Arati p. 431 (Biogr. Gr. ed. Westerm. p. 54): Γέγονε δ' Ἀντίγονος κατὰ τὴν ρκε' Ὀλυμπιάδα, καθ' ὃν χρόνον ἤκμασεν ὁ Ἄρατος καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός. Μέμνηται δὲ τοῦ κατόπτρου Εὐδόξου καὶ Ἀντιγόνου καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Αἰτωλοῦ καὶ ὡς ἠξιώθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως γράψαι ἐν ταῖς ἰδίαις ἐπιστολαῖς Ἄρατος. Ex eadem Arati Vita (p. 53 Westerm. l. c.) simul cognoscitur, Alexandrum aliquamdiu apud Antigonum in Macedonia vixisse, quod post Ptolemæi Philadelphi mortem (Ol. CXXXIII, 2) factum esse suspicor. Præter tragœdias is et alius generis poemata et libros oratione pedestri conscripsit, de quibus disserere ab hujus libri proposito alienum est. Atque ea quæstione eo libentius supersedemus quo diligentius post Næk. Sched. crit. p. 7 sq. peculiari libello in Alexandri vitam et scripta Aloysius Capellmannus (Alexandri Ætoli fragmenta collecta et illustrata. Bonnæ, 1829) inquisivit. Quare nos statim ad ejus tragœdias convertimus, quanquam verentes ne infecta re nobis abscedendum sit. Nam neque quot fabulas Alexander scripserit neque quæ argumenta sibi sumpserit tractanda, compertum habemus. Commemorantur quidem quattuor Alexandri cujusdam fabulæ, Διόνυσος, Ἑλένη, Πότος et Τίγων (sic), sed eas pariter atque versum, quem Stobæus sine nomine fabulæ attulit (fragm. 5.), Meinek. Hist. crit. com. p. 488 non tragico sed comico assignat. Aliis fortasse pro Alexandri nomine aut Alexandridis seu potius Anaxandridis aut Alexidis nomen restituendum videbitur. Verumtamen equidem nec in fabularum illarum titulis nec in fragmentis quidquam reperire possum, quod a tragœdia abhorreat; quare, etiamsi fabulas Alexandri Ætoli esse confidenter affirmare noluerim, tamen posse eas ab hoc poeta scriptas esse minime negaverim. Nam *Dionysum* et *Helenam* etiam alii poetæ scripserunt: Πότος fortasse drama satyricum fuit, quod nescio an in Dionysum et Helenam quoque cadat; in Τίγωνι autem, quid latere mihi videatur, infra patefaciam. De singulis igitur videamus.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

I. (1.)

Schol. Ven. ad Il. α', 216: Ἀπὸ τοῦ χρῶμαι τὸ δεύτερον τῆς κοινῆς διαλέκτου ἐστὶ χρᾷ, Ἰωνικῶς, Ἀττικὸν δὲ χρῇ, ὡς εἴρηται Ἀλεξάνδρῳ ἐν Διονύσῳ·

Ἰδοὺ κάτοπτρον · εἰπέ μοι τούτῳ τί χρῇ;

1.

A. Vide speculum. — B. Dic quid eo opus sis.

Sic correxit G. Hermannus El. Doctr. metr. p. 145, pro eo, quod Schol. habuit: εἰπέ μοι τίχρῇ τούτῳ. Versus optime in dramate satyrico locum habuit, quin etiam in tragœdia ferri potuit.

ΕΛΕΝΗ.

I. (2.)

Phrynich. Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. p. 96, 33 : Εὐορκησία· Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ·

ΠΟΤΟΣ.

I. (3.)

Athen. IV, p. 170, E : Ζητητέον δὲ, εἰ καὶ ὁ τραπεζοκόμος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τραπεζοποιῷ. Ἰόβας γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς Ὁμοιότησι τὸν αὐτὸν εἶναί φησι τραπεζοκόμον καὶ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενον στρούκτωρα, παρατιθέμενος ἐκ δράματος Ἀλεξάνδρου, ᾧ ἐπιγραφὴ Πότος·

Εἰς αὔριόν με δεῖ λαβεῖν αὐλητρίδα·
τραπεζοποιὸν, δημιουργὸν λήψομαι·
ἐπὶ τοῦτ' ἀπέστειλ' ἐξ ἀγροῦ μ' ὁ δεσπότης.

Recte monuit Capellmann. l. c. p. 45, servi hæc verba esse videri a domino missi, ut omnia, quæ ad compotationem necessaria essent, arcesseret. Num vero iis, ut idem coniecit, fabulæ exordium contineatur, decernere non ausim.

ΤΙΓΩΝ.

I. (4.)

Athen. XI, p. 496, C : Προχύτης, εἶδος ἐκπώματος, ὡς Σιμάριστος ἐν τετάρτῳ Συνωνύμων. Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν ἐλεγείοις (fgm. 50 ed. Kœpk.) « Ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέραπες Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις. Φιλητᾶς δ' ἐν Ἀτάκτοις ἀγγεῖον ξύλινον, ἀφ' οὗ τοὺς ἀγροίκους πίνειν. Μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Τίγονι. Quid in corruptis verbis lateat, haud facile quisquam exploret : quibus emendandis viri docti frustra adhuc operam dederunt. Casaub. conjecit : Ἀλέξανδρος ἐν Ἁλιεῖ, vel. Ἄλεξις ἐν Ἀγῶνι. Villebrun. Ἄρχιππος ἐν Ῥίνωνι. Schweigh. ἐν Τρυγόνι. Capellmann. p. 18 Ἀντιφάνης ἐν Τίμωνι. Friebel. Satyr. Gr. p. 75 adnot. 59, Ἀλέξανδρος ἐν γ' Ἰωνικῶν, quod probarem, quum Alexander Ætolus revera Ἰωνικὰ, quanquam vix hoc titulo, scripsit (cf. Athen. XIV, p. 620, E), nisi ad literarum ductus multo propius accederet conjectura, quæ in mentem mihi venit : Ἀλέξανδρος Ἀντιγόνῃ vel ἐν Ἀντιγόνῃ. In qua nec propterea opinor, quisquam hærebit, quod Antigone alibi non commemoratur : — nam etiam de reliquis Alexandri fabulis veteres tacent — nec ideo, quod ita poculi mentio in tragœdia fiat. Nam cf. Soph. OC. 175, 473, 1589, fragm. ed. Ahrens. 264, 199, Eurip. Alc. 759, Iph. A. 1061, 1052, Bacch. 384, 686, Ion. 1177, 1192, 1195, fgm. 155, etc. Præterea voce προχύτης etiam Ion usus erat.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (5.)

Stob. LXVII, 12, c. l. Ἀλεξάνδρου.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή.

Ad eundem locum respexit Clem. Alex. Pæd. III, § 67, p. 293 P. : Συλλήβδην γοῦν ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστιν ἀνδρεία γυνὴ, ἥτις σῖτα ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγεν κτλ. Quem primus ad Alexandrum Ætolum rettulit Næk. Sched. crit. p. 7, quum alii eum ex Euripidis Alexandro petitum arbitrarentur. Sed ipsi jam ad calcem Euripideæ fabulæ monuimus, versum Euripideum esse vix posse.

II. (6.)

Schol. Theocr. VIII, 1 : Σωσίθεος δὲ λέγει, Δάφνιν γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν κρινάντων, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν μουσικήν. Pertineatne hic locus ad tragœdiam an ad aliud Alexandri poema, dubitari potest.

2.

Tenacitas juris jurandi.

3.

In crastinum diem me ascire oportet tibicinam,
mensarum structorem, artificem sumam.
Propterea dominus me ex agro huc misit.

4.

Προχύτης, species poculi — — Philetas esse dicit vas ligneum, ex quo rustici bibant. Ejus etiam meminit Alexander in Antigona (?)

5.

Virtutis cella penuaria est proba uxor.

6.

Sositheus dicit, fuisse Daphnin, abs quo victus sit Menalcas Pane et Nymphis judicibus; ei autem nuptam esse Thaliam. Alexander vero Ætolus Marsyam a Daphnide musicam didicisse refert.

ΦΙΛΙΣΚΟΣ.

Ut Alexandri, ita duo vel adeo tres fuerunt Philisci, poetæ scenici, alter comicus, alter tragicus, nisi forte duos tragicos fuisse existimandum est, quamvis de uno tantum Suidas verba faciat hæc scribens : Φιλίσκος, Κερκυραῖος, Φιλώτου υἱός, τραγικὸς καὶ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου ἐπὶ (ὑπὸ 4 codd.) τοῦ Πτολεμαίου Φιλαδέλφου γεγονώς· καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ Φιλίσκιον μέτρον προσηγορεύθη, ἐπείπερ αὐτῷ ἐνεδαψιλεύετο· ἔστι δὲ τῆς δευτέρας τάξεως τῶν τραγικῶν, οἵτινές εἰσιν ζ', καὶ ἐκλήθησαν Πλειάς· αἱ δὲ τραγῳδίαι αὐτοῦ εἰσι μβ'. Alium enim Philiscum tragicum, Æginetam, commemorant Julianus et Diogenes Laert. (locis quos ad Diogenem Œnomaum, quem vocant, attulimus), eumque cum Diogene cynico et familiaritate et philosophiæ professione conjunctissimum fuisse tradunt. Sed de eo haud temere dubitavit Næk. Sched. crit. p. 25. Nam ut omittamus, Julianum scripsisse : Φιλίσκον τινὰ Αἰγινήτην, quod vix fecisset, si notum tragicum in mente habuisset, id maxime dubitationis aliquid affert, quod ab iisdem scriptoribus, qui Philiscum Æginetam tragicum commemorant, Diogenes Atheniensis tragicus cum Diogene Sinopensi, philosopho cynico, confusus est. Negari tamen nequit, etiam aliam rationem cogitari posse. Quid enim? si Philiscus Ægineta ejus generis tragœdias scripserit, quales a Diogene Cynico compositas esse supra probabile nobis visum est. Quod, si utriusque viri familiaritatem considero, haud improbabile ducam. Qui eo facilius cum Corcyræo commutari potuerit, quum ejus ætatem fere attingeret. (Diogenes Sinopensis mortem obiit Ol. CXIV, 1.) Sed utcumque res fuit, is certe Philiscus, qui in Pleiade tragica fuit, Corcyram habuit patriam. Cujus e vita nihil compertum habemus, nisi illud unum, fuisse eum Dionysi sacerdotem (cf. Athen. V, p. 198, C. De Corcyræo sermonem esse intelliges collat. p. 196, A). Præterea grammatici (cf. Suid. l. c. Hephæst. c. 9 : Φίλικος δὲ ὁ Κερκυραῖος, εἷς ὢν τῆς Πλειάδος, ἑξαμέτρῳ συνέθηκεν ὅλον ποίημα· « Τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε Περσεφόνῃ καὶ Κλυμένῳ τὰ δῶρα. » Τοῦτο δὲ καὶ ἀλαζονεύεται εὑρηκέναι Φίλικος λέγων· « καινογραφοῦς συνθέσεως τῆς Φιλίκου, γραμματικοί, δῶρα φέρω πρὸς ἡμᾶς. » Tricha De metr. p. 28; Terent. Maur. vs. 1883; Atil. Fortun. p. 2678; Marius Plot. p. 2655) Philiscum metri cujusdam inventorem esse, quod eo nomen *Philiscium*, s. *Philicium* traxerit. Ex eo autem, quod poeta in versu ab Hephæstione servato semet ipsum *Philicum* vocavit, multi viri docti, quorum princeps est Nækius Sched. crit. p. 18 sq., collegerunt, omnino illius nomen non *Philiscum*, sed *Philicum* fuisse. Ac sane ita et Hephæstio ipse et alter ejus Scholiasta scripsit; alter vero et omnes reliqui scriptores inserto σ nomen tradunt. Quo accedit, quod *Philici* nomen in tota antiquitate non amplius occurrit, sæpius autem *Philisci*, ut dubitari vix possit, quin vulgata forma Φιλίσκος fuerit. Quoniam vero poeta ipse se *Philicum* vocavit, etiam hanc nominis formam, quanquam minus usitatam, tamen non plane inusitatam fuisse statuendum erit. Atque sic etiam Næk. l. c. p. 27 statuisse videtur, probante Welck. Trag. Gr. p. 1266, not. 44. De *Philisci* fabulis memoriæ nihil est proditum, nisi forte ei vindicandum est drama Θεμιστοκλῆς, quod quidem inter Philisci comici fabulas circum fertur, vix autem, ut præclare Meinek. Hist. crit. com. p. 424, 523, monuit, comœdia esse potuit. *Themistoclem* tragœdiam vero etiam Moschio scripserat. — Fragmenta Philisci præter unum ætatem nulla tulerunt.

I. (1.)

Stob. XXIX, 40.

Οὐκ ἔστιν, ὦ μάταιε, σὺν ῥαθυμίᾳ
τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν.

Cur Meinekius (Poet. com. III, p. 580) hos vss. inter Philisci comici reliquias receperit, equidem causæ nihil reperio.

II. (2.)

Stob. IX, 21, c. l. Φιλήμονος. Par. A. Παλαμήδι

Τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι καὶ θεοῖς
ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖ μόνον.

Grotius hunc vs. Philisco tragico tribuit, consentiente, ut videtur, Meinekio Poet. com. IV p. 17, qui etiam vs. 1 κἂν pro καὶ probabiliter correxit. Grotii conjecturæ si quid tribuendum sit,

1.

O stolide, non sic agitur, ut multo otio
Præmia laborum non laborantes ferant.

GR.

2.

Sola inter homines atque cœlestes deos
Justitia laudes semper æternas habet.

GR.

Philisco *Palamedem* assignare oporteat. Sed id perquam incertum est.

ΣΩΣΙΦΑΝΗΣ.

De Sosiphane tradit Suid. s. v. Σωσιφάνης, Σωσικλέους, (male Eudoc. p. 384 Σωσιφάνης ὄνομα κύριον υἱὸς in cod. V.; in reliquis: Σωσιφάνης, ὁμοίως κύριον. Σωσικλῆς Συρακούσιος κτλ. unde Suidas in quibusdam libris depravatus est,) Συρακούσιος, τραγικός· ἐδίδαξε δράματα σγ', ἐνίκησεν δὲ ζ'. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ζ' τραγικῶν, οἵτινες ὠνομάσθησαν Πλειάς· ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν τελευταίων χρόνων Φιλίππου· οἱ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος· τελευτᾷ δὲ ρια' ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ ριδ'· οἱ δὲ ἀκμάσαι αὐτὸν γράφουσι. Numeros ρια' et ριδ' Clintonus recte, ut videtur, in ρκα' et ρκδ' mutavit, siquidem Sosiphanes unus ex Pleiade fuit. Item in fine post γράφουσι Kuster. et Næk. l. c. p. 1 haud improbabiliter numerum excidisse statuunt, nisi forte, quod eidem Nækio in mentem venit, scribendum est: — — ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ ριδ' ἀκμάσαι αὐτὸν γράφουσι. Utcumque autem de testimoniis, quæ Suidas de Sosiphanis ætate affert, statuis, tamen negare vix poteris, Sosiphanem paullo antiquiorem esse reliquis Pleiadis poetis. De cujus vita ac fabulis nihil compertum habemus, quod eo magis dolendum est, quo clarius e paucissimis, quæ supersunt, fragmentis eluceat, eum facultate poetica vix optimis antiquæ tragœdiæ poetis cessisse. Verumtamen unius fabulæ titulum, *Meleagrum*, servavit Schol. Apoll. Rhod. (fgm. 1) cui fortasse aliqua tragœdia, cujus argumentum ex historia Thebana petitum fuit, addenda est. Cf. fgm. 4.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

De argumento vide quæ ad Euripidis Meleagrum disputavimus.

I. (1.)

Schol. Apoll. Rhod. III, 533: Διὸ καὶ μέχρι τῶν Δημοκράτους χρόνων πολλοὶ τὰς ἐκλείψεις καθαιρέσεις ἐκάλουν. Σωσιφάνης ἐν Μελεάγρῳ·

Μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη,
πάντες λέγουσιν, ὡς καθαιρεῖ· καὶ γὰρ ἂν
ψευδὴς Σελήνης αἰθέρος καταίβασις.

Apud Schol. tantummodo verba: μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη ψευδὴς Σελήνης αἰθέρος καταίβασις, legebantur, sed reliqua præclare Næk. l. c. p. 29 ex Natalis Comitis Mythologia (lib. III, c. 17, p. 252 ed. Genev.) supplevit. Idem etiam versus ab aliis aliter intellectos mea sententia bene sic explicuit: Luna vi deripitur a puellis, quod omnes affirmant: fabula enim descensus (καταίβασις) voluntarius ad Endymionem.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Stob. XX, 18.

Νῦν σοι πρὸς ὄψιν θυμὸς ἡβάτω, γέρον,
νῦν δεῖ γὰρ ὀργὴν, ἡνίκ' ἔνδικον, λαβεῖν.

In Paris. A locus deest. Vs. 2 legebatur: νυνὶ δεῖ ὀργὴν κτλ., quod correxit Nækius l. c. p. 28. Grot. dederat: νυνὶ δεῖ γ' ὀργὴν ἡνίκ' ἐνδίκου λαβεῖν.

II. (3.)

Stob. XXII, 3.

Ὦ δυστυχεῖς μὲν πολλὰ, παῦρα δ' ὄλβιοι
βροτοὶ, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις,
ἃς ἕν τ' ἔδωκε φέγγος, ἕν τ' ἀφείλετο;
ἣν δ' εὐτυχῆτε μηδὲν ὄντες, εὐθέως
ἴσ' οὐρανῷ φρονεῖτε, τὸν δὲ κύριον
Ἅδην παρεστῶτ' οὐχ ὁρᾶτε πλησίον.

Vs. 2 τί σφόδρα σεμν. Paris B a man. sec. — Vs. 6 Ἃ δὴ — — πλούσιον Voss., B, Trinc.

III. (4.)

Schol. Eurip. Phœn. 1017: Σωσιφάνης ὁ τραγικὸς ὑπὸ τοῦ Λαΐου φησὶ τεθνηκέναι τὸν Μενοικέα, Νικόστρατος δὲ ὑπὸ τῆς Σφιγγός. Egregie monuit

---

1.

Quævis Thessalica puella, ut omnes narrant,
magicis carminibus lunam detrahit; falsus enim
sit Lunæ de æthere descensus (voluntarius).

2.

At nunc tibi ira purpuret vultum, senex,
Quum jus et æquum poscit, irasci decet.

GR.

3.

O pauca felix, multa miserandum genus,
Homines, quid illa imperia vos reddunt feros.
Quæ sæpe donat una, sæpe aufert dies?
Si faverit fortuna, quum sitis nihil,
Cœlo levatis capita, nec de proximo
Respicitis orcum, regna qui in reges habet.

GR.

4.

Sosiphanes tragicus Menœceum per Laium, Nicostratus per Sphingem vitam amisisse dicit.

Welck. l. c. p. 1267, hæc verba ad tragœdiam spectare, cujus argumentum e fabulis Thebanis petitum fuerit.

ΔΙΟΝΥΣΙΑΔΗΣ

Hujus poetæ præter Schol. Hephæst. l. c. etiam mentionem fecerunt Suid. s. v. Διονυσιάδης, Φυλαρχίδου, Μαλλώτης, τραγικός· ἦν δὲ οὗτος τῶν τῆς Πλειάδος καὶ γέγραπται αὐτῷ μεταξὺ ἄλλων καὶ χαρακτῆρες ἢ Φιλοκωμῳδὸς (sic recte Meinek. Hist. crit. com. p. 12, pro vulg. Φιλοκωμῳδοὶ), ἐν ᾧ τοὺς χαρακτῆρας ἀπαγγέλλει τῶν ποιητῶν· et Strabo l. XIV, p. 675 : Ποιητὴς δὲ τραγῳδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμουμένων Διονυσιάδης. Cujus judicio si confidendum est, Dionysiadæ fabulas nobis perditas esse inprimis deplorare oporteat.

Hæc sunt, quæ de Pleiade dicenda mihi videbantur. Quibus, ne nudos nominum catalogos adderem, statim incertorum poetarum tragicorum fragmenta subjungere constitueram ; sed quum pauci quidam poetæ ejusdem fere ætatis aliquam famam nacti sint, verbo certe eos attingere volui.

ΕΥΦΑΝΤΟΣ.

Euphanti memoriam servavit Diog. Laert. (II, 110), hæc scribens : Εὐβουλίδου δὲ καὶ Εὔφαντος γέγονεν ὁ Ὀλύνθιος, ἱστορίας γεγραφὼς τὰς κατὰ τοὺς χρόνους τοὺς ἑαυτοῦ· ἐποίησε δὲ καὶ τραγῳδίας πλείους, ἐν οἷς εὐδοκίμει κατὰ τοὺς ἀγῶνας· γέγονε δὲ καὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως διδάσκαλος (Antigonus Macedoniæ regnum suscepit Ol. CXVIII)· πρὸς ὃν καὶ λόγον γέγραφε περὶ βασιλείας σφόδρα εὐδοκιμοῦντα.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ Ο ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ.

Æschylum Alexandrinum commemorat Athen. XIII, p. 599, E, his verbis :

Τίς δ' ἔστ' ἀνάγκη δυστυχεῖν ἐν πλείοσιν,
ἐξὸν σιωπᾶν κἂν σκότῳ κρύπτειν τάδε ;

Αἰσχύλος ἔφη ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἐν Ἀμφιτρύωνι· οὗτος δ' ἐστὶν Αἰσχύλος ὁ καὶ τὰ Μεσσηνιακὰ ἔπη συνθεὶς, ἀνὴρ εὐπαίδευτος. — Utrum Amphitryo tragœdia an comœdia fuerit, viri docti dubitarunt ; sed orationis color potius cothurnum quam soccum prodere videtur. De tempore, quo hic Æschylus vixit, nihil constat.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ Ο ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ.

Ptolemæus IV, Philopator, qui inde ab Ol. CXXXIX, 3 usque ad Ol. CXLIII, 4 regnavit, non modo literis artibusque favisse, sed tragœdias etiam composuisse dicitur a Schol. Aristoph. Thesm. 1059 : ... ἐπεὶ εἰσήγαγε κακοστένακτον τὴν Ἠχὼ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ, εἰς τοῦτο παίζει Ἀριστοφάνης· ἐζήλωσε δὲ αὐτὸν Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐν ᾗ πεποίηκε τραγῳδίᾳ Ἀδώνιδι, περὶ ἧς ὁ ἐρώμενος αὐτῷ Ἀγαθοκλῆς γέγραφεν, ὁ ἀδελφὸς τῆς ἐρωμένης αὐτοῦ πάλιν Ἀγαθοκλείας. Mirum est quod potissimum reges in *Adonidis* argumento occupati fuerunt : ante Ptolemæum enim *Adonidem* a Dionysio compositam esse supra monuimus.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

Hunc tertium Sophoclem commemorant Suid. : Σοφοκλῆς, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ λυρικὸς, ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ· γέγονε δὲ μετὰ τὴν Πλειάδα ἤτοι μετὰ τοὺς ζ' τραγικοὺς, οἵτινες ὠνομάσθησαν Πλειάς. Δράματα αὐτοῦ ιε'· et inscriptio Orchom. in Bœckhii Corp. Inscr. I, 1584, unde hunc poetam circa Ol. CXLV floruisse probabile est.

Quid enim necesse est multis verbis amplificare miseriam, | quum tacere liceat et tenebris hæc obtegere.

INCERTORUM POETARUM TRAGICORUM FRAGMENTA.

I.

Fragm. poet. græc. e papyro Paris. n. IX, p. 4 ed. Letronn. (Paris. 1838.)

Οὐκ οἶδ' ὅπως χρὴ [τὸν] σαφῶς κατειδότα
τῆς Ἡρακλείας φροντίδος κατηγορεῖν.

Euripidis versus esse suspicatur Letronnius.

II.

Ibid. nr. XV, p. 6.

Οὐκ οἶδα· τἀληθὲς γὰρ ἀσφαλὲς φράσαι.

Similis est locus Æsch. Agam. 606 (628) sq.

III. IV.

Clem. Alex. Strom. II, 15, § 63, p. 462 P. : Ἀλλ' οὐδὲ Αἴας σιωπᾷ, μέλλων δὲ ἑαυτὸν ἀποσφάττειν, κέκραγεν· οὐδὲν οὖν ἦν πῆμα ἐλευθέρου ψυχὴν δάκνον οὕτως ὡς ἀνδρὸς ἀτιμία·

Οὕτως πέπονθα καί με συμφορᾶς ἀεὶ
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει
λύσσης πικροῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον.

Vs. 1 vulgo legebatur συμφοροῦσα, quod egregie Lobeck. ad Soph. Aj. p. 253 et Bothius correxerunt; cf. Soph. OR. 833. Süvernio hos vss. ad Æschyli Thressas referenti assensi sunt præter alios Welck. *Æsch. Tril.* p. 439, et G. Herm. diss. De Æsch. trag. fata Ajacis et Teucri compl. p. 13. Hermannus præterea præcedentia Clementis verba, quæ versuum vestigia sat manifesto præbent, ab aliis aliter in numeros suos redacta (cf. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 124) sic versibus astrinxit : οὐκ ἔστιν οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον | ψυχὴν τοσοῦτον ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία, atque ita fere legebantur postea inter fragm. poet. Græc. e papyr. Paris. n. XII, p. 5.

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία·

quos vss. Letronnius Euripidi assignat. Cum sequentibus οὕτως πέπονθα κτλ. eos conjungi non posse manifestum est : quare Schneidewin. Conject. crit. p. 112 Letronnii opinionem amplexus Clementi istam Euripidis sententiam in mentem venisse putat Ajacis Æschylei orationem apposituro, atque inde apparere, cur verba Euripidis memoriter citata numeris suis soluta sint. Welck. (Trag. Gr. p. 1073) utrumque fragmentum ad Theodectæ Ajacem rettulit.

V.

Welckerus in Syllog. Inscr. p. 93 distichon elegiacum exhibet, quod verbis χαῖρε δίκαιος ἐών et his versibus excipitur :

Ὦ παῖ, φυλάσσου, μὴ σφαλῇς· ἡ γλῶσσά τοι
αὐτὴ μὲν οὐδὲν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ, πονεῖ,
ὅταν δ' ἁμάρτῃ, πλεῖστα προσβάλλει κακά.

Egregie monuit Meinek. (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiqu. 1844, p. 1048), hæc verba (in sepulcro olim lecta) a tragico quodam poeta et quidem ab Euripide videri profecta, quum sepulcra clarorum virorum sententiis ornari solita sint.

VI.

Æl. V. H. III, 29 : Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς

I.

Nescio, qua ratione Heracleam sententiam impugnare possit, qui eam bene novit.

II.

Nescio; nam verum dicere tutum est

III.

Sic mala passus sum ac semper me gravis
calamitatis macula ex profundo evertit
acerbis insaniæ aculeis excitatum.

IV.

Nullus profecto est dolor, qui liberi hominis animum pariter mordeat atque infamia.

V.

Ne pecces, puer, cave. Nam lingua ipsa quidem, si loquitur, profecto nihil committit; sin vero delinquit, plurima mala affert.

ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ

ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον.

Sic hi vss. correcti sunt e Diog. Laert. VI, 38, quum apud Æl. legatur vs. 1 πλάνης, ἄοικος κτλ.; vs. 2 πτωχὸς, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον (Diog. τοὐφήμερον). Facile conjicere aliquis possit, versus ipsius Diogenis esse, quem tragœdias scripsisse supra docuimus, præcipue quum scripserit Jul. Or. ad Themist. p. 256, D: Ἦ τὸν Διογένους ἐκεῖνον « ἄπρλιν, ἄοικον, πατρίδος ἐστερημένον· » et Or. VI, p. 195, B: Ἆρά σοι μικρὰ φαίνεται ἀνὴρ « ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος », οὐχ ὄβολον, οὐ δραχμὴν, οὐχ οἰκέτην ἔχων; Rectissime autem Meinekius (Exercit. philol. in Athen. Berol. 1843, p. 47) incertissimam esse ejusmodi conjecturam monuit, quum Juliani verba ita accipi possint, ut *ille a Diogene multum celebratus* intelligatur, nisi forte Διογένη pro Διογένους corrigendum sit. Quam ob rem idem vir clarissimus istos versus ad *Euripidem* et quidem ad ejus Œdipum rettulit, in qua re consentientes habet Valckenarium et Welckerum, nisi quod hic eos ad Euripidis Archelaum pertinere dicit. Nos, ut ad calcem Archelai fecimus rem in medio relinquimus.

VII.

Ælian. H. A. I, 15: Οἱ δὲ θήλεις κόσσυφοι, ἕως μὲν ἄρρενα δρῶσι προασπίζοντα, ὡς ἂν εἴποις

μένουσιν ἔνδον, καὶ τὸ τῆς οἰκουρίας
φυλάττουσι σχῆμα. — Cf Eur. Herc. F. 1373.

VIII.

Ibid. VI, 25: Οἱ ποιηταὶ μὲν τὴν παῖδα τὴν τοῦ Ἴφιδος (h. e. Euadnen) σέβουσι καὶ τά γε θέατρα ὑπ' αὐτῶν ἐμπέπλησται ὑμνούντων τὴν ἡρωίνην ἐκείνην, ἐπεὶ τὰς ἄλλας ὑπερεπήδησε τῇ σωφροσύνῃ, τὸν ἑαυτῆς γαμέτην προτιμήσασα τοῦ βίου.

IX.

Ibid. XIV, 14: Ἥ γε μὴν καλουμένη καὶ ὑπὸ τῶν ποιητῶν

κεμὰς δραμεῖν ὠκίστη, θυέλλης δίκην.

Corrige: δραμοῦσ' ὤκιστα.

X.

Aristot. De divin. per somn. c. 2, p. 463, 20 ed. Bekk.: Διὰ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ κινεῖσθαι ἐπιτυγχάνουσιν ὁμοίοις θεωρήμασιν, ἐπιτυχεῖς ὄντες ἐν τούτοις ὥσπερ ἔνιοι ἄρτια μερίζοντες· ὥσπερ γὰρ καὶ λέγεται

ἂν (imo ἢν) πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον [βαλεῖς,

καὶ ἐπὶ τούτων τοῦτο συμβαίνει. Dubitans versum hic recepi.

XI.

Id. Ethic. Nicom. VIII, 10, p. 1242, 35 B.: Ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν (φιλία) πρὸς ἀλλήλους ἑταιρικὴ μάλιστα ἡ κατ' ἰσότητα·

Οὐ γάρ τι νόθος τῷδ' ἀπεδείχθη,
ἀμφοῖν δὲ πατὴρ αὐτὸς ἐκλήθη,
Ζεὺς ἐμὸς ἄρχων·

ταῦτα γὰρ ὡς τὸ ἴσον ζητούντων λέγεται.

XII.

Id. Polit. VII, 7, p. 1328, 16: Παρ' οἷς γὰρ ὀφείλεσθαι δεῖν τὴν εὐεργεσίαν ὑπολαμβάνουσι, πρὸς τῷ βλάβει καὶ ταύτης ἀποστερεῖσθαι νομίζουσιν· ὅθεν εἴρηται (Eurip. fgm. 916) « χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν », καὶ

Οἵ τοι πέρα στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα
μισοῦσιν.

Corrigas οἵδε. — Barnes. p. 497 locum Euripidi tribuit.

VI.

Sine urbe, sine domo, patria privatus, mendicus, erro, unius diei victum habens.

VII.

Intus manent et rei domesticæ curam (tenent).

VIII.

Poetæ filiam Iphidis (h. e. Euadnen) celebrant et theatra plena sunt hanc heroinam prædicantibus, quæ ceteras virtute superabat, quum maritum suum vitæ præferret.

IX.

Caprea cursu velocissima procellæ instar.

X.

Si multa jacis, alias alium jacies.

XI.

Haudquaquam enim nothus huic innotuerat, sed utriusque pater nuncupabatur ipse Juppiter, rex meus.

XII.

Profecto, qui nimis amarunt, iidem etiam nimis oderunt.

XIII.

Id. Rhet. II, 10, p. 1388, 7 B. : Ὅθεν εἴρηται,

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται.

XIV.

Ibid. II, 21, p. 1394, 20 B. : Εἰσὶ δ' αὗται ἐν ὅσαις ἐμφαίνεται τοῦ λεγομένου τὸ αἴτιον, οἷον ἐν τῷ

Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλασσε θνητὸς ὤν.

Auctor versus, quisquis fuit, imitatus est Eurip. fgm. 790, quod conferas velim. Ex hoc autem versu, ni egregie fallor, sive calami errore sive imitatione originem duxit incerti poetæ (tragici, ut videtur) dictum, quod inter Menandri sentent. monost. 4 legitur :

Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλασσε θνητὸς ὤν.

XV.

Ibid. II, 23, p. 1397, 12 B. : Εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν, μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι.

Εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν
ἀκουσίως δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν,
οὐδ' ἂν ἀναγκασθείς τις εὖ δράσῃ τινά,
προσῆκόν ἐστι τῷδ' ὀφείλεσθαι χάριν.

Sequitur Eurip. fgm. 399. Elmsl. ad Eur. Med. 87 not. correxit : ἐπεὶ γὰρ οὐδὲ κτλ. et vs. 3 οὐδ' εἴ γ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσει.

XVI.

Ibid. p. 1397, 18 B. : Ὅθεν εἴρηται,

Καὶ σὸς μὲν οἰκτρὸς παῖδας ἀπολέσας πατήρ·
Οἰνεὺς δ' ἄρ' οὐχὶ (τὸν Ἑλλάδος) κλεινὸν [ἀπολέσας γόνον;

Haud improbabiliter Victorius et Welck. (Trag. græc. p. 1042) hos versus ex *Antiphontis* Meleagro, ex qua fabula Aristoteles non multo post locum attulit, ductos esse conjecerunt. Cf. Antiphont. fgm. 3.

XVII.

Ibid. II, 23, p. 1399, 21 B. : Ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται·

Πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὔνοιαν φέρων
μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματ', ἀλλ' ἵνα
τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.

Hos versus excipit *Antiphontis* locus; attamen de iis non idem valet, quod de antecedente fragmento Welckerus conjecit, quum Aristoteles interposuerit verba : καὶ τὸ ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος.

XVIII.

Ibid. III, 11, p. 1412, 24 B. : Δεῖ δ' ἀεὶ προσεῖναι ἢ τὸ πρὸς ὃν λέγεται ἢ τὸ ὀρθῶς λέγεσθαι, εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθὲς καὶ μὴ ἐπιπόλαιον· ἔστι γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν, οἷον « ἀποθνήσκειν δεῖ μηδὲν ἁμαρτάνοντα », ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον,

Τὴν ἀξίαν [γὰρ] δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον.

ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον. Ad explendum versum inserui γάρ. Prius exemplum pertinet ad Anaxandridis versum : καλόν γ' ἀποθανεῖν πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον, quem Aristoteles paullo ante attulit; quam ob rem Meinekius (Poet. com. III, p. 201, et IV, p. 603) etiam alterum versum, in quo ἔδει pro δεῖ scribi jussit, eidem poetæ assignandum esse censuit. Sed equidem hac in re viro eruditissimo assentiri non possum. Aristoteles enim tragicorum et comicorum versus promiscue attulit : quo accedit, quod versiculus ipse, qui longioris orationis finis esse videtur, potius tragicum quam comicum colorem præ se fert.

XIII.

Nam invidere novit et cognatio.

XIV.

Mortalis quum sis, noli servare iram immortalem.

XV.

Quando aliquis etenim fecit invitus male,
Injustum fuerit illi idcirco irascier,
Neque si coactus quisquam alii faxit bene,
Putandum est illi ullam deberi gratiam.

XVI.

Ergo tuus quidem miserandus est pater
Amissis gnatis : Œneus autem non erit,
Orbatus tali tamque illustri filio?

XVII.

Fortuna multos sæpe in altum provehit,
Non quod bene illis esse consultum velit,
Sed ut inde casu insigniore decidant.

XVIII.

Nam dignam decet nubere digno.

XIX

Ibid. III, 14, p. 1415, 20 B. : Πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσιν ἢ φόβους ἀπολύονται ἐν τοῖς προοιμίοις.

A. Ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως σπουδῆς ὕπο.
B. Τί φροιμιάζῃ;

Versus inter duas personas distribuimus.

XX.

Arsen. Viol. p. 15 ed. Walz. Menand. Sentent. monost. 11.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

Simillimus est Sophoclis vs. apud Stob. Ecl. I, 9, 1, p. 222 ed. Heer.: Πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει.

XXI.

Ibid. p. 37 ed. W. Mich. Apostol. II, 36.

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους
καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἕλκουσαν βίαν.

Æschyli versus esse videntur.

XXII.

Ibid. p. 65 ed. W. Mich. Apost. III, 78. Diogenian. III, 28.

Ἅπαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει.

XXIII.

Ibid. p. 156 ed. W. Mich. Apost. V, 97.

Γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Versus e dramate satyrico petitus videtur. Νοῦς λεπτὸς habet etiam Eur. Med. 529.

XXIV.

Ibid. p. 165 W. Menandr. Sentent. monostich. 112.

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

Præcedit Agathon. fgm. 24 apud Arsenium. Cf. Æsch. Eum. 724.

XXV.

Ibid. p. 171 W. Mich. Apost. VI, 70.

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος.

Versus fortasse poetæ comici est. Mich. Apost. addit : ὅμοια τῇ· γυναικὸς αὐδὴ θάνατος νεωτέροις.

XXVI.

Ibid. p. 181 W. Mich. Apost. VII, 9. Zenob. III, 28. Proverb. e cod. Bodl. 347 ed. Gaisf. Suid. s. v

Δίκη δίκην ἔτικτε καὶ βλάβη βλάβην.

Ἐπὶ τῶν φιλοδίκων καὶ συνειρόντων δίκας δίκαις. Hunc locum nescio quis imitatus est apud Arsen. p. 455. W. et Mich. Apost. XIX, 79, in hunc modum : ὕβρις ὕβριν ἔτικτε καὶ ψόγος ψόγον, unde particula γὰρ post ὕβρις inserta versus effici potest.

XXVII.

Ibid. p. 217 W. Mich. Apost. VII, 49. Zenob. III, 43. Proverb. Bodl. 383. Suid.

Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν.

XXVIII.

Ibid. p. 227 W.

Ἕλκος πέλει γὰρ τῆς ἀληθείας φθόνος.

Sic dedimus pro vulg. ἕλκος γὰρ πέλει κτλ.

XIX.

A. O rex, dicam quidem haud studuisse.
B. Quid procemio uteris?

XX.

In lucis oras protrahit verum dies.

XXI.

Incus fragoris maxima haud timet sonos :
Cordata nec mens irruentis vim mali.

XXII.

Bonis omnia congruunt.

XXIII.

Venter pinguis non gignit mentem subtilem.

XXIV.

Proba sunt illius facta, cui mens est proba.

XXV.

Oculus acutum feminæ est telum viris.

XXVI.

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

XXVII.

Egoque tuque nempe idem trahimus jugum.

XXVIII.

Ulcus est veritatis invidia.

XXIX.

Ibid. p. 233 W. Mich. Apost. VIII. 53.

Ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελής.

Addit Apost. : ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν ἐν οἷς οὐ χρή. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς νυκτερίδος.

XXX.

Ibid. p. 249 W. Menand. Sentent. monost. 164.

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν οὔποτ' ἂν πάθοις βλάβην.

Pro πάθοις cod. Vindob. 4 in Men. S. λάβῃς.

XXXI.

Ibid. p. 262 W. Menand. Sentent. monost. 195.

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.

XXXI.

Ibid. p. 287 W. Menand. Sent. monost. 247.

Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.

Cf. Soph. fgm. 279 ed. Ahrens.

XXXIII.

Ibid. p. 288 W. Menand. Sent. monost. 255.

Θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.

Cf. Eurip. fgm. 293. 575. 1013.

XXXIV.

Ibid. p. 305 W. Menand. Sentent. monost. 270.

Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Dubitans hunc locum recepi canoni Porsoniano (cf. Præf. ad Hec. p. XXX sq.) adversantem.

XXXV.

Ibid. p. 314 W. Menand. Sent. monost. 274.

Κακοῖς ὁμιλῶν αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Cf. Eurip. fgm. 962. Menand. Sent. καὐτός.

XXXVI.

Ibid. p. 317 W. Menand. Sent. monost. 273.

Καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον.

Arsen. male τι.

XXXVII.

Ibid. p. 323 W. Menand. Sent. monost. 276.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

XXXVIII.

Ibid. p. 336 W. Menand. Sent monost. 310.

Λίαν φιλῶν σεαυτὸν οὐχ ἕξεις φίλον.

Cf. Anon. Trag. fgm. CCLIII.

XXXIX.

Ibid. p. 336 W. Menand. Sent. monost. 321.

Λιμῷ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἀντειπεῖν ἔπος.

XL.

Ibid. p. 337 W. Menand. Sent. monost. 313.

Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.

In Menand. Sent. est : λόγῳ με πεῖσον, sed in Vindob. 3 λόγῳ μὲν πεῖσαι, unde Meinekius conjectura effinxit : λόγῳ μ' ἔπεισε. Tragici hunc locum et veram Arsenii scripturam esse docet Tertullian. Pall. V, p. 57, qui hanc addit interpretationem : *Sermone me suasisti, medicamine sapientissimo.*

XLI.

Ibid. p. 337 W.

Λόγος μέν ἐστι φάρμακον λύπης μόνον.

Cf. Eurip. fgm. 903; Æsch. Prom. 386; Aristoph. Vesp. 1254.

XXIX.
In nocte splendens, luce vero inutilis.
XXX.
Minus dolebis, quo hostibus credes minus.
XXXI.
Mulieris æmulatus incendit domum.
XXXII.
Obsistere est difficile fortunæ et deo.
XXXIII.
Crimen deorum est improbi felicitas.
XXXIV.
Senes parentes qui fovet, vivet diu.
XXXV.
Facient malorum te malum commercia.
XXXVI.
Occasionis nosse res pulchra est modum.
XXXVII.
Aurum probatur igne, amicus tempore.
XXXVIII.
Amans sui ipse nimis, amicu'st nemini.
XXXIX.
Famem adeo respondere nil contra datur.
XL.
Sermone me suasisti, medicamine sapientissimo.

XLII.

Ibid. p. 357 W. Zenob. III, 23.

Μισῶ τὸν ἄνδρα, τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

Cf. (Eurip.) Rhes. 395, 423

XLIII.

Ibid. p. 463 W. Menand. Sent. monost. 528.

Φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

Cf. Eurip. Med. 86.

XLIV. a. b.

Ibid. p. 464 W. Mich. Apost. XX, 42.

Φύσει γὰρ ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσπόταις.

Metrum restitue transpositis verbis : τὸ δοῦλον ἐχθρὸν γὰρ φύσει τοῖς δεσπόταις. Ceterum ab hujus versus auctore etiam compositum et huic præmissum esse suspicor versum, qui inter Menand. Sent. monost. 116 legitur :

Δοῦλος πεφυκὼς εὐνόει τῷ δεσπότῃ.

XLV.

Ibid. p. 478 W. Mich. Apost. XX, 90.

Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω λόγος·
πείθειν γὰρ οἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγειν.

XLVI.

Athen. IV, p. 156, F : Εἶτα πάλιν φακοὶ προσηνέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι, καὶ ὁ Διτρέφης δραξάμενος ἔφη « Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν » καὶ ἄλλος ἑξῆς ἀνεβόησε « Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι. ». — Ut prior versus unius literæ mutatione ex Eurip. Med. 333 ad risum detortus est, ita alterum ex hoc tragici cujusdam, ac fortasse ipsius Euripidis versu :

Κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι,

originem duxisse perquam probabiliter Leopard. Emendatt. VI, 12, et Porson. ad Med. l. c. statuerunt.

XLVII.

Id. IV, p. 187, A (p. 404 ed. Dindf.) : Τοῦτο γὰρ (sc. Hesiodi Op. 341 dictum) ὡς ἀληθῶς Βοιωτικῆς ἐστιν ἀναισθησίας συμπόσιον καὶ τῇ μισανθρωποτάτῃ τῶν παροιμιῶν ἁρμόττον

τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.

XLVIII.

Id. VIII, p. 336, B : Καὶ ἄλλος δέ τις φησὶ τῷ Σαρδαναπάλλῳ παραπλήσιος, ὑποτιθέμενος καὶ οὗτος τοῖς μὴ σωφρονοῦσι τοιάδε·

Πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι
τοὐφήμερον ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν
τὸ μηδέν ἐστι καὶ σκιὰ κατὰ χθονός·
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαυρέσθαι χρεών.

Euripidis versus esse conjecit Porsonus.

XLIX.

Athen. X, p. 433, E : Καὶ τῶν τραγικῶν δέ τις ἔφη

Ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου.

L.

Bachm. An. Gr. I, p. 389, 18 : Τρανές : τὸ σαφὲς οἱ τραγικοὶ λέγουσι. Cf. Suid. s. v. Ad Soph. Aj. 23 pertinere videtur.

XLI.
Sermo est solum tristitiæ remedium.

XLII.
Odi virum ambiguum,
bonum sermone, moribus malum.

XLIII.
Haud ullus alii, quam sibi, est amicior.

XLIV.
Quanquam servus es, faveas domino;
natura enim inest servo odium domini.

XLV.
Auro loquente sermo inanis omnis est,
Persuadet aurum quidlibet, silens tamen.

XLVI.
Malus te dæmon malaque fortuna prehendat.

XLVII.
Amici procul habitantes non sunt amici.

XLVIII.
Omnes ego mortales monitos volo,
in diem læti ut vivant. Nam mortuus
nihil est; nil nisi sub terris umbra :
brevi vita, dum vivis, oportet frui.

XLIX.
Cohibere te manum jubeo, quæ cædem sitit.

L.
Τρανὲς, id quod *clarum* (τὸ σαφὲς) tragici dicunt.

LI.

Basil. Magn. Ep. 53 (Opp. vol. III, p. 156, D ed. Garn. 1730) : Τὸν σοφὸν ἄνδρα, κἂν ἑκὰς ναίῃ χθονὸς, καὶ μήποτ' αὐτὸν ὅσσοις προσίδω, κρίνω φίλον. Unde duos senarios elicuit Pors. Adv. p. 277 hosce :

Σοφὸν γὰρ ἄνδρα, κἂν ἑκὰς ναίῃ χθονὸς,
κἂν μήποτ' ὅσσοισι προσίδω, κρίνω φίλον.

LII.

Bekk. An. Gr. p. 335, 10. Bachm. An. Gr. I. p. 20, 3. Ἀγανόν : τὸ κατεαγός. Ἡ πρώτη ὀξεῖα καὶ τοῦτο τραγικώτερον τὸ ὄνομα.

LIII.

Ibid. p. 336, 10. Bachm. An. I, p. 21, 12. Ἀγαί. Οἱ τραγικοὶ τὰς τρώσεις οὕτως ἐκάλουν καὶ τὰ τραύματα· καὶ γὰρ τὸ τραῦμα οἷον κάταγμα γίνεται.

LIV.

Ibid. p. 346, 28. Bachm. I, 34, 1. Ἀελλάδες ἵπποι : αἱ ταχεῖαι. Καὶ τοῦτο τραγικόν. Manifesto pertinet ad Soph. O. R. 463. Cf. Hesych. Etym. M. s. v. et interprett. ad Soph. l. c.

LV.

Bekk. An. Gr. p. 349, 3. Bachm. An. I. p. 36, 14 : Ἀηδόνα· ἔστι μὲν ἡ ὄρνις, ἐκ μεταφορᾶς δὲ οἱ τραγικοὶ τὴν γλωσσίδα [διὰ] τῶν βοῶν [ὁμοιότητα οὕτω καλοῦσιν], ἔστιν δ' ὅπου καὶ τὸν αὐλόν [σημαίνει]. Ἡ λέξις Διδύμου.

LVI.

An. Gr. p. 1309, 6 (Chœrobosc. ad Theodos.) : Τὸ Αἴσων κύριον ὂν διχῶς κλίνεται. Καὶ γὰρ διὰ τοῦ ω, οἷον

Αἴσωνος υἱὸς Κρηθέως ἀφ' αἵματος.

Bekk. in indice p. 1447 versum Euripidi vindicavit, quem secuti sunt fragmentorum Euripidis editores. Cf. Eurip. fgm. sqq.

LVII.

Cic. Ad Att. IV, 11, 2 : *Nos hic voramus literas cum homine mirifico — ita mehercule sentio — Dionysio, qui te omnesque vos salutat*: οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντ' εἰδέναι. Facili negotio tragici poetæ senarium restitueris scribendo :

Οὐδὲν γλύκιόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι.

LVIII.

Ibid. VI, 4, 3 : *Illud præterea* μυστικώτερον *ad te scribam : tu sagacius odorabere :* τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρῴην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου· δέδοικα δὴ, μή τι νοήσῃς· εἰς δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος· τὰ λοιπὰ ἐξασφάλισαι. *Non queo tantum, quantum vereor, scribere.* » — Valck. Diatr. p. 194, ingeniose ac probabiliter in his verbis tragici poetæ fragmentum (et quidem Iocastæ ex Euripidis Œdipo dictum) latere suspicatus est, in hunc fere modum constituendum :

δέδοικα δὴ,
μήτοι νοήσῃς, Οἰδίπου·

collat. Plaut. Pœn. I, 3, 34. *Isti quidem hercle orationi OEdipo Opus est conjectore, qui Sphingi interpres fuit.* Ciceronis verba græca usque ad τυραννοκτόνου etiam in sequ. epistola fere integra leguntur.

LIX.

Ibid. VII, 3, 5 : *Sed quoniam res eo deducta est, non quæram, ut tu scribis,*

ποῦ σκάφος
τὸ τῶν Ἀτρειδῶν;

Mihi σκάφος *unum erit, quod a Pompeio gubernabitur.* — Valck. Diatr. p. 192 etiam hæc verba Euripidi assignat.

LI.

Sapientem enim virum, et si procul habitet, et si nunquam eum oculis viderim, amicum habeo.

LII.

Ἀγανόν, quod *fractum* est.

LIII.

Ἀγαί. Sic Tragici vulnerationem dicebant ac vulnera. Nam etiam vulnus est fractura (κάταγμα).

LIV.

Ἀελλάδες ἵπποι, veloces. Etiam hoc tragicum est.

LV.

Ἀηδόνα. Est quidem avis : metaphorice vero Tragici tibiæ os propter sonorum similitudinem sic dicunt. Accidit etiam, ut tibiam ipsam significet.

LVI.

Æsonis filius ex Crethei stirpe.

LVII.

Nihil dulcius est quam omnia scire.

LVIII.

Timeo ne quid senseris, OEdipe.

LIX.

Ubi navigium est Atridarum?

LX.

Ibid. XIV, 22. *Etsi illud juvenes*

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

Valckenario Diatr. p. 192. Sophoclis esse videtur versus.

LXI

Ibid. XV, 11, 3: *Hoc dempto munere amoris atque officio, sequebatur, ut mecum ipse*

ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεοπρόπε;

Sophoclis est versus judice Valck. l. c., comici poetæ secundum Meinek. Poet. com. IV, p. 610. — Cicero priorem vs. partem etiam Epist. ad Att. XVI, 6, 2, habet.

LXII.

Clem. Alex. Pædag. II, 1, 5, p. 166 P.: Ἀλλ' αἰσθάνομαι ὅθεν ἡ εὐπρόσωπος ἐρρύη τῶν δείπνων προσηγορία « ἀπὸ τῶν φαρύγων καὶ φοιτητῆς μανίας ἐπὶ δείπνων, » κατὰ τὸν κωμικόν. Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς

τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖσι τοῦ δείπνου χάριν.

Quum comici poetæ vs. præcedat, Meinek. (Poet. com. vol. IV, p. 610) etiam hunc vs. e comœdia fluxisse censet, sed equidem non video quid prohibeat quominus tragico eum assignemus.

LXIII.

Ibid. II, 12, § 118, p. 241 P.: Τοιοῦτοι ταῖς ἠλιθίαις οἱ λίθοι γυναιξὶ περιδούμενοι τοῖς ὅρμοις καὶ τοῖς περιδεραίοις ἐγκατακλειόμενοι ἀμέθυστοι καὶ κεραυνῖται καὶ ἴασπιδες καὶ τοπάζιον, ἥτε

Μιλησία
σμάραγδος, ἐμπόλημα τιμηέστατον.

Fortasse comici poetæ versus est.

LXIV.

Id. Strom. IV, 7, 40, p. 585 P.

Ἃ δ' ἐκπυθέσθαι τῆς ἐμῆς χρήζεις φρενός,
οὔτ' ἂν καταίθων οὔτε κρατὸς ἐξ ἄκρου
δεινοὺς καθιεὶς πρίον' εἰς ἄκρους πόδας
πύθοι' ἄν, οὔτ' εἰ δεσμὰ πάντα προσβάλοις,

ἀφόβως ἀνδρεϊζομένη παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ λέγει γυνή. Vs. 2 πρίον' pro πρίονας bene correxit Pors. ad Med. 5.

LXV.

Ibid. IV, 7, 51, p. 586 P.

Τοῦ σώματος γὰρ οὕνεχ' οἱ πολλοὶ πόνοι,
τοῦδ' εἵνεκ' οἶκον στεγανὸν ἐξευρήκαμεν,
λευκόν τ' ὀρύσσειν ἄργυρον σπείρειν τε γῆν,
τά τ' ἄλλ', ὅσ' ἡμεῖς ὀνόμασιν γιγνώσκομεν.

Noli hærere in locutione σπείρειν γῆν, cf. Eur. Hec. 9, Heracl. 840.

LXVI.

Ibid. IV, 7, 56, p. 688 P.: .... κινδύνων ὑπερφρονῶ διὰ τὴν πρὸς σὲ ἀγάπην·

Ὁθούνεκ' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει,
αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

Euripidi locum tribuit Hemsterhuis. ad Luc. Tim. 4, vol. I, p. 106, 51; Sophocli Valck. ad Hippol. 395 et Matth. Eurip. vol. IX, p. 448.

LXVII.

Ibid. VII, 7, 34, p. 851 P.: Ἐπεὶ τίς ὧδε μωρός, κατὰ τὴν ποιητικὴν χάριν,

καὶ λίαν ἀνειμένος
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς

LX.
Aliis bonis rebus agendis hanc maculam abluunt.
LXI.
Iter huc susceptum cui tibi usui nunc est, age dic vates!
LXII.
Pleraque plerisque cœnæ causa (fiunt).
LXIII.
Milesia smaragdus, merces pretiosissima.
LXIV.
Ex mente sed mea quæ vis resciscere,
Non audies, nec si cremes, serras graves
Nec capite summo si ad pedes imos liges,
Nec si trecentis vincias me vinculis.
LXV.
Multi labores gratia sunt corporis,
Hoc tecta propter et domos invenimus,
Effodere argentum, seminare vel solum
Aliaque, queis nos nomen imposuimus.
LXVI.
Nam sola virtus, rebus in mortalibus
Nunquam laboris præmium accipit foris,
Ut quæ laboris ipsa præmium est sui.
LXVII.
Quis gente in hominum tam supine est credulus
Aut stultus adeo est, qui deos existimet

ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
χαίρειν ἀπαρχῇ καὶ γέρας λαχεῖν τόδε,

καὶ χάριν τούτων τοῖς δρῶσιν ἐκτίνειν, κἂν πειραταὶ κἂν τύραννοι τύχωσιν; Eundem locum exhibet Porphyr. De abstin. anim. II, 58, et ex Porphyrio, ut ipse dicit, Cyrill. C. Jul. IX, p. 306, E. Quem J. H. Vossius (Epist. Mythol. II, 40) Menandro assignat, Gatak. ad Antonin. X, 8 vero potius tragico quam comico poetæ tribuendum esse censet, quod mihi etiam probabilius videtur. Meinek. (Poet. com. IV, p. 613) rem in medio reliquit. Vs. 1 ἀνειμένος cod. Paris. (secundum Klotzium vol. IV, p. 245) vulgo ἀνειμένως. — Vs. 2 pro εὔπιστος Meinek. l. c. legi vult εὔπειστος, lectores ablegans ad Lobeck. adnot. ad Soph. Aj. 121. Cyrill. ἐλπίζῃ. — Vs. 5 vulg. χαίρειν ἀπάτῃ, cod. Paris. ἅπαντα. Porphyr. et Cyrill. ἅπαντας, quod correxit Grot. Exc. p. 923 scribendo ἀπαρχῇ. Meinek. recepit Porsoni (ad Eurip. Hecub. 41) emendationem ἀπαρχαῖς, quam ipse nunc ei præfero, quæ mihi olim in mentem venerat: χαίρειν ἀγωγῇ (i. e. προσαγωγῇ). Cf. Æschyl. Agam. 1236, Soph. O. C. 668. — Grot. l. c. etiam ex postremis Clementis verbis hunc versum effinxit: χάριν τε τούτων τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν, sed manifesto ibi Clemens, non poeta tragicus loquitur.

LXVIII.

Auctor Compar. Men. et Phil. p. 357 ed. Rutgers.

Πρόσεστι δὲ τῷ πένητι ἀπιστία·
κἂν σοφὸς ὑπάρχῃ κἂν λέγῃ τι συμφέρον,
δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν κακῶς·
τῶν γὰρ πενήτων πίστιν οὐκ ἔχει λόγος·
ἀνὴρ δὲ πλουτῶν κἂν ἄγαν ψευδηγορῇ,
δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν ἀσφαλές.

Dobr. ad Aristoph. Plut. 689 Euripidis esse hos vss. suspicabatur, fortassis recte, quum, ut bene Meinekius (Poet. com. IV, p. 39) monuit ac supra jam ad Chæremonis fragmenta a nobis expositum est, plures Tragicorum versus in hanc Menandri et Philemonis comparationem illati sint. Quos misere depravatos esse nemo non videt. Jam enim versui 1, quomodo succurri possit, difficile est ad dicendum. nam quod Bentl. voluit: πρόσεστιν αἰεὶ τῷ πένητ᾽ ἀπιστία vel ἀεὶ πρόσεστι τῷ πένητ᾽ ἀπιστία non valde placet propter ista dativi elisione abrupta, quamvis hoc subsidii quid habeat in Eurip. fgm. 19; nec magis arridet Meinekii l. c. correctio: τῷ γὰρ πένητι μὲν πρόσεστ᾽ ἀπιστία, quum a codicum vestigiis nimis recedat. Nescio an scribere præstet: πρόσεστι τῷ πένητί πως ἀπιστία, κἂν σοφός κτλ. — Vs. 2 Meinek. scribi mavult καὶ λέγῃ, recte, ut mihi videtur. — Versum 3 probabiliter Dobr. l. c. e vs. 6 originem duxisse dixit, Heinsius a quarto, vel novum fragmentum incipi voluit, sed rectius Meinekius utrumque ejiciendum esse conjecit. Attamen diffiteri nolo, cogitari etiam contrarium posse, nimirum vs. 1 a metro alienissimum ac nihil aliud, quam librarii adnotationem complexum a margine in textum irrepsisse, versum 6 autem e vs. 3, cui fortasse similis fuerit librarii negligentia interpolatum, ideoque emendandum esse. Fortassis igitur locus e continuitate sermonis ereptus ita se habuit:

[ὁ γὰρ πένης,]
κἂν σοφὸς ὑπάρχῃ καὶ λέγῃ τι συμφέρον,
δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν κακῶς·
τῶν γὰρ πενήτων πίστιν οὐκ ἔχει λόγος·
ἀνὴρ δὲ πλουτῶν, κἂν ἄγαν ψευδηγορῇ,
δοκεῖ λέγειν τι κἀτ᾽ ἀκούσεται σοφός.

Ad sententiam cf. Eur. fgm. 319, 989. — Vs. 6 Dobr. pro ἀσφαλές proposuit σαφές, quod equidem pro frequenti vocum σαφὴς et σοφὸς permutatione (de qua adnot. ad Eurip. fgm. 615 vide) in σοφός mutavi; Meinek. κλύουσιν pro ἀκούουσιν maluit.

LXIX.

Ibid. p. 361.

Ὃ δεῖ παθεῖν σε μηδαμοῦ σκέψῃ φυγεῖν·
[οὐ γὰρ δυνήσῃ φεύγειν, ὅ σε δεῖ παθεῖν·]
τὸ πεπρωμένον γὰρ οὐ μόνον βροτοῖς
ἄφευκτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

Seu bilis ustæ, sive crudorum ossium
Projecta quæ vix tangat esuriens canis,
Gaudere donis idque honori ducere,
Facientibusque gratiam reponere.

LXVIII.

Paupertas etiam hominibus deducit fidem:
Nam pauper, quamvis catus et quod negotium
Facto consuadens, gravis est auditoribus:
Quia cassa pondere inopis est oratio.
At dives plenus falsis falsimoniis
Ita auscultatur quasi res compertas ferat.

LXIX.

Quod est ferundum, fugere ne contenderis:
Nam nemo effugiet sibi ferundum quod manet.
Quod enim fatale est, id non modo mortalibus,
Sed ipsis etiam superis insuperabile est.

Hic locus æque ac præcedens e tragœdia fluxisse videtur, sed non minus fere depravatus est. Præcipue in vs. 2 emendando viri docti certarunt, quanquam et numerorum dissolutio et sententiæ languor otiosaque eorundem verborum repetitio docere poterant, hunc vs. a poetæ manu profectum non esse. Quare nos eum uncis inclusimus. — Vs. 4 correxit Grot. ἀλλὰ καὶ κατ' οὐρανόν, sed probabilius Meinek. (Poet. com. IV, p. 41) καὶ τοῖς οὐρανὸν ἔχουσι vel οἰκοῦσι.

LXX.

Cramer. An. Gr. Ox. I. p. 83, 30 : Ἄντρον... ἢ παρὰ τὸ ἄντομαι, τὸ ἱκετεύω· « (Apoll. Rhod. III, 77) ἄζετο δ' ἀντομένην Ἥρην· » καὶ

Ἀλλ' ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς Ὀλυμπίου,

ἐν ἄντροις γὰρ τοὺς θεοὺς ἱκέτευον, ἱερὰ τὰ σπήλαια ἡγούμενοι. Cf. Et. M. p. 115, 1, Hesych. s. v. Schneidew. Conj. crit. p. 102 haud improbabiliter correxit,

Ἀλλ' ἀντόμεσθα πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου...

versumque Sophocli assignavit; cf. Eur. Iph. A. 1247, Alc. 1101.

LXXI.

Ibid. I, p. 213 : 32, Τὸ δὲ ἴδρις ψιλοῦται, διότι οὐχ ὑποτάσσεται τὸ ρ μετὰ φυσικῆς μακρᾶς·

Γέρων γὰρ εἰμὶ καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις.

Cf. Et. M. p. 466, 36.

LXXII.

Ibid. II, p. 337, 26 :.. καὶ ὥσπερ παρὰ τὸ περῶ περαίω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν περαίνω·

Νέον περαίνεις τὸν φθαρέντα τῇ πλάνῃ.

LXXII.

Ibid. II, p. 414, 5 : Τωθάζω σημαίνει τὸ ἐμπαίζω (sic) καὶ ἀπατῶ, ἐκ τοῦ θώψ, ὃ σημαίνει τὸ κόλυμα (sic codd., quod e κολάκευμα per compendium scripto exortum videtur). Τὸ θώψ μέγα ἐκ τῆς χρήσεως·

Μισῶ παρ' ἐχθρῶν θῶπας εὐειδεῖς λόγῳ.

LXXIV.

Ibid. IV, p. 235, 53.

Φύλλων λαγῳοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι,
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτω.

Hinc formam λαγῳὸς etiam a Tragicis usurpatam esse liquet, nam versus e recentiore tragœdia fluxisse mihi persuadeo, quamvis Schneidew. Conj. crit. p. 119 eos Menandro assignaverit, Meinekius vero (Poet. com. IV, Præf. p. VIII) vel ab Atticis propter formam λαγῳὸς prorsus abjudicaverit. Ceterum si quis nimis pertinaciter in ista forma hæreat, corrigat λαγὼς οὖν : versus enim e continuitate sermonis erepti sunt.

LXXV.

Dio Chrysost. XII, 4, p. 194 R. : Ἀλλ' οὐδὲ τὸν κύκνον ἀσπάζεται διὰ τὴν μουσικήν, οὐδὲ ὅταν ὑμνῇ τὴν ὑστάτην ᾠδήν, ἅτε εὐγήρως (εὔγηρυς ὢν conj. Reisk.), ὑπὸ ἡδονῆς τε καὶ λήθης τῶν ἐν τῷ βίῳ χαλεπῶν, εὐφημῶν ἅμα καὶ προπέμπων ἀλύπως αὑτὸν, ὡς ἔοικε, πρὸς ἄλυπον τὸν θάνατον· οὐκοῦν οὐδὲ τότε ἀθροίζεται κηλούμενα τοῖς μέλεσι

πρὸς ὄχθην ποταμοῦ τινος ἢ λειμῶνα πλατὺν
ἢ καθαρὰν ἠϊόνα λίμνης
ἤ τινα σμικρὰν εὐθαλῆ ποταμίαν νησῖδα.

Poetæ verba h. l. latere certum, sed utrum lyrici an tragici incertum.

LXXVI.

Ibid. LXXVIII, p. 662 : Τὸν γοῦν Ἡρακλέα φασὶν, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο ἰάσασθαι τὸ σῶμα ὑπὸ νόσου δεινῆς κατεχόμενον τοὺς υἱοὺς καλέσαι πρώτους, κελεύοντα ὑποπρῆσαι λαμπροτάτῳ πυρί· τῶν δὲ ὀκνούντων καὶ ἀποστρεφομένων, λοιδορεῖν αὐτοὺς, ὡς μαλακούς τε καὶ ἀναξίους αὐτοῦ, καὶ τῇ μητρὶ μᾶλλον ἐοικότας, λέγοντα, ὡς ποιητής φησι,

---

LXX.
At precamur Jovem Olympium.

LXXI.
Senex enim sum ac multorum malorum gnarus.

LXXII.
Adolescentem conficis erroribus perditum.

LXXIII.
Odi blandos hostes oratione conspicuos.

LXXIV.
Lepores exterrent foliorum sonitus;
viros ignavos autem rerum umbræ.

LXXV.
Ad ripam fluvii alicujus vel latum pratum vel purum lacus littus vel parvam insulam in fluvio viridem.

Ποῖ μεταστρέφεσθ', ὦ κακοὶ
κἀνάξιοι τῆς ἐμῆς σπορᾶς,
Αἰτωλίδος ἀγάλματα μητρός;

Jam Reiskius locum ad Herculem pertinere vidit, ac speciose Welck. Trag. Gr. p. 1234, collato Schol. Hom. Il. XI, 514, Dionem Dionysii tyranni fabulam (qua de vide quæ supra ad Dionysium disputavimus) ante oculos habuisse conjecit, sed haud scio an hæc Welckeri conjectura probanda non sit.

LXXVII.

Diod. Sic. XVI, 92, 3: Ἐν γὰρ τῷ βασιλικῷ πότῳ Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδὸς, πρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ, προστάξαντος αὐτῷ τοῦ Φιλίππου προενέγκασθαι τῶν ἐπιτετευγμένων ποιημάτων καὶ μάλιστα τῶν ἀνηκόντων πρὸς τὴν κατὰ τῶν Περσῶν στρατείαν, ὁ μὲν τεχνίτης κρίνας οἰκεῖον ὑποληφθήσεσθαι τὸ ποίημα τῇ διαβάσει τοῦ Φιλίππου, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιπλῆξαι βουλόμενος τοῦ Περσῶν βασιλέως, καίπερ οὖσαν μεγάλην καὶ περιβόητον, ὅπως μεταπέσοι ποτὲ εἰς τοὐναντίον ὑπὸ τῆς τύχης, ἤρξατο λέγειν τόδε τὸ ποίημα·

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον
καὶ μεγάλων πεδίων ἀρούρας
φρονεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι
δόμων δόμους, ἀφροσύνᾳ
πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι.
Ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπους
κέλευθον ἔργῳ σκοτίαν,
ἄφνω δ' ἄφαντος προσέβα
μακρὰς ἀφαιρούμενος ἐλπίδας
θνατῶν πολύμοχθος Ἅδας.

Καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς συνεῖρε, πάντα πρὸς τὴν ὁμοίαν φερόμενα διάνοιαν. — Sic bene L. Dindorfius in editione Parisina locum exhibuit, quum vs. 6 in codd. esset ταχύπουν, vs. 10 θανάτων, quod Wesseling. in θανάτῳ mutaverat. Nec dubium esse potest, quin versus ex nescio qua tragœdia deprompti sint, in qua Neoptolemus agere consuevit, ut facile locum, quanquam ex chori carmine petitum, memoria tenere potuerit.

LXXVIII.

Id. Exc. l. XXXII, 27, (in Ang. Maii Scriptt. vett. nov. collect. vol. II, p. 96. Diodor. ed. C. Müller. Paris. 1844, vol. II p. 520): Ὅτι περὶ τῆς Κορίνθου καὶ οἱ ποιηταὶ προειρηκότες ἦσαν,

Κόρινθος ἄστρον οὐκ ἄσημον Ἑλλάδος.

Malim Κόρινθον. Eodem modo Corinthum *Græciæ astrum* appellavit Polystratus in Anthol. Pal. VII, 297 (Jacobs. Delect. Epigr. IX, 14, p. 334).

LXXIX.

Ibid. l. XXXVII, 30 (in Ang. Maii Scriptt. vett. nov. collect. vol. II, p. 122 sq. Diodor. ed. C. Müllerus, Paris. 1844, vol. II, p. 571): Τοσαύτην ὁ χρυσὸς ἔχει δύναμιν ἐπὶ κακῷ προτιμώμενος ἀφρόνως παρὰ ἀνθρώποις, οἵτινες διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πρὸς τοῦτον ἐπιθυμίας παρ' ἕκαστα προφέρονται τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν (sequuntur nonnulli vss. ex Eurip. fgm. 288)... καὶ τὰ διὰ τῶν μελῶν πεποιημένα·

Ὦ χρυσὲ, βλάστημα χθονὸς,
οἷον ἔρωτα βροτοῖσι φλέγεις
πάντων κράτιστε, πάντων τύραννε,
πολεμεῖς δ' Ἄρεος
κρείσσον' ἔχων δύναμιν.

LXXVI.

Quo vertimini, o mali et mea generatione indigni,
Ætolidis matris simulacra?

LXXVII.

Interfuit tunc convivis Neoptolemus tragœdus, magnitudine vocis et nominis celebritate facile primus. Hunc carminum quæ in mentem venirent, in primis eorum, quæ expeditioni Persicæ convenirent, aliquot recitare jusserat. Artifex ergo poema quoddam ad transitum Philippi in Asiam, ut putabat, commodum, quo felicitatem regis Persarum, quantumvis magnam et toto orbe decantatam, a fortuna tamen pessum aliquando dandam perstringeret, his verbis exorditur:

Vos celsiores animos æthere habentes,
superbitis nunc per amplorum camporum arva:
ædes struitis tumore inani,
stolideque curriculum vitæ extrahitis.
Sed ecce grassans celeri pede heu tenebras
operi objicit, brevi spes
tacitusque morte longas
reserat, labore satis cumulatus, Orcus.

Alia etiam his connexa adjicit, quæ ad eandem omnia sententiam tendebant.

LXXVIII.

Corinthus astrum non obscurum Græciæ

LXXIX.

O aurum terræ germen,
quanto amore mortales incendis,
omnibus prævalens, omnium tyranne!
Tu Marte dimicas
potiores habens vires,

πάντα θέλγεις· ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μὲν ᾠδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ
θηρῶν ἀνόητα γένη,
σοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόντος καὶ ὁ παμ-
[μήστωρ Ἄρης.

Sic locum edidit L. Dindorfius in edit. Parisina, vs. 6 fortasse sequutus Meinekii conjecturam, qui primus, quod sciam, in Exercit. philol. in Athen. Berol. 1843, p. 19, vulgatam μελῳδαῖς (ab aliis contra metrum in μελῳδίαις mutatam) correxit locumque inde a vs. 4 sic constituit :

πολεμεῖς δ' Ἄρεος κρείσσον' ἔχων δύναμιν
τᾷ πάντα θέλγεις· ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μὲν
ᾠδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ θηρῶν ἀνόητα γένη·
τοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόντος..... καὶ ὁ
παμμήστωρ Ἄρης.

Post πόντος enim excidisse statuit anapæsticæ mensuræ verbum, quale sit δέδεται, collat. Pind. Pyth. III, 96 : Ἀλλὰ κέρδει καὶ δέδεται σοφία, i. e. ἥττηται, ut schol. adnotat. Idem jam ante Meinekium senserat God. Hermannus (ap. Matth. Eurip. vol. IX, p. 447) locum verbis πάντων κράτιστε, quæ pro gloss. habet, ejectis sic exhibens :

οἷον ἔρωτα βροτοῖσιν φλέγεις, πάντων τύραννε,
καὶ πολεμεῖς Ἄρεος
κρείσσον' ἔχων δύναμιν, τᾷ πάντα θέλγεις·
ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μελῳδοῖς ἀοιδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ θηρῶν ἀνόητα γένη·
σοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόν-
τος * * καὶ ὁ παμμήστωρ Ἄρης.

Omnes fere viri docti hos versus Euripidi tribuunt, sed alii eos ex Bellerophonte, alii e Danae petitos esse affirmant. Atqui caveant, ne pro Junone nubem amplectantur : nam Diodorum complurium poetarum versus attulisse ipse sat manifesto indicavit verbis : τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν, quamvis scribere eum propterea ita potuisse non negaverim, quum locum contraria sententia conspicuum (vid. fragm. sequ.) et haud dubie ab alio poeta compositum his verbis subjecerit.

LXXX.

Pergit Diodor. l. c. : Καίτοι γε πόσῳ κρεῖττόν ἐστιν ἐκφέρεσθαι τῶν ποιημάτων τὰ τὴν ἐναντίαν ἔχοντα τούτοις παράκλησιν·

Πότνια σοφία, σύ μοι ἅνδανε·
ὄλβου δ' ἐμοὶ μὴ * χρυσοῦ
φαεννὰν ἀκτῖνα δαίμων διδοίη
πάρος σοφίας ἢ τυραννίδα Διός.
* Ἀπωτάτω * κεῖται καλὸς θησαυρὸς ὅτῳ
[προσέβαλε.

Sic L. Dindorfius, quum cod. vs. 2 χρυσέον habeat, nullo lacunæ signo. G. Hermannus l. c. verba sic descripsit :

Πότνι' ὦ σοφία, σύ μοι ἅνδαν', ὄλ-
βου δὲ μή μοι μηδὲ χρυσοῦ φαεννὰν
ἀκτῖνα πάρος σοφίας δαίμων διδοίη
ἢ Διὸς τυραννίδ'· ἀνώτατα κεῖ-
ται καλὸς θησαυρὸς, ὅτῳ προσέβα.

LXXXI.

Diog. Laert. IV, 25 : Καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ, ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν,

Ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν.

Sic Casaub. et Hübn. pro vulg. φίλοις.

LXXXII.

Id. VI, 95 : Οὗτος τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα κατακαίων, ὥς φησιν Ἑκάτων ἐν πρώτῳ Χρειῶν, ἐπέλεγε,

Τάδ' ἔστ' ὀνείρων νερτέρων φαντάσματα·

οἷον λῆρος.

Omnia mulces : et quidem Orphicos cantus
sectabantur arbores
et ferarum brutum genus;
te vero tellus universa et pontus et rerum omnium
[artifex Mars.

LXXX.

Venerabilis sapientia, tu mihi placeas.
Nequaquam vero divitis auro
splendidum radium mihi deus obtulerit,
vel regiam Jovis dignitatem præ sapientia.
Longissime abest is, ad quem pulcer thesaurus
[accedit.

LXXXI.

In amicæ terræ latebris condi pulchrum est.

LXXXII.

Hæc sunt somniorum inferorum phantasmata.

LXXXIII.

Id. VII, 67 : Προστακτικὸν δέ ἐστι πρᾶγμα ὃ λέγοντες προστάσσομεν, οἷον

Σὺ μὲν βάδιζε τὰς ἐπ' Ἰνάχου ῥοάς.

G. Hermannus versum e Sophoclis Inacho ductum putat.

LXXXIV.

Doxopatr. Homil. in Aphthon. in Walz. Rhett. II, p. 291, 22 : ... τὸ θεῖον δ' ἐστὶ φύσει τοιοῦτον,

τὸ τῆς ἀνάγκης [— υ] ἰσχυρὸν ζυγόν·

καὶ τὸ (Eur. Hec. 864), Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος.

LXXXV.

Ibid. p. 299. Schol. Anon. ad Aphthon. in Walz. Rhett. II, p. 23, 2 : ... Τὸ μὲν γὰρ διπλοῦν ἐκ δύο καταφατικῶν ὄν· οἷον

Δεινὸν πένεσθαι, χεῖρον εὐπορεῖν κακῶς.

Doxopater male χεῖρον δ'.

LXXXVI.

Draco Straton. p. 35, 21 : Τὰ δὲ δι' ἑαυτῶν (μακροπαραληκτοῦντα) τὰ τοιαῦτα, ψιλὸς, χιλὸς, χυλὸς, δαλός· οὕτως ὁ βαθμὸς καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Pro δαλός corrigendum videtur βηλός (Dor. βαλός Æsch. Choeph. 564).

LXXXVII.

Etym. Magn. p. 346, 42 : Ἐξάντης· ἐξεστηκὼς, μαινόμενος· ἢ ἀβλαβὴς ἢ ὑγιής· οἷον

Ὦ Ζεῦ, γενέσθαι τῆσδέ μ' ἐξάντην νόσου.

Eundem locum, sed paullulum corruptum, habet Suid. v. Ἐξάντη· ὑγιῆ καὶ ἔξω ἄτης· Ὦ Ζεῦ, γενέσθαι με τῆσδ' ἐξάντη νόσου. Τὸ ν ἔγκειται δι' εὐστομίαν. Ex quo tamen recipiendum videtur ἐξάντη.

LXXXVIII.

Euseb. Præp. Ev. p. 854, E : Μηδὲν γὰρ ἡμῖν ἔσεσθαι πλέον, ἀλλ' οὐδ' ἐς μετεωρότερον τοῦ Περσέως ἀρθέντος,

Ὑπέρ τε πόντου ῥεῦμ' ὑπέρ τε Πλειάδα

αὐτοῖς τοῖς ὄμμασιν κατίδοιμεν τὸν πάντα κόσμον. — Ex Eusebii verbis nescio an alium senarium nobis expiscari totumque locum sic constituere liceat :

ὑπέρ τε πόντου ῥεῦμ' ὑπέρ τε Πλειάδα
ἀρθεὶς ἅπαντα κόσμον ὀφθαλμοῖς ὁρῶ·

quem nisi forte Eusebius Perseum tantummodo comparationis causa commemoravit, aut a Perseo ipso (in Andromeda Phrynichi vel Euripidis) aut a Bellerophonte pronuntiatum esse suspicor.

LXXXIX.

Eustath. p. 1093, 27 : Ἐκ δὲ τοῦ ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, ἔοικε ληφθῆναι καὶ τὸ

Ἔγνωκα δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο.

XC.

Id. p. 1484, 50 : Οὕτω δέ φασι καὶ ἄλλα ἐξ ἀρρενικῶν ἐπὶ θηλυκὰ μεταφέρονται, ὡς τὸ

Κίλιξ δὲ χώρα καὶ Σηρῶν ἐπιστροφαί.

Pro Σηρῶν legendum videtur Σύρων. Vox ἐπιστροφαί eadem, qua h. l. usurpata est (*hospitii*) significatione occurrit etiam apud Æsch. S. c. Th. 630, ubi vide Blomf. Glossar., Eum. 518, fragm. 99 ed. Ahrens. Eur. Hel. 440. Cf. Eustath. p. 1408, 18.

XCI.

Id. p. 1625, 24 : Σηκὸς γοῦν, φασὶν, ἡρῷον, οἷον

Ὃς τόνδ' ἔχεις τὸν σηκὸν, ἵλεως γενοῦ.

LXXXIII.
Confer te ad Inachi fluctus.

LXXXIV.
Firmum est necessitatis jugum.

LXXXV.
Malum est pauperem esse, pejus divitem esse male.

LXXXVI.
Quorum syllaba penultima per se longa est, verba hæc sunt : ψιλὸς, χιλὸς, χυλὸς, δαλός (βαλός, *limen*) : ita limen dicitur et in tragœdia et in comœdia.

LXXXVII.
O Juppiter, utinam hunc morbum evadam!

LXXXVIII.
Supra maris fluctus et Pleiadem elatus totum mundum conspicio.

LXXXIX.
Ego misera didici per infortunium.

XC.
Terra Cilicia et Syrorum hospitia.

XCI.
Qui templum hoc tenes, benignus sis.

Nescio quis aliquem deum invocat, quemadmodum bubulcus apud Eur. Iph. Taur. 271 : Δέσποτα Παλαῖμον, ἵλεως ἡμῖν γενοῦ.

XCII.

Galen. De dogm. Hippocr. et Plat. III, p. 265, 38 ed. Basil. (t. V, p. 293 Kühn.)

Ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ' ἄνω.

Euripidis esse dicunt Barnes., Valck. ad Hippol. 322 et Wyttenb. ad Plut. De sera num. vind. 29.

XCIII.

Ibid. l. c.

Πηδῶν δ' ὁ θυμὸς ἔνδοθεν μαντεύεται.

Euripideus est versus judice Wyttenb. l. c.

XCIV.

Herodian., qui dicitur, Περὶ σολοικισμοῦ in Boisson. An. Gr. III, p. 245 sq. : Αἰτιατικὴν ἀντὶ δοτικῆς·

Χεῖρας δὲ Τρώων ὅπλ' ἔδωκαν Ἑλλάδος·

ἀντὶ τοῦ δοτικῇ χρήσασθαι· χερσὶν δὲ Τρώων κτλ. Ad. Schœll. (De tetral. trag. Att. I, p. 383.) versum Sophocli, Schneidewin. Conj. crit. p. 111 Euripidi assignat.

XCV.

Idem pergit : Καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιατικῆς γεννικήν·

Τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ' εὐανδρησίας·

ἀντὶ τοῦ αἰτιατικῇ χρήσασθαι· Μακεδόνας τιμᾶν. Schneidewin. l. c. versum ad Euripidis Archelaum refert. Ceterum pro εἵνεκ' corrige οὕνεκ'.

XCVI.

Ibid. p. 253 : Ἔσθ' ὅτε δέ τινες ἀντὶ τοῦ παρῳχημένῳ χρῆσθαι τῷ ἐνεστῶτι χρῶνται, οἷον

Γαμεῖ δ' ὁ μὲν δὴ Τυνδάρεω κόρην μίαν·

ἀντὶ τοῦ ἐγάμησε.

XCVII.

Ibid. 255 : Γίνεται σολοικισμος, ὅταν ... ἢ ἀντὶ τοῦ προτακτικοῦ χρήσηταί τις τῷ ὑποτακτικῷ·

Τοίων γὰρ ἀνδρῶν σπέρμ' ἔδωκεν Ἑλλάδος·

τῆς κατὰ Τροίαν.

XCVIII.

Hesych. v. Βαθμοί· ἴχνη, πόδες· καὶ δίφροι παρὰ τραγικοῖς.

XCIX.

Id. v. Κυκλώπων ἕδος· ἐπειδὴ Κύκλωπες ἐτείχισαν τὰς Μυκήνας.

Idem v. Τιρύνθιον πλίνθευμα· ἀντὶ τοῦ τεῖχος· ὑπὸ δὲ Κυκλώπων κατεσκευάσατο. Has glossas, si conjungas, egregium efficere senarium

Τιρύνθιον πλίνθευμα Κυκλώπων ἕδος,

eumque antiquæ tragœdiæ poeta dignissimum præclare monuit Meinek. Anal. Alex. p. 51, adnot.

C.

Joan. Sic. Schol. ad Hermog. in Walz. Rhett. VI, p. 338, 21 : Λέγεται δὲ ἡ ἐπανάληψις, ὅταν ἀμέσως ᾖ καὶ ἐπαναδίπλωσις .... καὶ ἄλλως,

Βαρὺς σύνοικος, ὦ φίλοι, βαρύς.

CI.

Lucian. Pro laps. inter salut. 2 : Τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν ἡ προσαγόρευσις, οὐ μὴν ἑωθινὴ μόνον οὐδὲ ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον μὲν ἰδόντες ἀλλήλους ἔλεγον αὐτό, ὡς τὸ

Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆσδε γῆς Τιρυνθίας.

CII.

Id. Scyth. 9 : Καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν

XCII.
Ira eum de mente depulit.

XCIII.
Saliens cor intus divinat.

XCIV.
Manibus Troum tradiderunt Græciæ arma.

XCV.
Honorare Macedones propter virtutem.

XCVI.
Ille matrimonio sibi collocat Tyndarei unam filiam.

XCVII.
Talium enim virorum stirpem edidit Græciæ (terra).

XCVIII.
Βαθμοί. vestigia pedes et currus apud Tragicos

XCIX.
Tirynthius murus sedes Cyclopum.

C.
Molesta conjux, o amici, molesta.

CI.
Gaude, potens telluris o Tirynthiæ.

γνώμην ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον

ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν οἷς θάλλει πόλις.

CIII

Id. Lexiphan. 17 : ... ὧν (sc. κακῶν) τὰ μὲν αὐτὸς ἐποίησας, τὰ δὲ κατορωρυγμένα ποθὲν ἀνασπῶν κατὰ τὸ ἰαμβεῖον

ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς.

CIV.

Id. Jupit. trag. 1.

ΖΕΥΣ. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ τραγῳδική,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἡ θεῶν φύσις.
ΑΘΗΝΗ. Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου.
ΖΕΥΣ. Ὦ παγκάκιστα χθόνια γῆς παιδεύματα,
σύ τ', ὦ Προμηθεῦ, οἷά μ' εἴργασαι κακά.
ΑΘΗΝΗ. Τί δ' ἐστί; πρὸς χορὸν γὰρ οἰκείων ἐρεῖς.

Tres primi versus ex Euripidis Oreste (init.), si vocem τραγῳδική, pro qua apud Euripidem est θεήλατος, quartus ex Eurip. Herc. fur. 538 ad verbum descripti sunt, itaque veri est simillimum, etiam reliquos versus e tragœdiis esse petitos.

CV.

Ibid. 2.

Οὐκ οἶσθ', ἐπεί τοι κἂν ἐκώκυες μέγα.

Euripidis est versus judice Pors. ad Med. 675.

CVI.

Lycurg. C. Leocr. 21 fin., p. 159, 23 Steph., 594 ed. Bekk. : Καί μοι δοκοῦσι τῶν ἀρχαίων τινὲς ποιητῶν ὥσπερ χρησμοὺς γράψαντες τοῖς ἐπιγενομένοις τάδε τὰ ἰαμβεῖα καταλιπεῖν·

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά,
τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

Euripidi assignat locum Valck. ad Hippol. 322. Ad sententiam cf. Anon. trag. fgm. CLXXXVI.

CVII.

Mich. Apost. III, 46.

Ἣν οἶνον αἰτῇ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου.

Ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν αἰτούντων, κακὰ δὲ ἀντιλαμβανόντων· ἡ δὲ ἱστορία ἀπὸ τοῦ Κύκλωπος. — Versus e dramate satyrico ductus videtur.

CVIII.

Id. XVI, 93.

Πτωχοῦ φίλοι δ' οὐδ' εἰσὶν οἱ γεννήτορες.

Sic dedi pro vulg. πτωχοῦ φίλοι οὐδ' οἱ γενήτορες.

CIX.

Id. XIX, 71.

Τὰ πολλὰ τολμᾶν πόλλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ.

CX.

Id. XX, 19.

Φιλεῖν ἀκαίρως ἶσόν ἐστι τῷ μισεῖν.

Pro μισεῖν corrige στυγεῖν. Ceterum hic versus ab eo fere non differt, quem inter Euripidis fragmenta (437) recepimus : ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, ut non dubitem quin hujus vs. auctor, quem ætate Alexandrina vixisse iota in ἶσον productum docet, Euripidis locum imitatus sit.

CII.

Bonis florentem, civitas quîs possiet.

CIII.

Male pereas mala eligens mortalium.

CIV.

JUP. Non est oratio ulla tam dictu gravis,
Non est ærumna aut calamitas tragœdica,
Cujus deûm natura onus non sentiat.
MIN. Apollo! quali exorsus es prooemio?
JUP. O pessimæ artes, tartareum in terra scelus,
Tuque, o Prometheu, quîs me affecisti malis!
MIN. Quid est? choro tu loquere enim domestico.

CV.

Non nosti : cuncta nam misceres fletibus.

CVI.

Cum enim ira deorum aliquem læserit,
illud primum ex sensibus aufert,
animum bonum mentemque ad deteriorem partem
applicant, ut nihil eorum, quæ peccaverit, intelligat.

CVII.

Pugnum petenti vina mox impingito.

CVIII.

Mendico nec parentes amici sunt.

CIX.

Audere multa, ut multa peccentur, facit.

CX.

Amare inepte nil ab odio discrepat.

CXI.

Pseudo-Phalaris Epist. LXXXVII (CXVI).

Πολλῷ δὲ κρεῖσσόν ἐστι, μὴ δεδοικότα
παθεῖν τὸ μέλλον δεινόν, ἢ δεδοικότα.

Agathonis versus esse suspicatur Pors. ad Eur. Med. 140. I.

CXII.

Id. Epist. CXXII. (V) : Ἐπεὶ δὲ ἀναπτύξας τὸ πλευρὸν, ἐγύμνωσε

Πάσης μὲν ὠμότητος ἀνάπλεων φόνον,
παντὸς δὲ θανάτου δυσποτμώτερον μόρον,

τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες τῶν τρόπων ἐτιμωρούμεθα. Legebatur ἀνάπλεω et δυσποτμότερος, quod correxit Pors. l. c. tragico poetæ locum tribuens.

CXIII.

Plut. De aud. poet. 2, p. 16, E : Ὁ δὲ μεμνημένος ἀεὶ καὶ κατέχων ἐναργῶς τῆς ποιητικῆς τὴν περὶ τὸ ψεῦδος γοητείαν καὶ δυνάμενος λέγειν ἑκάστοτε πρὸς αὐτὴν,

Ὦ μηχάνημα λυγκὸς αἰολώτερον.

Λυγκὸς restitui pro λυγγὸς, quod Plut. ex more suæ ætatis scripsit; cf. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 91.

CXIV.

Ibid. 6, p. 23, D.

Ὦ Ζεῦ, τίς εἶναί φησι σοῦ σοφώτερος;

Euripidis esse suspicatur Wyttenb. ad h. l. p. 239, conferens Hel. 578.

CXV.

Ibid 6, p. 23 E. Stob. Ecl. Phys. I, p. 106, 8 ed. Heer. Floril. V, 8.

Εἱμαρμένον δὲ τῶν κακῶν βουλευμάτων
κακὰς ἀμοιβάς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς.

Vs. 1 apud Plut. pro δέ legitur γάρ. Grot. Exc. p. 394 versus ad Euripidis Œdipum rettulit, quem secuti sunt Barnes., Musgr., alii. Ac sane eos Euripidis esse inde probabile fit, quod apud Apostolium præcedit Euripidis fgm. 849, sequitur fgm. 933.

CXVI.

Ibid. 6, p. 24, C.

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βροτῶν,
τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.

Euripidi post Gatak. ad Antonin. VII, 31, tribuit Valck. Diatr. p. 72.

CXVII.

Ibid. 9, p. 28, D.

Μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραγότα.

Plut. πεπραχότα. Ad sententiam cf. Eur. fgm. 80.

CXVIII.

Ibid. 12, p. 33, E : Τί δὴ κωλύει καὶ ἡμᾶς ταῖς τοιαύταις ὑποφωνήσεσι τοὺς νέους ὑποκαλεῖν πρὸς τὸ βέλτιον, οὕτω πως χρωμένους τοῖς λεγομένοις,

Τόδ' ἔστι τὸ ζηλωτὸν ἀνθρώποις, ὅτῳ
τόξον μερίμνης, εἰς ὃ βούλεται, πέσῃ,

οὐκ, ἀλλ' « ὅτῳ τόξον μερίμνης, εἰς ὃ συμφέρει, πέσῃ. » Euripidis dictum Wyttenbachio p. 282 esse videtur.

CXIX.

Ibid. 12, p. 34, A : Οὐδὲν οὕτω φιλάνθρωπον οὔτε συγγενὲς ἐχούσης τῆς ἀρετῆς ὄργανον ὡς τὸν λόγον·

A. Πρὸς θῆλυ νεύει μᾶλλον ἢ 'πὶ τἄρσενα;
B. Ὅπου προσῇ τὸ κάλλος ἀμφιδέξιος.

CXI.

Multo melius est, sine timore calamitatem pati, quam timore commotum.

CXII.

Cædem omni immanitate plenam
omnique morte infeliciorem sortem.

CXIII.

O machinatrix lynce versicolor magis.

CXIV.

Quis sapere plus te speret, o rex Juppiter?

CXV.

Fatale quippe est, et malas mortalium
Fructum malis redire consiliis vices.

CXVI.

Mortalium res tales curat Juppiter;
Minuta divis missa ceteris facit.

CXVII.

Animo esse parvo calamitosos convenit.

CXVIII.

Hoc expetendum hominibus est, si cui incidit
Curæ sagitta, quem volebat in locum.

CXIX.

A. In mulieresne quam mares propensior?
B. Ubi pulchritudo est, ambidexter est.

Ἦν δὲ βέλτιον εἰπεῖν « ὅπου προσῇ το σῶφρον ἀμφιδέξιος. » — Eundem locum, qui ex tragœdia potius quam ex comœdia, quod aliquis opinetur, fluxisse mihi videtur, iterum affert Plut. Amator. 21, p. 766, F sq. : Οὐ γὰρ ὁ μὲν φιλήδονος, ἐρωτηθεὶς, εἰ « πρὸς θῆλυ κτλ. » καὶ ἀποκρινάμενος « ὅπου προσῇ κτλ.. » ἔδοξεν οἰκείως ἀποκρίνασθαι τῆς ἐπιθυμίας· ὁ δὲ φιλόκαλος καὶ γενναῖος οὐ πρὸς τὸ καλὸν οὐδὲ τὴν εὐφυΐαν, ἀλλὰ μορίων διαφορὰς ποιεῖται τοὺς ἔρωτας; Plut. τἄρρενα, contra tragicorum usum.

CXX.

Ibid. 12, p. 34, A, deinceps :

Φόβος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν·

καὶ μὴν οὐδαμῶς, ἀλλὰ « Θάρσος τὰ θεῖα ταῖσι σώφροσι βροτῶν. » ..... Τὸ μὲν οὖν τῆς ἐπανορθώσεως γένος τοιοῦτόν ἐστι. Eundem versum sine lemmate præbet Stob. Floril. V, 3, quem Valck. ad Eur. Phœn. 557 Sophocli, Gaisf. vero ad Stob. l. c. Euripidi tribuit. Apud Stob. vero vitiose legitur : φόβος δέ.

CXXI.

Ibid. 13, p. 34, E.

Τῆς δειλίας γὰρ αἰσχρὰ γίγνεται τέκνα.

Euripidis esse conjicit Wyttenb. p. 288 propter similem locum fgm. 946.

CXXII.

Ibid. 13, p. 35, E : Ἂν δὲ φαίνηταί τις ἐπιλήψεως δεόμενος, τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν παθῶν ἐπιλαμβάνου, ὥσπερ ὁ τραγικὸς Ἄδραστος, τοῦ Ἀλκμαίωνος εἰπόντος πρὸς αὐτὸν,

Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς,

ἀπεκρίνατο,

Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

Eosdem vss. iterum Plut. De inim. util. 5, p. 88, F sq. exhibuit, quos Valck. Diatr. p. 150, C, ad Sophoclis Eriphylen consentiente Welck. Trag. Gr. p. 278 rettulit. Sed res perquam dubia est : nam omnes fere poetæ tragici Alcmæonis historiam in scena repræsentarunt, ut ex indice huic libro affixo cognosci potest. Quare versus inter anonymorum Tragicorum reliquias posuimus.

CXXIII.

Ibid. 14, p. 36, F.

Ἰὼ τυραννὶ βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη.

Grot. Exc. p. 429 et Wyttenb. p. 297 Euripidi locum assignarunt nec, ut videtur, sine probabilitate : nam omnes, qui præcedunt, versus Euripidis sunt.

CXXIV.

Ibid. 14, p. 37, A.

Ἡ βροτῶν τ' εὐπραξία
τῶν τἀλάχιστα γίγνεται λυπουμένων.

De his versibus idem atque de antecedente valet.

CXXV.

Id. De audiendo 12, p. 13, E. De cohibenda ira 7, p. 456, C. Animine an corp. affect. 2, p. 501, A. De garrul. 1, p. 502, D. Quæst. Conviv. III, 9, 1, p. 657, D.

Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν.

Agathoni versum tribuerim.

CXXVI.

Id. De adul. et amic. 6, p. 57, E : Ἀρχὴν φιλίας εἶναι... ὁμοιοπαθῆ διάθεσίν τε καὶ φύσιν, ἐφ' οἷς καὶ ταῦτα εἴρηται·

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ,
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

CXX.

Formidini sunt res deûm sapientibus.

CXXI.

Ignaviæ sunt namque turpes filii.

CXXII.

A. Frater mulieri es, quæ virum leto dedit.
B. Leto dedisti tu tua matrem manu.

CXXIII.

Io tyrannis, genti amica barbaræ!

CXXIV.

Hæc est enim mortalium felicitas,
Dolere, quam fieri queat, rarissime.

CXXV.

Nunquam movendas commovens mentis fides,

CXXVI.

Seni senilis lingua jucundissima est,
Puero puer, mulier mulieri congruit,
Ægrotus ægro : quemque dura sors gravat,
Casibus eisdem exercito belle accinit.

Primus vs. legitur etiam apud Sext. Emp. Adv. math. I. 298, p. 282 Fabric. (p. 668 ed. Bekk.), ubi Fabricius eum Menandro tribuit. Sed Valck. Diatr. p. 148 et Wyttenb. p. 435 eum Euripidis esse suspicantur, quod mihi quoque probabilius videtur. Meinek. ad Menandr. p. 301 versum inter Menandrea, deinde vero (Poet. com. IV, p. 668) inter anonymorum Comicorum fragmenta, quanquam ipse dubitans, recepit.

CXXVII.

Ibid. 14, p. 58, B: Πρὸς μηδὲν γὰρ ἀντιλέγων, ἀλλὰ πᾶσι συνεπινεύων, καὶ δεχόμενος πάντα, καὶ βοῶν παρ' ἕκαστον ὡς εὖ καὶ ἱκανῶς, γίνεται καταφανὴς

Σύνθημ' ἐρωτῶν, ἄλλο μαστεύων χρέος,

ἐπαινέσαι καὶ συνεπιτυφῶσαι βουλόμενος.

CXXVIII.

Id. De profect. in virt. 2, p. 75, F: Ἀλλ' ὀρθῶς μὲν εἴρηται τὸ

Πρὸς στάθμη
πέτρον τίθεσθαι, μήτι πρὸς πέτρῳ στάθμην.

Hi versus quanquam tragœdiam non dedecuerint, tamen etiam originem ducere ex philosophi cujusdam officina, v. c. Aristonis Chii, potuisse non nego. Vide quæ ad Aristonem tragicum disputavimus.

CXXIX.

Id. De amic. mult. 3, p. 94, C: Σκεπτέον δὲ πρῶτον, εἰ ἀδύνατόν ἐστιν ἐν βραχεῖ χρόνῳ δοκιμάσαι χορευτὰς συγχορευσαμένους ... μήτι γε φίλους πολλοὺς εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης συναποδυομένους, ὧν ἕκαστος αὐτός τε

αὐτόν τε πράσσων εὖ τίθησιν εἰς μέσον,
τοῦ δυστυχοῦς τε λαγχάνων οὐκ ἄχθεται.

Versus Euripidis esse videntur Wyttenbachio p. 647.

CXXX.

Id. De fort. init. p. 97, C.

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

CXXXI.

Ibid. 3, p. 98, D: Μόνος δ' ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸν Πλάτωνα, γυμνὸς καὶ ἄνοπλος καὶ ἀνυπόδητος καὶ ἄστρωτος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται.

Ἀλλ' ἓν διδοῦσα, πάντα μαλθάσσει τάδε,

τὸν λογισμὸν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν πρόνοιαν. — Versus Euripideus est secundum Wyttenb. p. 697.

CXXXII.

Id. Consol. ad Apollon. 4 fin., p. 103, B.

Τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν.

Euripidi vindicat Wyttenb. p. 709; cf. Herc. fur. 310.

CXXXIII.

Ibid. 6, p. 104, A: Ἀνθρώπων γὰρ ὄντως θνητὰ καὶ ἐφήμερα τὰ σώματα, θνηταὶ δὲ τύχαι καὶ πάθη, καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ κατὰ τὸν βίον· ἅπερ

οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι

τὸ παράπαν. E chori quodam carmine ducta videntur.

CXXXIV.

Ibid. 10, p. 106, E.

Ἅδην δ' ἔχων βοηθὸν οὐ τρέμω σκιάς.

Præcedit Eurip. fgm. 934.

CXXXV.

Ibid. 30, p. 117, A: Διὸ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὀδύρονται, στένοντες καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀτυχίαν αἰτιώμενοι· πρὸς οὓς ὑποτυχὼν ἄν τις εἴποι,

Θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σύ σοι,

CXXVII.
Rogare tesseram, aliud autem quærere.

CXXVIII.
Exigendus est
Lapis ad amussim, non ad hunc amussis est.

CXXIX.
Se et res secundas in medium offerat libens,
Et nil gravetur, sortis adversæ comes.

CXXX.
Vitam regit fortuna, non sapientia.

CXXXI.
Unum sed hæc largita, emollit omnia.

CXXXII.
Quod oportet, haud efficies ut sit non opus.

CXXXIII.
(Quæ) non possit homo quisquam fugere aut evitare.

CXXXIV.
Orco adjuvante non umbris ego terreor.

CXXXV.
Non tibi deus nocet, sed ipse tu tibi.

καὶ ἡ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν ἄνοια καὶ παραφροσύνη. — Euripidi versum tribuam quum propter sigmatismum (de quo vide adnot. ad Eur. fgm. 133 et Anon. trag. fgm. CCLIII), tum propterea, quod omnes, qui apud Plut. præcedunt, versus Euripidis sunt.

CXXXVI.

Id. De superstit. 1, p. 165, A : Ἀλλ' αἵτινές εἰσι τοιαῦται κρίσεις καὶ ὑπολήψεις,

Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε
ὡς ἔργον ἤσκουν,

ἀφεὶς τὴν πλουτοποιὸν ἀδικίαν καὶ τὴν γόνιμον ἁπάσης ἡδονῆς ἀκολασίαν.

CXXXVII.

Ibid. 3, p. 166, A : Εἶτ' ἐξαναστάντες οὐ κατεφρόνησαν — ὅτι τῶν ταραξάντων οὐδὲν ἦν ἀληθινὸν, ἀλλὰ σκιὰν φεύγοντες — ἐξαπατῶσιν ἑαυτοὺς καὶ δαπανῶσι καὶ ταράττουσιν εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες λέγοντας·

Ἀλλ' εἴτ' ἔνυπνον φάντασμα φοβῇ,
χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω,

τὴν περιμάκτριαν κάλει γραῦν κτλ. — Pors. ad Eur. Orest. 401 locum Æschylo vindicat.

CXXXVIII.

Ibid. 4, p. 166, E : Εἶτα οὗτοι τὸ δουλεύειν ἀτύχημα ἡγοῦνται, καὶ λέγουσι,

Δεινή τις ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφορὰ
δούλους γενέσθαι, δεσπότας τε δυστυχεῖς
λαβεῖν.

Versus Euripidi tribuendos esse dicit Valck. ad Phœn. 393, assentiente Wyttenb. p. 1011, et pro δυστυχεῖς legi δυσχερεῖς acute jubet. Sed omnino emendatione non opus esse videtur, quamvis δυστυχεῖς, ut Matthiæo visum est, non sint ἄφρονες, si quidem δυστυχής, ut Latinorum *infelix*, activa significatione adhibitum est, velut apud Eur. Hel. 241 : Ἐπὶ τὸ δυστυχὲς κάλλος· Troad. 461 : Δυστυχῆ τύχην, etc.

CXXXIX.

Ibid. 8, p. 169, B : ... εὐχόμενος δὲ τὸν οἴακα προσάγει (ὁ κυβερνήτης), τὴν κεραίαν ὑφίησι

φεύγει μέγα λαῖφος ὑποστολίσας
ἐρεβώδεος ἐκ θαλάσσης.

CXL.

Id. Apophth. reg. p. 184, B : ... ὁ δὲ Εὐμένης φιλοφρόνως ἀσπασάμενος αὐτὸν (sc. τὸν Ἄτταλον), καὶ πρὸς τὸ οὖς εἰπὼν,

Μὴ σπεῦδε γῆμαι, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Eundem vs. e Plutarcho habent Mich. Apost. XII, 79, et Arsen. Viol. p. 355, cum additamento : ἐπὶ τῶν ἀκαίρως καὶ ῥαθύμως ποιούντων τι. — Mihi versus e tragœdia ductus et verbis : τὸν πρόσθεν ἄνδρα vel similibus exceptus esse videtur, quamvis non prorsus improbabile sit, quod conjicere aliquis possit, Eumenem παρῳδίᾳ expressisse Sophoclis versus (fgm. 507 ed. Ahrens.),

Μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

CXLI.

Id. Apophthegm. reg. et imp. (Cic. 12) p. 205, C.

Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρεν τέκνα.

Idem vs. citatur a Mich. Apostol. XX, 32 et Arsen. Viol. p. 464. cum adnotatione : ἐπὶ τῶν ἐχόντων θυγατέρας ἀμορφοτάτας. A Meinekio (in Bergkii et Cæsaris Diar. Antiq. 1843, p. 289) ad Euripidis Œdipum refertur, sed utrum re vera ex tragœdia an ex nova comœdia fluxerit, equidem definire non ausim.

CXLII.

Id. De virt. moral. 6, p. 446, B.

Ἕλκει (με) γὰρ ἤδη θυμὸς, οὐδ' ἔτ' ἀντέχει,
θινῶδες ὡς ἄγκιστρον ἀγκύρας σάλῳ,

CXXXVI.

O misera virtus, verba tu quum sis, ego
Tanquam rei navavi operam tibi.

CXXXVII.

Si nocturni terror visi
Hecatesve tumultus te exagitat.

CXXXVIII.

Gravis viro, gravis est mulieri calamitas
Servire sub dominis parum felicibus.

CXXXIX.

Atque inflata Noto carbasa contrahens
Obducto tenebris effugit e mari.

CXL.

Ne duc uxorem, nisi defunctum videris.

CXLI.

Phœbo olim non sinente hic sevit liberos.

CXLII.

Impellit ira, nec porro resistere
Littoreus ut uncus ancoræ quit fluctibus.

θινῶδες ἄγκιστρον οὐ φαύλως λέγων, τὸ μὴ κάτοχον τοῦ λογισμοῦ μηδὲ ἀραρὸς, ἀλλὰ μανότητι τῆς ψυχῆς καὶ μαλακίᾳ προϊέμενον τὴν κρίσιν. Locus iterum legitur apud Plut. Ad princ. inerud. 6. p. 782, D, ubi recte quidem με, quod sententiæ causa adjectum esse facile intelligitur, abest, male autem ἐκεῖ pro ἕλκει, οὐκ pro οὐδ', σάλον pro σάλῳ reperitur. Præcedit Eur. fgm. 830.

CXLIII.

Ibid. l. c. pergit Plut. : Οὐ πόρρω δὲ τῆς εἰκόνος ταύτης κἀκεῖνα εἴρηται·

Ναῦς ὥς τις ἐκ μὲν γῆς ἀνήρτηται βρόχοις,
πνεῖ δ' οὖρος, ἡμῖν δ' οὐ κρατεῖ τὰ πείσματα.

Πείσματα γὰρ λέγει τὰς ἀντεχούσας κρίσεις πρὸς τὸ αἰσχρὸν κτλ.

CXLIV.

Id. De cohib. ira 9, p. 457, C.

Ἄνδρ' ἠδίκησας, ἄνδρ' ἀνεκτέον τόδε;

Quamvis iota dativi nonnumquam elisione abjectum sit (vide Eurip. fgm. 19, vs. 5) tamen nescio an corrigere præstet : ἀνδρὶ τοῦτ' ἀνεκτέον; præsertim quum in eodem versu bis ἄνδρ' extrema vocali elisa legatur. Ἀνεκτέος exstat etiam apud Soph. O. C. 884.

CXLV.

Id. De frat. am. p. 481, B : Ποῖος δ' ἂν ἦν ὁ Ἀτρεὺς, εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφὸν, ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας·

Φίλων γε μέντοι χρῆσις ἡ πρὸς αἵματος
μόνη κακοῦ ῥέοντος ὠφελεῖν φιλεῖ;

Quum aliquot Euripidis versus e Phœnissis (514 sq., 534 sq.) petiti præcedant, facile aliquis etiam hos in Euripidis Cressis vel Thyesta locum habuisse conjiciat. Atqui ne fallatur caveat, quippe quum Pelopidarum historiam, quam Aristoteles etiam tragœdiæ aptissimam dicit, plurimi poetæ tragici tractaverint, velut Sophocles, Agatho, Carcinus, alii.

CXLVI.

Id. De am. prol. 2, p. 495, A : Θαυμάζεται γὰρ ἐν τοῖς θεάτροις ὁ εἰπὼν

Μισθοῦ γὰρ ἀνθρώπων τις ἄνθρωπον φιλεῖ,

κατ' Ἐπίκουρον. — Versus igitur ex Alexandrinorum tragœdia fluxit; nam Epicurus natus est Ol. CIX, 4.

CXLVII.

Id. De garrul. 10, p. 507, B : Οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφέντα ῥᾴδιόν ἐστιν αὖθις κατασχεῖν, οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν δυνατὸν, ἀλλὰ φέρεται

λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ

δι' ἄλλων ἐπὶ ἄλλους σκιδνάμενος. — Eadem verba præbet Plut. Erotic. 3, 4, p. 750, B.

CXLVIII.

Id. De curios. 6, p. 518, A : Καὶ τὸ

Οἴμοι, τὸ κακὸν τῆς εὐτυχίας
ὡς μᾶλλον ἐς οὖς φέρεται θνητῶν,

ἐπὶ τῶν πολυπραγμόνων εἰρημένον ἐστὶν ἀληθῶς.

CXLIX.

Ibid. 6, p. 518, C.

Ἀεὶ δ' ἀείδων μοῦνος ἐν στέγαις ἐμαῖς
κωκυτὸς ἐμπέπτωκεν·

αὕτη τοῖς πολυπράγμοσι μοῦσα καὶ σειρὴν μία, τοῦτο ἥδιστον ἀκουσμάτων αὐτοῖς.

CL.

Ibid. 10, p. 520, B : Ἆρ' οὐκ ἔστι τῆς τραγικῆς κατάρας ἄξιος

ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς;

CXLIII.

Nam nostra navis a terra rudentibus
Suspensa perstat : spirat aura, sed tamen
Hæremus nostris firmiter retinaculis.

CXLIV.

Virum læsisti, sunt toleranda istæc viro?

CXLV.

Usus equidem cognato junctis sanguine
In rebus adversis opem fert unicus?

CXLVI.

Mercedis ergo namque hominem homo diligit.

CXLVII

Volucres alas rotans.

CXLVIII.

Heu! quod mala magis quam res prosperæ ad aures mortalium feruntur!

CXLIX.

Semperque solus curiosi in ædibus
Auditur ejulatus.

CL.

Pereas male, hominum calamitates colligens.

Eundem versum voce ὅλοιο omissa iterum exhibet Plut. De Herod. malign. 3, p. 855, D (Vide supra fr. CIII).

CLI.

Id. De vitios. pud. 10, p. 533, B : Ὁ δ' ἀβελτερίᾳ καὶ μαλακίᾳ πρὸς τὸν αἰτοῦντα δυσωπούμενος εἰπεῖν,

Οὐκ ἔστ' ἐν ἄντροις λευκός, ὦ ξέν', ἄργυρος.

Nisi e tragœdia, certe e dramate satyrico ductus est versus, quemadmodum qui mox sequitur vs. e Pirithoo sive Euripidis sive Critiæ ductus est; cf. Eur. fgm. 591.

CLII.

Id. De sera num. vind. 5, p. 550, F : ... ἀλλ' ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες καὶ λάβρον ἀφαιρῶν καὶ διδάσκων, μὴ σὺν ὀργῇ, μηδ' ὅτε μάλιστα φλέγεται καὶ σφαδάζει

Πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω.

Wyttenb. p. 29 et Ruhnk. ad Longin. 10, p. 252, Euripidi versum tribuunt.

CLIII.

Ibid. 10, p. 554, F : Τὸ δὲ συνειδὸς ἐγκείμενον ἔχων (sc. ὁ ἀδικήσας) καὶ ἀποτίνον,

Θύννος βολαῖος πέλαγος ὣς διαστροβεῖ.

Eodem versu, qui Æschyli esse mihi videtur, iterum usus est Plut. Vit. Lucull. c. 1, ubi vero dedit : διεστρόβει.

CLIV.

Id. De exil. 8, p. 602, D : Ἂν γὰρ τούτων τις μνημονεύῃ φρένας ἔχων, καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος, αἱρήσεται καὶ νῆσον οἰκεῖν φυγὰς γενόμενος Γύαρον ἢ Κίναρον

σκληρὰν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακὴν,

οὐκ ἀθυμῶν, οὐκ ὀδυρόμενος, ἀλλὰ λέγων κτλ.

CLV.

Id. Quæst. Conviv. II, 7, c. 2, 2, p. 641, D : Ὅμοιον ὡς εἴ τις οἴοιτο τῇ ἀνθήσει τοῦ ἄγνου πεπαίνεσθαι τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν, ὅτι δὴ, τοῦτο τὸ λεγόμενον,

ἡ ἄγνος ἀνθεῖ χὠ βότρυς πεπαίνεται.

Corrigendum est ἡ δ' vel potius ὁ δ' ἄγνος.

CLVI.

Ibid. III, 6, c. 4, 4, p. 655, A : ... ἐν ᾧ καιρῷ φροῦδα τὰ τῆς ἡδονῆς,

λήγει τε Κύπρις θαλίαι τε νέων,
οὐδέ τι θύρσος φύλλα Βακχείου —

CLVII.

Ibid. IX, 1, c. 2, 4, p. 736, F : Καὶ ὁ παρὰ Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ ἀπρόθυμος ὢν ᾄδειν μετὰ τὸ δεῖπνον, ὥστε προσέπεμψεν αὐτῷ τὸν υἱὸν ἔτι παιδάριον ὄντα, Φίλιππον ἐμβαλὼν εὐθὺς,

τὸν παῖδά μοι τόνδ' ἀξίως Ἡρακλέους
ἡμῶν τε θρέψαι.

Versus a Porsono (ad Eur. Med. 675) Euripidi vindicatos probabiliter Welck. ad Augen rettulit : atqui eos hoc loco omittere noluimus, ne quis nos conjecturis nimis indulsisse criminetur.

CLVIII.

Id. Amat. 4, 7, p. 750, B : Ἀκούεις δέ τινος τραγικοῦ γαμέτου λέγοντος πρὸς τὴν γυναῖκα,

Μισεῖς; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίως μισήσομαι,
πρὸς κέρδος ἕλκων τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν.

CLIX.

Ibid. 5, 5, p. 751, E : Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑπό τινος ἐρωτᾶται,

Βιᾷ δὲ πράξας χάριτας ἢ πείσας κόρην;

CLI.
Non est in antris argentum, hospes, candidum.

CLII.
Animus super rationem se saltu efferens.

CLIII.
Agitatur, ut mare thynni fluctuat impetu.

CLIV.
— asperam, sterilem atque cultu difficilem.

CLV.
Florente vitice maturescit uvula.

CLVI.
Cessat Cypris et juvenum ludi,
Bacchi thyrsus requiescit.

CLVII.
Hunc filium tu mihi, ceu dignum est Hercule
Nobisque cura educas.

CLVIII.
Odisti? at facile invisum me patiar tibi,
Lucro meamque ducam contumeliam.

CLIX.
Vi tu puellæ, an suasu, fruitu 's gratiis?

Versus e fabula satyrica superesse videtur.

CLX.

Ibid. 5, 11, p. 752, A :.... καὶ σωφρονεῖ ἔξω διὰ τὸν νόμον · εἶτα νύκτωρ καὶ καθ' ἡσυχίαν

γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος.

Versus in proverbium abiit; cf. Diogenian. III, 95, Proverb. Bodlej. (Gaisf.) 395, Mich. Apost. VI, 35.

CLXI.

Ibid. 6, 11, p. 752, C.

Τόδ' ἐξοπλίζει τοὔπος Ἀργεῖον λεών.

CLXII.

Ibid. 15, 6, p. 758, B : Ἔστι δέ τις ἐκεῖ κομιστὴρ ἐνθένδε καὶ ἀρωγὸς ἐν τέλει γενομένων κατευναστὴς καὶ ψυχοπομπὸς, ὥσπερ οὗτος (sc. Ἀπόλλων) ·

Οὐ γάρ με Νὺξ ἔτικτε δεσπότην λύρας,
οὐ μάντιν οὐδ' ἰατρὸν, ἀλλὰ **
θνητῶν ἅμα ψυχαῖς.

Versum 2 sic expleri velim : ἀλλ' ἡγήτορα.

CLXIII.

Ibid. 16, 10, p. 759, A.

Τίς καλλίκαρπον θύρσον ἀνασείει θεῶν;

Versus e dramate satyrico v. c. ex Achæi Hephæsto depromptus videtur.

CLXIV.

Ibid. 16, 21, p. 759, F : Καὶ ὅπως ἐνταῦθα μὴ Φρύνην ὀνομάζωμεν, ὦ ἑταῖρε, ἢ Λαΐδα τιν' ἢ Γναθαίνιον

Ἐφέσπερον δαίουσα λαμπῆρος σέλας

ἐκδεχομένη καὶ καλοῦσα παροδεύεται πολλάκις. — Cf. Soph. Aj. 285, Eur. Hel. 865.

CLXV.

Ibid. 17, 2, p. 760, D : Ἀνὴρ γὰρ ὑποπλησθεὶς Ἔρωτος, οὐδὲν Ἄρεος δεῖται μαχόμενος πολεμίοις, ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ θεὸν ἔχων συνόντα

Πῦρ καὶ θάλασσαν καὶ πνοὰς τὰς αἰθέρος
περᾶν ἕτοιμος

ὑπὲρ τοῦ φίλου, οὗπερ ἂν κελεύῃ.

CLXVI.

Ibid. 23, 2, p. 768, E : Τὴν μὲν πρὸς ἄρρενα ἄρρενος ὁμιλίαν, μᾶλλον δὲ ἀκρασίαν καὶ ἐπιπήδησιν εἴποι τις ἂν ἐννοήσας,

Ὕβρις τάδ', οὐχὶ Κύπρις ἐξεργάζεται.

Cf. Soph. OC. 884, ibique Wunderi adnot.

CLXVII.

Id. An seni ger. sit resp. 9, p. 789, A : Ὥσπερ γὰρ ὁ γαμεῖν παρασκευαζόμενον γέροντα ἐστεφανωμένον καὶ μυριζόμενον ἀποτρέπων καὶ λέγων τὰ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην,

Τίς ἄν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
δέξαιτ' ἄν; εὖ γ' οὖν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας,

οὐκ ἄτοπος ἐστι· καὶ γὰρ αὐτοὶ πολλὰ τοιαῦτα παίζουσιν εἰς ἑαυτοὺς,

Γαμῶ γέρων, εὖ οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.

Ad hunc locum respexit etiam Plut. in V. Sol. c. 20 hæc scribens : Ἀλλὰ γέροντι νέαν ἀγομένῳ φαίη τις ἂν ἐμμελὴς ἄρχων ἢ νομοθέτης τὸ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην « εὖ γοῦν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας. » Musgr. locum inter Philoctetæ Euripideæ fragmenta retulerat, sed Matth. (Eur. vol. IX, p. 289 sq.) eum

---

CLX.

Pomum remoto dulce custode eripit.

CLXI.

Hæc verba Achivûm populum ad arma jam vocant.

CLXII.

Non nox enim me genuit principem lyræ
Vatemve aut medicum; sed mortalium simul
Animarum deductorem.

CLXIII.

Thyrsum florentem fructu quis deûm quatit?

CLXIV.

Ac ne hic Phrynen nominemus, amice, aut Laidem aliquam, Gnathænium.

sub vesperam lucernæ succendens jubar.

CLXV.

Per ignes, per mare, per ventorum turbines
transire promptus.

CLXVI.

Non Veneris hæc sunt opera, sed libidinis.

CLXVII.

Quæ te puella, virgo quæ juvencula
Te recipiet? quas nuptias paras miser? —
Uxorem duco, novi, vicinis quoque.

legi in ulla tragœdia potuisse negavit. Nam se intelligere non posse dicit, quomodo Philoctetes senex in tragœdia induci potuerit puellam matrimonio collocaturus, ideoque locum e Strattidis comici Philocteta depromptum opinatur. At vero fugit Matthiæum, Philoctetæ historiam ab omnibus fere poetis tragicis et quidem a nonnullis vel in duabus fabulis esse repræsentatam, itaque necessarium fuisse ut posteriores tragici in ea aliquantulum novarent, ut spectatorum animos propensos sibi redderent. In eadem fere sententia fuisse videtur Meinekius (Poet. com. IV, p. 673), quum locum inter anon. Com. fgm. nisi dubitans non receperit.

CLXVIII. CLXIX.

Ibid. 14, 4, p. 791, D : Ἐπὶ ταῦτα γὰρ ἡ φύσις ἄγει καὶ ταύτας ὑπαγορεύει τὰς φωνὰς τοῖς μὴ διεφθορόσι τελείως ὑπ' ἀργίας καὶ μαλακίας·

Πολλοῦ σε θνητοῖς ἄξιον τίκτει πατήρ·
καί,
— μή τι παυσαίμεσθα δρῶντες εὖ βροτούς.

Utrumque versum iteravit Plut. Non poss. suav. vivi sec. Epic. 17, 4, p. 1098, in altero autem scripsit μή ποτέ γε παυσώμεσθα κτλ. Dübnerus ibi ποτέ uncis inclusit, quo vocem in melioribus codicibus abesse significat.

CLXX.

Id. Præc. ger. reip. 17, 6, p. 813, F : Ἡ γὰρ ἔκπτωσις οὐ φέρει συριγμὸν οὐδὲ χλευασμόν, ἀλλὰ πολλοῖς μὲν ἐπέβη

δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς.

Versus manifesto e tragœdia depromptus est; cf. Eur. Orest. 51.

CLXXI.

Ibid. 31, 7, p. 823, A : Οὐ γὰρ αὐθάδης οὐδ' ἐπαχθὴς ὁ χρηστός, οὐδ' αὐθέκαστός ἐστιν ὁ σώφρων ἀνήρ, (καὶ)

στείχει πολίτας ὄμμ' ἔχων ἰδεῖν πικρόν.

CLXXII.

Id. De commun. notitt. 20, 4, p. 1068, B : Οὐδὲ διψῶσιν, οὐδὲ πεινῶσιν ἄνθρωποι, πρὶν σοφοὶ γενέσθαι· διψῶντες οὖν, ὕδατος οὐκ ἔχουσι χρείαν, οὐδ' ἄρτου, πεινῶντες·

Ἐστὲ ξένοισι μειλίχοις ἐοικότες
στέγης τε μοῦνον καὶ πυρὸς κεχρημένῳ.

Corrige κεχρημένοις. Dubitans hos versus recepi, qui potius ex philosophi cujusdam disciplina, quam ex tragœdia fluxisse videntur.

CLXXIII.

Id. Non poss. suav. vivi sec. Epic. 17, 2, p. 1098, E : Τῶν δὲ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῶν καὶ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ τιμὴν καὶ χάριν

Οὐκ ἔστιν αὐτῶν μέτρον [ὁ] τοῦ βίου χρόνος.

Corrige : οὐκ ἔστιν αὐτοῖς τοῦ βίου μέτρον χρόνος.

CLXXIV.

Id. Vit. Aristid. c. 4, p. 320, D.

Σοφὸς γὰρ ἀνήρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν.

Euripidis versum esse suspicatus est Valck. Diatr. p. 220, not.

CLXXV.

Id. apud Stob. Floril. XL, 3 : Ὅθεν εὖ μὲν ὁ Ἡρακλῆς εἶπεν ἐρωτηθεὶς

Ἀργεῖος ἢ Θηβαῖος; οὐ γὰρ εὔχομαι
μιᾶς· ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.

CLXXVI

Ibid. LXIV, 32 : ... ἀμέλει καὶ ἡ Σφὶγξ εἶχεν ἐπαγωγὸν τὸ ποίκιλμα τοῦ πτεροῦ, καὶ

Εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
νώτισμα θηρός· εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι,
κυανωπὸν, ὥς τις Ἶρις ἀντηύγει σέλας.

CLXVIII.
Magni æstimandum te pater mortalibus genuit.

CLXIX.
Nec desinamus facere bene mortalibus.

CLXX.
Vindex securis atrox cervicem amputans.

CLXXI.
Incedit ore invisus civibus suis.

CLXXII.
Estote similes hospitibus clementibus,
Ei qui præter ignem et tectum nil petet.

CLXXIII.
Eis non est mensura vitæ tempus.

CLXXIV.
Sapiens quidem vir, sed manum non temperans.

CLXXV.
Argivusne an Thebanus? nam non unius (urbis) me prædico : sed quævis Græciæ turris mihi patria.

CLXXVI.
Ad solis lucem si aspicias, tergum bestiæ auricolor fuit; sin vero ad nubes vertas, cæruleum, quemadmodum Iris splendebat.

Paris. A habet ἡλίου superscripto τρέψειε, Paris. B ἡλίου τρέψειε continuo ordine. Uterque codex vero recte νώτισμα pro vulg. νότισμα et ἀντηύγει pro vulg. ἀνταυγεῖ. — Quum his versibus varii Sphingis colores describantur, Valck. Diatr. p. 194 eos ad Euripidis Œdipum rettulit.

CLXXVII.

Pollux I, 6 : Σηκὸν τὸν τῶν ἡρώων λέγουσιν, ἃ δὲ ποιηταὶ καὶ τὸν τῶν θεῶν, ὡς οἱ τραγῳδοί,

— ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ.

CLXXVIII.

Ibid. II, 222 : Καὶ ἡ τραγῳδία τὴν ἀμίδα οὐράνην ἐκάλεσε. Cf. Soph. fragm. 268 ed. Ahrens.

CLXXIX.

Ibid. III, 95 : Ὁδοῦ δὲ ἡγεμών, ἀγωγός· ὁ γὰρ ἀγωγεύς, εὐτελέστερον· πληθυντικῶς δὲ καὶ ἀγωγοὶ καὶ ἀγωγεῖς ῥητέον· ὑφηγητής, ἐξηγητής, προηγητικός, προηγεμών, καὶ καθηγητὴς παρὰ Κέβητι καὶ τοῖς τραγῳδοῖς.

CLXXX.

Ibid. X, 78 : Ἰστέον δὲ, ὅτι τὴν λεκάνην πέλλιν οἱ τραγῳδοὶ λέγουσι.

CLXXXI.

Schol. Hom. (Lips. et in Cram. An. Gr. Paris. vol. III, p. 279, 29) ad Il. β', 269 : Ἡδὺ ἐγέλασαν ἐπὶ τῇ ὄψει τοῦ Θερσίτου,

Ὡς αἰσχρόν ἐστι μὴ καλῶν ἀπ' ὀμμάτων
κλᾶον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν.

Cod. Lips. καὶ pro μὴ, sed recte κλᾶον pro scriptura cod. Paris. κλαίειν. Bachmannus et Fritzschius (ad Aristoph. Thesm. 425) versus ad Euripidis Syleum referunt, sed nescio an ex Chæremonis Achille Θερσιτοκτόνῳ ducti sint.

CLXXXII.

Schol. Hom. (in Cram. An. Gr. Paris. III, p. 12, 27) ad Il. κ', 360 : Δοκεῖ δὲ Ἀττικοῖς φίλος εἶναι ὁ ἐν δυσὶ συλλαβαῖς λαγώς, οὗ καὶ γενικὴ τοῦ λαγώ, καθὰ δὴ γράψας τὸ

Λαγὼ βίον ζῇς ὁ πρὶν ἄτρομος λέων·

καὶ πληθυντικὴ εὐθεῖα οἱ λαγῴ, ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου λαγὼς καὶ « κρέα λαγῷα » παρὰ τῷ κωμικῷ. Versus sitne ex tragœdia an ex comœdia petitus dubitari potest. Ceterum pro ὁ malim ὤν.

CLXXXIII.

Schol. Hom. Il. γ', 414 ed. Bekk.

Θεὸς ἐπὶ σμικροῖσιν οὐ θερμαίνεται,
ἀλλ' ὡς λέβης τοῦ μείζονος δεῖται πυρός.

Sic locum jam dederat Valck. ad Eurip. Hippol. 120.

CLXXXIV

Schol. ad Hes. Theog. 691, ἴκταρ ἅμα) εὐθέως, ἐκ τοῦ σύνεγγυς, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱκνοῦμαι, ἴκταρ, ἰκτικῶς, ταχέως, ἢ ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς, ἐκ τοῦ παρεπομένου, ἐπειδὴ ὁ ἀφικνούμενος ἐγγὺς γίνεται. Χρῶνται δὲ καὶ οἱ τραγικοὶ ταύτῃ τῇ λέξει. Exstat vox apud Æsch. Ag. 115, Eum. 952, sed ibi non ἴκταρ, sed ἴκταρ legitur, quam formam etiam Thom. Magist. s. v., Erotian. s. v. et Harpocrat. s. v. agnoscunt, quamque Ruhnk. a verbo ἴκω derivandam esse dicit; cf. Schol. Plat. p. 190.

CLXXXV.

Schol. Pind. Pyth. VIII, 73 ed. Bœckh. : Ὅτι δὲ Λυγκέως Ἄβας ἐξ ἐκείνου δῆλον·

Σφαγὰς δὲ Δαναοῦ παρθένων Λυγκεὺς φυγὼν
Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

CLXXVII.

In sacrum dei templum.

CLXXVIII.

Et tragœdia matulam οὐράνην vocavit.

CLXXIX.

Viæ dux, ἀγογός : nam ἀγωγεύς usitatius. Numero plurali vero ἀγωγοί et ἀγωγεῖς dicendum. ὑφηγητής, ἐξηγητής, προηγητικός, προηγεμών καὶ καθηγητής apud Cebetem et Tragicos.

CLXXX.

Sciendum vero est, Tragicos lancem nominare πέλλιν.

CLXXXI.

Quam fœdum est videre faciem lacrimantem oculis non pulchris et fletu madentem.

CLXXXII.

Leporis vitam vivis, qui antea leo impavidus fuisti.

CLXXXIII.

Deus ob res leves non irascitur, sed, velut lebes, acriore igni eget.

CLXXXIV.

Ἴκταρ ἅμα, statim, propter summam propinquitatem, quippe a verbo ἱκνοῦμαι derivatur ἴκταρ, ἰκτικῶς, extemplo, aut pro ἐγγύς (prope) ex consecutione, quum adveniens prope sit. Qua voce etiam Tragici utuntur.

CLXXXV.

Cædem Danaidum fugiens Lynceus Abantem gignit, tyrannidis successorem.

Bœckh. locum ex prologo tragœdiæ Euripideæ, v. c. Danaes, aut Sthenebœæ ductum esse dicit, quod in causa nobis fuit, ut eum ad Euripidis Archelaum (cf. fgm. 227) referremus.

CLXXXVI.

Schol. Soph. Antig. 620 : ... μετὰ σοφίας γὰρ ὑπό τινος ἀοίδιμον καὶ κλεινὸν ἔπος πέφανται, τὸ

Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά,
τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον, ᾧ βουλεύεται.

Ad sententiam simillimum est anon. Trag. fgm. CVI. — Barnes. locum Euripidi tribuit.

CLXXXVII.

Schol. Soph. Trach. 296 : Ὅμως δ' ἔνεστι) γνωμολογεῖ δ' ὁρῶσα τὰς αἰχμαλώτους·

Καὶ τοῦτο τοὔπός ἐστιν ἀνδρὸς εὔφρονος·
ὅταν καλῶς πράσσῃ τις, ἐλπίζειν κακά.

CLXXXVIII.

Sext. Empir. in Disputt. Antiscept. apud Fabric. Bibl. Gr. V, 7, p. 623.

Ὄψει διαθρῶν οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν
οὐδ' αἰσχρόν· ἀλλὰ ταὔτ' ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ καὶ διαλλάξας καλά.

Locum indicavit et correxit Meinek. ad Men. p. 206; quum ante legeretur vs. 1 διαιρῶν et vs. 2 ταῦτ'.

CLXXXIX.

Id. Adv. Math. VIII, 53, p. 302, 28 ed. Bekk. : Ἔστι δέ τινα καὶ πλείονα ἢ ἀξιώματα, οἷον τὸ μὲν τοιοῦτο,

— Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος,

ἀξίωμά ἐστιν· ἢ γὰρ ἀληθεύομεν λέγοντες αὐτὸ ἢ ψευδόμεθα· τὸ δὲ οὕτως ἔχον,

ὡς Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος,

πλέον τι ἀξιώματός ἐστι καὶ οὐκ ἀξίωμα. Eundem versum præbet Diog. Laert. VII, 47. Ceterum corrigendum est : Πριαμίδαισιν (cf. Ellendt. Lex. Soph. II, p. 12) neque, ut Meinekius (Poet. com. IV, p. 617, 620) voluit : Πριαμίδῃ 'στίν. Idem vir doctissimus in eo etiam falsus esse videtur, quod inter anon. Comic. fragmenta locum rettulit, qui manifesto, si quid video, ex Euripidis vel alius cujusdam poetæ tragici Alexandro petitus est.

CXC.

Simplic. in Epictet. p. 223. Olympiod. comment. Mss. in Plat. Gorg. ad § 54 ed. Heindorf.

Τολμῶ κατειπεῖν, μή ποτ' οὐκ εἰσὶν θεοί·
κακοὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐκπλήσσουσί με.

Olymp. τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, sed recte ἐκπλήττουσι pro ἐπιπλήττουσι, in quod etiam Porson. (*Tracts and Miscell. crit.* p. 176) incidit. Euripidi locum tribuit Barnes., contra disputante Pors. l. c.

CXCI.

Stob. Ecl. Phys. I, 3, 5, p. 26 ed. Heer.

Ὁ γὰρ θεὸς μέγιστος ἀνθρώποις νόμος.

CXCII. CXCIII.

Ibid. 3, 13, p. 34. Versus monostichi.

1. Θεοῦ θέλοντος μέτα πάντα γίγνεται.

Syllabam, quæ abest, Jacobs. revocari jussit, scribendo ἔργματα vel μέτα in ἔργμα mutato. Sed nescio an leniori ratione versum restitueris articulo τὰ post μέτα inserto.

2. Τί δ' οὐ γένοιτ' ἂν θεοῦ γ' ἐφιέντος τύχην;

CLXXXVI.

Ubi deus viro mala parat, primo mentem lædit, qua sibi consulit.

CLXXXVII.

Atque hoc dictum est prudentis viri : si quis rebus secundis utatur, ei esse speranda mala.

CLXXXVIII.

Quidquid perspicis, nihil videbis ex omni parte pulchrum vel fœdum : sed eadem arripiens tempus prava fecit atque immutans pulchra.

CLXXXIX.

Quam similis Priami filiis est bubulcus.

CXC.

Nullos esse deos dicere ausim : mali enim rebus secundis utentes perturbant me.

CXCI.

Lex summa enim mortalibus solus deus.

CXCII.

Deo volente cuncta habebunt exitum.

CXCIII.

Quid non deo mittente sortem fit bonum?

Hiatum post θεοῦ, qui in libris erat, sustuli interjecto γε. Præterea Heerenii correctionem τύχην pro vulg. τύχη recepi.

CXICV. CXCV.

Ibid. p. 36. Versus monostichi.

1. Ζεύς ἐσθ' ὁ πέμπων τὴν ἐφήμερον τροφήν.
2. Ἄνευ θεοῦ γὰρ οὐδὲ εἷς ἀνὴρ σθένει.

CXCVI. CXCVII.

Ibid. p. 38. Versus monostichi.

1. Θνητοῖσιν ἀνθρώποισι καταφυγὴ θεοί.
2. Καὶ τἀμπλακήματ' ἔρχεται θεοὺς ἔπι,
ὅθεν λαβόντες οἱ κακῶς πεπραγότες
σωτηρίαν, ἀπῆλθον ἐκ δυσπραξίας.

In v. 1 alterius fragmenti ex emendatione Jacobsii θεοὺς ἔπι pro vulg. θεὸς ἐπὶ scripsi. Ad sententiam cf. Eur. fgm. 488.

CXCVIII.

Ibid. I, 4, 4, p. 106 ed. Heer.

Φθείρει γὰρ ἡ πρόνοια τὴν ἀβουλίαν.

CXCIX.

Ibid. I, 4, 9, p. 106 H.

Οὐχ εὕδει Διὸς
ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστὶ, καίπερ ὢν πρόσω.

Locum sic, ut edidimus, emendavit Huschk. Anal. crit. p. 265, quum ante legeretur : καίπερ ὢν πόνῳ. Nam posthabenda est Jacobsii (Animadv. ad Athen. p. 208) correctio : καὶ πόρρω ποτ' ὤν.

CC.

Ibid. I, 4, 10, p. 108 H.

Οὐ γάρ τις, οὔτε χρημάτων ὕπερ γεγὼς,
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράσκεται,
ἀλλ' ἡμέρας ἢ νυκτὸς ἡ Δίκη ποτὲ
τῷ δυσσεβοῦντι, σῖγ' ἔχουσ', ἐνήλατο.

Ad sententiam simillimus est Euripidis locus fgm. 837. — Vs. 1 corrige : οὐδὲ χρήμασιν ὑπερήφανος vel οὐδὲ χρημάτων ὑπεργέμων. Voce ὑπεργέμων usus est Alexis apud Athen. X, p. 419, B. — Vs. 4, cf. Soph. O. R. 263.

CCI.

Ibid. I, 4, 11, p 108 H.

Τὸ μὴ δίκαιον ἔργον οὐ λήθει θεούς.

CCII.

Ibid. I, 4, 12, p. 108 H.

Δαίμων βροτοῖσι πόλλ' ἀνευρίσκει κακά.

CCIII. CCIV.

Ibid. I, 4, 16, p. 112 H.

1. Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς ἐς τὰ πάντ' ἰδεῖν.
2. Ἔσθ', ὡς ἔοικεν, ἔστιν οὐχ ὁρώμενον
τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
δαιμόνιον, ᾧ μέλει τὰ τοῦ θνητοῦ βίου.

In codd. nullum exstat lemma, sed præcedunt ac sequuntur Euripidis versus, quod haud dubie effecit ut Canterus locum Euripidi assignaverit, et Heerenius vel sub Euripidis nomine ediderit; uterque præpropere. Hoc autem bene perspexit Heeren., a versu 2 novum exordiri fragmentum.

CXCIV.
Victum diurnum Juppiter præbet nobis.
CXCV.
Præter deum qui quid valeat, nemo est homo.
CXCVI.
Mortalibus solum in deo solamen est.
CXCVII.
Adest iratum numen ultum hominum nefas
Ut quos calamitates tenent captos male
Salutem nacti evadant ex suis malis.
CXCVIII.
Vis provida ausus discutit temerarios.
CXCIX.
Oculus Jovis
Non dormit, operi sed prope et præsens adest.

CC.
Nemo inquinatas, sit licet gaza ferox,
Impune leges ad senectutem feret:
Sed vel die vel nocte tactura impium
Justitia tacito veniet haud dubium gradu.
CCI.
Iniqua facta non latent unquam deos.
CCII.
Mala multa in homines artifex reperit deus.
CCIII.
Acutus oculus est et omnituens deûm
CCIV.
Semperque nobis imminet de proximo,
Nil tale veritis, tale nil cernentibus,
Curare numen res solens mortalium.

CCV.

Ibid. I, 4, 30, p. 122 H.

Ἐχθρὸς ἀνὴρ μέν, ἀλλὰ τὴν Δίκην σέβω.

Recte Heeren. ἀνὴρ μὲν pro μὲν ἀνὴρ scripsit et versum e medio dialogo depromptum esse monuit. (Scrib. μὲν ἀνὴρ et σέβων.)

CCVI.

Ibid. I, 4, 39, p. 126 H.

Οὐδεὶς παρανομῶν πρὸς θεοὺς ἐχέγγυος·

CCVII.

Ibid. I, 4, 41, p. 128 H.

Μόνη 'στὶν ἀπαραίτητος ἀνθρώποις Δίκη.

Ἀνθρώποις ex emendatione Grotii pro vulgato θνητοῖς dedimus.

CCVIII.

Ibid. I, 4, 42, p. 128 H.

Μή που σὺ ποίει πρὸς τὸ νηπιώτερον·
πόρρω γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἔγγυθεν κλύει.

In codd. est : μὴ μουσοποίει πρὸς τὸν ἠπιώτερον, quod Grotius sic correxit, μηδέν συ ποίει πρὸς τὸ νηπιώτερον, Heeren. vero ad litterarum ductus propius accedens : μή που σὺ κτλ. — A versu 2 non diversus esse videtur vs., quem Plut. Adv. Colot. 30, 3, p. 1124, F affert : πέλας (ἑκὰς Valck. Diatr. p. 32, C) γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει, quemque Wyttenb. Euripidi vel Diphilo tribui voluit. Præcedit enim apud Plut. Diphili (vel Philemonis; cf. Menandri reliqu. ed. Meinek. p. 433 ed. maj.) vs., Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Præstantior vero est Stobæi scriptura πόρρω pro πέλας.

CCIX.

Ibid. I, 4, 43, p. 128 H.

Ὅστις λέγει κακὰ φρονῶν, σιγῇ στένει.

Numeri versus a tragœdia alieni sunt. Corrigas igitur : ὅστις λέγει (δὲ) κακοφρονῶν κτλ., velut Æsch. Ag. 1147. Schol. Eur. Or. 822.

CCX.

Ibid. I, 4, 44, p. 128. H. Menand. Sentent. monost. 14.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.

CCXI.

Ibid. I, 4, 45, p. 128 H.

Τὸ θεῶν δὲ κράτος μέγα κατ' ἀνθρώπους·
ἄφρονες δ' ὁπόσοι τὸ δίκαιον ἄγουσιν
ὑπὸ τᾶς ἀδίκου βιοτᾶς, ἀφανὲς
μέγα καὶ ὄμμα δαιμόνων, οἷς
τίνουσ' ἀμοιβὰς κακῶν,

Dedimus locum uti in codicibus exstat, præterquam quod a vs. 2 novum fragmentum incipere noluimus. In quo nec sententia satis perspicua est nec metrum a vitiis liberum. De sententia autem, ut dicam quæ sentio, verba τὸ δίκαιον ἄγειν significare mihi videntur : jus tenere (δικάζειν); nam ἄγειν aut ita usurpatum est, ut in locutionibus : πόλιν, πολιτείαν, δήμους ἄγειν, aut ita, ut in locutionibus : εὐδαιμονίαν ἄγειν (εὐδαιμονίζειν) Eur. Hippol. 750; σχολὴν ἄγειν (σχολάζειν) Eur. Med. 1238) etc. Ita hæc sententia exoritur : *stulti sunt, qui jus tenent, dum ipsi injuste vivunt.* In sequentibus autem aliquid excidisse videtur, inprimis negatio οὐ vel οὐδέν et particula causalis γὰρ vel ὅτι. Præterea καὶ in κατ' et οἷς in οἵπερ (quod per compendium scriptum facile in οἷς transire poterat) mutandum videtur. Hanc enim extremis verbis sententiam infuisse suspicor : *nam nihil latet magnum deorum oculum, qui quidem malorum gratiam referunt.* De metro, quum de sententia non constet et antistropha desit, conjecturam proferre non audeo. Ad vs. 5 cf. Eur. Herc. F. 1169.

CCXII. CCXIII.

Ibid. I, 5, 2, p. 154 H. Versus monostichi.

1. Ὁσία δ' Ἀνάγκη πολεμικωτάτη θεός.

CCV.

Inimicus ille, sed ego jus et fas colo.

CCVI.

Nemo in deos qui peccat, hoc tutum tulit.

CCVII.

Hominibus unum jus Dei inevitabile.

CCVIII.

Attende facias ne quid amenter; Deus,
Utcunque longe distat, exaudiet prope.

CCIX.

Qui mente prava loquitur, is tacitus gemit.

CCX.

Vindex iniquos ducit ad pœnam deus.

CCXI.

Immanis in nos vis superum : sapit
Non recte, quisquis jus tenet improbo
Captum sub ævo; magna vis est
Irrequiesque oculus deorum,
Qui de profanis supplicium petet.

CCXII.

Necessitatis numen infestissimum.

Pro ὁσία Grot. contra codd. auctoritatem scripsit ὥς ἐστ' Ἀνάγκη κτλ

2. Οὐδεὶς Ἀνάγκης μεῖζον ἰσχύει νόμος.

Simillimus est Euripidis locus Hel. 514, fgm. 481.

CCXIV.

Ibid. I, 6, 8, p. 170 H.

Μόνη γὰρ ἐν θεοῖσιν οὐ δεσπόζεται
Μοῖρ' οὐδ' ἐν ἀνθρώποισιν, ἀλλ' αὐτῆς κρατεῖ.

Vs. 2 recte Grot. οὐδ' ἐν pro vulg. οὐδέν.

CCXV.

Ibid. I, 6, 9, p. 170 H.

Ὦ Μοῖρα, κεδνῶν καὶ κακῶν κυνηγέτι.

CCXVI.

Ibid. I, 6, 12, p. 172 H.

Κλωθὼ Λάχεσίς τ', εὐώλενοι κοῦραι
Νυκτός, εὐχομένων ἐπακούσατε
Οὐράνιαι χθόνιαί τε δαίμονες,
ὦ πανδείμαντοι, πέμπεθ' ἁμῖν
ῥοδόκολπον Εὐνομίαν
λιπαροθρόνους ἀδελφάς, Δίκαν,
καὶ στεφανηφόρον Εἰράναν,
πόλιν τε τάνδε βαρυφρόνων
ἐκλύθητε συντυχιᾶν.

Versus, ut ex postremis verbis liquet, petiti sunt e chori carmine, quo cives urbis bellis sive intestinis sive externis turbatæ Parcas invocabant ut concordiam ac pacem urbi concederent. Idem factum esse videmus in Euripidis Cresphonte (fgm. 453) et in Æschyli Septem c. Theb. (vs. 78 sqq.) Parcæ similiter invocantur in Euripidis Peleo (fgm. 614), quarum de numero jam antiquitus dissensio fuit : quare non mireris, quod hoc loco duæ tantum commemorantur; cf. Limburg-Brouwer *Hist. de la civil. des Grecs*, t. II, p. 450 sq. — Vs. 9 in codd. est λελάθοιτε, quod Grot. mutavit in ἐκλύθητε. Heeren. scribi maluit λήγοιτε, sed quum de metro non constaret, nobiscum Grotii correctionem recepit.

CCXVII.

Ibid. I, 7, 6, p. 196 H.

Ἡ τὰ θνητῶν καὶ τὰ θεῖα πάντ' ἐπισκοποῦσ' ἀεὶ καὶ νέμουσ' ἡμῶν ἑκάστῳ τὴν κατ' ἀξίαν Τύχη μερίδα.

Codd. A. E. F. præbent ἐπισκοπεῖ, V. ἐπισκοποῦσ'. Versum expleruntHeeren. scribens : ἐπισκοποῦσα μὲν, Jacobs. rectius : ἐπισκοποῦσ' ἀεὶ. Similis enim depravatio erat in versu quodam tragico a Clem. Alex. servato; cf. anon. Trag. fgm. III.

CCXVIII.

Ibid. I, 9, 9, p. 226 H.

Ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἔστι τοῖς σοφοῖς βροτῶν
χρόνῳ σκοπεῖσθαι τῆς ἀληθείας πέρι.

In cod. V. est lemma : τοῦ αὐτοῦ, præcedit autem Menandri locus. Egregie vero monuit Meinek. ad Menandr. p. 245, et Poet. com. IV, Præf. p. 13 hos versus non a comico, sed a tragico poeta originem duxisse : et quum apud Stobæum proxime Critiæ versus (fgm. 3) qui manifesto comici cujusdam sit, sequatur, utriusque fragmenti lemmata transponenda esse conjecit. Qua de re penes viros doctos judicium sit; hoc autem

---

CCXIII.

Haud ulla plus necessitate lex valet

CCXIV.

Nam sola nec domatur in cœlestibus
Parca, nec hominibus, ipsa sed paret sibi.

CCXV.

O Parca, venatrix boni simul et mali.

CCXVI.

Candida furvæ soboles Noctis
Clotho et Lachesis; vos venerantûm
Audite preces; pariter cœli
Et terrarum regna colentes.
Formidata o numine cunctis
Veniat nobis lex sancta, rosis
Alte cinctos impleta sinus :
Veniat celso subnixa toro
Pax, Justitiæ juncta sorori,
Lætis frontem vincta coronis :
Nimiumque diu tristia passam
Urbem gravibus solvite curis

CCXVII.

Quæ deorum res et hominum temperat nutu suo,
Dividens partem viritim singulis nostrûm suam
Præpotens Fortuna.

CCXVIII.

Here maxime, omnis veritas sapientibus
Cum spe datur scrutanda, si accedat dies.

mihi etiam certissimum videtur, hos versus a tragico esse profectos. Vs. 1 Grot. correxit ὦ δέσποτ' Αἴας, Heeren. ὦ δέσποτ' ὦναξ, utroque autem multo probabilius Hartung. (Eurip. restit. I, p. 72) ὦ δέσποτ', αἶνός ἐστι etc. ex Euripidis Phœnice locum depromptum esse conjiciens; cf. Eur. fgm. 38. 324. 342. 497.

CCXIX.

Ibid. I, 9, 11, p. 228 H.

Μετὰ τὴν σκιὰν τάχιστα γηράσκει χρόνος.

Cf. Æsch. Prom. 983, Eum. 226, Eur. Herc. F. 1223.

CCXX.

Ibid. I, 9, 14, p. 230 H.

Σοφὸν λέγουσι τὸν χρόνον πεφυκέναι.

Ad sententiam cf. Soph. fgm. 747 ed. Ahrens.

CCXXI.

Ibid. I, 9, 27, p. 236 H.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνος
δείξει· μόνος γάρ ἐστιν ἀνθρώπων κριτής.

Cf. Eur. fgm. 64. Valck. ad Hippol. 428.

CCXXII.

Ibid. I, 9, 29, p. 236 H.

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Cant. et Grot. hunc vs. Chæremoni tribuunt. Sed in codd. V. A. E. Chæremonis nomen ad proximum versum pertinet.

CCXXIII.

Id. Floril. III, 1.

Ἃ δεῖ παρὼν φρόντιζε, μὴ παρὼν ἀπῇς.

Conjunctus est vs. cum hoc Æschyli versu : ὁ χρήσιμ' εἰδώς, οὐχ ὁ πόλλ' εἰδὼς σοφός, sed quia cum eo non cohæret, probabiliter conjecit Dindorf. (Æsch. inc. fgm. 271) lemma tantummodo ad alterum versum pertinere, priorem autem ab alio poeta profectum esse.

CCXXIV.

Ibid. XVII, 5.

Ὅσοι δὲ φιλοσοφοῦντες ἐκμοχθοῦσί τι,
ἐνταῦθ' ὑπάρχει τῷ βίῳ γαστρὸς κρατεῖν.

Versus, nisi forte e comœdia fluxerunt, auctorem produnt novæ comœdiæ tempore florentem. — Vs. 2 Grot. correxit : ἐν πάντ' ἀνάγκη, audacter et male iota dativi eliso. Equidem malim, ἐν τῷ δ' ὑπάρχει κτλ.

CCXXV.

Ibid. XVII, 6.

Διδάσκαλος γὰρ ηὑτέλεια τῶν σοφῶν
καὶ τῶν ἀρίστων γίγνεται βουλευμάτων.

Erat ἡ εὐτέλεια, quod correxi. Eadem crasis est apud Eur. fgm. 99.

CCXXVI.

Ibid. XX, 40.

Ἐν τοῖς κακοῖσι συγγένει' ὅταν παρῇ
τραχεῖα κωξύθυμος, ἀμαθίαν ἔχει.

Barnes. inter Euripidis fragmenta rettulit.

CCXXVII.

Ibid. XXVIII, 2.

Ἀφροδίσιος γὰρ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

Eundem locum commemorant Mich. Apost. V, 15, Diogenian. III, 37, Suid. v. Ἀφροδίσιος, Schol. Plat. p. 45, Schol. Hes. 650 : at ubique deest γάρ, quod metri caussa inseruit Grot. — Pro ἐμποίνιμος cod. Paris. A a manu prima habet ἐπώνυμος.

CCXIX.
Vanescit umbræ tempus instar profugum.

CCXX
Sapientiæ tempus putatur particeps.

CCXXI.
Sed hæc tempus quidem
Ostendet, unus arbiter mortalium.

CCXXII.
Fiuntque cuncta et judicantur tempore.

CCXXIII
Adesto rebus, quodque oportet hoc age.

CCXXIV.
Artis severæ quisquis effectus amat,
Ventris domare debet immodestiam.

CCXXV.
Bonæ magistra mentis est frugalitas,
Consilia semper saniora suggerens.

CCXXVI.
Miserum alloquendo si suis exasperat
Cognata dictis turba, facit improvide.

CCXXVII.
Amantium impunita sunt perjuria.

CCXXVIII.

Ibid. XXIX, 27.

Ἅπανθ' ὁ τοῦ ζητοῦντος εὑρίσκει πόνος.

Πόνος primus Valck. pro vulg. πόθος correxit.

CCXXIX.

Ibid. XXXII, 3.

Κακὴ γὰρ αἰδὼς ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ.

Hunc versum recte jam Grotius a præcedente Diphili versu, quocum vulgo conjunctus edebatur, secrevit et incerto poetæ tribuit, qui Valck. ad Eur. Hippol. 385 judice nullus alius quam Euripides fuit. Idem primus correxit τἀναιδὲς pro vulg. γ' ἄν.

CCXXX.

Ibid. XXXVI, 14.

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.

Versus in codd. Menandro assignantur, sed eos potius a poeta tragico compositos esse quum numerorum gravitatem tum formam χερὸς, qua comicus nullus usus sit, docere egregie monuit Meinek. Poet. com. IV, Præf. p. XIII.

CCXXXI.

Ibid. XXXVIII, 4.

Ἀδικώτατον πρᾶγμ' ἐστὶ τῶν πάντων φθόνος.

CCXXXII.

Ibid. XXXVIII, 16.

Οὐδεὶς ἂν εἴποι κεῖνον ἀνθρώπων κακῶς,
οὐδ' εἰ φθόνου γένοιτο δυσμενέστερος.

Hoc et sequens fragmentum in optimo cod. Paris. A cum versibus quibusdam Hippothoontis proxime antecedentibus male cohærent. — Pro ἀνθρώπων Grot. dedit ἄνθρωπον.

CCXXXIII.

Ibid. XXXVIII, 17.

Χρὴ δ' ἢ λέγειν τι χρηστὸν, ἢ λέγουσιν εὖ
μὴ δυσμεναίνειν τῷ φθόνῳ νικώμενον.

Vs. 2 vulgo erat δυσμεναίειν, Par. B. δυσμενέειν, sed recte δυσμεναίνειν Trinc. Grot. Gesn. ed. 3.

CCXXXIV.

Ibid. XXXIX, 4.

Πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου,
κρείσσων πάτρα σώφρονι ναίειν·
τὸ δὲ σύντροφον ἀδύ τι θνατοῖς
ἐν βίῳ χωρεῖ.

Locum dedimus uti e codd. editus et a Grotio in versus redactus est, nisi quod propter præcedens ἀδύ etiam θνατοῖς pro θνητοῖς scripsimus.

CCXXXV.

Ibid. XL, 8. [XXXVIII. p. 233 ed. Gesn.] p. 75 ed. Gaisf. : Ἀλλὰ καὶ ὅτι μέτοικος, ὀνειδίζουσι δὲ πολλοὶ λέγοντες, Μέτοικε,

σὺ δ' εὐγενὴς ὢν, τήνδε δουλώσας ἔχει.

Valck. locum Sophocli vindicans pro εὐγενὴς legendum esse ἐγγενὴς dicit, quum opponatur μέτοικος, sed multo ingeniosius probabiliusque Jacobs. (Lectt. Stob. p. 76) sic correxit :

Μέτοικε σὺ,
οὐδ' εὐγενὴς ὢν, τήνδε δουλώσας ἔχεις.

CCXXXVI.

Ibid. XLV, 7.

Τῶν γὰρ δυναστῶν πλεῖστος ἐν πόλει λόγος.

CCXXVIII.
Inveniet avidus cuncta quærentis labor.

CCXXIX.
Damnosus pudor est in regno impudentiæ.

CCXXX.
Nec saxum facile valida projectum manu
Reprehendas nec sermonem, qui lingua fugit.

CCXXXI.
Invidia res est omnium injustissima.

CCXXXII.
Nemo male illi dixerit, ne si quidem
Malignitate vincat invidentiam.

CCXXXIII.
Utilia quisque promat, aut promentibus,
Superatus a livore, ne succenseat.

CCXXXIV.
Patriam dulce est habitare bonis,
Et congesto gratius auro.
Adeo est assuescere multum.

CCXXXV.
Inquiline, quum nobilis non sis, hanc tanquam servam habes.

CCXXXVI.
Potentum in urbe ratio habetur maxima.

Versus deest in Par. A, in reliquis tanquam pars loci præcedentis (ex Eur. Hecuba petiti) exhibetur.

CCXXXVII.

Ibid. LIV, 1.

Γνῶμαι γὰρ ἔργων τῶν ἐν ἀνθρώποις τροφοί.

Sophocli locum tribuunt Trinc. et Gesn., incerto poetæ Grot., ac sane in Paris. A lemma deest. Idem valet de sequ. fgm.

CCXXXVIII.

Ibid. LIV, 2.

Βουλαὶ τάδ' ἐξέπραξαν, οὐ χερῶν σθένος.

Cf. antecedens fgm.

CCXXXII.

Ibid. LXXIII, 6.

Ἐχθροῖσιν εἴη πολεμίαν δάμαρτ' ἔχειν.

Barnes. versum inter Euripidis fragmenta rettulit, sed vide ne ex comœdia fluxerit.

CCXL.

Ibid. LXXIV, 27.

Ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων δ' ἡμᾶς σέθεν.
Τὸ μὲν μέγιστον, οὔποτ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν
λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων·
ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς,
ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη
βλέπουσά τ' εἰς πᾶν καὶ παροῦσα πανταχοῦ,
τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν·
τό τ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον·
ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων
σώζει δάμαρτα, δρᾶν τι δὴ δοκῶν σοφὸν,
μάταιός ἐστι καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ·
ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ' ἔχει,
θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται,
λάθοι δ' ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας.
Καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας γέλως,
ἀνήρ τ' ἀχρεῖος χἠ γυνὴ διοίχεται.

In Stobæi codd. et editt. versus continuo ordine his Menandri versibus : ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ, annexi leguntur, ut pariter Menandri esse videantur. Sed quum multi alii, quos citat Meinek. ad Men. p. 186 sq., eos a comœdia abhorrere perspexerunt, tum inprimis Meinekius ipse (l. c.) rationes exposuit, cur eos poetæ tragico originem debere credendum esset. Mirum igitur est, quod idem vir doctissimus, quamvis hoc bene intellexisset, tamen Buttmanni et Reisigii auctoritate, qui se non intelligere dixerant, cui mulieri Euripides hos versus tribuere potuisset (— quasi versus *Euripidis* esse constaret —) in fine disputationis ad sententiam accessit, Menandrum consulto sublimiorem orationis formam affectasse. Opinionem istam Butmanni bene redarguit Matthiæus Eurip. vol. IX, p. 414, id quod in caussa fuisse videtur Meinekio, ut abjecta illa sententia nuper (Poet. com. vol. IV, p. 227 sq.) hos versus poetæ tragico vindicare non dubitaret; cf. Aristoph. Thesmoph. ed. Fritzsch. p. 537. — Vs. 2 Par. A ἄνδρα ἢ, reliqui ἄνδρα ἢ, quod correxerunt Gesn. in marg. et Grot. in ἄνδρα χρή, Stephan. Com. Gr. p. 140 in ἄνδρα δεῖ — Vs. 7 legebatur ἐμπλήσασά τ' ἀπήλλακται, quod emendavit Bentl. — Vs. 8 Meinek. scribi mavult τὸ δ' ἄρσεν. — Vs. 9 sq. cf. Aristoph. Thesm. 420 sq. et interpp. ad h. l., Eur. fgm. 323, 881. — Vs. 10 erat δάμαρτα δ' ἀνδρὶ δὴ δ. σ. quod correxit Jacobs. — Vs. 11 cf. Eur. Bacch. 332 : Νῦν γὰρ πέτῃ τε καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς.

CCXXXVII.

Præclara facta ratio nutrix educat.

CCXXXVIII.

Perfecit has res ratio, non robur manus.

CCXXXIX.

Infesta conjux hostibus detur meis.

CCXL.

Mas ecquis adeat, percontari desine.
Namque hoc sapienti vitandum apprime est viro,
Ne servet nimis uxorem in claustris ædium.
Externa namque visus oblectamina
Sibi expetiscit; quæ si abunde suggeras,
Ubique præsens illa et spectans omnia,
Satiata obtutu, manet immunis criminum.
Viri quoque ipsi, quæ latent, captant magis
At qui serarum vectiumque obstaculis
Uxorem servat, sapere ut videat r sibi,
Reapse totus plenus insipientia est.
Nam si qua nostri sexus extra cor habet,
Et telo et penna citius avolaverit,
Neque illam asservet oculea Argi vigilia,
Ita ad mala alia ludibrium est accessio :
Uxorque virque intereunt despicabiles.

CCXLI.

Ibid. XCIII, 16.

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν.

Hic versus ex auctoritate Valck. Diatr. p. 228, ut videtur, inter Euripidea fragmenta exhibebatur, quum præcederet ex Alcmena (fgm. 100), sequerentur ex Plisthene (fgm. 621) versus, sed in optimis codd. lemma deest.

CCXLII.

Ibid. XCVI, 7.

Ἡ γὰρ σπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.

Grotius hunc vs. cum antecedente Philemonis versu: ὅστις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῆν βούλεται (quem sic emendavit Gesn. ζῇ παραζῆν... βούλεται, Salmas. ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται, Bentl. πᾶς τις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται) conjunxit eumque secutus est Meinek. Menandr. p. 419 et Poet. com. IV, p. 56. Sed idem vir doctus sibi non constitit, sed p. 692 eundem versum cum alio quodam incerti poetæ singillatim exhibuit et poetæ tragico assignavit, quod sane mihi etiam versimillimum videtur. Cf. Eur. El. 376.

CCXLIII.

Ibid. XCVII, 17.

Ἐγὼ γάρ, εἰ νοῦν εἶχ' ἔμ' ὁ σπείρας πατήρ,
ἠπιστάμην ἄν, μουσικὴν παρεὶς πονεῖν,
ὡς εὐτυχήσων καὶ κακῶς πράξων ποτέ.
Πρῶτον μέν, ἐξ ὧν πάντα γίγνεται βροτοῖς,
εὔογκος εἶναι γαστρὶ μὴ πληρουμένῃ,
στέργειν θ' ὑδρηροῖς ὥστε θὴρ ἀεὶ ποτοῖς,
χειμῶνί τ' ἀσκεῖν σῶμα θερμά θ' ἡλίου
τοξεύματ' αἰνεῖν μὴ σκιατραφούμενος.
Νῦν δ' οὐκ ἐθισθεὶς ταῦτ' ἐπίσταμαι μὲν οὔ,
φέρειν δ' ἀνάγκη· τὸν γὰρ Ὀρφέα λαβὼν
ἅπαν τε Μουσῶν ἐννεάφθογγον μέλος
οὐκ ἂν πίθοιμι γαστέρ', ἀλλὰ δεῖ βίου.

Male olim hæc verba in Par. A et apud Trinc. cum Euripidis fragmento (285) apud Stob. præcedente cohærebant, ideoque a Barnesio inter Bellerophontis Euripideæ reliquias referebantur, inde vero recte a Matthiæo remota sunt. Sed Euripidi ea tribuere non dubitat Valck. Diatr. p. 71, ac sane negari nequit, ea haud indigna esse optimo quovis Tragico. — Vs. 2 vulgo παρεισπονεῖν, sed recte Par. B παρεὶς πονεῖν, in quod etiam Heath. et Valck. l. c. conjectura inciderant. — Vs. 8. Paris. A σκιατροφούμενος. — Vs. 9 Trincl. μὲν οὖν.

CCXLIV.

Ibid. XCVIII, 46.

Ζώοι τις ἀνθρώπων τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως
ἥδιστα πορσύνων, τὸ δ' ἐς αὔριον ἀεὶ τυφλὸν [ἕρπει.

Quo jure hi versus inter Sophoclis fragmenta (685 ed. Dindf., 569 ed. Ahrens) recepti sint, equidem ignoro, nam in codd. lemma deest et locus, qui apud Stob. præcedit, e Sophoclis Tereo ductus cum his vss. nullo vinculo cohæret.

CCXLV.

Ibid. CV, 51, c. lemm. Τραγικὸν ἐπεισόδιον.

Τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον,
καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον κυρεῖ,
οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητῷ γένει,
ὃ περιέτρεψεν ἢ χρόνος τις ἢ φθόνος,
ἐπὴν ἐπ' ἄκρον τις τοῦ καλῶς πράσσειν δράμῃ·
ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα
τῷ μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τῆς τύχης

CCXLI.

Mala multa hominibus parere divitiæ solent.

CCXLII.

— nam paupertas ad delinquendum incita est.

CCXLIII.

Mihi, si pater sapuisset, ingenium foret
Ita temperatum musicis concentibus,
Læta ut valeret duraque ex æquo pati.
Primum quod homines inter usus maximi est,
Essem expeditus, ventre non farto nimis:
Aquam juvaret bibere, qui mos est feris,
Hiemem labore pellere: æstivos pati
Solis calores, corpore haud umbratico.
Nunc ista ferre insolitus, ignarus, tamen
En ferre cogor. Thressa si vatis fides
Carmen sonaret et Novensiles Deæ,
Non venter ista audiret; esca illi est opus.

CCXLIV.

Hilaris, quæ nunc lucet, agatur:
Crastina nobis est cæca dies.

CCXLV.

Habent superba dona Fortunæ metum.
Rebus negata fulgidis securitas,
Tutumque hominibus nil et excelsum simul:
Aut livor illud, aut edax sternit dies,
Summum ad gradum quum claritatis venerit.

μέρει φέρεσθαι, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν·
κἂν γὰρ πέσῃ τις ἐξ ἐλάσσονος μέτρου,
εὐπερικάλυπτον ἔσχε τὴν δυσπραξίαν,
ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίγνεται μέγα·
πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται,
σφάλλει δ' ἐκείνους οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη.

Pluribus locis hi versus, si re vera, ut lemma dicit, tragici sunt, laborant, itaque a quibusdam vel poetæ comico adjudicati sunt. Offendunt enim in vs. 4 præpositionis περὶ ante vocalem usus (cf. Porson. ad Med. 284), in vs. 5 anapæstus in secundo pede, in vs. 7 quintus pes (cf. Porson. præf. ad Hecub. p. XXX sq.). Quæ quum bene perspexisset Meinekius (Poet. com. vol. IX, præf. p. XI sq.), acute et feliciter, ut solet, loco succurrit, quum vs. 4, ubi præterea Paris. A περιέστρεψεν habet, corrigeret ὅπερ παρέστρεψ' (vel κατέστρεψ') ἡ χρόνος κτλ., vs. 5 anapæstum aut ejecto pronomine τις aut ante ἐπ' ἄκρον collocato removeri juberet, et vs. 7 canoni Porsoniano satisfaceret scribendo : ἐν ταπεινῷ τῳ τύχης. (Cf. Pors. præf. ad Hec. p. XXXI.) Ceterum vs. 7 pro τῷ Paris. A, Voss., Arsen. præbent τὸ. — Vs. 10. Paris. A εὐπραξίαν, et vs. 11 ψυχὴ pro τύχη male.

CCXLVI.

Ibid. CVIII, 23.

Πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς,
στέργειν δὲ μοῖραν· τῶν δ' ἀμηχάνων ἔρως
πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν.

Præcedit locus ex Euripidis Electra petitus, quare Trinc. hos versus Euripidi tribuit, Brunck. vero inter Sophoclea (Thyest. fgm. III) recepit, Gesneri fortasse margine deceptus. Recte autem Dindorf. eos nec inter Euripidis nec inter Sophoclis fragmenta rettulit, quamvis etiam Gaisf. ad h. l. Euripidem hujus loci auctorem esse existimaverit.

CCXLVII.

Ibid. CXVII, 1.

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς γῆρας εὐπροσήγορον.

Tragico versum tribuit Valck. ad Hippol. 96, recte, ut equidem opinor.

CCXLVIII.

Ibid. CXVIII, 12.

Ὅστις δὲ θνητῶν θάνατον ὀρρωδεῖ λίαν,
μωρὸς πέφυκε· τῇ τύχῃ μέλει τάδε·
ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,
οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγοι μολών.

Vs. 3 anapæstum in secundo pede removeas scribendo : ὅταν δ' ὁ καιρὸς vel ὅταν γὰρ ὁ χρόνος κτλ. — Vs. 4 recte Halm. Lectt. Stob. p. 57 scripsit ἐκφύγοι pro vulg. ἐκφύγῃ.

CCXLIX.

Ibid. CXXVI, 8.

Χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα κεἰς λήθην ἄγει.

CCL.

Sueton. Ner. 46 : *Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum* (sc. Neronem) *publice OEdipum exsulem, atque in hoc desiisse versu :*

οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, πατήρ.

God. Hermannus Welckero suffragante Trag. Gr. p. 1328, not., versum ad Euripidis Œdipum referri vult, sed equidem nihil definire ausim, quum plurimi poetæ tragici Œdipum scripserint.

Mediocritatis tutior possessio,
Per quam nec aliquis premitur afflictus solo,
Nec se invidenda tollit in fastigia.
Nam qui minore volvitur spatio cadens,
Multo facilius damna dissimulat sua,
Majore moles vasta cum strepitu ruit.
Invidia claris semper est rebus comes,
Et quum favet Fortuna, captatum venit.

CCXLVI.

In cœlites vim non parare est optimum,
Sed amare fatum. Vetita qui nimium cupit,
Sæpe et paratis rebus excussus jacet.

CCXLVII.

Boni senectus comis accessu viri.

CCXLVIII.

Mortalis amens, qui nimis mortem timet :
Fortuna totum hoc verset arbitrio suo :
Suprema nam quum venerit vitæ dies,
Jovis ipsa templa si petas, nulla est fuga.

CCXLIX.

Diesque celat omnia atque oblitterat.

CCL.

Misere mori me jussit conjux, pater.

CCLI.

Suid. v. Ἀγριωπός· τουτέστιν ἡ ἀναιδὴς καὶ ἄγριος· ἐκ τοῦ ὤψ, ὠπὸς, ὃ σημαίνει τὸν ὀφθαλμόν.

Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρατῶς γαυρουμένην·

λέγει δὲ τὴν ἁμαρτίαν. Sic locum Kuster. restituit.

CCLII.

Id. s. v. Μετὰ γὰρ νοσούντων μαίνεσθαι καλόν· ὅτι χρὴ συνεξομοιοῦσθαι τοῖς παροῦσι· ὅμοιον τῷ « ὁ μαινομένοις μὴ συμμαινόμενος, οὗτος μαίνεται. » Eundem locum habent Proverb. Bodlej. 656, Vat. II, 76, unde versus sic restitui potest :

Μετὰ γὰρ νοσούντων καὶ τὸ μαίνεσθαι καλόν.

Ad quem respexisse videtur Seneca De tranq. an. 15 : *Nam si Græco poetæ credimus, aliquando et insanire jucundum est.* Cf. Valck. ad Eur. Phœn. 397.

CCLIII.

Id. s. v. Πολλοί σε κτλ.

Πολλοί σε μισήσουσιν, ἢν σαυτὸν φιλῇς.

Τοῦτό φασι τὰς Νύμφας πρὸς τὸν Νάρκισσον εἰπεῖν, ἀποβλέποντα εἰς τὰς πηγὰς διὰ τὴν οἰκείαν μορφήν. Eundem versum habent Mich. Apost. XVI, 44. Proverb. Bodlej. 807 ed. Gaisf., quem Euripidi tribuerim cum propter sententiam, tum propter sigmatismum, de quo vide quæ monuimus ad Anon. trag. fgm. CXXXV. Ad sententiam cf. Anon. trag. fgm. XXXVIII.

CCLIV.

Tatian. Orat. ad Græc. c. 14 (ed. Worth. p. 35) : Λεγέτω μοι νῦν ὁ ἑκατηβόλος, πῶς Ὑάκινθον διεχρήσατο Ζέφυρος; Ζέφυρος αὐτὸν νενίκηκε· καὶ τοῦ τραγῳδοποιοῦ λέγοντος

Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον,

ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς ἀπώλεσε τὸ ἐρώμενον. Barnes. versum inter Euripidea rettulit.

CCLV.

Themist. Or. XVI, p. 207, D sq. post citatos Euripidis locos fgm. 205, Phœn. 516 sq., Hom. Il. ψ', 315, pergit : Καὶ,

Πάνθ' ὁ σοφὸς νοῦς ἐξ ἀμηχάνων ἄγει
καὶ πάντα κηλεῖ, κἂν ἀπώμοτός τις ᾖ.

Valck. ad Phœn. 519 corrigit πάνθ' ὅγε σοφὸς κτλ., sed equidem malim : πάντα δ' ὁ κτλ.

CCLVI.

Tryphon. De trop. 5 in Mus. crit. Cantabrig. I, p. 47, et in Walz. Rhett. Gr. VIII, p. 738, 14.

Τεῦκρος δὲ τόξου χρώμενος φειδωλίᾳ,
ὑπὲρ τάφρου πηδῶντας ἔστησε Φρύγας·

εἴρηται γὰρ φειδωλίᾳ ἀντὶ τοῦ ἀκριβείᾳ. — Blomfield. in Mus. crit. Cantabr. l. c. versus ad Sophoclis Teucrum refert propter Soph. Aj. 1292 sq.

CCLVIII.

Id. 6 in Mus. crit. Cant. I, p. 48, et in Walz. Rhett. Gr. VIII, p. 739, 6.

Οἶνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος.

Verba sunt nescio cujus delictum aliquod ebrietate excusantis; cf. Eur. fgm. 266, Carcin. fgm. 5.

CCLI.

Illam ore truculento impotenter superbientem.

CCLII.

Nam cum insanis etiam desipere jucundum.

CCLIII.

Multi te oderint, si te ipsum ames.

CCLIV.

Aura deorum vehiculum honoratissimum.

CCLV.

Omnia prudens mens e rebus contortis atque impeditis reducit omniaque temperat, etiamsi fieri non posse affirmaverit.

CCLVI.

Teucer arcu raro adhibito constitit Phryges fossam transilientes.

CCLVII.

Vinum me commovit, deorum potentissimus

INDEX

POETARUM AC FABULARUM.

(Poetarum nomina majusculis, fabularum literis minusculis dedimus.)

A.

INDEX NOMINUM.

R.

S.

T.

U. V.

X. Z.

CHRISTUS PATIENS,

EZECHIELI ET CHRISTIANORUM POETARUM

RELIQUIÆ DRAMATICÆ.

EX CODICIBUS EMENDAVIT

ET ANNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

FR. DÜBNER.

FRIDERICO JACOBS

PHILOLOGORUM NESTORI

S. P. D.

VENERABUNDUS FRIDERICUS DÜBNER.

Qui semper TUI sim memor et eo magis me in omni genere literarum humaniorum proficere sentiam quo TUA in iis merita intellexerim clarius, nunc non possum quin ad TE conversus verba faciam. Hisce enim paginis Firminus Didot, quem vidi et ipsum TUO aliquo scripto rarissimum otium delectare, coronidem imponi voluit tragicorum poetarum Collectioni, cujus partem majorem Euripides obtinet et in opere et in hoc παρέργῳ. Jam de poeta quem tam diu fovisti, tot studiis illustrasti, quî non sponte sese ad TE convertat oratio? Sed repetenda sunt tempora ante ortum nostrum plerorumque, remetiendi anni *sexaginta,* ut juvenem deprehendamus diurna nocturnaque manu tractantem tragœdias Euripidis, quas tot nævi deformabant. Omnis tum cura TIBI, nativum ut eis nitorem restitueres, Barnesianum quod unum in Germania exstabat exemplum corrigeres, ingenium poetæ et sententias explicares. Interim Musgravii splendida editio ex Britannia fuerat allata : quacum ut TUA observata comparares, pedibus iter Gottingam fecisti, et partem modo messis TUÆ reperiebas occupatam. Paullo post in publicum prodierunt emendationes et animadversiones TUÆ annis 1789 (in Bibliotheca Gotting. litt. antiq.), 1790 et 1796 : atque totum Euripidem TUIS notis illustratum habituri eramus, nisi per urbanitatem cessisses Christiano Danieli Beck, cujus nomen Plautinus ille Sagaristio sic protulisset : Omniincipides Nihilabsolvides. Nunc pauca, sed eximia subjecisti Pflugkii commentario TUIS auspiciis edito. Omnium vero maxime sum admiratus illum ingenii Euripidei, artis Euripideæ χαρακτηρισμόν, quem anno 1796 emisisti in Supplementis ad Sulzeri Theoriam

(vol. 5, p. 335-422). In hoc non solum plurima insunt quæ ante TE dixerat nemo, sed multa etiam quæ non tanguntur in celebrata illa prælectione Schlegelii, splendida profecto, sed non usquequaque solida et vera.

Hæc TUA, ut alia TUA in aliis studiis et scriptionibus, usque mihi obversabantur Euripidem legenti in Christo Patiente. Atque animus erat Euripidea quæ christianus poeta in usum suum convertisset, indicare omnia : verum in typographica forma quam sequi debebam, mox intelligebam non posse hoc agi utilem in modum. Nam ut dramatis hujus mens et velut fabrica recte percipiatur, non singuli versus sunt indicandi, sed longiores sæpe ῥήσεις Euripidis eadem in pagina sunt oculis subjiciendæ. Tali demum comparatione plane perspicias quibus artibus auctor Euripideum os figuraverit ut christiana loqueretur; gravium vero meditationum ansam datum iri editione hunc in modum adornata cordatis omnibus spondeo. Ea jam facilius parabitur, postquam ex tribus quasi provinciis quæ in carmine hoc suscipiendæ sunt, administravimus unam. Nimirum emendandum erat plurimis inquinatum mendis : quærenda est ætas qua fuerit et secta abs qua fuerit compositum (de ipso enim inveniendo auctore res videtur desperata); denique explicanda natura et compositio dramatis. De ætate ex linguæ quidem usu et conformatione versuum nihil quicquam efficias : sed insunt dogmatum peculiarium et antiquitatum christianarum, quæ ad certa tempora pertinere videntur, vestigia adeo multa atque clara, ut qui harum rerum accurate sit peritus, haud frustra in ætatem et sectam scriptoris inquisiturum esse putem. Valde mirus est epilogus codicis optimi, his verbis conceptus :

> Ἔχεις ἀληθὲς δρᾶμα κοὐ πεπλασμένον
> πεφυρμένον τε μυθικῶν λήρων κόπρῳ,
> ὁ φιλομαθὴς εὐσεβοφρόνων λόγων.
> Εἰ γοῦν θέλεις σὺ καὶ Λυκόφρονος τρόπῳ
> γλυκόφρονος νῦν ὡς θέμις ἐγνωσμένου
> λέξω τὰ πολλὰ νητρεκῶς ὧν μ' ἱστορεῖς.

Quæ pag. 78 ita capienda esse putavi, ut qui hunc centonem Euripideum patrono cuidam miserit, is eidem Lycophroneum centonem promittat, Λυκόφρονος τρόπῳ λέξω τὰ πολλὰ ὧν μ ἱστορεῖς, ipso ejus primo versu usus. At videndum ne Tzetzes (nam hujus sunt haud dubie illi versus) simpliciter commendet suum in Ly-

cophronem commentarium, hoc modo : εἰ γοῦν θέλεις, καὶ Λυκόφρονος τὰ πολλὰ λέξω ὧν μ' ἱστορεῖς, Lycophronis nunc (per commentarium meum) cogniti τρόπῳ γλυκόφρονος. Distinguitur enim in codice post voc. Λυκόφρονος, et τρόπῳ cum sequentibus struitur. Hoc certum, lectum esse Christum Patientem a Tzetza, auctorem ut videtur ignorante, et missum patrono. Singularis autem hic epilogus me movit ut titulum prorsus evanidum legere tentarem. Trium est linearum, quarum prima disperdita cum secundæ literis ferme duodecim, quia recens manus inscripsit Γρηγορίου τοῦ θεολόγου τραγῳδία εἰς τὸ σωτήριον πάθος etc. Inde vix credibili difficultate erui quæ tanti non erant : εἰς τὸν μιαρὸν ἰούδαν πα(? τὸν?) φιλήματι δολίῳ παρ ... τεπον (? παραδόντα τὸν? et literæ δ vestigium est) κύριον. Initio vero conspicitur στι, i. e. στίχοι (εἰς ....), ut hoc certe appareat, neque Gregorii neque alius poetæ ullam exstitisse mentionem ut hoc codicum præstantissimo. Verbo tetigisse sufficiat, aliquas Euripideorum codicum corruptelas ex barbarie ortas etiam in suis habuisse centonis auctorem.

Ratio et œconomia quam vocant dramatis tam poetica quam scenica summe memorabilis est et magni momenti ad historiam dramaturgiæ, digna quæ intelligatur et explicetur potius quam explodatur, quod post alios fecit Eichstadius (*Drama christianum quod* Χρ. Π. *inscribitur num Gregorio Naz. tribuendum sit.* Jenæ, 1816). Nimirum cunctis poetis facile quivis applicaverit canones Aristotelicos, invito quidem, ut opinor, divino Stagirita, qui post tantam rerum humanarum omnium conversionem alios erat canones positurus. De Christo Patiente autem cupide exspectamus scriptionem peritissimi hujus disciplinæ judicis, *Caroli Magnin*, qui dudum cum auditoribus suis et mecum nuper in colloquio nova super ea re communicavit. Ea quod aliqua ex parte tangenda sint, nunc quidem ut dicam quid mihi videatur, non decet.

Restant verba poetæ quæ in postrema editione, ex Patrum Benedictinorum schedis ab abbate Caillaud producta, vehementer depravata feruntur. In varietate scripturæ græcis subjecta quum veteres impressi sæpissime memorentur, ne unum quidem vocabulum deprehendi ex melioribus quam mei sunt manuscriptis ductum. Quare operæ pretium non videbar facturus si Basileensem, Wechelianam, alias requirerem. Sed studiose licet pervolvens bibliographicos indices et catalogos Regiæ bibliothecæ, non potui

reperire notas Combefisii, sæpe memoratas a Benedictinis. Non videntur typis mandatæ unquam fuisse, sed scriptæ in manus venisse horum Patrum. Qui quum codices animadvertissent in iis commemoratos, ipsi eos (quantum intelligi potest) non inspexere, sed in excerptis Combefisianis acquieverunt, haud dubie non integris. Iisdem enim ille codicibus atque nos usus, ex sexaginta ferme variantibus enotavit unam. Noster B. ipsi est « Reg. Med. », noster C. « Reg. H. 11 », quas notas et quidquid apud Benedictinos ad crisin spectat meæ annotationi diligenter inserui. In qua *Ed.* de Patrum illorum editione postuma intelligendum est.

Tres codices Regios accurate excussi, quorum ope hoc drama proxime ad integritatem adduci poterat, præsertim tertii, nota C. indicati, de quo primum dicam. Est bombycinus, sæculi XIII, n. 2875, qui multa continet minute scripta, inde a folio 153 Gregorii Naz. carmina. Sed post quartam lineam folii 12 versi subito incipit scriptura major, non solum reliquâ diligentius conformata, sed calligraphia accuratissima; post finem vero Christi Patientis, fol. 56 verso, ad minutam scripturam reditur. Apparet igitur maximi habitum fuisse hoc opus ab eo qui codicem confici jussit, ut quidem existimari licet, ob commendationem archetypi vetustate hic illic arrosi. Incipit sine ulla defectus nota a versu 109, in decursu autem aliquoties versuum initia, aliquoties extrema in archetypo habebantur absumpta, cujus forma, si lacunas illas rimeris, mente concipi poterit. Quamvis decem ferme locis hic quoque codex interpolationis sit merito suspectus, rarissimæ tamen integritatis monumentum esse ex annotatione nostra facile cognosces.

Alter, A., item bombycinus, sæculi XIV ineuntis, n. 2707, quamquam multo propior codici C. quam editionibus, ab illo tamen longe abest, utpote jam interpolatorem expertus, sed modestum, ab librario vero exaratus imperitissimo, qui multa monstra lectionum protulit.

B., n. 1220, chartaceus, sæc. XIV exeuntis, unus ex iis est unde editiones fluxerunt : sed quum magna sit cura scriptus, et cum libro meliore olim collatus, duorum codicum vicem obtinet et ex eo solo sexcentis locis recensio editionum poterat emendari.

His subsidiis quomodo sim usus, ex annotatione satis apparet. Translatio latina Benedictinorum est, plurimis locis correcta.

EZECHIEL.

Judaicum hunc poetam vixisse ante Alexandrum Polyhistorem, centum et quinquaginta fere annis ante Chr. n., et Septuagintavirorum translatione Pentateuchi usum esse firmis argumentis ostendit L. M. Philippson in libello *Ezechiel und Philon* (Berolini, 1830), præclari ingenii specimine. Nihil præterea de eo scimus : ex reliquiis autem facile colligitur serius eum didicisse linguam græcam, non ab infantia ei fuisse innutritum. Arte loquitur aliquoties felici, nec spiritus poetici prorsus expertem dixerim, sed græca ei non profluunt ex intimis sensibus.

Vehementer corrupti et interpolati ferebantur hi versus ante Gaisfordium, qui optimis usus codicibus eos instauravit. Non est ut varietatem ejus hîc repetam : sed indicanda sunt quæ aliter atque apud ipsum et quæ de conjectura leguntur.

Quum in dramate Ἐξαγωγῆς agatur reditus Israelitarum in terram benedictam Abrahami, probabile est a descriptione felicitatis patriarcharum in Palæstina initium prologi esse factum : hinc perrexerit Moses : *ex quo autem* (ἀφ' οὗ δ') *Jacobus emigravit... usque ad hoc tempus male vexamur,* κακούμεθα : sic enim scribendum puto pro κακούμενον, quod illius locum facile occupabat post verba κακῶς πράσσοντα καὶ τεθλιμμένον. — Versu 6 legebatur κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ δυναστείας χερός, quod correxi. — Versuum 9-14 confragosa structura, quam ipsius esse Ezechieli ostendit Clementis et Eusebii consensus : verbis τοὺς μὲν βροτούς, *viros,* opponere voluisse videtur *recens natos,* ἔπειτα κηρύσσει pro κηρύσσει δέ sive potius τὰ δὲ γεννήματα κηρύσσει, in quibus repetitum μέν majoris etiam infantiæ. Versu 10 codd. Eusebii οἰκοδομαῖς τε βάρεσιν, Clemens οἰκοδομίας τε βάρεσιν, in quo poterat acquiesci. Nihilominus scripsi quod minus putidum est οἰκοδομίαις τε βαρέσιν pro βαρείαις : hoc peregrinus poeta ex ἡδὺς ἀϋτμή et ejusmodi exemplis finxerit, ut alia multa imitatur exteriorem speciem secutus, vim et animam dictionis non assecutus, præsertim in usu particularum. Πόλεις τ' ἐπύργου σφ. Sylburgius pro πόλεις τε πύργους σφῶν. — V. 17 βαθύ ex Clemente pro δασύ. — V. 21 Clemens ἰδοῦσά μ', Eus. δ'. — V. 38 ὑπισχνεῖθ' Clem. et Eus., *in se recipiebat,* ut apud Hom. Il. K, 39, 303, Οὔτις τοι ὑπόσχηται τόδε ἔργον. Regia educatione (regina) omnia præstabat ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐῶν

(ὄντι). Philippson. ὑπεῖχεν ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐνί, postremum certe male. — V. 43 fort. τὸν μὲν γεγῶθ' Ἑβραῖον. Conf. v. 102. — V. 49 ex optimis B. C. nihil enotavit Gaisfordius, ut habere videantur κακουμένους. Reliqui tamen quinque consentiunt in παρουμένους, i. e., ni fallor, πατουμένους, ut non semel διαπληκτιζόμενοι dicuntur ὑπ' ἀλλήλων πατεῖσθαι. Septuaginta enim, Δύο ἄνδρας Ἑβραίους διαπληκτιζομένους. — Versum 68 opinor a me esse restitutum. Veteres editiones ἐδόκουν ὁρᾶν κατ' ἄκρας που θρόνον, codices vero ἐξ (quæ sunt reliquiæ verbi ἔδοξ', quod postulat sententia) ὄρους κατ' ἄκρας ἰνοῦ vel ἴνου θρόνου vel θρόνον. Ex ipso somnio apparet cur poeta in *Sina* monte visum finxerit. Notum δοκεῖν sine ὁρᾶν ex initio Vesparum, v. 15. Gaisf. edidit ἐξ ὄρους κατ' ἄκρας οὗ θρόνον, quod habent tres codd. ex deterioribus. — V. 81 κἀμοὶ παρῆγεν dubium est, quia codices κἀμοῦ : fort. καί που, *et fere*. — In v. 84 mira est varietas in verbo ζῴην : optimi ζωοῖν, duo ζώοιν, unus ζώειν, ut videatur Ezechielus de ζωοίην (pro ζώοιμι) cogitavisse idque in ζωοῖν contraxisse. — V. 88 θὐπένερθεν et v. 111 θὐπ' ἐμοῦ sunt crases propriæ Ezechielo pro τὰ ὑπ', quæ ita scribi et in versu pronuntiari non possunt nec haberi queunt suspecta. Ceterum καί etiam simpliciter elisisse Ezechielum documento est versus 105, ubi codd. καί, et fort. v. 184 χ' ὅταν, ubi χ' non videtur aliena manu additum. — V. 98 codices omnes ἁγία γὰρ ἡ γῆ, ὅπου σὺ ἐφέστηκας, πέλει, quod utcumque correxi. LXX : ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. — V. 106 non opus ut κἄτ' scribatur. — V. 112 ἐξάγοις codices consensu : quod non est cur mutetur ut omnes fecerunt in ἐξάγῃς : refertur ad τεταγμένα, quæ imperavi eo consilio ut educeres. — V. 115 codd. omnes præter unum qui hunc v. omittit, ὥστε μὴ λόγους ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίους, quasi dicas : ut mea oratio non possit *stare contra regem*. Sed non puto ita hoc fuisse scriptum; aperte vitiosum est autem πρὸς ἡμᾶς in codd. v. 119 pro ἡμῶν. — V. 134 χ' se « inseruisse » dicit Gaisfordius : sed καὶ ὑδάτων est in tribus edd. vett., quas vidi, et ita scriptum servari potest. — V. 135 Philippsonus conjecit βατράχων δὲ πλὴν καὶ σκν. Sed frustra fortasse fuerit qui ductus literarum hic sequatur; quidni πλῆθος explicatio sit vocabuli glossematici? Vicissim versus 137 una syllaba deficit : posui δεῖν' ἐν pro δ' ἐν, quum alibi quoque Ezechielus duplici adjectivo utatur, v. 13, 221, 222, 249. — V. 141 scribendum videtur πικρανέω. Nam quem posteriores scriptores ponunt pro futuro conjunctivi (πι-

κράνω) exemplum non est apud Ezechielum; neque est anapæsti quem infert Philippsonus, πικρανῶ τὸν οὐρανόν. — V. 145 πέμψω, καὶ περισσὰ (quod περισσαί scripsi) βρώματα codices Gaisfordii, qui nihil enotat ex antiquo B., ut is habere videatur cum edd. vet. πέμψω, αἳ πέριξ τὰ βρώματα, quod sane magis placet : et hiatus est in eadem sede v. 158. — V. 165 sic scripsi ob reliqua, sed aliena manu illatum hunc versum et recentiorem puto : sic enim codices, cum producta dichrono υ :

χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἠδὲ καὶ στολάς.

Apud LXX, σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, καὶ ἱματισμόν. Quæ non satis distincte indicata esse in v. 164 judicavit interpolator. — V. 175 λαβών haud dubie refertur ad ἕκαστος quod habebatur in versu præcedenti non excerpto. — V. 181 codd. omnes κοῖλα ποσσίν, quod Max. de Séguier (in Notis ad Euseb. gallicum p. 565) primus vidit vitiosum esse et scripsit καλάποσσιν. Ad syntaxin convenit quod paullo diverso sensu dixit Galenus (apud HStephanum) : ἐνὶ καλόποδι πάντας ὑποδέουσιν. Ceterum sufficere putavi κᾶλα ποσσίν, nam si dicas, « Et *ligna* pedibus subnectite », nemo aliter intelliget quam de sculponeis. LXX : Αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. — V. 199 speciosum est veterum editionum διεκδρομῆς, sed falsum; hoc vult : phalangitæ spatia (inter ordines relicta) habentes, per quæ prorumperent currus. — V. 204 Gaisfordius addit εἰσίν. Fortasse εἶπεν (is ex quo quæsivi). — V. 206 recte Gaisfordius ἦσαν ἠθροϊσμένοι pro ἤεσαν ἠθροισμένοι. Dialysis hæc in iambographis non infrequens : v. Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 877. — V. 213 θεὸν πατρῷον est appositio ad φωνήν, deum patrium (loquentes). Deinde vulgo πολὺς δ' ἦν, codices πολὺς ἦν δ', Gaisfordius ἦν πολὺς δ': Sed « utique leg. ἔην ἀντὶ τοῦ ἦν » recte dixit Fed. Morellus, cujus notam per omnia sanam incredibiliter pervertit Philippsonus p. 46. — V. 222 scripsi μέλας pro μέγας. — V. 226 τεράστι' Gaisfordii conjectura pro τέρατ'. — In v. 231, qui uno tenore legebatur, distinxi ante Νυκτός, eo sensu quem in latinis indicavi. — V. 242 πόρον optimi libri pro στρατόν, lapsu librariorum, sed ita ut aliud vocabulum quam στρατόν subesse possit. — V. 243 scripsi πρὸς αὐτῇ τῇδέ γ' εὐαεῖ. Codices τῇδ' ἐπευαει variis accentibus, vulgo τῇδε εὐαεῖ. Gaisford. τῇδ' ἐπ' εὐαεῖ. Explorator digito monstrat illam convallem, et addit : Est enim

illic, non longinqua, ut ipse fortasse oculis agnoscas : *ecce autem modo* illustratur columnâ ignis, nocturno duce nostro. Quare scribendum putavi v. 247 κατ' εὐφρόνην vel invitis libris qui εὐφρόνης. Emendandum restat ἐκεῖ τόθεν v. 246 (tres codd. πόθεν) et v. 252 καὶ ἐπίρρυτος (conf. Æschyl. Eum. 907), et v. 255 οὐδέπω ὥρακε. — V. 253 libri πέφυκε χλόη, quæ transponit Gaisfordius sine necessitate. — V. 259 κατ' αὐχένα Eustathius; Eusebii codd. κατ' αὐχένων, « sub cervicibus », quod de tergo dictum videtur. — V. 261 κοττοῖς ἡμέροις Is. Vossii est emendatio. Codd. κοίτης ἡμέρας, tres ἡμέρης. Hesychius : Κοττοί, οἱ ἀλεκτρυόνες, διὰ τὸν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ λόφον. — V. 266 meliores libri ὥστ' ἦν.

PLOCHIRUS,

cujus dramation anno 1593 Parisiis edidit Federicus Morellus, hoc indice : ΠΛΩΧΕΙΡΟΥ ΜΙΧΑΗΛΟΣ δραμάτιον. *Poematium dramaticum, Musarum et Fortunæ querimoniam continens. E græcis Plochiri Michaelis latine eodem genere versuum expressum a FED. MORELLO, Paris. professore et interprete Regio .... Apud Federicum Morellum, typographum Regium* (forma oct., octo paginis latinis et totidem græcis). Repetiit Londini a. 1722 *Mich. Maittaire*, in Miscellaneis. Hujus exemplar quum typothetis tradidissem, cognoscere libuit unde tandem acceperit Morellus anecdoton illud, quod non exstat in Regio thesauro. Altum professoris de ea re silentium : sed mirabilem rem aliam me docuit ejus schedula. Typographices annalium scriptor quum typographico se ζήλῳ accensum «opuscula brevia pleraque, sed elegantia, repertu rara quædam, nec nisi maximo pretio redimenda» collegisse profiteatur, credibile erat accurate illum typis repetiisse quæ « ab interitu unita vendicaturus » exstiterat. Atqui διχρόνων ille usum prorsus ignorans, versus passim mutat TACITE, hunc in modum,

Σὺ πολυλογεῖς, ἄνθρωπε, κομπάζεις μάτην,
λαλεῖς ἀναιδῶς, ἐς τόσον γ' αὐθαδίσας.
Μούσας ἄρ' αὐτὰς αἰτιῶ, μὴ τὴν Τύχην,

pro his Morelli,

Πολυλογεῖς, ἄνθρωπε, κομπάζεις μάτην,
λαλεῖς ἀναιδῶς, αὐθαδίσας ἐς τόσον.
Τὰς Μούσας αὐτὰς αἰτιῶ, μὴ τὴν Τύχην.

Neque unum verbum facit de hac διασκευῇ vel in præfatione vel in notulis ultra quam credi potest nugatoriis.

At enim Morellianam editionem legenti suspicio nascebatur, augebatur ipsum quoque Morellum de suo quædam addidisse, mutavisse alia, quo vitia, ut ipse putabat, metrica corrigeret. Tandem in versu 67 adhuc flagranti (ut cum Justiniano loquar) crimine Morellum comprehendi, hæc,

Ἢ καί τις ἄλλος τῆς βασανίδος (leg. βαναυσίδος) τέχνης,

ita edentem : τῆς ΓΕ βασανίδος, nimirum ut versum fulciret. Omnia igitur illa fulcra Morelliana removi, quorum nullum in codice, quem Venetiis delitescere suspicor, repertum iri quovis pignore spondeam. Latinos versus non tetigi.

V. 1 χαῖρε σὺ, Τύχη Morelli editio, quæ ubique intelligenda ubi græca nude cito. — 2 ξύμμαχον. Deinde σ' ἐν εὐνοίᾳ de conjectura scripsi, utpote ductibus simillimum edito σέ ἐννοεῖν θέλω. Quamquam alia hîc latere possunt, velut σε φανεῖσαν, si casu quodam syllaba φα obliterata fuerat. — 6 ἰδέ a Morello adjectum esse vix dubites. Sed mirum βδελυράν prima producta; ut μιαράν vel μυσαράν scriptum fuisse putes. — 8 τόδε non nego scribere potuisse Plochirum, sed non est probabile, neque τὸ λ., quanquam τό iterum productum v. 121, quod in aliis tamen hujusmodi poetis non memini videre. Fort. σόν. In Mor. λαυρὸν, hoc accentu. — 17 τὸ πρακτέον, i. e. τὸ πεπραγμένον. Hujus abusus recentissimorum unum modo exemplum habetur in Thesauro : plura monstravit Boissonadius ad Anecdota vol. 1, p. 441 seq., not. 5. — 21 Nescio quid loci hîc sit γῇ. Omnino scribendum puto ὡς δὴ τὸ φῶς παρῆλθεν. — 23 προσερρίφθη. — 28 addidi γ', nisi oportebat τ' : vide quæ citavi ad Christum Patientem v. 994 (ubi quod legitur 1327, mutandum in 1372), et infra v. 103 καὶ μήτ' ἄδηλα. — 33 κακόν τ' ἐν ἀνθρ., in quibus ἐν quoque a Morello adjectum esse credam : quanquam Plochirus post cæsuram πενθημιμερῆ tribrachum admisisse videri possit : vid. v. 45, 52, 94, 112, 113 et fortasse 121. — 38 λέγων de conjectura pro λέγεις, quod aliquo tamen modo tolerari potest ; conf. v. 110. — 44 πάμπαν ἄρ ἀπέστω. — 45 scribendum puto νῦν πάταγος. — 47 videndum an verum sit χωρίον. — 48 ποιὰ et ἀρτίος, quæ correcta apud Maittair. — 52 fort. κάφες vel κ' ἄφες. Αὐτάς, sc. τὰς πύλας, sed sequentem versum recte intellexit Morell. — 54 καὶ ποῦ Mait-

tair. pro καί που. — 56 et 60 mira sunt ἧγε σοφία et αὐτῆς γε σοφίας (nec similia memini usquam in his iambographis) et ejusmodi ut sine codice nihil possit constitui. — 67 τῆς γε βασανίδος. « Nescio an reponi posset βαναύσου τέχνης, artis mechanicæ. » *Maittair.* p. 186. — 77 παραφρόνως scripsi pro παράφρονας. — 78 κ' ἀσόφους, quod relinqui poterat. — 79 γ' certe addendum erat ob metrum simile versibus 56 et 60. — 91 ἡ γαῖα βοτάνας. — 93 τάς γε μιαράς. — 94 μὲν additum ab editore puto et delendum. — 96 τάλανα. Fortasse scriptum erat παρεικάσατε. Et in latinis Morellus *comparastis.* — 98 τῆς δέ γ' ἀρετῆς. — 100 et 102 posui τί, quum τίς utrobique a Morello esse non dubitem. — 103. Ἄδηλος activa significatione, *compertum non habens,* jam ex Strabone afferri video. — 105 sic apud Morellum, nisi quod sphalmate ut videtur, εὐφυεστέροις. Maittair. λέξεσι μάλ' εὐφυεστέραις. Dum meliora proferantur, sic scripserim :

Ὁρᾷς; ὄλωλε λέξις εὐφυεστέρα·
Μούσαις λαλεῖς οὐ σοι καταλλαξαμέναις.

Quorum postremum mordacitatis minime inficetæ. — 109 τ' αὖθι ab editore additum puto. Exitus αὖθι κακία si similibus versuum 56, 60, 79 annumerari debet, vocabulum ἀρχαϊκή falsum est. — 110 λέγειν βιάζεις scripsi. Sophus irrisum se videns a Fortuna, Ergo me, inquit, cogis ad eloquentiam porro profitendam : sane volebam etiam profiteri, sed nolebam conflictari cum paupertate acerbissima. Apud Mor. λέγεις τὸ βάζεις, Maitt. λ. ὃ β. — 111 τριχινόν. — 112 μήτε πομάτων ἀπορέειν. — 113 δέ delendum. — 115 σὺ χαλ. scripsi pro συγχαλάσας. — 121 νυνί, quod perdit cæsuram commati respondentem. Si non fallacia sunt quæ collegi ad v. 33, apte scribatur

Γένοιτό μοι νῦν· τὸ δέ γε μέλλον οὐ βλέπων
δέδοικα μή πως εἰς ἐναντίον πέσοι.

Denique esse tanti puto ut codex investigetur : multo certe melius est et memorabilius hoc dramation quam aliæ elucubrationes Byzantinæ quæ tanto studio vel producuntur ex bibliotheca Regia vel typis iterato mandantur.

THEODORI PRODROMI

Amicitia exulans bis olim in gallicum sermonem translata est. Latina Conradi Gesneri translatio, metricis illa quidem vinculis astricta, sed ἀμετρότατα exspatians, servari non potuit ubi versus versui respondere debebat. Pauca vitia in græcis animadverti. Versu 27 ἢ γάρ edd. — 28 μὴ μὴ πρός Maittair, in notis. μὴ μὰ πρός edd. — 36 ἀσωμάτως edd. — 53 συναίσθεται edd. In his scriptoribus conjunctivus cum futuro alternat. — 57 εὐθυωρίαν edd. — 58 χρὴ γάρ scripsi pro ἀρχῇ, quod explicari non potest. Aut, si malis, εἰ χρή, vel ἂν χρῇ, quanquam hi non dicunt ἄν vel ἤν pro εἰ nisi metro compulsi. Respexerit autem locos quales Ecclesiastici XLIII, 13 : Ἐγύρωσεν οὐρανὸν ἐν κυκλώσει δόξης. Nam εὐθύ prius fuisse oporte: quod gyraveris. — 80 ὑμέσι τενοῦσα edd. Sed alio substantivo opus est, fortasse εἴδεσιν, vel (si de *fluido* generaliter hoc unquam dicebatur) ὕδεσιν. Nolim ὕλαισιν . . ταύταις, quanquam ἀπαιτῶν correpta media hoc ipso in carmine legitur, v. 265. — 110 γοῦν ὀπταί edd. — 134 οὐδέν τοι edd. — 155 δραπέτην edd. — 162 addidi δέ, et delendum ὦ. — 163 κλέπτῃ edd. — 165 pro καίτοι legendum puto αἰδῶ, quod verti. — 175 σὺ μανθάνεις editio Parisina Guilielmi Morelii, 1594; sed οὐ ap. Maittair. sine var., ut hoc in reliquis esse videatur. — 180 φαῦλόν τε ἀμβλ. edd. — 191 οὖν inserui. — 211 φρενῖτιν Maittair. pro φρενίτην. — 253 αὐτῆς τοῖς. — 263 ἀνέτλης recte edit. Morelii. ἂν ἔτλης ap. Maittair. — 265 θρόνων scripsi pro χρόνων, quod non video quomodo locum habere possit. — 270 scripsi τοῦ γ' ἔδους conjectura valde dubia. τοῦ ἤδους ap. Morel., τοῦ ὕδους ap. Maittair. — 289 θανατοῦν edd., sed sequenti versu recte θανατᾶν, quod illic se « malle » significavit Maittair.

IGNATII

Στίχοι εἰς τὸν Ἀδάμ editi sunt ab illustrissimo Boissonadio ex codice Regio 1630, fol. 213, 214, in Anecdotis vol. I, p. 436 sqq. Titulo adjectum in rubrica : Πρὸς γὰρ φίλον συμφοραῖς περιπεσόντα ποιεῖται τὸ πόνημα. — V. 2 codex αὐτοῖς γενάρχαις, quod optime correxit Boissonadius. Idem : « In fine addidi ὄφις : potuit et δράκων addi.

Librarii manus nunc est prorsus evanida. » Recte addidit ὄφις, cujus vestigia cernuntur. — 6 cod. εὗρε. — 9 codicis scripturam λελουχώς bene correxit Boissonadius. — 17 τῶν ἄστρων codex. τὴν ἄστρων editio, per se quidem melius. — 18 αἰθέρει cod. — Versus 18, 19, recte sic posuit Boissonadius, quum in codice hic esset ordo : 19, 18. Sed mox alia turbata sunt, sive potius, ut opinor, una cum omissis versibus (putem duobus) sententia periit. Versu 23 τοῦτον ad *hominem* referri debet, totam vero phrasin quomodo intellexerit illustrissimus editor, velim verbo nobis significasset. — 24 ἐνθεέστερον codex et editio, quod nec dicitur græce nec sententiæ ullo modo posse accommodari videtur. — 35 μαιεύτριαν codex. μαιευτρίαν editio. — 38 πλάνος codex. πλάνης editio. — 39 λελημμένῳ, quid hoc sibi vult? Imo πεπλασμένῳ. Scribere non potuit δεδμημένῳ, quod pessima ambiguitate laboraret. — 41 Εὔα cod. — 44 πλευρᾶς cod. recte. — 46 ἐνύπνιον δώρημα scripsi, quum vel Ignatium non credam dixisse ἐνυπνίων δώρημα, Eva *insomniorum donum*. — 49 ἑνὸς δὲ δὴ μάλιστα scripsi. ἑνὸς δὲ μάλιστα codex. ἑνὸς δὲ ὡς μάλιστα editio, qualem hiatum perhorrescunt vel Byzantini iambographi. Recte vero monuit Boissonadius paullo post (p. 443), dum Wernsdorfium notat : « At id tenendum, si nonnunquam ab ipsis fuerit « poetis neglecta lex, *non esse criticis et emendatoribus negligendam.* » — 50 φάγοιε cod. — 53 κορυσθείς Boissonadii emendatio est. Codex κορεσθείς, sine sensu. Sed quæ sequuntur vocabula καὶ πάλιν non magis dicas quid sibi velint. Pronum esset καὶ κορυσθεὶς παιπάλῃ, si de fraude et versutiis hoc diceretur : at παιπάλη et παιπάλημα semper de *ipso* astuto et veteratore ponuntur. Scripsi igitur πάλαι pro πάλιν. — 70 codex προσῆλθ cum duplici compendio ες et ον eadem manu. — 88 τι addidit Boissonadius. — 99 εἰσπέσοι codicis correctum a Boissonadio. — 106 βλέπ cod., evanido terminationis compendio. — 119. « Codex δειλιῶντα. Scripsi δειλιῶσα. Possit et δειλιῶντες, nec id pejus, scribi. » *Boiss.* — 130 ὦ τάλα codex. — 134 πεισμονὴν recte codex. — 142 « φάγῃ codex. In Genesi recte φαγῇ. » *Boiss.* In extremo versu mihi quoque, ut Boissonadio, sanum videtur παλινδρόμει, sed nolim vel Ignatio talem syntaxin tribuere particulæ ἕως. Quum in his vestigia ille sequatur Geneseos : Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ ἐς γῆν ἀπελεύσῃ, probabile est post ἕως ἐὼν γῆς excidisse aliqua cum verbo ex ἕως pendente,

sequentia autem diductioribus literis scripta expressa fuisse postremo versu sic clauso : γηγενὴς παλινδρόμει pro παλινδρομητέον σοι ἐστὶν ὄντι γηγενεῖ. Nam ne illud quidem, quod non tetigit editor de solo accentu sollicitus, ἐὼν γῆς γηγενής, ad Ignatium referri posse credam.

In eodem codice 1630 leguntur venusta epigrammata illa, ex Anthologia olim pleniore petita, quæ una cum nonnullis ex alio codice ductis ad TE, Venerande Jacobsi, misi dudum et multo ante quam ab Oxoniensi Cramero ederentur. Ea dum per voluptatem relegebam, in hæc incidi ex novitiis quibus antiqua illa latebant involuta (fol. 133) :

ὁ συμφονευτὴς τοῖς φονευταῖς Στεφάνου,

et similiter in quattuor versibus, sed in extremo recte

εἴληφε ταύτην καὶ Στεφάνου τὸ στέφος.

Quæ in memoriam revocabant Plochiri ista, 56, 60,

Ὤνησεν οὐδὲν οὐδαμῶς ἥ γε σοφία.
Ἔχεις παρ' αὐτῷ πλοῦτον αὐτῆς γε σοφίας,

ubi (quod facillimum erat) γε deleturum singularia alia in eodem poemate lecta deterrebant. Jam si codex omittere particulam invenietur, de σοφία in ea sede producto non erit dubitandum. In eadem pagina codicis scriptum video :

Τέττιξ σύντονον ἠχεῖ, ναυτίλος ἥδιον ᾄδει·
ᾆσον, Ἰωάννη, καὶ σύ τι, κἂν μογέῃς.

Imo ἀκανθυλίς (nam sic fere codices) vel avis alia. Sed tanti non est ut de hisce alibi aliquid quam in editione dicatur, ab illis vero quæ in antiquis versibus observaverim, abstinui in scriptione de fœtibus Byzantinis.

Hoc addo : versum quem Wagnerus inter *anonymorum tragicorum fragmenta* recepit ex Suida, p. 192, n. 251,

Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρατῶς γαυρουμένην,

non esse antiquum. Eum jam ante videram in acerba suggillatione sacerdotis ebriosi canonum liturgicorum in modum scripta, quæ legitur in Pindari codice Regio (n. 2403). Nunc scio Joannis Damasceni esse ex carmine inscripto : Κανόνες δεσποτικοὶ ἰάμβιοι (sic), quorum glossa perpetua quam Theodorus Prodromus scripsit, legitur in codice C. Christi Patientis (n. 2875). Ea interpretatio

κατὰ λέξιν (nam ipsi versus non sunt in codice) hæc ostendit (fol. 90 verso) :

Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρατῶς γαυρουμένην,
ἄσεμνα βακχεύσασαν, ἐξοιστρουμένην,
ἐκ τοῦ ... κόσμου καθεῖλες πανσθενῶς
ἁμαρτίαν · οὓς δ' εἵλκυσεν τῶν (leg. εἵλκυσ' ἐντὸς) ἀρκύων (sic),
σώζεις σὺ σαρκωθεὶς ἑκὼν, Εὐεργέτα.

In tertio versu quærere non vacabat adjectivum vel participium, e lexicis petendum quibus hæ glossæ originem dederunt, sive ex Damasceno potius : nam haud dubie editi sunt illi canones. Legitur : ἐκ τοῦ λιποτακτήσαντος. κόσμου, τοῦ κόσμου. καθεῖλες, ἀνεῖλες. Ut etiam articulus a glossatore esse putandus sit.

Jam pro TE, Vir Admirabilis, qui semper in me fuisti animo paterno, cujus constantem benevolentiam inter summa vitæ bona habeo, quæ nuncupem vota et indesinenter sim nuncupaturus, ex literis meis nosti : eadem in omnium qui TE cognitum habent animis ἐγκαυστικῶς scripta.

F. D.

Mense Novembri, MDCCCXLVI.

ΕΖΕΚΙΗΛΟΥ

ΤΟΥ ΤΩΝ ΤΡΑΓῼΔΙΩΝ ΠΟΙΗΤΟΥ

ΕΞΑΓΩΓΗ.

EZECHIELI

TRAGICI POETÆ

EDUCTIO HEBRÆORUM.

Ex Eusebii Præpar. evang. IX, p. 436, D et seqq.

Περὶ δὲ τοῦ τὸν Μώϋσον ἐκτεθῆναι ὑπὸ τῆς μητρὸς εἰς τὸ ἕλος, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς ἀναιρεθῆναι καὶ τραφῆναι, ἱστορεῖ καὶ Ἐζεκιῆλος ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής, (ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Ἐξαγωγή,) ἄνωθεν ἀναλαβὼν τὴν ἱστορίαν ἀπὸ τῶν σὺν Ἰακὼβ παραγενομένων εἰς Αἴγυπτον πρὸς Ἰωσήφ. Λέγει δὴ οὕτως, τὸν Μώϋσον παρεισάγων λέγοντα.

ΜΩΥΣΗΣ.

Ἀφ' οὗ δ' Ἰακὼβ γῆν λιπὼν Χαναναίαν
κατῆλθ' ἔχων Αἴγυπτον ἑπτάκις δέκα
ψυχὰς σὺν αὐτῷ, κἀπεγέννησεν πολὺν
λαὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τεθλιμμένον,
ἐς ἄχρι τοῦτον τὸν χρόνον κακούμενον
κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ δυναστείᾳ χερός.
Ἰδὼν γὰρ ἡμῶν γένναν ἅλις ηὐξημένην,
δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο
βασιλεὺς Φαραώ, τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν
οἰκοδομίαις τε βαρέσιν αἰκίζων βροτούς,
πόλεις τ' ἐπύργου, σφῶν ἕκατι δυσμόρων·
ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει
τἀρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν ἐς βαθύρροον.
Ἐνταῦθα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ με
τρεῖς μῆνας, ὡς ἔφασκεν· οὐ λαθοῦσα δέ,
ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι,
παρ' ἄκρα ποταμοῦ, λάσιον εἰς ἕλος βαθύ.
Μαριὰμ δ' ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας·
κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ὁμοῦ
κατῆλθε λουτροῖς χρῶτα φαιδρῦναι νέον.
Ἰδοῦσά μ' εὐθὺς καὶ λαβοῦσ' ἀνείλετο,
ἔγνω δ' Ἑβραῖον ὄντα· καὶ λέγει τάδε
Μαριὰμ ἀδελφὴ προσδραμοῦσα βασιλίδι·
« Θέλεις τροφόν σοι παιδὶ τῷδ' εὕρω ταχὺ
ἐκ τῶν Ἑβραίων; » Ἡ δ' ἐπέσπευσεν κόρην.
Μολοῦσα δ' εἶπε μητρί· καὶ παρῆν ταχὺ
αὐτή γε μήτηρ, κἄλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας.
Εἶπεν δὲ θυγάτηρ βασιλέως· « Τοῦτον, γύναι,
τρόφευε, κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν. »
Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν
ὑγρᾶς ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ἠόνος.

Mosem expositum fuisse in palude a matre sua, et ab regis filia inde susceptum et educatum, narrat etiam *Ezechielus tragœdiarum poeta*, (in fabula quæ inscribitur *Eductio* [Hebræorum ex Ægypto],) historia paullo altius repetita ab iis inde qui cum Jacobo pervenerant in Ægyptum, ut Josephum convenirent. Ille igitur Mosem hunc in modum loquentem introducit.

MOSES.

Ex quo autem Jacob terra relicta Chananæa
venit in Ægyptum habens septuaginta
animas secum, et genuit inde multum
populum male habentem et afflictum,
ad hæc usque tempora malis onera*mur*
malis a viris et imperio manuum.
Videns enim nostrum genus satis auctum,
dolum in nos magnum excogitavit
rex Pharao, hos quidem in lateritio opere
ædificationibusque gravibus pessumdans homines,
et urbes turritas exstruebat, ipsorum infelicium causa :
deinde per præconem imperavit Hebræorum genti,
masculos ut jaceret in flumen profundum.
Ibi mater quæ me peperit, abscondebat me
tres menses, ut dixit : quum autem latere non posset,
exposuit, ornatum circumdans mihi,
juxta crepidinem fluvii, herbosam in paludem profundam.
Maria autem soror mea speculabatur prope.
Inde filia regis pedissequis cum suis
descendit, ut lavacro ablueret corpus juvenile.
Conspectum me statim manibus sustulit,
cognovitque esse Hebræum. Ac dicit hæc
Maria soror accurrens ad reginam :
« Vis nutricem tibi puero inveniam statim
ex Hebræis? » Ipsa autem puellam jussit properare.
Adveniens illa dixit matri : et aderat statim
ipsa mater, et accepit me in ulnas.
Dixit autem filia regis : « Hunc, mulier,
ale, et ego mercedem tuam solvam. »
Nomine autem Mosen appellavit, eo quod
humido sustulit fluviali a littore.

Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, τὸν Μωϋσῆν παρεισάγων λέγοντα.

His post alia quædam Ezechielus in tragœdia hæc de iisdem rebus addit, Mose loquente :

Ἐπεὶ δὲ καιρὸς νηπίων παρῆλθέ μοι,
ἦγέν με μήτηρ βασιλίδος πρὸς δώματα,
ἅπαντα μυθεύσασα, καὶ λέξασά μοι
γένος πατρῷον καὶ Θεοῦ δωρήματα.
Ἕως μὲν οὖν τὸν παιδὸς εἴχομεν χρόνον,
τροφαῖσι βασιλικαῖσι καὶ παιδεύμασιν
ἅπανθ' ὑπισχνεῖθ' ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐῶν·
ἐπεὶ δὲ πλήρης κόλπος ἡμερῶν παρῆν,
ἐξῆλθον οἴκων βασιλικῶν· πρὸς ἔργα γὰρ
θυμός μ' ἄνωγε καὶ τέχνασμα βασιλέως.
Ὁρῶ δὲ πρῶτον ἄνδρας ἐν χειρῶν νόμῳ,
τὸν μὲν γένος Ἑβραῖον, τὸν δ' Αἰγύπτιον.
Ἰδὼν δ' ἐρήμους καὶ παρόντα μηδένα,
ἐρρυσάμην ἀδελφὸν, ὃν δ' ἔκτειν' ἐγώ·
ἔκρυψα δ' ἄμμῳ τοῦτον, ὥστε μὴ εἰσιδεῖν
ἕτερόν τιν' ἡμᾶς κἀπογυμνῶσαι φόνον.
Τῇ 'παύριον δὲ πάλιν ἰδὼν ἄνδρας δύο,
μάλιστα δ' αὐτοὺς συγγενεῖς, κακουμένους,
λέγω, « Τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν; »
Ὁ εἶπεν, « Ἡμῖν τίς σ' ἀπέστειλε κριτὴν
ἢ 'πιστάτην ἐνταῦθα; Μὴ κτενεῖς σύ με
ὥσπερ τὸν ἐχθὲς ἄνδρα; » Καὶ δείσας ἐγὼ
ἔλεξα, πῶς ἐγένετο συμφανὲς τόδε;
Καὶ πάντα βασιλεῖ ταῦτ' ἀπήγγειλεν ταχύ·
ζητεῖ δὲ Φαραὼ τὴν ἐμὴν ψυχὴν λαβεῖν·
ἐγὼ δ' ἀκούσας ἐκποδὼν μεθίσταμαι,
καὶ νῦν πλανῶμαι γῆν ἐπ' ἀλλοτέρμονα.

Postquam autem tempus infantiæ præteriit mihi,
duxit me mater reginæ ad ædes,
omnia narrans, et dicens mihi
genus paternum et Dei dona.
Quamdiu itaque puerilem agebamus ætatem,
victu regio et institutione
omnia præstitit *regina*, tanquam *qui essem* de visceribus ipsius :
postquam autem plenus sinus dierum aderat,
exii regiis ædibus : nam ad opus
animus me adigebat et artificium regis.
Video autem primum viros manus conferentes,
unum Hebræum genere, alterum Ægyptium.
Videns autem solos et præsentem neminem,
liberavi fratrem, alterum autem occidi ego :
et arena hunc contexi, ne videret
alius aliquis nos, et detegeret cædem.
Postridie autem rursus videns duos viros,
maxime quidem nostræ gentis, sibi mala inferentes,
dico, « Quid verberas imbecilliorem te? »
Ille autem dixit : « Nobis quis te misit judicem,
aut inspectorem huc? Anne occides tu me
sicut heri virum? » Et metuens ego
dixi, quomodo apertum hoc factum est?
Atque omnia hæc ille regi nunciavit cito :
quærebat autem Pharao animam meam capere :
ego autem ubi audivi, e medio discessi,
et nunc vagor terram per alienam.

Εἶτα περὶ τῶν τοῦ Ῥαγουὴλ θυγατέρων οὕτως ἐπιβάλλει.

Deinde de Raguelis filiabus hæc adjicit.

Ὁρῶ δὲ ταύτας ἑπτὰ παρθένους τινάς.

Video autem illas septem virgines quasdam.

Ἐρωτήσαντός τε αὐτὰς τίνες εἴησαν αἱ παρθένοι, φησὶν ἡ Σεπφώρα.

Quærenti cujus essent illæ virgines, respondit Sepphora :

ΣΕΠΦΩΡΑ.

Λιβύη μὲν ἡ γῆ πᾶσα κλῄζεται, ξένε,
οἰκοῦσι δ' αὐτὴν φῦλα παντοίων γενῶν,
Αἰθίοπες ἄνδρες μέλανες· ἄρχων δ' ἔστι γῆς
εἷς καὶ τύραννος καὶ στρατηλάτης μόνος.
Ἄρχει δὲ πόλεως τῆσδε καὶ κρίνει βροτοὺς
ἱερεὺς, ὅς ἐστ' ἐμοῦ τε καὶ τούτων πατήρ.

SEPPHORA.

Libya vocatur tota terra, o hospes;
habitant autem eam tribus variorum generum,
Æthiopes nigri homines : rex vero terræ est
unus et gubernator et dux solus.
Præsidet autem urbi huic et judicat homines
sacerdos, qui est meus et harum pater.

Εἶτα περὶ τοῦ ποτισμοῦ τῶν θρεμμάτων διελθὼν, περὶ τοῦ τῆς Σεπφώρας ἐπιβάλλει γάμου, δι' ἀμοιβαίων παρεισάγων τόν τε Χοὺμ καὶ τὴν Σεπφώραν λέγοντας·

Deinde de aquatione pecorum locutus, de Sepphoræ nuptiis subjicit diverbium inter Chum et Sepphoram, in quo hæc :

ΧΟΥΣ.

Ὅμως κατειπεῖν χρή σε, Σεπφώρα, τάδε.

CHUS.

Tamen dicere oportet te, Sepphora, hæc.

ΣΕΠΦΩΡΑ.

Ξένῳ πατήρ με τῷδ' ἔδωκεν εὐνέτιν.

SEPPHORA.

Hospiti pater me huic dedit conjugem.

Λέγει δὲ περὶ τούτων καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ, προσπαρειληφὼς τὸν ὄνειρον τὸν ὑπὸ Μωσέως μὲν ἑωραμένον, ὑπὸ δὲ πενθεροῦ διακεκριμένον. Λέγει δὲ αὐτὸς ὁ Μωσῆς δι' ἀμοιβαίων πρὸς τὸν πενθερὸν οὕτως.

ΜΩΥΣΗΣ.

Ἔδοξ' ὄρους κατ' ἄκρα Σιναίου θρόνον
μέγαν τιν' εἶναι μέχρις οὐρανοῦ πτύχας·
ἐν τῷ καθῆσθαι φῶτα γενναῖόν τινα
διάδημ' ἔχοντα καὶ μέγα σκῆπτρον χερὶ
εὐωνύμῳ μάλιστα· δεξιᾷ δέ μοι
ἔνευσε, κἀγὼ πρόσθεν ἐστάθην θρόνου.
Σκῆπτρον δέ μοι παρέδωκε, κεἰς θρόνον μέγαν
εἶπεν καθῆσθαι· βασιλικὸν δ' ἔδωκέ μοι
διάδημα, καὐτὸς ἐκ θρόνων χωρίζεται.
Ἐγὼ δ' ἐσεῖδον γῆν ἅπασαν ἔγκυκλον,
κἄνερθε γαίας κἀξύπερθεν οὐρανοῦ·
καί μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
ἔπιπτ', ἐγὼ δὲ πάντας ἠριθμησάμην,
κἀμοὶ παρῆγεν ὡς παρεμβολὴ βροτῶν.
Εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξανίσταμ' ἐξ ὕπνου.

Ὁ δὲ πενθερὸς αὐτοῦ τὸν ὄνειρον ἐπικρίνει οὕτως.

ΡΑΓΟΥΗΛ.

Ὦ ξένε, καλόν σοι τοῦτ' ἐσήμηνεν Θεός·
ζῴην δ' ὅτ' ἄν σοι ταῦτα συμβαίη ποτέ.
Ἆρά γε μέγαν τιν' ἐξαναστήσεις θρόνον,
καὐτὸς βραβεύσεις καὶ καθηγήσῃ βροτῶν·
Τὸ δ' εἰσθεᾶσθαι γῆν ὅλην τ' οἰκουμένην,
καὶ θὐπένερθε χὐπὲρ οὐρανὸν Θεοῦ,
ὄψει τά τ' ὄντα τά τε προτοῦ τά θ' ὕστερον.

Περὶ δὲ τῆς καιομένης βάτου καὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτῆς πρὸς Φαραὼ πάλιν παρεισάγει δι' ἀμοιβαίων τὸν Μωσῆν τῷ Θεῷ διαλεγόμενον. Φησὶ δὲ ὁ Μωσῆς,

ΜΩΥΣΗΣ.

Ἔα· τί μοι σημεῖον ἐκ βάτου τόδε,
τεράστιόν τε καὶ βροτοῖς ἀπιστία;
ἄφνω βάτος μὲν καίεται πολλῷ πυρὶ,
αὐτοῦ δὲ χλωρὸν πᾶν μένει τὸ βλαστάνον.
Τί δή; προελθὼν ὄψομαι τεράστιον
μέγιστον· οὐ γὰρ πίστιν ἀνθρώποις φέρει.

Εἶτα ὁ Θεὸς αὐτῷ προσομιλεῖ.

ΘΕΟΣ.

Ἐπίσχες, ὦ φέριστε, μὴ προσεγγίσῃς,
Μωσῆ, πρὶν ἢ τῶν σῶν ποδῶν λῦσαι δέσιν·
ἁγία γὰρ ἧς σὺ γῆς ἐφέστηκας πέλει·
ὁ δ' ἐκ βάτου σοι θεῖος ἐκλάμπει λόγος.
Θάρσησον, ὦ παῖ, καὶ λόγων ἄκου' ἐμῶν·
ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον
θνητὸν γεγῶτα, τῶν λόγων δ' ἔξεστί σοι
ἐμῶν ἀκούειν, τῶν ἕκατ' ἐλήλυθα.
Ἐγὼ Θεὸς σῶν, ὧν λέγεις, γεννητόρων,
Ἀβραάμ τε κ' Ἰσαὰκ κ' Ἰακώβου τρίτου.

Eadem tradit Ezechielus in *Eductione*, addito præterea somnio quod vidit Moses et explicavit socer ejus. Loquitur autem Moses in diverbio cum socero hunc in modum.

MOSES.

Videbar videre, in culmine Sinæ montis thronum
magnum quendam esse ad cœli plagas *pertinentem*:
in eo sedere virum quendam generosum
diadema gerentem et magnum sceptrum in manu
sinistra maxime : dextra autem mihi
signum dedit, et ego ante thronum constiti.
Sceptrum autem mihi tradidit, et in throno magno
me jussit sedere : regiumque mihi dedit
diadema, et ipse volens de throno cessit.
Ego vero intuitus sum terram universam rotundam,
et infra terram et supra cœlum :
ac mihi quædam multitudo stellarum ad genua
cecidit, ego vero omnes numeravi,
et coram me prætervehebantur tanquam exercitus hominum.
Deinde territus experrectus sum somno.

Ac socer generi somnium interpretatur ita :

RAGUEL.

O hospes, bona tibi prædixit Deus.
Utinam vivam quando tibi accident hæc olim!
Profecto magnum quendam evertes thronum,
et ipse moderaberis et dux eris hominum,
quod autem intuitus es terram et totam habitabilem,
et quæ infra et supra cœlum Dei sunt,
videbis præsentia et præterita et futura.

Jam de ardente rubo, et quomodo ad Pharaonem ipse ablegatus fuerit, rursus poeta Mosem diverbio cum Deo agentem introducit. Dicit Moses :

MOSES.

Hem! quodnam mihi signum ex rubo istud,
prodigiosum et hominibus res incredibilis?
Repente rubus ardet multo igne;
ipsius tamen viride manet omne germen.
Quid tum? progressus videbo miraculum
ingens; neque enim credibile hominibus est.

Inde Deus cum eo sermonem nectit :

DEUS.

Siste gradum, o bone, noli appropinquare,
Moses, priusquam tuorum pedum solveres calceos.
Sancta enim terra, in qua tu stas, est :
ex rubo vero tibi divinus exsplendescit sermo.
Confide, o fili, et sermones meos audi :
videre enim faciem meam non potes,
quum sis mortalis; verba autem licet tibi
audire mea, ob quæ huc veni.
Ego *sum* Deus tuorum, quorum me vocas, patrum
Abrahami et Isaaci et Jacobi tertii.

Μνησθεὶς δ' ἐκείνων καὶ ἔτ' ἐμῶν δωρημάτων,
πάρειμι σῶσαι λαὸν Ἑβραίων ἐμὸν,
ἰδὼν κάκωσιν καὶ πόνον δούλων ἐμῶν.
Ἀλλ' ἕρπε καὶ σήμαινε τοῖς ἐμοῖς λόγοις,
πρῶτον μὲν αὐτοῖς πᾶσιν Ἑβραίοις ὁμοῦ,
ἔπειτα βασιλεῖ θὐπ' ἐμοῦ τεταγμένα,
ὅπως σὺ λαὸν τὸν ἐμὸν ἐξάγοις χθονός.

Εἶτα ὑποβάς τινα ἀμοιβαῖα αὐτὸς ὁ Μωυσῆς λέγει.

ΜΩΥΣΗΣ.

Οὐκ εὔλογος πέφυκα, γλῶσσα δ' ἐστί μου
δύσφραστος, ἰσχνόφωνος, ὥστε μὴ λόγους
ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίον.

Εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ Θεὸς αὐτῷ ἀποκρίνεται.

ΘΕΟΣ.

Ἀάρωνα πέμψον σὸν κασίγνητον ταχὺ,
ᾧ πάντα λέξεις τὰξ' ἐμοῦ λελεγμένα,
χαὐτὸς λαλήσει βασιλέως ἐναντίον·
σὺ μὲν πρὸς ἡμῶν, ὁ δὲ λαβὼν σέθεν πάρα.

Περὶ δὲ τῆς ῥάβδου καὶ τῶν ἄλλων τεράτων οὕτω δι' ἀμοιβαίων εἴρηκε.

ΘΕΟΣ.

Τί δ' ἐν χεροῖν σὺ τοῦτ' ἔχεις; λέξον ταχύ.

ΜΩΥΣΗΣ.

Ῥάβδον τετραπόδων καὶ βροτῶν κολαστρίαν.

ΘΕΟΣ.

Ῥίψον πρὸς οὖδας, κἀποχώρησον ταχύ.
δράκων γὰρ ἔσται φοβερὸς, ὥστε θαυμάσαι.

ΜΩΥΣΗΣ.

Ἰδοὺ βέβληται. Δέσποθ', ἵλεως γενοῦ·
ὡς φοβερὸς, ὡς πέλωρος· οἴκτειρον σύ με·
πέφρικ' ἰδὼν, μέλη δὲ σώματος τρέμει.

ΘΕΟΣ.

Μηδὲν φοβηθῇς, χεῖρα δ' ἐκτείνας λαβὲ
οὐρὰν, πάλιν δὲ ῥάβδος ἔσσεθ' ὥσπερ ἦν.
Ἔνθες δὲ χεῖρ' εἰς κόλπον, ἐξένεγκέ τε.

ΜΩΥΣΗΣ.

Ἰδοὺ τὸ ταχθέν· γέγονεν ὡσπερεὶ χιών.

ΘΕΟΣ.

Ἔνθες πάλιν δ' εἰς κόλπον, ἔσται δ' ὥσπερ ἦν.

Φησὶν οὕτω καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ λέγων, περὶ μὲν τῶν σημείων τὸν Θεὸν παρεισάγων λέγοντα οὕτως.

ΘΕΟΣ.

Ἐν τῆδε ῥάβδῳ πάντα ποιήσεις κακά·
πρῶτον μὲν αἷμα ποτάμιον ῥυήσεται,
πηγαί τε πᾶσαι χὑδάτων συστήματα·
βατράχων τε πλῆθος καὶ σκνῖπας ἐμβαλῶ χθονί.

Memor illorum et meorum donorum,
adsum ut salvem populum meum Hebraicum,
videns afflictionem et laborem servorum meorum.
Sed abi et significa meis verbis,
primo ipsis Hebræis omnibus simul,
deinde regi, mea mandata,
ut tu populum meum educas de terra.

Post hæc Moses ipse aliquot versus dicit.

MOSES.

Non sum promptus loquendo, lingua mihi est
impedita, gracilis, ut sermo
a me fieri non possit coram rege.

His ejus Deus ita respondet :

DEUS.

Aaronem mitte tuum fratrem statim,
cui omnia dices a me dicta;
et ipse loquetur coram rege :
tu quidem a me, ille accipiens a te.

De virga autem et de ceteris miraculis hoc diverbium habetur.

DEUS.

Quid autem hoc quod in manibus habes? dic statim.

MOSES.

Virgam, qua quadrupedes et homines coerceo.

DEUS.

Abjice in terram, et recede statim :
serpens enim fiet terribilis, ut mireris.

MOSES.

Ecce abjeci. Domine, propitius sis :
quam terribilis, quam magnus! miserere mei :
horresco videns, et membra corporis tremunt.

DEUS.

Ne timeas; manu extensa arripe
caudam, rursumque virga fiet, sicut fuit.
Jam mitte manum in sinum, et profer.

MOSES.

Ecce facio quod imperasti. Facta est tanquam nix.

DEUS.

Remitte rursus in sinum, atque erit sicut fuit.

Sic etiam Ezechielus in *Eductione*, de prodigiis Deum introducens loquentem ita :

DEUS.

In hac virga omnia facies mala :
primo sanguine fluvius fluet,
fontesque omnes, et aquarum stagna :
et ranarum copiam et culices immittam terræ.

Ἔπειτα τέφραν οἷς καμιναίαν πάσω,
ἀναβλύσει [δεῖν'] ἐν βροτοῖς ἕλκη πικρά.
Κυνόμυια δ' ἥξει καὶ βροτοὺς Αἰγυπτίων
πολλοὺς κακώσει. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἔσται πάλιν
λοιμὸς, θανοῦνται δ' οἷς ἔνεστι καρδία
σκληρά. Πικρανῶ δ' οὐρανόν· χάλαζα νῦν
σὺν πυρὶ πεσεῖται, καὶ νεκροὺς θήσει βροτούς.
Καρποί τ' ὀλοῦνται, τετραπόδων τε σώματα
σκότος δὲ θήσω τρεῖς ἐφ' ἡμέρας ὅλας,
ἀκρίδας τε πέμψω, καὶ περισσαὶ βρώματα
ἅπαντ' ἀναλώσουσι καὶ καρποῦ χλόην.
Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τέκν' ἀποκτενῶ βροτῶν
πρωτόγονα. Παύσω δ' ὕβριν ἀνθρώπων κακῶν·
Φαραὼ δὲ βασιλεὺς πείσετ' οὐδὲν ὧν λέγω,
πλὴν τέκνον αὐτῷ πρωτόγονον ἕξει νεκρόν·
καὶ τότε φοβηθεὶς λαὸν ἐκπέμψει ταχύ.
Πρὸς τοῖσδε λέξεις πᾶσιν Ἑβραίοις ὁμοῦ,
« Ὁ μεὶς ὅδ' ὑμῖν πρῶτος ἐνιαυτῶν πέλει·
ἐν τῷδ' ἀπάξω λαὸν εἰς ἄλλην χθόνα,
εἰς ἣν ὑπέστην πατράσιν Ἑβραίων γένους. »
Λέξεις δὲ λαῷ παντὶ, μηνὸς οὗ λέγω
διχομηνίᾳ, τὸ πάσχα θύσαντας θεῷ
τῇ πρόσθε νυκτὶ, αἵματι ψαῦσαι θύρας,
ὅπως παρέλθῃ σῆμα δεινὸς ἄγγελος·
ὑμεῖς δὲ νυκτὸς ὀπτὰ δαίσεσθε κρέα.
Σπουδῇ δὲ βασιλεὺς ἐκβαλεῖ πρόπαντ' ὄχλον.
Ὅταν δὲ μέλλητ' ἀποτρέχειν, δώσω χάριν
λαῷ, γυνή τε παρὰ γυναικὸς λήψεται
σκεύη, κόσμον τε πάνθ' ὃν ἄνθρωπος φέρει,
[χρυσοῦν τε κἀργύρειον ἠδὲ καὶ στολὰς,]
ἵν' ὧν ἔπραξαν μισθὸν ἀποδῶσι βροτοῖς.
Ὅταν δ' ἐς ἴδιον χῶρον εἰσέλθηθ', ὅπως
ἀφ' ἧσπερ ἠοῦς ἐφύγετ', Αἰγύπτου δ' ἄπο
ἑπτὰ διοδοιποροῦντες ἡμερῶν ὁδὸν,
πάντες τοσαύτας ἡμέρας ἔτος κάτα
ἄζυμ' ἔδεσθε, καὶ θεῷ λατρεύσετε,
τὰ πρωτότευκτα ζῷα θύοντες Θεῷ,
ὅσ' ἂν τέκωσι παρθένοι πρώτως, τέκνα
τἀρσενικὰ, διανοίγοντα μήτρας μητέρων.

Καὶ πάλιν περὶ τῆς ἑορτῆς φησὶ,

Ἀνδρῶν Ἑβραίων τοῦδε τοῦ μηνὸς λαβὼν
κατὰ συγγενείας πρόβατα καὶ μόσχους βοῶν
ἄμωμα δεκάτῃ· καὶ φυλαχθήτω μέχρι
τετρὰς ἐπιλάμψει δεκάδι, καὶ πρὸς ἑσπέραν
θύσαντες, ὀπτὰ πάντα σὺν τοῖς ἔνδοθεν
οὕτω φάγεσθε ταῦτα· περιεζωσμένοι,
καὶ κᾶλα ποσσὶν ὑποδέδεσθε, καὶ χερὶ
βακτηρίαν ἔχοντες· ἐν σπουδῇ τε γὰρ
βασιλεὺς κελεύσει πάντας ἐκβαλεῖν χθονός·
κεκλήσεται δὲ πᾶς. Χ' ὅταν θύσητε δὲ,
δεσμὴν λαβόντες χερσὶν ὑσσώπου κόμης
εἰς αἷμα βάψαι, καὶ θιγεῖν σταθμῶν δυοῖν,
ὅπως παρέλθῃ θάνατος Ἑβραίων ἄπο.

Deinde cinerem quibus tanquam ex camino spargam
erumpent his in hominibus ulcera magna, acerba.
Ac musca canina veniet, et homines Ægyptiorum
multos affliget. Post hæc autem rursus
pestis, morienturque quibus inest cor
durum. Acerbum faciam cœlum : grando nunc
cum igne cadet, et mori faciet homines.
Fructusque peribunt, et quadrupedum corpora :
tenebras autem ponam diebus tribus totis,
locustasque mittam, quæ numero excedentes frumenta
omnia absument et fructuum herbam.
Super hæc omnia filios occidam hominum
primogenitos. Delebo autem injuriam hominum malorum :
Pharao vero rex patietur nihil eorum quæ dico,
nisi quod filius ejus primogenitus morietur :
et tunc perterritus populum dimittet statim.
Ad hæc dices omnibus Hebræis simul :
« Mensis hic vobis primus annorum erit :
in hoc abducam populum in aliam terram,
in quam promisi patribus Hebræorum gentis. »
Dices autem populo omni, mensis quem dico
novilunio, postquam pascha celebraveritis Deo
priore nocte, sanguine tingite januas,
ut transeat hoc signum iratus angelus :
vos autem noctu assas comedetis carnes.
Libenter autem rex emittet totum populum.
Quumque jam aufugietis, dabo gratiam
populo : et mulier a muliere petet
vasa, ornatumque omnem, quem homo fert,
[aureum et argenteum, et vestes,]
ut eorum quæ fecerunt, mercedem eis persolvant.
Quando autem in vestram terram ingrediemini,
a quo die aufugiebatis, inde ab Ægypto
septem dierum iter peragrantes,
omnes (sic jubeo) tot diebus quotannis
azyma comedetis et Deo servietis,
primogenita animantia sacrificantes Deo,
quæcumque pepererint primitus virgines, fœtus
masculos, qui aperiunt ventres matrum.

Et rursus de eodem festo dicit :

Virorum Hebræorum hoc mense accipiat *quisque pater-familias*
secundum cognationes oves et vitulos boum,
integra decima, et serventur usque ad
decimum quartum diem illucescentem : et vesperi
sacrificantes tosta omnia cum visceribus,
sic comedetis ea, cincti,
et calceos pedibus induetis, et manu
baculum habentes : nam ocyus
rex jubebit omnes ejicere e terra;
et vocabitur quisque. Ac postquam sacrificaveritis,
fasciculum manibus acceptum hyssopi frondis
sanguine tingite, et tangite postes duos,
ut transeat mors ab Hebræis.

Ταύτην δ' ἑορτὴν δεσπότῃ τηρήσετε,
ἕφθ' ἡμέρας ἄζυμα· κοὐ βρωθήσεται
ζύμη· κακῶν γὰρ τῶνδ' ἀπαλλαγήσετε,
καὶ τοῦδε μηνὸς ἔξοδον διδοῖ Θεός·
ἀρχὴ δὲ μηνῶν καὶ χρόνων οὗτος πέλει.

Hoc festum Domino servabitis,
septem diebus azyma, neque comedetur
fermentum : nam liberabimini ab his malis,
et hoc mense exitum dabit Deus :
initium autem mensium et temporum hic erit.

Φησὶ δὲ καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῷ δράματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐξαγωγή, παρεισάγων ἄγγελον λέγοντα τήν τε τῶν Ἑβραίων διάθεσιν καὶ τὴν Αἰγυπτίων φθορὰν οὕτως.

Narrat etiam Ezechielus in fabula inscripta *Eductio,* nuntium exhibens persequentem et Hebræorum conditionem et Ægyptiorum interitum, hoc modo.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς γὰρ σὺν ὄχλῳ τῷδ' ἀφώρμησεν δόμων
βασιλεὺς Φαραὼ μυρίων ὅπλων μέτα,
ἵππου τε πάσης χαρμάτων τετραόρων,
καὶ προστάταισι καὶ παραστάταις δμοῦ,
ἦν φρικτὸς ἀνδρῶν ἐκτεταγμένων ὄχλος.
Πεζοὶ μὲν ἐν μέσοισι καὶ φαλαγγικοί,
διεκδρομὰς ἔχοντες ἅρμασιν τόπους·
ἱππεῖς δ' ἔταξε, τοὺς μὲν ἐξ εὐωνύμων,
ἐκ δεξιῶν δὲ πάντας Αἰγύπτου στρατοῦ.
Τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν ἠρόμην ἐγὼ στρατοῦ·
μυριάδες ** ἑκατὸν εὐάνδρου λεώς.
Ἐπεὶ δ' Ἑβραίων ουμὸς ἤντησεν στρατὸς,
οἱ μὲν παρ' ἀκτὴν πλησίον βεβλημένοι
Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἦσαν ἠθροϊσμένοι.
Οἱ μὲν τέκνοισι νηπίοις δίδουν βορὰν
δμοῦ τε καὶ δάμαρσιν, ἔμπονοι κόπῳ,
κτήνη τε πολλὰ, καὶ δόμων ἀποσκευή·
αὐτοὶ δ' ἄνοπλοι πάντες εἰς μάχην χέρας,
ἰδόντες ἡμᾶς, ἠλάλαξαν ἔνδακρυν
φωνὴν, πρὸς αἰθέρα τ' ἐτάθησαν ἀθρόοι,
θεὸν πατρῷον. Πολὺς ἔην δ' ἀνδρῶν ὄχλος.
Ἡμᾶς δὲ χάρμα πάντας εἶχεν ἐν μέρει.
Ἔπειθ' ὑπ' αὐτοὺς θήκαμεν παρεμβολὴν,
Βεελζεφών τις κλήζεται πόλις βροτοῖς.
Ἐπεὶ δὲ Τιτὰν ἥλιος δυσμαῖς προσῆν,
ἐπέσχομεν, θέλοντες ὄρθριον μάχην,
πεποιθότες λαοῖσι καὶ φρικτοῖς ὅπλοις.
Ἔπειτα θείων ἄρχεται τεραστίων
θαυμάστ' ἰδέσθαι. Καί τις ἐξαίφνης μέγας
στύλος νεφώδης ἐστάθη πρὸ γῆς μέλας,
παρεμβολῆς ἡμῶν τε χ' Ἑβραίων μέσος.
Κἄπειθ' ὁ κείνων ἡγεμὼν Μωσῆς, λαβὼν
ῥάβδον Θεοῦ, τῇ δὴ πρὶν Αἰγύπτῳ κακὰ
σημεῖα καὶ τεράστι' ἐξεμήσατο,
ἔτυψ' Ἐρυθρᾶς νῶτα κἄσχισεν μέσον
βάθος θαλάσσης· οἱ δὲ σύμπαντες σθένει
ὤρουσαν ὠκεῖς ἁλμυρᾶς δι' ἀτραποῦ.
Ἡμεῖς δ' ἐπ' αὐτῆς ᾠχόμεσθα συντόμως
κατ' ἴχνος αὐτῶν. Νυκτὸς εἰσεκύρσαμεν
βοηδρομοῦντες· ἁρμάτων δ' ἄφνω τροχοὶ
οὐκ ἐστρέφοντο, δέσμιοι δ' ὡς ἥρμοσαν·
ἀπ' οὐρανοῦ δὲ φέγγος ὡς πυρὸς μέγα

NUNTIUS.

Postquam enim cum turba ista prorupit ex ædibus
rex Pharao cum multis millibus armatorum,
omnique equitatu et quadrigis,
et ducibus et satellitibus simul;
omnibus metuenda erat acies exercitus.
Pedites quidem in medio et phalangitæ,
excursus habentes curribus *vacua* intervalla :
equites autem ordinavit, hos quidem a sinistra,
a dextra autem omnes Ægyptii exercitus milites (*pedites*).
Totum vero numerum quæsivi ego exercitus :
myriades centum *erant* fortium virorum.
Postquam autem Hebræis noster obviam factus est exercitus,
alii prope jacentes juxta littus
Rubri maris erant congregati.
Alii liberis infantibus dabant cibum,
simul et uxoribus, fatigati labore,
jumentaque simul et domorum supellex ;
ipsi autem inermes omnes ad pugnam,
videntes nos exclamarunt lacrimabilem
vocem, et ad cœlum se (*manus*) tetenderunt innumeri,
deum patrium *loquentes*. Multa vero erat hominum turba.
Nos autem omnes gaudium habebat vicissim.
Deinde contra illos posuimus castra,
ubi Beelzephon aliquod appellatur oppidum mortalibus.
Postquam autem ingens sol occiderat,
quievimus, volentes crastino mane pugnare,
confisi populo et horrendis armis.
Hinc divinorum cœpit ut miraculorum
prodigia conspiceremus : et aliqua repente magna
columna nubis atra stetit in terra,
inter nostra et Hebræorum castra.
Deinde illorum dux Moses, accipiens
virgam Dei, qua prius Ægypto mala
prodigia et monstra machinatus fuerat,
verberavit Rubri terga et divisit medium
profundum maris ; ipsi vero juncti fortiter
ruerunt celeres per salsam semitam.
Nos in eadem properamus statim
in vestigia ipsorum. Nocte in eos incidimus
cum clamore currentes, sed curruum rotæ
non vertebantur, tanquam vinculis illigatæ :
de cœlo autem lumen tanquam ignis magnum

ὤφθη τι ἡμῖν· ὡς μὲν εἰκάζειν, παρῆν
αὐτοῖς ἀρωγὸς ὁ Θεός. Ὡς δ' ἤδη πέραν
ἦσαν θαλάσσης, κῦμα δ' ἐρροίβδει μέγα
σύνεγγυς ἡμῶν· καί τις ἠλάλαξ' ἰδὼν,
« Φεύγωμεν οἴκοι πρόσθεν Ὑψίστου χερός·
οἷς μὲν γάρ ἐστ' ἀρωγὸς, ἡμῖν δ' ἀθλίοις
ὄλεθρον ἔρδει· » καὶ συνεκλύσθη πόρος
Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ στρατὸν διώλεσε.

Περὶ τούτων καὶ τοῦ φανέντος ὀρνέου Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ παρεισάγει τινὰ λέγοντα τῷ Μωυσῇ, περὶ μὲν τῶν φοινίκων καὶ τῶν δώδεκα πηγῶν οὕτως.

ΣΚΟΠΟΣ.

Κράτιστε Μωσῆ, πρόσχες οἷον εὕρομεν
τόπον πρὸς αὐτῇ τῇδέ γ' εὐαεῖ νάπῃ·
ἔστιν γὰρ, ὥς που καὶ σὺ τυγχάνεις ὁρῶν,
πεσοῦσα δ' ἄφνω τοῖς λίθοις προσερρίφη,
κἀν τοῖς ποσὶν ἔσχηκεν ἀγρίαν νόσον.
Ἀφῆκεν οὖν τὸ τραῦμα ταύτην, ὡς ἔτι
δραμεῖν πρὸς ἡμᾶς, ἢ προκύψαι τῆς θύρας·
ἰδοῦσα δ' ἐγγὺς ἠνεῳγμένας θύρας,
ἦλθεν πρὸς αὐτὰς, καὶ συνεκρύβη [γ'] ἔσω.

ΤΥΧΗ.

Αἶ αἶ, στενάζω. Τίς με τὴν ταχύδρομον,
τὴν ἀρτίπουν εἴρηκε χωλὴν ἀρτίως;
Ἐγὼ κρατῶ γῆς, πρὸς τὸν αἰθέρα φθάνω·
ἐμοὶ καθυπείκουσι πάντα μακρόθεν.

ΣΟΦΟΣ.

Ὦ μιαρὰ γραῦς, κακὸν (ἐν) ἀνθρώποις μέγα,
ὦ γραῦς ῥυπῶσα καὶ κακοῖς πεφυρμένη,
ἀναξίους δεικνῦσα πολλοὺς ἀξίους.

ΤΥΧΗ.

Πολυλογεῖς, ἄνθρωπε, κομπάζεις μάτην,
λαλεῖς ἀναιδῶς, αὐθαδίσας ἐς τόσον.
Ἔχεις τὰ Μουσῶν ἀντὶ Τύχης, καὶ λέγων
ἔμμετρα βάζεις, ῥητορεύεις ἐν λόγοις.
Τὰς Μούσας αὐτὰς αἰτιῶ, μὴ τὴν Τύχην.

ΣΟΦΟΣ.

Ἀπαγχονίζου, δαῖμον, ἔρρε, συνθλίβου,
ὅτι τὰ Μουσῶν εἰς μέσον παρήγαγες.

ΜΟΥΣΑΙ.

Χαίροις ὁ λαμπρὸς ἐν λόγοις, ὑπερμέγας.

ΣΟΦΟΣ.

Ἃ ἄ, σιγᾶτε· πάμπαν ἀπέστω κτύπος·
βάλλει με νυνὶ πάταγος ὠσὶν ἐν μέσοις.
Ἄνοιξον ἄρτι, μὴ πατάσσῃ τις θύραν.

ΜΟΥΣΑΙ.

Ὦ χαῖρε φωστὴρ, τοῦ λόγου τὸ χωρίον.

ΣΟΦΟΣ.

Ποία χαρὰ πρόσεστιν ἡμῖν ἀρτίως;

ΜΟΥΣΑΙ.

Χαρὰ, τρυφὴ πάρεστί σοι, λόγων χάρις.

ΣΟΦΟΣ.

Χορὲ, πρὸς αὐτὰς τὰς πύλας κάτιθί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δέσποτα, χάρηθι, τὰς Μούσας ὁρῶ.

ΣΟΦΟΣ.

Ναὶ, κλεῖσον αὐτὰς, καὶ ἄφες ἔξω τῆς θύρας.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ μὴ πρὸς αὐτὰς τὰς θεὰς, ὦ δέσποτα.

SAPIENS.

Tendebat ædes ad meas accedere
hæc decrepita, tardigrada et infelix anus.
Sed vespere orto, conditoque jam die
deflexit ista loripes de tramite,
et procidendo allisit ad silices pedem :
hinc ortus illi mox dolor gravissimus.
Qui cum quiesset paululum, rursus volens
ad nos redire, januæ occlusæ adstitit :
foresque vicini patentes prævidens,
ingressa subito est, intus atque se abdidit.

FORTUNA.

Eheu ingemisco, quod celerrimam omnium
me nescio quis claudicare dictitet.
Terræ impero; pertingo et usque ad æthera :
mihique cuncta obtemperant vel eminus.

SAPIENS.

Anus scelesta, hominumque pestis maxima,
annisque pannisque obsita, et squalens malis,
plerisque honores tribuis indignis viris.

FORTUNA.

Multiloquus es vir, venditas te inaniter,
atque impudenter garris, esque contumax :
et dona Musarum loco Fortunæ habes;
oratione et carmine es promptissimus.
Musas voca in jus, et lacesse; me sine.

SAPIENS.

Abi in malam rem, dæmon, erra, disperi;
quæ dona Musarum invide mihi objicis.

MUSÆ.

Salve, eloquentia omnium clarissime.

SAPIENS.

Heu vos, silete, omnisque clamor sit procul.
Gravis meas nunc sonitus aures perculit.
Jam pande januam, ne eam quis pulsitet.

MUSÆ.

Salveto, jubar orationis maximum.

SAPIENS.

Et quale nobis gaudium obvenit recens?

MUSÆ.

Lætitia, deliciæque, sermonis lepos.

SAPIENS.

Amabo te, Chore, ad fores accurrito.

CHORUS.

O domine mi, lætare : Musæ adstant tibi.

SAPIENS.

Siccine? tu eas exclude, et arce a limine.

CHORUS.

Ne id feceris contra deas tantas, here.

ΣΟΦΟΣ.

Καὶ ποῦ κατεῖδον τῶν θεῶν τῶνδε σθένος;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐχὶ σοφόν σε τοῖς λόγοις τεθείκασιν;

ΣΟΦΟΣ.

Ὤνησεν οὐδὲν οὐδαμῶς ἥγε σοφία.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ πάνσοφός γ' εἶ τῶν σοφῶν βουλευμάτων;

ΣΟΦΟΣ.

Βουλεύομαι πῶς ἐκφύγω βίου βίαν·
ἀλλ' οὐ τὸ τέρμα τῆσδ' ἐγὼ προλαμβάνω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔχεις παρ' αὐτῷ πλοῦτον αὐτῆς γε σοφίας.

ΣΟΦΟΣ.

Οὐ λαμβάνουσι τοὺς λόγους ἐν τῇ ἀγορᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ τοὺς ἐπαίνους ἀντὶ τοῦ πλούτου φέρεις;

ΣΟΦΟΣ.

Καὶ πῶς ἔπαινος οἶδε γαστέρα τρέφειν;
Ὦ συμφορᾶς, ὢ! πλοῦτον ἀγροίκου θέλω.

ΧΟΡΟΣ.

Ποθεῖς τ' ἄγροικος ἐκ σοφοῦ καθεστάναι;

ΣΟΦΟΣ.

Ποθῶ γενέσθαι βυρσοδέψης, λατόμος,
ἢ καί τις ἄλλος τῆς βαναυσίδος τέχνης.
Καὶ γὰρ σκυτεύς τις, ὀψοπώλης τ' ἄσοφος,
ὁ μηδὲ τὸ γρῦ προσλαλεῖν εἰδὼς ἔτι,
ἐν τῷ λαλεῖν δὲ σιέλων χέει πίθους,
σόλοικος, αἰσχρὸς, πάμπαν ἠγροικισμένος,
προέρχεται μὲν τῆς λεωφόρου μέσον
ὑπὸ προπομπῆς ἀρχικῶς ἐσταλμένος,
γαυροὺς δὲ πολλοὺς ἐξερεύγεται λόγους·
ἄλλος δὲ γυμνὸς, εὐγενὴς τὰ πρὸς λόγους,
ἀνέστιος πρόεισιν, ἄθλιος, πένης.
Παραφρόνως μὲν ἐν συνεδρίῳ βλέπω
σοφοὺς ἀτίμους, κἀσόφους τιμωμένους.
Χρυσὸς γὰρ ἄρτι καὶ λαλεῖ [γ'] ἠδὲ σέβεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δέσποτα, ῥάϊσον ὀψὲ τῶν λόγων·
καὶ πρὸς λάλημα τὰς σοφὰς Μούσας δέχου·
πάρεισι γὰρ, πάρεισιν ἐστολισμέναι.

ΜΟΥΣΑΙ.

Αἲ αἲ, πόσον δάκρυον ἐκ τῶν ὀμμάτων
ἐρεύξαμεν νῦν αἱ σοφαὶ πρὸς τοὺς λόγους.

ΣΟΦΟΣ.

Ὁ δὲ τρόπος τίς τῶν τοσούτων δακρύων;

ΜΟΥΣΑΙ.

Ἔγνωμεν ὑμᾶς τοὺς λόγῳ τεθραμμένους
μισοῦντας ἡμᾶς τὰς λόγου πρυτανίδας.

SAPIENS.

Expertus ubinam sum dearum vim, rogo?

CHORUS.

Non te eruditum reddiderunt rhetora?

SAPIENS.

Nil commodi attulit mihi sapientia.

CHORUS.

Doctissimus nonne es catis sententiis?

SAPIENS.

Consulto quî vitæ inopiam vitem meæ :
sed exitum percipere non possum illius.

CHORUS.

Habes apud te amplas opes sapientiæ.

SAPIENS.

Non eloquentia in foro ulla admittitur.

CHORUS.

Laudationes nonne opum loco refers?

SAPIENS.

An famelicum nutrire ventrem laus potest?
O miseriam! o quam Rustici malim bona!

CHORUS.

An rusticanus effici ex sapiente vis?

SAPIENS.

Opto esse lapidum cæsor, aut coriarius,
aut alius artis quilibet mechanicæ.
Nam obsoniorum venditor, vel cerdo iners,
qui proloqui nihil quidem omnino queat,
sed blatterans fundit salivæ flumina,
barbariloquus, turpis, merum rus, is tamen
incedit amplæ per viæ divortia,
stipatus instar principis turba virûm,
superba verba jactitans quamplurima
Venerandus ast hic nobili facundia,
sine ædibus vagatur, infelix, inops.
In cœtibus primos video sanos parum;
et despici doctos, et indoctos coli.
Duntaxat aurum nunc loquitur atque colitur.

CHORUS.

Comparce tandem talibus dictis, here :
Musasque ad alloquium advoca doctas tuum.
Adsunt, en adsunt eleganti cum modo.

MUSÆ.

Heu lacrimas quot fudimus, sapientiæ
omnis magistræ, et eloquentiæ deæ.

SAPIENS.

Quæ causa vero fletuum vobis fuit?

MUSÆ.

Agnovimus vos, deditos facundiæ,
odisse nos, quæ principes fandi sumus.

ΣΟΦΟΣ.
Ναὶ, καὶ βδελυρὰς καὶ μισητέας κρίνω.
ΜΟΥΣΑΙ.
Ὁ δὲ τρόπος τίς τοῦ μίσους, δίδασκε νῦν.
ΣΟΦΟΣ.
Ἄσιτός εἰμι, πλοῦτον οὐκ ἔχω τάλας.
ΜΟΥΣΑΙ.
Ἡ γῆ βοτάνας οἶδε καὶ χλόην φύειν.
ΣΟΦΟΣ.
Οὐ τὰς καταράτους ῥαπίζετε ξύλοις;
ναὶ, τὰς μιαρὰς ὠκέως τυπτήσατε.
ΜΟΥΣΑΙ.
Θυμοῦ κρατεῖν (μὲν) ἔμαθες, ἀλλ' οὐκ αἰσθάνῃ.
ΣΟΦΟΣ.
Ἄνθρωπός εἰμι· τί φάγοιμι τὴν χλόην;
ὄνῳ παρεικάσαιτε τὸν τάλαν' ἐμέ.
ΜΟΥΣΑΙ.
Ὦ χρυσολάτρα, πεπλανημένος μένεις,
τῆς δ' ἀρετῆς τὴν δόξαν οὐδ' ὅλως φιλεῖς·
φιλεῖς μεθύσαι τὴν πολύχρυσον μέθην.
ΣΟΦΟΣ.
Καὶ τί ποτ' ἐστὶν ἡ μέθη, μαθεῖν θέλω.
ΜΟΥΣΑΙ.
Μέθυσον οὐ κατεῖδες ἐξ οἴνου ποτέ;
ΣΟΦΟΣ.
Οἶνος δὲ τί πέφυκεν, ἐκδιδάσκετε,
καὶ μήτ' ἄδηλα τοῖς ἀδήλοις βάζετε·
ἐμοῦ γὰρ ὕδωρ ἐξυδραίνει γαστέρα.
ΤΥΧΗ.
Ὁρᾷς ὅπως λέξεσιν εὐφυεστέραις
Μούσαις λαλεῖς οὐ σοι καταλλαξαμέναις;
ΣΟΦΟΣ.
Ὦ γραῦς βέβηλε, μυσαρὰ, παλαιτάτη,
ὄλεθρε κοινὲ τῶν βροτῶν παντὸς γένους,
ἀρχηγὲ κακῶν, ἀρχαϊκή (τ' αὖθι) κακία,
λέγειν βιάζεις· ἤθελον πάντως λέγειν,
καὶ μὴ φορεῖν τρίχινον ἄθλιον ῥάκος,
καὶ μὴ πομάτων ἀπορεῖν καὶ βρωμάτων,
καὶ μὴ τρέφεσθαι (δὲ) λαχάνοις χλοηφόροις,
ὡς οἷα κάπρος ἐκ δρυμῶνος ἀγρίου.
ΜΟΥΣΑΙ.
Τί δὴ τοσοῦτον σὺ χαλάσας τὰς φρένας,
ἄκομψα φωνεῖς, ὢν σοφὸς πρὸς τοὺς λόγους;
οὐχὶ λόγου φῶς σοί γε συγκαλύπτεται;
Τοίνυν κατειδῇς σὰς θανούσας ἐλπίδας
εἰς φῶς φανείσας, εἰς νέαν φρυκτωρίαν·
καὶ πλοῦτον εἰδῇς, καὶ τρυφὴν βίου φάγῃς.
ΣΟΦΟΣ.
Γένοιτό μοι νῦν· τὸ δὲ μέλλον οὐ βλέπω·
δέδοικα μή πως εἰς ἐναντίον πέσω.

Δόξα κλέος τε Θεῷ.

SAPIENS.
Sic res habet; vanas et odiosas puto.
MUSÆ.
Quæ ratio sit odii, doceto nos modo.
SAPIENS.
Laboro inedia miser; opes non sunt mihi.
MUSÆ.
Olera solet gramenque terra gignere.
SAPIENS.
Non exsecrandas cæditis ligonibus?
cur non scelestas tunditis celerrime?
MUSÆ.
Animum regere, cum didiceris, nescis tamen.
SAPIENS.
Natus homo sum: cur gramine utar pabulo?
me comparastis miserum asello cuipiam.
MUSÆ.
O cultor auri, errore perstas in tuo:
virtutis altam gloriam non plane amas:
optas inebriari aurea temulentia.
SAPIENS.
Quid tandem ebrietas sit, velim cognoscere.
MUSÆ.
Nunquamne vidisti gravatum ullum mero?
SAPIENS.
Quæ sit meri natura, rursum exponite:
obscurioribus nec obscura addite.
Nam præter undam nil meam sedat sitim.
FORTUNA.
Videsne, ceu concinnioribus modis
Musis loquaris benevolis parum tibi?
SAPIENS.
Anus profana, invisa, et annosissima,
communis omnium lues mortalium,
malorum origo prima, vitiorumque fons,
dic, quod lubet. Mallem ego loqui quovis modo,
nec pallium hoc gestare villosum et grave,
item cibo potuque egere neutiquam,
nec vero oleribus vescier virentibus,
ut sævus aper in nemoribus densis solet.
MUSÆ.
Quo tibi ruina corda se flectunt gravi?
incompta loqueris, doctus orator prius.
An lux tibi est surrepta rationis modo?
Ergo cito aspicias tuam spem futilem
in luce conspicuam, velut jubar novum:
opesque videas, delicate et victites.
SAPIENS.
Sic accidat mihi nunc; nec instans intuor:
at timeo ne posthac cadam in contrarium.

Laus sit Deo.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ

ΑΠΟΔΗΜΟΣ ΦΙΛΙΑ.

DOMINI THEODORI PRODROMI

AMICITIA EXULANS.

Περιοχὴ τοῦ δράματος.

Φιλία ὑπ' ἀνδρὸς αὐτῆς τοῦ Κόσμου ἤτοι βίου ἀνθρωπίνου ἐκβέβληται. Συνεζεύχθη δ' αὐτῷ ἡ μαχλὰς Ἔχθρα, συμβουλευσάσης Μωρίας τῆς θεραπαινίδος αὐτοῦ.

Τὰ πρόσωπα.

ΞΕΝΟΣ καὶ ΦΙΛΙΑ.

ΞΕΝΟΣ.

Ὦ Φιλία δέσποινα, πάντιμον κάρα,
ποῖ καὶ πόθεν; καὶ ταῦτα μεστὴ δακρύων,
στυγνή, κατηφής, τὴν κόμην ἐσκυλμένη,
κύπτουσα πρὸς γῆν, ὠχριῶσα τὴν χρόαν,
χιτώνιον πενθῆρες ἠμφιεσμένη,
ἀτημελὴς τὸ ζῶσμα καὶ τὸ βλαυτίον,
καὶ τὴν κακίστην ἀλλαγὴν ἠλλαγμένη·
ὁ δὲ στολισμὸς ὁ πρίν, ἡ δὲ πορφύρα,
ἡ δ' εὐπρέπεια, καὶ τὸ τοῦ χείλους ῥόδον,
ὁ δὲ πλόκαμος, ἡ δὲ τῆς ζώνης χάρις,
αἱ δ' ἀρβυλίδες, ἡ δὲ λοιπὴ σεμνότης,
ᾤχοντο πάντα πρὸς τὸ μηδὲν ἀθρόα.
Καὶ νῦν γυναιξὶν ἐμφερὴς θρηνητρίαις,
στυγνὴ βαδίζεις· ἀλλὰ ποῖ δὴ καὶ πόθεν;

ΦΙΛΙΑ.

Γῆθεν πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα.

ΞΕΝΟΣ.

Ἔρημος οὖν ὁ κόσμος ἐστὶ φιλίας;

ΦΙΛΙΑ.

Ἔρημος· ὃς τοσοῦτον ἐξύβριζέ με.

Argumentum dramatis.

Amicitia a marito suo Mundo (id est vita humana) ejecta exhibetur. Ille autem in matrimonium duxit libidinosam Inimicitiam, consilium secutus servæ suæ Stultitiæ.

Personæ.

HOSPES et AMICITIA.

HOSPES.

O domina Amicitia, venerandum mihi caput,
quo *vadis* et unde *venis?* et plena quidem lacrimis,
mœsta, tristis, lacerata coma,
terramque cernens, pallido colore,
veste lugubri induta,
neglectis cingulo et crepida,
et pessima mutatione mutata;
ornatus autem pristinus vestimenti, purpura illa,
decus illud, et illa labelli rosa,
et cincinnus, et cinguli illa gratia,
et elegantes calcei, et reliquus decor tuus,
hæc evanuerunt omnia simul et in nihil reciderunt.
Plane nunc refers mulieres præficas, et
mœsta incedis: sed quonam et unde?

AMICITIA.

De terra ad ipsum Deum et patrem.

HOSPES.

Mundus igitur nunc orbatus est amicitia?

AMICITIA.

Orbatus, iste qui tantum in modum mihi insultavit.

ΞΕΝΟΣ.

Ὕβριζε;

ΦΙΛΙΑ.

Καὶ θύραθεν ἐξέρριπτέ με.

ΞΕΝΟΣ.

Θύραθεν;

ΦΙΛΙΑ.

Ὥστε καὶ νομισθῆναι θανεῖν.

ΞΕΝΟΣ.

Εἶτ' ἐξέκεισο;

ΦΙΛΙΑ.

Καὶ μεμαστιγωμένη.

ΞΕΝΟΣ.

Μελαγχολᾶν τὸν κόσμον ἄντικρυς λέγεις,
οὕτω μανικῶς ἐμπαροινήσαντά σοι.

ΦΙΛΙΑ.

Τί δ' ἂν τὰ λοιπὰ τῶν ἐμῶν παθῶν μάθῃς;
νῦν μὲν κατ' ἀμφοῖν πυγμαχοῦντος ταῖν γνάθοιν,
νῦν δ' ἐνθοροῦντος λὰξ κατ' αὐτῆς γαστέρος·
ἐῶ τὰ λοιπὰ καὶ τὰ μείζονα, Ξένε·
ἦ γὰρ μαθὼν ἤλγησας ἂν τὴν καρδίαν.

ΞΕΝΟΣ.

Μὴ μὴ πρὸς αὐτοῦ τοῦ πατρός σου, Φιλία,
μηδὲν σιγήσῃς, ἀλλά μοι τὸ πᾶν φάθι.

ΦΙΛΙΑ.

Οὐκοῦν καθιζήσαντες ἀμφὶ τὴν πίτυν
(ὁρᾷς τὸ δένδρον, ὡς καλόν τε καὶ μέγα)
τὸ πᾶν ἐπεξέλθωμεν ἤδη τοῦ λόγου.

ΞΕΝΟΣ.

Ἰδοὺ καθιζήκαμεν· ἄρξαι τοῦ λέγειν.

ΦΙΛΙΑ.

Ἐγὼ τὰ πρῶτα τῷ Θεῷ, τῇ Τριάδι
ἀεὶ σύνειμι καθαρῶς ἡνωμένη,
ἐν τοῖς ἀσωμάτοις δὲ δευτέροις νόοις
καὶ ταῖς τρισὶ τριάσι ταῖς ἄνω μένω,
οἷον Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ καὶ Θρόνοις
καὶ ταῖς προλοίποις αὔλαις στρατάρχίαις.
Ἐγὼ μὲν αὐταῖς καὶ πρὸς αὐτὰς τὴν σχέσιν
καὶ πρὸς τὸ θεῖον καὶ πρὸς ἀλλήλας νέμω·
καὶ τὰς τοσαύτας τῶν ἄνω μυριάδας
εἰς ἓν συνάπτω, καὶ μίαν σειρὰν πλέκω.
Ἑωσφόρος μόνος με πρὶν ἀπεστράφη,
κἀκ τῶν ἀφ' ὕψους ἀντύγων κατεστράφη.
Οὕτως μὲν οὕτως ἡ νοουμένη κτίσις
ἐμοὶ κρατεῖται καὶ μένει φρουρουμένη.
Τὴν γὰρ θεατὴν καὶ κατ' αἴσθησιν φύσιν,
τὸ κοσμικὸν πλήρωμα, τὴν κάτω κτίσιν
τίς ἀμφιβάλλει μὴ κρατεῖσθαι Φιλίᾳ;
ὁ φλήναφος γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ἐρρέτω,
τὸ νεῖκος εἰπὼν δημιουργὸν τῶν κάτω.

HOSPES.

Insultavit?

AMICITIA.

Atque etiam foribus me expulit.

HOSPES.

Foribus?

AMICITIA.

Adeo ut crederer esse mortua.

HOSPES.

Ac foris jacebas?

AMICITIA.

Idque flagris cooperta.

HOSPES.

Insanire haud dubie Mundum narras palam;
qui talibus modis grassatus in te sit insane.

AMICITIA.

Quid *dicas* si audias quæ reliqua sunt meorum malorum?
illo nunc pugnis mihi involante maxillam utramque,
nunc pedibus saltu impetente ipsum ventrem:
sed sino cetera et graviora, Hospes:
sane enim perceptis tu doleres animo.

HOSPES.

Ne quid, ne per ipsum tuum patrem, Amicitia,
ne quid tacueris, verum mihi tu totam rem narra.

AMICITIA.

Ergo sedentes ad hunc fagum
(viden' arborem, ut pulchra et ampla!)
universam rem verbis jam explicabimus.

HOSPES.

En consedimus: narrare incipe.

AMICITIA.

Ego quidem primum cum Deo, cum Trinitate
semper una sum, pure conjuncta:
in incorporeis autem alteris mentibus
et trinitatibus tribus cœlestibus immaneo,
dico Cherubim et Seraphim et Thronis,
et in reliquis immaterialibus exercituum potestatibus.
Ego et ipsis et erga ipsas affectum
et erga numen et mutuum inter omnes dispenso,
et tot myriades cœlestes
in unum conjungo, et unam inde catenam necto.
Solus olim Lucifer me aversatus est,
atque ex cœlestibus ille apsidibus dejectus est.
Sic, sic omnis spiritualis creatura
a me continetur et manet in mea custodia.
Visibilem enim et quæ sensibus percipitur naturam,
mundi plenitudinem, terrenam creaturam
quis ambigit contineri potestate Amicitiæ?
nugator quippe Empedocles pereat,
qui lite dixit conditum hunc mundum esse.

Τί γὰρ νοήσει καὶ συναίσθηται τίνος
ἄνθρωπος οὐ γνοὺς ὡς τὸ πῦρ φύσει καίει,
ἀλλ' εἰς πυρὸς κρατῆρας ἐμπεσὼν μέσους;
Ἢ τίς τὸν εὐρὺν οὐρανὸν καὶ τὸν μέγαν,
ἄκαμπτον ὄντα τὸ πρὶν εὐθυωρίᾳ
(χρὴ γὰρ πιθέσθαι τοῖς λόγοις τοῦ φαμένου),
ἔκαμψεν εἰς τὴν σφαῖραν, εἰ μὴ Φιλία;
οἷον γὰρ εἰπεῖν, ὡς καλοῦ καὶ κοσμίου
ἐρῶν ἑαυτοῦ, πρὸς κύκλον συνεστράφη,
ἑαυτὸν αὐτῷ φιλιῶν πανταχόθεν
καὶ πάντα πᾶσι συμπερισφίγγων μέρη.
Ἐγὼ τὰ κύκλα τῶν ἀπείρων ἀστέρων
ἁπλῶς ἁπάντων, ἀπλανῶν, πλανωμένων,
ἔταξα δεσμῷ καὶ συναφῇ πανσόφῳ·
ἐγὼ φιλιῶ τῷ σεληναίῳ κύκλῳ
τὸν ἡλιακὸν δίσκον, ὃς τὸ φῶς βρύει·
καὶ φιλιῶ τοσοῦτον, ὡς καὶ λαμπάδας
κιχρᾶν ἐκείνῳ τοῦτον εἰς νυκτῶν σέλας.
Ἐγὼ τὸ πᾶν πλήρωμα τοῦ παντὸς βίου
πλοκῇ ξυνεστὸς φύσεων ἐναντίων
κοινῶς ἑνίζω, κἂν διίσταται φύσει.
Ξηρὸν τὸ πῦρ, ὑγρὸν δὲ χύσις ἀέρος,
καὶ γειτονοῦσι ταῦτα, καὶ μέσον μάχη·
ἀλλ' ἐμβαλοῦσα τοῖν δυοῖν ἐναντίοιν
κοινὸν τὸ θερμὸν, τὴν μάχην ἀνατρέπω.
Θερμὸν μὲν ἀὴρ, ἀλλ' ὕδωρ ψυχρὸν φύσει,
ἀγχιθυρεῖ δὲ, καὶ κατ' ἀλλήλων πνέει·
ἀλλ' ὑμέσιν ἐνοῦσα τούτοις ὑγρότης
ἄμφω ξυνάπτει καὶ πρὸς εἰρήνην φέρει.
Ὕδωρ μὲν ὑγρὸν, ἡ δὲ γῆ τοὐναντίον·
μέση δ' ἐν ἀμφοῖν ἐμπεσοῦσα ψυχρότης
φίλιον αὐτοῖς ἐμβραβεύει τὸν βίον.
Τοιαῦτα τὰ στοιχεῖα τοῦ παντὸς βίου.
Τὰς τέτταρας δὲ τοῦ γίγαντος ἡλίου
τροπὰς, τίνος φαίημεν; οὐχὶ Φιλίας;
χειμὼν γὰρ εὐθὺς οὐ τέτραπται πρὸς θέρος,
τῶν ποιοτήτων σφῶν ἐναντιουμένων,
ἀλλ' εἰς ἔαρ μετῆλθεν, εἶτα πρὸς θέρος·
καὶ τοῦ θέρους ἡ κρᾶσις οὐκ εἰς τὸ κρύος,
ἀλλ' εἰς μέσον τι, τῶν ὀπωρῶν τὴν φθίσιν.
Κἀντεῦθεν ὥσπερ ἐξ ἁπαλῶν παρθένων
τῶν συμπλεκουσῶν τὰς κρόκας καὶ τοὺς μίτους
(ὥρας δὲ ταύτας γνῶθί μοι τὰς παρθένους)
καλὴ τελεῖται τῶν ἐτῶν ἱστουργία.
Ἐγὼ συνιστῶ τὸν βροτήσιον βίον.
Εὐρωστία καὶ κάλλος ἄμφω Φιλίας.
Ἄμφω Φιλίας ἔργα πῶς, ζητεῖς; μάθε.
Ἂν ἡ τετρακτὺς τῶν χυμῶν σχῇ φιλίαν,
καλῶς ἔχει τὸ σῶμα, καὶ μακρὰν νόσοι.
Εἰ τῶν μελῶν δ' εὔρυθμός ἐστιν ἡ σχέσις,
ἔχει δὲ καὶ σύστοιχον ἀλληλουχίαν,
ἐνδύεται δὲ καὶ χρόαν εὐχρουστέραν,
κάλλος καλεῖται τοῦτο τοῖς παλαιτέροις·
ἡ γοῦν ὑγεία καὶ τὸ κάλλος Φιλίας.

Quid enim saperet aut quid cognosceret
homo qui nesciebat ignem natura sua urere,
verum in crateras ignis desiliit medios?
Aut quis latum cœlum illud et magnum,
protensum quondam rectæ planitiei modo
(nam fides haberi debet verbis hæc testantis),
flexit in sphæram, nisi Amicitia?
Nimirum cœlum, ut pulchrum et elegans
amans se ipsum, in circulum se vertit,
se ipsum sibi amice concilians per omnes partes
et omnia omnibus firmiter circumplectens membra.
Ego siderum orbes infinitorum
omnium omnino, fixorum, errantium,
in suo loco collocavi vinculis et compositione scitissima.
Ego amicitiam concilio inter lunarem orbem
et solarem discum, qui lumen scaturit:
et ita concilio, ut etiam lampadas
commodet illi hic in noctium splendorem.
Ego plenitudinem omnem omnis vitæ,
nexu constantem naturarum adversarum,
in unum committo, quanquam discordet naturâ.
Est siccus ignis, humidus autem fusus aer,
et hæc vicina sunt, et inter eos pugna:
sed his duobus contrariis injecto
communi calido, discordiam tollo.
Est calidus aer, sed aqua frigida naturâ,
et finitima sibi habitant, et inimica spirant:
Sed quæ his substantiis inest humiditas
ambas conjungit et ad pacem ducit.
Est aqua uvida; terra aret:
sed frigus inter ambas sese interponens
amicam his conciliat vitam.
Talia sunt universæ vitæ elementa.
Quattuor autem illas gigantis Solis
mutationes, cujusnam esse dicamus? nonne Amicitiæ?
hibernus enim aer non illico convertitur in æstatem,
quum qualitates eorum sint plane contrariæ:
sed in ver primum abit, deinde in æstatem;
atque æstatis temperies haud repente in frigus,
sed in medium aliquid, in autumnum.
Atque hinc tanquam a teneris puellis
contexentibus stamen et subtemen
(nimirum anni tempestates intellige mihi esse has puellas)
pulchra perficitur annorum tela.
Ego concinno humanam vitam.
Sanitas et pulchritudo, ambo sunt Amicitiæ.
Ambo Amicitiæ opera quomodo sint, quæris? Disce.
Quando quattuor humores amice consentiunt,
tum sanum est corpus, et longe absunt morbi.
Si artuum bene concinna figura sit,
et mutuum connexum habeat bene junctum,
indueritque etiam colorem pulchre tinctum,
hoc pulchritudo vocatur ab antiquioribus
Est ergo valetudo bona et pulchritudo Amicitiæ opus

Ἐγὼ πολίζω τὰς πόλεις ἡ Φιλία,
κἂν εἰ πόλεις λέγοι τις αὐτὰς τὰς πόλεις,
κἂν αὐτὸ μᾶλλον τῶν πολιτῶν τὸ στίφος.
Πλίνθοι γὰρ ὀπταὶ καὶ λίθων ξεστῶν βάρη
ἐμοὶ ξυνῆλθον εἰς ἑνὸς τοίχου κτίσιν,
δυὰς δὲ τοίχων ἀμφὶ γωνίαν μίαν,
καὶ γωνίαι τέσσαρες εἰς πλήρη δόμον.
Ἐγὼ συνιστῶ τὰς παρ' ἀνθρώποις τέχνας·
καὶ τῷ σκυτεῖ μὲν φιλιῶ τὸν κναφέα,
τῷ χαλινεργάτῃ δὲ τὸν στρατηλάτην,
καὶ τῷ γεωργῷ τὸν βάναυσον συνδέω,
καὶ τεχνίτην ἅπαντα παντὶ τεχνίτῃ.
Χρήζει γὰρ ὄντως ἁλιεὺς πᾶς γηπόνου·
διδοὺς γὰρ ἰχθὺν, ἄρτον ἀντιλαμβάνει·
καὶ γηπόνος πᾶς αὖθις ἀσπαλιέως·
διδοὺς γὰρ ἄρτον, ἰχθὺν ἀντιλαμβάνει.
Καὶ παντὸς ἅπας ἐνδεὴς ὁ τεχνίτης·
κἀντεῦθεν εὖ πάσχουσιν αἱ πόλεις πᾶσαι.
Ἐγὼ γάμου σύμπαντος ἡ νυμφοστόλος·
ἐγὼ τὸ θῆλυ πρὸς τὸν ἄρρενα τρέπω·
ἐγὼ τὸν ἄνδρα πρὸς τὸ θῆλυ συντρέπω.
Τί γὰρ μύραιναν, τὴν θαλασσίαν ὄφιν,
τὸ πόντιον πέπεικεν ἐκλιπεῖν βάθος,
ἀναδραμεῖν δὲ τῆς θαλάσσης τὴν ῥάχιν,
ἐπιδραμεῖν δὲ καὶ τὸ χερσαῖον πέδον;
Τίς τοῦ σιδήρου τὴν ἅπασαν οὐσίαν
δούλην καθιστᾷ τῆς μαγνήτιδος λίθου;
οὐδέν τι πάντως ἄλλο Φιλίας δίχα.
Ἐμοὶ τὸ πᾶν ζῇ καὶ κρατεῖται καὶ μένει
Εἴπω τὸ μεῖζον, καὶ σιγάτω πᾶς λόγος.
Ἐγὼ Θεὸν τὸν ὄντα τὸν παντεργάτην,
τὸ Πατρὸς ἐκσφράγισμα, τὸν μέγαν Λόγον,
τὸ παμφαὲς φῶς, τὴν ὑπέρθεον φύσιν,
τὸν ἄχρονον νοῦν, τὴν χρονουργὸν οὐσίαν,
ἐλθεῖν ἔπεισα μέχρι γῆς καὶ τῶν κάτω,
καὶ τὴν παθητὴν προσλαβεῖν ὅλην φύσιν,
καὶ σωματικὴν ἐνδυθῆναι πορφύραν
ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ὑφασμένην,
παθεῖν, θανεῖν. Φεῦ τῆς τοσαύτης ἀγάπης,
δι' ἧς τοσοῦτον ἔργον! ὦ φίλτρου ξένου,
δι' ὃ χρονικῶς μίγνυται τῷ σαρκίῳ
ὁ κυριεύων καὶ χρόνου καὶ σαρκίου·
καὶ συνανιστᾷ τὴν πεσοῦσαν εἰκόνα,
ἐν τῷ καθ' αὑτὸν ἀναχωνεύσας πάθει.
Τοιαῦτα τἀμὰ πρὸς βροτοὺς ἔργα, Ξένε·
τοιαῦτά μου τὰ δῶρα τὰ πρὸς τὸν βίον·
ἀλλ' εἰς νεκροὺς τὰ μύρα τῆς παροιμίας·
ἀλλ' εἰς ὄνους ἡ λύρα τοὺς κανθηλίους·
ἐλάνθανον γὰρ ἀχαρίστῳ δραπέτῃ
ὅλην ἐμαυτὴν ἐκδιδοῦσα τῷ Βίῳ·
ὃς τὴν ἐμὴν μὲν ἀθετεῖ συνουσίαν
δείλαιος ἀνδρῶν, εἰς δ' ἀγεννῆ μαχλάδα
(Ἔχθραν καλοῦσι τὴν ἀτάσθαλον) ῥέπει.
Τῆς δουλίδος γὰρ Μωρίας ξυνεργίᾳ

Ego urbes condo Amicitia,
sive urbes aliquis dicat ipsa mœnia,
sive potius ipsam civium multitudinem.
Laterum enim coctorum lapidumque politorum pondera
per me in unius parietis structuram coiere;
porro duo parietes in unum angulum,
et quattuor anguli in domum integram.
Ego consocio inter se artes hominum :
et calceario amice concilio fullonem;
frenorum fabro magistrum equitum,
et agrum colenti mechanicum conjungo,
denique opificem quemlibet cuilibet opifici.
Indiget enim revera, *verbi causa*, omnis piscator agricola;
nam piscem dans contra accipit panem:
egetque rursus agricola omnis piscatore;
nam panem dans contra accipit piscem :
sic omnis opifex eget omni opifice.
Hinc florent urbes omnes.
Ego nuptiis in omnibus sum pronuba :
ego femineum sexum masculo concilio;
ego marem ad feminam converto.
Quid enim murænam, serpentem pelagium,
maris permovit relinquere profunda,
et sursum properare in superficiem maris
et percurrere vel terrenum campum?
Quid ferri substantiam omnem
servam constituit magnetis lapidis?
nihil quicquam aliud sane, præter Amicitiam
Per me omne vivit et regitur et constat.
Jam dicam quod est majus, et sileat omnis oratio.
Ego Deum, qui est, qui cuncta condidit,
Patris expressum typum, magnum Verbum,
splendidissimam lucem, supremam essentiam,
mentem sine tempore, substantiam temporis effectricem,
descendere permovi in hanc terram et in infernum,
et passibilem assumere naturam totam,
et corporalem induere sibi purpuram
ex virgineo sanguine textam,
denique pati, mori. Proh! quantam caritatem,
per quam *exstitit* tantum facinus! O immanem amorem,
ob quem temporaliter miscetur carne
dominus et temporis et carnis,
et in integrum restituit abolitam *Dei* imaginem,
in ea, quam ipse subiit, passione denuo fictam!
Hæc talia sunt mea in mortales merita, Hospes;
talia quæ ego in vitam omnem contuli dona.
Sed in mortuos, quod proverbio dicitur, *effundo* unguenta,
sed ad asinos lyra *projecta est* cantherios.
Nesciebam enim me ingratissimo fugitivo
totam me prodidisse, Mundo :
qui meum quidem repudiat connubium,
hominum miserrimus, et in abjectum scortum
(Inimicitiam vocant improbam illam) inclinat.
Nimirum ancillulæ Stultitiæ ministerio usus

αὐτὴν μὲν ἐντὸς εἰσάγει τῆς οἰκίας,
ἡμᾶς [δὲ] τύπτων ἐξάγει. (Ὦ) νόμοι, νόμοι!
καὶ τοὺς ἀθέσμους οὐδὲ κἂν κλέπτει γάμους,
ἀλλ' ἀναφανδὸν ἐκτελεῖ τὴν αἰσχύνην,
καίτοι πρὸ πάντων ἀγνοῶν καὶ τὴν θέμιν.
Τί φλαῦρον ἡμῖν, ὥστε λῦσαι τὸν γάμον;
τί δ' ἀγαθὸν πρόσεστι τῇ μοιχαλίδι,
ὥστε πρὸς αὐτὴν ἀντενέγκαι τὸν πόθον;
Εἰ γάρ με ταύτῃ συγκρίνειν βούλοιτό τις,
ὀκνῶ τὰ κομψὰ μέμψιν εὐλαβουμένη.
Ἐγὼ μὲν εἰμὶ χαροπὸς, χρηστὰ βλέπω,
καὶ μειδιῶ τὰ πλεῖστα, καὶ χάριν πνέω·
κἂν δεῖ λαλεῖν, ἐνταῦθα γλυκύτης ὅση·
κἂν δεῖ γελᾶν, ἐνταῦθα σεμνότης ὅση·
ἐν συμπλοκαῖς οὐ μανθάνεις τοὺς δακτύλους,
ἐν τοῖς βαδισμοῖς τοὺς πόδας δ' οὐκ ἂν μάθοις.
Κἂν νῦν πλακοῦντες, νῦν δ' ἅλες τρέφωσί με,
οὐ τοὺς πλακοῦντας προκρίνω τῶν ἁλάτων.
Ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τὸν πέλας γοργὸν βλέπω,
πάσχω δὲ πρὸς φαῦλόν τιν' ἀμβλυωπίαν.
Ἐναντίας πέφευγα κακίας δύο,
τὴν ὑπόκρισιν, τόν τε πέρπερον τρόπον.
Ἐμοῦ μὲν οὖν τοσαῦτα· τῆς δ' Ἔχθρας τίνα;
φόνιον αἷμα, χεῖρες ᾑματωμέναι,
ὕπωχρος ὄψις, ἐκτετηγμέναι γνάθοι,
φωνὴ τραχεῖα, βάρβαρος δὲ τὸ πλέον,
ἄσεμνος ὕβρις, ἅλμα, κραυγὴ, θροῦς ὅσος.
Τίς οὖν φρονῶν ἄνθρωπος, εἰπέ μοι, Ξένε,
τοιάνδ' ἀφεὶς, ἕλοιτο τοιάνδε βλέπειν,
βάκχην ἀτεχνῶς, ἀγρίαν καὶ μαχλάδα;
Ἀλλ' [οὖν] ὁ τρισάνοικτος ἄθλιος Βίος
τοιαῦτα τολμᾷ καὶ τόσην ἀδικίαν.
Ἐγὼ δὲ καὶ τοσαῦτα παθοῦσα, Ξένε,
ὅμως φιλῶ μου τὸν ξυνευνέτην πάλιν.
Πῶς γὰρ δυναίμην μὴ φιλεῖν ἡ Φιλία;
Ἀλλ' ἐν κενοῖς, εἴποι τις ἴσως, ὦ γύναι,
κακηγορεῖς τὸν ἄνδρα καὶ πόρρω λόγου.
Δέον κακῶς γὰρ τὴν θεράπαιναν λέγειν,
ἥτις ποτ' ἐστὶν, ἣν ἔφης σὺ Μωρίαν·
αὕτη γὰρ αὐτὸν εἰς τὸ μύσος ἑλκύει·
σὺ δ' ἀλλ' ἐκείνην ἐξάγεις τῆς εὐθύνης,
πνέεις δὲ πῦρ ἄντικρυς ἀμφὶ τὸν Βίον.
Εἰ ταῦτά τις πρόθοιτο πιθανῶς τάχα,
ἀντιπροθοίμην ταῦτα πιθανωτέρως.
Ἐφ' ᾧ γὰρ ἡμῶν μὴ κλύων τῶν γνησίων,
ὅλας παρέσχεν ἀκοὰς τῇ δουλίδι,
καίτοι μαθὼν τὸ δοῦλον ἐχθρὸν δεσπόταις;
Πλὴν ἀλλὰ καὶ πῶς τῆς λυσιγάμου γάμος;
ἢ πῶς Φιλίας μὴ παρούσης τῷ γάμῳ
ἔσται τὸ κοινώνημα τῆς συνουσίας;
Βλέπεις φρενῖτιν ἣν νοσεῖ, βλέπεις μέθην;
ὁρᾷς μανικὴν ἐκτροπὴν, ὁρᾷς νόσον;
Οὐδ' αὐτὸ γοῦν ἔγνωκεν, ὡς Ἔχθρας φύσις
οὐκ οἶδε δεσμεῖν, ἀλλὰ τοὺς δεσμοὺς λύειν.

eam in penetralia introducit domus,
nos autem verberans expellit. Proh leges, leges!
et interdictas illas ne clam quidem habet nuptias,
sed palam consummat rem pudendam,
pudorem coram omnibus ignorans atque fas.
Quid in nobis est mali, ut solvendum fuerit matrimonium?
quid boni inest isti adulteræ,
ut ad eam transferendus fuerit amor?
Nam si me huic comparare aliquis velit,
vereor laudes *audire*, reprehensionem *inde* metuens.
Ego sum læto vultu, bono aspectu,
et subrideo plerumque, et gratiam spiro.
Si loquendum est, hîc suavitas quanta *inest!*
si ridendum est, hîc gravitas quanta!
In complexibus non sentis digitos meos;
in incessu autem pedum haud senseris motum.
Et seu placentæ, seu sal sit mihi cibus,
non placentas præfero sali.
Inter bonos proximum aspicio oculis vivide;
sed ad malum cæcitas quædam mihi incidit.
Contrarias fugio pravitates duas,
simulationem, et morum levitatem malam.
Hæc propria sunt mihi: Inimicitiæ vero quænam?
cædes cruenta, manus sanguine infectæ,
pallida facies, emaciatæ genæ,
vox aspera, barbara utplurimum;
insolentia proterva, saltus, clamor, vociferatio quanta!
Quis igitur mente constans homo, dic mihi, Hospes,
me tali derelicta, præferret istiusmodi mulierem aspicere,
Baccham planissime, ferocem et scortum?
At ille ter deplorandus, miser Mundus
tale facinus audet et tantum nefas.
Ego vero tot licet tantisque malis affecta, Hospes,
rursus tamen amo meum maritum.
Quî enim ego possim non amare, quæ sim Amicitia?
« Sed frustra (dixerit quispiam fortasse), o mulier,
male dicis viro et sine omni ratione:
quippe potius ancillæ decebat maledicere,
quisquis est, quam tu Stultitiam vocas:
hæc enim eum in scelus pellicit.
Verum tu illam procul habes ab judicio,
et ignem spiras palam circa Mundum. »
Hæc si quis forte proposuerit speciose exornata,
contra ego proponam hæc multo etiam probabilius.
Curnam ille, nobis ingenuis non auscultans,
totas præbuit aures ancillæ isti,
quamquam bene sciens servile genus inimicum esse heris?
At enim quî fieri possunt nuptiæ cum solvente nuptias?
aut quî, Amicitia absente ab nuptiis,
erit societas connubii?
Viden' phrenitin qua laborat, viden' temulentiam?
viden' insanam mentis perturbationem, viden' morbum?
Ne hoc certe quidem cognovit, Inimicitiæ naturam
nescire conjugare, sed scire modo solvere vincula.

Ὅπως δὲ σαφῶς τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐντύχῃς,
κἀκ τῶν θύραθεν τῶν λόγων πιστωτέον·
ἡ μὲν γὰρ ἐμπίπτουσα καὶ πρὸς τὴν φύσιν,
αὐτὴν ἑαυτῇ φιλονεικεῖν κορθύει.
Τὸν Ἐτεοκλῆ καὶ Πολυνείκη βλέπε·
Ἔχθρας γὰρ ἀμφοῖν ἐγχορευσάσης μέσον
ἑκάτερος τέθνηκεν ἐξ ἑκατέρου.
Ἐγὼ δὲ συνδέουσα τοὺς ἀλλοτρίους,
κρείττους καθιστῶ συγγενῶν ὁμογνίων·
ὁ γὰρ Ὀρέστης καὶ Πυλάδης οἱ φίλοι
ἐμοὶ κατεπράξαντο τοὺς τόσους ἄθλους.
Ἀκήκοας, βέλτιστε, τῆς τραγῳδίας·
ἐντεῦθεν ἀντάκουε τῆς ῥαψῳδίας.
Ἕως μὲν Ἔχθρα τὴν σπάθην Ἀχιλλέως
θήγει κατ' αὐτοῦ τοῦ Μυκηναίου ξίφους,
ὁ Πριάμου παῖς πυρφόρος πρὸς τὸν στόλον,
τῆς Θετταλικῆς ἠρεμούσης ἀσπίδος·
κόλον δὲ τὸ πρὶν μακρὸν εἰς χεῖρας δόρυ
Αἴαντι τῷ γίγαντι τῷ πελωρίῳ·
ἐπὰν δ' ἐγὼ λάβοιμι τὸν τοῦ Πηλέως,
ἄλλως ῥιφέντος τοῦ κύβου τοῦ τῆς μάχης,
ὁ χθὲς διώκων εἰς φυγὴν νῶτα κλίνει·
καὶ νεκρὸς Ἕκτωρ ὁ στροβῶν τὴν Ἑλλάδα,
τὴν μίτραν οἰκτρῶς ἐκ ποδοῖν ἐζωσμένος,
ἱππηλατῶν δείλαιον ἱππηλασίαν,
χαίτας ἐκείνας τὰς καλὰς καὶ κοσμίας
καὶ τὸν καλὸν βόστρυχον εἰς κόνιν σύρων·
καὶ τὸ τρόπαιον τοῖς Ἀχαιοῖς ὡς μέγα.
Οὕτω διεστήκαμεν ἀλλήλων, Ξένε·
καὶ βελτίων τίς, σοὶ δίδωμι τὴν κρίσιν.
Ἀλλ' οὐχ ὁ Βίος ταῦτα· τὴν δ' Ἔχθραν λαβών,
ἐμὲ ξένην ἔδειξε καὶ τῆς ἑστίας.
Ἐγὼ μὲν οὖν ἄνειμι πρὸς τὸν πατέρα·
ἡ δ' Ἔχθρα λοιπὸν ἐγχορευέτω κάτω,
καὶ παιζέτω τὰ τέκνα ταύτης εἰς μέσον.
Βούλῃ μαθεῖν τὰ τέκνα τῆς Ἔχθρας τίνα;
υἱοί, Φθόνος, Λόχος τε, καὶ τρίτος Φόνος·
θυγατέρες δέ, Κακία, Μῆνις, Μάχη.
Αὕτη μὲν οὖν, ὡς εἶπον, αὐτοῖς τοῖς τέκνοις
παρρησιαζέσθωσαν ἀμφὶ τὸν Βίον·
ἐγὼ δὲ λοιπὸν πρὸς τὸν αἰθέρα τρέχω·
οἶκτος δὲ πᾶς, καὶ πᾶσα φιλανθρωπία,
καὶ ζῆλος ἔμφρων, καὶ καλῶν πάντων ἔρως,
ὁρᾷς ὅπως ἅπαντα συμφεύγουσί μοι.

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ ταῦτα μέν, δέσποινα Φιλία, βλέπω·
συνεννοῶ δὲ καὶ τὸ μέλλον οὗ δράμῃ,
καὶ δακρύω μὲν τῆς ἀβουλίας χάριν
τὸν οἰκτρὸν ὄντως καὶ ταλαίπωρον Βίον.
Σὲ δ' ἄξια δρᾶν ὧνπερ ἀνέτλης κρίνω.
Πλὴν ἀλλ' ἰδού σε ποτνιῶμαι δακρύων,
πρὸς τοῦ τεκόντος ἀπαιτῶν, πρὸς τῶν Θρόνων,
πρὸς τῶν ἀΰλων οὐσιῶν, σύνελθέ μοι,

Ut autem manifeste res nostras intelligas
etiam peregrinis narrationibus et exemplis fides astruenda.
Nam illa incidens vel in naturam (*res natura junctas*),
hanc secum ipsa in vehementem discordiam agit.
Eteoclem et Polynicem inspice :
Inimicitia enim inter ambos media insultante
uterque periit alterius manu.
Ego vero alienos quoque jungens arcte,
firmiores amicos facio genere junctissimis.
Sic Orestes et Pylades amici
per me confecerunt tot res et tam arduas.
Audisti, o bone, tragœdiam :
jam vicissim ausculta rhapsodiam (*epos*).
Donec Inimicitia gladium Achillis
acuit in ipsum Mycenæum ensem,
Priami filius ignem intulit classi,
Thessalico quiescente scuto (*exercitu*) ;
et amputata quæ olim longa erat hasta in manibus
Ajaci giganti, viribus immani.
Ast ubi ego aggrediebar Pelei filium,
alium prorsus in modum cadente pugnæ alea,
qui heri victor fuerat, in fugam terga vertit :
et cæsus Hector ille, qui Græcos versabat,
zona ex pedibus miserabiliter ligatus,
gyrans cursum equestrem miserandum,
comas illas pulchras et elegantes
et cincinnum pulchrum in pulvere trahens ;
atque triumphus Achæis quam magnus !
Adeo distamus invicem, Hospes :
nunc utra nostrûm sit melior, tibi permitto judicium.
At non ita Mundus : imo Inimicitiam duxit,
et me vel a foco alienatam reddidit.
Ego igitur nunc ad Patrem redeo :
Inimicitia autem in posterum saltato in terra,
et jocantor liberi ejus in medio.
Vin' scire liberos Inimicitiæ qui sint?
Filii sunt *Phthonos*, *Lochos* et *Phonos* (Invidia, Insidiatio, Cædes) :] filiæ autem *Kakia*, *Menis*, *Mache* (Improbitas, Ira, Pugna).] Hæc igitur, ut dixi, una cum liberis suis
libere grassantor erga Mundum.
Ego jam nunc in æthereum domum scando :
et misericordia omnis, omnisque humanitas,
zelusque prudens, rectorumque omnium amor,
vides ut pariter omnes una mecum fugiant.

HOSPES.

Et hæc quidem, domina Amicitia, video,
et mente futurum volvo quo sit cessurum :
et deploro propter consilii perversitatem
illum revera miserandum et infelicem Mundum.
Te vero judico condigna facere acceptis malis.
At enim, en ! te supplico lacrimas fundens,
per parentem rogans, per Thronos,
per immateriales substantias, veni ad me,

τὴν καλύβην εἴσελθε, τὴν στέγην μάθε·
ἀπορρόφησον φιάλης νηφαλίου,
καὶ τοῦ τρύφους γεύθητι, τοῦ ποτηρίου,
καὶ τοῦ γ' ἕδους μετάσχε καὶ τῶν ἁλάτων.

ΦΙΛΙΑ.

Μὴ τοῦτό μοι, μὴ τοῦτο, μὴ τοῦτο, Ξένε·
ἅλις γὰρ ὧν πέπονθα τῷ πρόσθεν χρόνῳ·
τί πλειόνων δεῖ; τῶν παρελθόντων ἅλις.

ΞΕΝΟΣ.

Δίκαια φῇς, δέσποινα, καὶ καλῶς λέγεις·
οἷς γὰρ πέπονθας, καὶ τὰ μέλλοντα κρίνεις.
Ὅρκῳ δ' ἐγώ σοι πιστοποιῶ τὸν λόγον·
οὐδὲν γὰρ ἂν δράσω σε τῶν ἐναντίων.
Οὐκ αἰσχυνῶ τὸ φίλτρον, οὐ τὴν ἀγάπην,
οὐχὶ πρὸς αὐτῶν, ὧν ἔφης, φρικτῶν λόγων.

ΦΙΛΙΑ.

Δύναιο δ' ἄν μοι ταῦτα προσφέρειν ἕδνα,
εἴ σοι παράσχω τοῦ γάμου τὰς ἐγγύας;

ΞΕΝΟΣ.

Τὰ ποῖα; λέξον, ὡς ἐγὼ παράσχομαι.

ΦΙΛΙΑ.

Χαίρειν ἐπ' ἄλλων ἀγαθοῖς ἔξεστί σοι;

ΞΕΝΟΣ.

Ἔξεστιν.

ΦΙΛΙΑ.

Ἐν λύπαις δὲ λυπεῖσθαι νόθοις;

ΞΕΝΟΣ.

Μάλιστα.

ΦΙΛΙΑ.

Τὰς στρεβλὰς δὲ φεύγειν διπλόας;
λαλεῖν δὲ ταὐτὰ καὶ φρονεῖν τῇ καρδίᾳ;

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ τοῦτο πάντως. Ἄλλο λοιπὸν πυνθάνου.

ΦΙΛΙΑ.

Ἔχειν τὰ σαυτοῦ τῶν φίλων ἐν δευτέρῳ;

ΞΕΝΟΣ.

Ἔχειν.

ΦΙΛΙΑ.

Δι' αὐτοὺς καὶ θανατᾶν πολλάκις;

ΞΕΝΟΣ.

Ναί, καὶ θανατᾶν.

ΦΙΛΙΑ.

Καὶ φθονοῦσι μὴ φθονεῖν;

ΞΕΝΟΣ.

Ναί.

---

in casam meam intra, tugurium meum cognosce.
Sorbe pateram sobriam,
et panem meum gusta, poculum,
domicilium mecum et sal commune habeas.

AMICITIA.

Noli hoc mihi offerre, noli hoc, noli hoc, Hospes.
Satis superque *sunt* quæ passa sum elapso tempore:
quid opus est pluribus? sufficiunt præterita.

HOSPES.

Justa loqueris, domina, et bene dicis;
ex ante exantlatis enim postfutura judicas.
Sed jurejurando ego tibi mea verba obstringo:
nihil quod adversum tibi sit, unquam ego committam.
Non contaminabo fœdus amoris, non caritatem,
non faciam, per illa ipsa, quæ dixisti, tremenda verba.

AMICITIA.

Poterisne mihi hæc afferre dona nuptialia,
si tibi præbeam nuptiarum sponsionem?

HOSPES.

Quæ vero? dic; nam præbebo ego.

AMICITIA.

Potesne esse lætus de aliorum felicitate?

HOSPES.

Possum.

AMICITIA.

Malisque condolere alienis?

HOSPES.

Maxime.

AMICITIA.

Animumque fugere sinistrum et duplicem?
et eadem loquique et sentire in pectore?

HOSPES.

Etiam hoc maxime. Alia dehinc quærito.

AMICITIA.

Tuas res posthabere amicorum rebus?

HOSPES.

Plane.

AMICITIA

Pro amicis vel mori cupere multoties?

HOSPES.

Ita, vel mori.

AMICITIA.

Nec invidere iis qui tibi invident?

HOSPES.

Non.

ΦΙΛΙΑ.

Τοὺς δὲ βασκαίνοντας ἀγαπᾶν;

ΞΕΝΟΣ.

Πάνυ.

ΦΙΛΙΑ.

Δέδοικα, ταῦτα μὴ λόγῳ μὲν προσδέχῃ,
ἔργῳ δ' ἀπαρνήσαιο.

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ μὴν ὤμοσα.

ΦΙΛΙΑ.

Ἄθρει τὸν ὅρκον, ὡς ἐμὲ ξυλλαμβάνεις.

AMICITIA.

At etiam diligere invidos?

HOSPES.

Plane.

AMICITIA.

At metuo, hæc ne lingua in te recipias,
factis autem repudies.

HOSPES.

Atqui juravi sancte.

AMICITIA.

Custodi jusjurandum : nam sic me tecum habes.

ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΣΤΙΧΟΙ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΔΑΜ.

IGNATII VERSUS

IN ADAMUM.

Ἀγῶνας, ἆθλα καὶ παλαίσματα βλέπων,
ἃ τοῖς γενάρχαις ὁ προσερπύσας ὄφις
δι' ἡδονῆς ἔπλεξε συμπλακεὶς πάλαι,
καὶ τὴν πολυθρύλλητον ἧτταν θαυμάσας,
καὶ τῆς παλαιᾶς νῦν ἀρᾶς μεμνημένος,
ἣν ἐξ ἐκείνων ἡ βροτῶν εὗρεν φύσις,
ἐχθροῦ φανέντος τῆς πάλης ὑπερτέρου,
τῆς σῆς ἐν αὐτοῖς συμφορᾶς ἐπαισθάνου,
ὡς καὶ λελογχὼς τῶν ὁμοίων σκαμμάτων.
Ἐπεὶ γὰρ εἶδε τῶν νοητῶν τὴν φύσιν
ὁ πρὶν πεσὼν δύστηνος ἐκ φθορᾶς δράκων,
καὶ τὴν κάτω σύμπηξιν ἀρρήτῳ τάχει
λόγῳ παραχθεῖσάν τε καὶ βουλῇ μόνῃ,
οἷον τὸ σεπτὸν τῆς ἄνω κληρουχίας,
Χερουβὶμ, Ἀρχὰς καὶ Σεραφὶμ, καὶ Θρόνους,
Ἀρχαγγέλους, τάξεις τε φρικτῶν Ἀγγέλων,
γῆν, οὐρανὸν καὶ πᾶσαν τῶν ἄστρων θέσιν,
ὕδωρ τε καὶ πῦρ, ἀέρα ξὺν αἰθέρι,
φωστῆρα διφρεύοντα πρὸς τὴν ἡμέραν,
ἄλλον δὲ πυρσεύοντα νύκτα προσφόρως,
κτήνη τε, νηκτὰ πάντα καὶ πτηνῶν γένος,
καὶ πάντα κόσμον ἐν λόγῳ πεφηνότα,
τοῦτον δὲ χειρὶ καὶ προβουλίῳ μόνῳ **
λαβόντα τὴν ὕπαρξιν ἐνδεεστέραν,
καὶ δεσπότην δειχθέντα τῶν τεταγμένων,
ὡς παντὸς ἄλλου προκριθέντα τῷ λόγῳ,
τιμῆς τε πάσης ἔνθεν ἠξιωμένον,
ἐκ τοῦ δεδεῖχθαι τοῦ Θεοῦ κατ' εἰκόνα,
κινεῖ κατ' αὐτοῦ πᾶσαν ἐκ φθόνου πάλην,
ἕως ἀφῆκε τῆς Ἐδὲμ τοῦ χωρίου,
ἐν ᾧ τέθειτο καὶ φυτουργεῖν καὶ μένειν,
καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἐντρυφᾶν γεωργίαις·
Ἐδὲμ, τὸ πάντων θαῦμα τῆς ἕω τόπων,
ἣν τετράκλυστον ὥσπερ ἀρδεῦον ὕδωρ
φυτῶν ἁπάντων δεικνύει μαιεύτριαν,
πολλὴν φερόντων τέρψεως εὐμορφίαν,

Pugnas, certamina ac luctamina considerans,
quæ generis nostri auctoribus allapsus serpens
lubenter struxit olim colluctatus,
et diffamatam victoriam admiratus,
memorque nunc antiquæ imprecationis,
quam ex illis mortalium natura subiit,
hostis ubi prodiit e lucta superior,
tuam in his calamitatem intellige,
utpote qui in similia incidisti certamina.
Nam ubi vidit intelligibilium naturam
draco qui ante ex peccatis in perniciem ruerat,
et terrestrium compaginem ineffabili celeritate
verboque et voluntate sola productum
quam augusta sit superna cleruchia,
Cherubim, Principia et Seraphim et Thronos,
Archangelos, tremendorumque ordines Angelorum,
terram, cœlum et universum siderum ordinem,
aquam et ignem, aerem cum æthere,
luciferum sidus quod curru vehitur per diem,
alterumque quod noctem illustrat commode,
quadrupeda, natatilia omnia et volucrium genus,
atque totum mundum verbo productum,
hunc autem (*hominem*) manu solaque voluntate **
(*creatum et servientem sibi*) nactum creaturam inferiorem,] dominumque designatum omnium ordine creatorum,
quippe qui ceteris omnibus prælatus sit ob rationem
indeque honore omni habitus sit dignus,
utpote ad Dei imaginem formatus :
hæc videns dæmon nullam non ex invidia pugnam contra ipsum ciet,] donec ex Edem regione eum expulit,
in qua ut maneret agrosque coleret fuerat positus,
fruiturus iis quæ inde provenirent :
Edem, regionum Orientis omnium maxime admiranda,
quam quaterna scaturigine irrigans unda
constituit plantarum omnium obstetricem,
multam afferentium delectationis pulchritudinem,

καὶ πᾶσαν ὄψιν ἑστιώντων εἰς ἄγαν.
Ὥπερ δεδοικὼς ὁ πλάνος προσεγγίσαι,
ὡς οἷα χειρὶ τοῦ Θεοῦ λελημμένῳ
καὶ τὴν ἐκεῖθεν ὄψιν ὡραϊσμένῳ,
Εὔᾳ πρόσεισι τῇ φύσει νωθεστέρᾳ
καὶ τῇ πρὸς ἄνδρα προσβολῇ σοφωτέρᾳ,
ἣν εἰς βοηθὸν καὶ συνεργὸν τοῦ βίου,
πλευρᾶς ἐκείνου μικρὸν ἐξελὼν τρύφος,
ἔδειμε καὶ δέδωκεν αὐτῷ πανσόφως,
ἐνύπνιον δώρημα καὶ πόνων ἄκος·
οἷς καὶ παρασχὼν ἐντολῶν ὑποσχέσεις,
πάντων φυτῶν προὔτρεψε τὴν ἐξουσίαν,
ἑνὸς δὲ δὴ μάλιστα μὴ ψαύειν ὅλως·
ὡς, εἰ φάγοιεν, δεινὸν ἐκτίσαι μόρον,
εἴπερ δὲ μὴ τρώσειαν αὐτοῦ τὸν νόμον,
βιοῦν ἀλύπως εἰς χρόνων εὐκληρίας.
Ταύτῃ προσελθὼν, καὶ κορυσθεὶς καὶ πάλαι,
χωρεῖ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἀγῶνας, καὶ λέγει.

ΟΦΙΣ.

Τί δὴ πρὸς ὑμᾶς εἶπεν ὁ πλάσας, γύναι;
« μὴ τοῦδε προσψαύσητε τοῦ φυτοῦ μόνου· »
ὡς μὴ θεοὶ γένησθε βασκήνας, ἔφη.

ΕΥΑ.

Ἔφησε παντὸς ἐκ ξύλου βεβρωκέναι,
τούτου δὲ γεῦσιν τοῦ φυτοῦ φυγεῖν μόνον,
ὡς μὴ λάβοιμεν ἀντὶ βρώσεως μόρον.

ΟΦΙΣ.

Μὴ δὴ σὺ ταῦτα σαῖς φρεσὶ λαβοῦ, γύναι
ᾔδει γάρ· εἰ φάγοιτε τοῦ ξύλου μόνου,
ἔσεσθε πάντως ὡς θεοὶ, δεδορκότες.

ΕΥΑ.

Ἀδὰμ προσῆλθες τἀνδρί μου καὶ δεσπότῃ;
ἢ πάντα θαρσῶν ἧκες ὡς ἐμὲ, ξένε;
ἔγνως γὰρ ὡς πέφυκα τοῦδε δευτέρα.

ΟΦΙΣ.

Ἀδὰμ θελούσης οὐδὲν ἰσχύει, γύναι·
ἐφέψεται γὰρ, εἰ παραινέσεις, λόγοις,
καὶ δέξεται τάχιστα, σὺν σοὶ καὶ φάγῃ.

ΕΥΑ.

Ὄντως προσῆλθες ὡς ἐχούσῃ δειλίαν,
καὶ μηχαναῖς με τοῦτον ἐκλῦσαι λέγεις·
πρόσειμι λοιπὸν, εἴ γε δέξεται τάδε.

ΟΦΙΣ.

Μὴ δὴ προσέλθῃς τἀνδρὶ γεύσεως ἄτερ·
πρώτη δὲ πειράθητι, καὶ πρώτη φάγε·
πείσεις γὰρ οὕτως εὐπετῶς· γυνὴ γὰρ εἶ.

ΕΥΑ.

Ἔπεισας ὡς φάγοιμι, καὶ τῷ συζύγῳ
φαγεῖν παραινέσαιμι, σύμβουλε ξένε,
εἰ δὴ τύχοιμεν, ὧνπερ εἶπας, ἐλπίδων

et omnem obtutum mire pascentium.
Ad quem (*Adamum*) accedere seductor metuens,
utpote Dei manu formatum
et facie ad ejusdem imaginem facta ornatum,
Evam aggreditur, quæ quum natura esset stupidior,
mariti tamen consuetudine evasit prudentior,
quamque ipsi auxiliatricem vitæque sociam
parte parva ex ejus costis exempta
formavit ipsique dedit summa sapientia,
in somnis datum donum et ærumnarum medelam.
Quibus præbens mandatorum promissa,
omnium arborum concessit facultatem,
unam vero maxime vetuit ne vel tangerent:
nam si ederint, terribilem subituros mortem;
at si non læserint ipsius legem,
vitam molestiarum in omne tempus expertem sortituros.
Huic igitur appropinquans diu ante armata,
jam ad ipsa certamina accingitur, et dicit.

SERPENS.

Quid tandem Creator vobis dixit, mulier
« nolite hanc solam tangere arborem? »
ne fiatis dii, ex invido dixit animo.

EVA.

Ex omni quidem dixit ligno nos posse manducare,
hujus vero solum arboris fructus ut fugiamus,
ne pro esu hoc mortem subeamus.

SERPENS.

Ne sint hæc tibi cordi, mulier:
sciebat enim *Deus*, quod, ex hoc solo ligno si manducaritis,] oculi aperientur vestri et eritis prorsus sicut dii.

EVA.

Adamne adiisti conjugem meum ac dominum?
aut ad me sponte præ audacia accessisti, hospes?
Noveras enim me illi esse subjectam.

SERPENS.

Nihil, te volente, Adam valebit, mulier.
Quem si adhortaberis, obtemperabit verbis tuis,
et accipiet celerrime fructum et una tecum comedet.

EVA.

Sane ut ad timidam accessisti ad me,
et me dolis hunc conficere posse dicis.
Adibo jam, si forte sit hæc accepturus.

SERPENS.

Noli convenire maritum quin de fructu ipsa ederis.
Tu prima periculum facito, tu prima edito:
sic enim facilius ipsi persuadebis; mulier enim es.

EVA.

Persuasisti ut ederem et conjugi meo
ut ederet sim auctor, consultor hospes,
si forte quæ dixisti sperata adipiscamur.

ΟΦΙΣ.

Μὴ δὴ βραδείας τὰς ὑποσχέσεις δίδου,
ὡς ἂν ταχείας τὰς ἐμὰς λήψῃ, γύναι·
τὸ γὰρ βραδῦνον οἶδε μὴ τίκτειν χάριν.

ΕΥΑ.

Ἄνερ, τὸ τερπνὸν τοῦδε τοῦ φυτοῦ βλέπων,
ἥδυνον ὡς μάλιστα γεῦσιν καὶ θέαν·
δέδεξο, καὶ γένοιο θεῖος, εἰ φάγοις.

ΑΔΑΜ.

Θεῖον τὸ δῶρον, εἰ παρέσχε τις ξένος;
καὶ πῶς θεὸν θήσει με γεῦσις, εἰ φάγω;
θεὸς γὰρ οὐδεὶς, ὃς μεθέξει βρωμάτων.

ΕΥΑ.

Ζητεῖς δὲ βέλτιόν τι τοῦ γνῶναι, φίλε,
φύσιν καλῶν τε καὶ κακῶν ἐν τῷ βίῳ;
Τούτου μετασχὼν, τοῖν δυοῖν πεῖραν λάβοις.

ΑΔΑΜ.

Καὶ πῶς γέ τις, τεθέντας ἐκβαίνων ὅρους
οὓς ὁ κτίσας ἔπηξεν ἠκριβωμένως;
Ὡς ἐκλάπης, τάλαινα, τῇ ῥαθυμίᾳ!

ΕΥΑ.

Ἔχεις ἀφορμὰς τὰς σαλευούσας ὅρους·
ἐμοὶ πρόσαψον, ἣν δέδοικας, αἰτίαν,
κἀγώ σε λύσω παντελῶς ὀφλήματος.

ΑΔΑΜ.

Ἰδοὺ, γέγευμαι· καὶ φθορὰν εἴσω, γύναι,
βλέπω συνεισρέουσαν ἐν τῇ κοιλίᾳ,
ἐξ ἧς, ἐγῷμαι, δεινὸς εἰσπέσῃ μόρος.

ΕΥΑ.

Καὶ τὴν ἐμὴν τρύχουσιν ἔνδον γαστέρα
ὠδῖνες, ἃς εἴληφα γεύσει τοῦ ξύλου,
ἐξ οὗ με παρήπαφε δυσμενὴς ὄφις.

ΑΔΑΜ.

Γυμνοὶ φανέντες, φεῦ! γύναι, τανῦν φράσον·
περιστελοῦμεν αἰσχύνην πῶς; εἰπέ μοι·
ὁρῶ γὰρ ὡς οὐκ ἔστιν αἰσχύνης σκέπη.

ΕΥΑ.

Τραχεῖα ταῦτα φύλλα συκῆς, ὡς βλέπεις.
Τούτοις περιστείλωμεν αἰσχύνης θέαν·
τραχὺς γὰρ ἡμῖν συμπεσεῖται νῦν βίος.

ΑΔΑΜ.

Ἔγνως τὸ δεινὸν ὀψέ πως τῶν σφαλμάτων,
καὶ τῆς δοθείσης νῦν ἐπήσθου ζημίας·
οὐκοῦν τὸ κέρδος εἰσδέχου τῶν πρακτέων.

ΕΥΑ.

Ἔγνων παρακλαπεῖσα τὸν νοῦν ἀφρόνως,
καὶ σὰς ὑποφθείρουσα, σύζυγε, φρένας·
ὅθεν δέδειγμαι τῆς φθορᾶς παραιτία.

ΑΔΑΜ.

Οὐκ αἰσθάνῃ τοῖς ὠσὶν, ὦ γύναι, ψόφου,

SERPENS.

Noli tardas tuas promissiones exhibere,
meas ut celeres tu experiaris, mulier :
caret enim gratia quidquid fit tarde.

EVA.

Hujusce fructus, marite, delicias aspiciens
dulcedine afficias quantum maxime gustum et visum :
accipe, et fias sicut deus, si edere velis.

ADAM.

Divinumne hoc donum, si quis præbuit hospes?
et quomodo deum me reddet gustatio, si edero?
nemo est enim deus qui cibo fruitur.

EVA.

An tu quæras melius aliquid, amice, quam cognoscere
boni et mali in vita naturam?
Jam hinc si ederis, utrumque cognitum habebis.

ADAM.

Quomodo tandem, si quis limites transeat constitutos,
quos Creator tam exacte posuit?
Ut decepta es, misera, animi tui levitate!

EVA.

Habes causas quæ hos limites discutiant :
in memet congere culpam, quam times,
atque ego te omni crimine absolvam.

ADAM.

En, gustavi! jamque perniciem, mulier, intro
in ilia illapsam sentio :
unde, opinor equidem, terribilis mors in nos incidet.

EVA.

Meum quoque corrodunt intus ventrem
dolores, quos gustu ex arbore concepi,
ex quo serpens pessimus me seduxit.

ADAM.

En nos nudos, væh! mulier, jam loquere
quomodo pudorem velemus : dic mihi :
video enim non esse pudoris tegumentum.

EVA.

Dura hic folia ficus, ut vides.
His involvamus pudoris nuditatem :
dura namque inde vita nobis incidet.

ADAM.

Sero tandem peccatorum cognosti terribilem naturam,
et pœnam irrogatam nunc experta es :
mercedem ergo sustine culpæ.

EVA.

Sensi fallacia mentem meam esse abductam imprudentis
sime,] et tuum quoque, marite, animum a me corruptum :
unde me esse apparet perniciei auctorem.

ADAM.

Nonne exaudis, mea uxor, strepitum

ἄνωθεν, ὥσπερ ἐκ Θεοῦ, κτυπουμένου;
ὡς εὐλαβοῦμαι τὴν δίκην τῶν δρωμένων!

ΕΥΑ.

Ποδῶν Θεοῦ πάρεστιν εἰς ὦτα κτύπος,
οὗ δειλιῶσα τὴν παρρησίαν φέρειν,
σὺν σοὶ κρυβῆναι μᾶλλον εὐδοκῶ, φίλε.

ΑΔΑΜ.

Ποῖος τόπος κρύψει με καὶ κρυβήσομαι;
οὐδεὶς γὰρ ἔξω τοῦ Θεοῦ τόπος πέλει,
ἐν ᾧ φυγὼν λάθοιμι. Πλὴν ἕπου, γύναι.

ΘΕΟΣ.

Ἀδὰμ, τὸ πάντων κτισμάτων ὑπερφέρον,
τὸ τῆς ἐμῆς μέλημα χειρὸς καὶ κτέαρ,
ποῦ νῦν ἔβης; καὶ ποῖος ἀνθ' οἵου πέλεις;

ΑΔΑΜ.

Οἵ σοὶ λόγοι με γυμνὸν ὄντα καὶ πόδες
εἰς προῦπτον οὐκ ἐῶσιν ἐλθεῖν· ἀλλά γε
δεινὴ φυγή με συμποδίζει καὶ φόβος.

ΘΕΟΣ.

Τίς, ὦ τάλαν, σὰς νῦν παρήγαγε φρένας,
καὶ τὴν γύμνωσιν ἄρτι δεικνύει βλέπειν,
εἰ μὴ προσῆλθες οἷς προσελθεῖν οὐ θέμις;

ΑΔΑΜ.

Γυναικὶ πεισθεὶς, ἣν δέδωκας ὁ πλάσας,
πολλὴν φερούσῃ πεισμονὴν ἐκ τοῦ λέγειν
ξύλῳ προσῆλθον, οὗ φαγεῖν οὐκ ἦν θέμις.

ΘΕΟΣ.

Ἐπεὶ γυναικὸς εὑρέθης ἡττημένος,
καὶ τῆς ἐφετμῆς τῆς ἐμῆς παρεκλάπης,
ἔσῃ γεωργῶν τὰς ἀκάνθας τοῦ βίου,
αὔξων ἐπαύξων σὺν στεναγμῷ καὶ λύπας.
Τέξῃ δὲ τέκνα σὺν λύπαις, θνητὴ φύσις.
Ἱδρῶσι τὸ πρόσωπον ἐρραντισμένος
φαγῇ τὸν ἄρτον ἐν κόποις καὶ φροντίσιν,
ἕως, ἐὼν γῆς γηγενὴς, παλινδρόμει.

cœlitus velut de Deo venientem?
quantum criminis commissi vindictam exhorresco!

EVA.

Dei pedum ad aures accidit sonitus,
cujus metuens vocem increpantem sustinere
satius duco tecum me, amice, abscondere.

ADAM.

Quis me locus condet ita ut vere absconditus sim?
nullus enim locus extra Deum est
quo confugiam et lateam. Sed sequere, uxor

DEUS.

Adam, rerum creatarum princeps,
manuum mearum opus ac possessio:
quo nunc ivisti? qualis ex quali es factus?

ADAM.

Vox tua ac pedes (*adventus*) me nudum
venire in conspectum non sinunt: sed enim
fuga trepida ac metus me cohibent.

DEUS.

Quis, o miserrime, tuam nunc mentem seduxit,
et nuditatem jam tibi ostendit conspicuam,
nisi aggressus esses quæ nefas est aggredi?

ADAM.

Uxori fidens, quam dedisti, Creator,
multam afferenti persuasionem verbis suis,
accessi ad arborem, unde edere non erat fas.

DEUS.

Quia a muliere inventus es seductus,
mandatique mei oblitus,
eris colens spinas vitæ,
augens adaugens cum lamentatione gemitus.
Paries filios in doloribus, mortalis natura.
Sudore vultum conspersus
edes panem in laboribus et sollicitudinibus,
donec revertaris in terram de qua sumptus es.